



VILLANOVA COLLEGE LIBRARY
Villanova, Pennsylvania



This book was donated

3-4-49

by

Rev. M. Sullivan, O.S.A.



Digitized by the Internet Archive
in 2002 with funding from
Lyrasis Members and Sloan Foundation

<http://www.archive.org/details/actasanctorum06unse>

ACTA
SANCTORUM

PARISIUS. — EX LIBRIS V. GOUILY ET SOC., VIA GARANCIÈRE, 5

ACTA SANCTORVM

Quodquid in orbe coluntur vel a Catholicis scriptoribus celebrantur,
Quae ex Lituania & Gracis aliarumque gentium antiquis monumentis
COLLEGERVNT AC DIGESSERVNT
Seruatā primogeniā Scriptorum phrasē
& varius Observationibus illustrarunt
IOANNES BOLLANDVS,
GODEFRIDVS HENSCHENTIVS
SOCIETATIS IESV THEOLOGI.

Prodit nunc tribus Tomis

FEBRVARIVS,

In quo MCCX nominatorum Sanctorum
& aliorum innumerabilium memoria
vel res geste illustrantur.

TOMVS III

Complectens dies XII posteriores
a XVII ad finem

EDITIO NOVISSIMA

curante

JOANNE CARNANDET

ERUDITIO.

VERITAS

ANTIQUA REDVCO.

OBSCURA REVELO.

PARISIIS APVD VICTOREM PALMĒ VIA DICTA SAINT-SVLPICE. M.DCCC.LXV.

ACTA

SANCTORUM

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur

QUE EX LATINIS ET GRÆCIS, ALIARUMQUE GENTIUM ANTIQUIS MONUMENTIS

COLLEGERUNT AC DIGESSERUNT,

SERVATA PRIMIGENIA Scriptorum phrasi et variis observationibus illustrarunt

JOANNES BOLLANDUS, GODEFRIDUS HENSCHENIUS,

SOCIETATIS JESU THEOLOGI

PRODIT NUNC TRIBUS TOMIS FEBRUARIUS IN QUO MCCCX NOMINATORUM SANCTORUM ET ALIORUM INNUMERABILUM MEMORIA
VEL RES GESTÆ ILLUSTRANTUR.

EDITIO NOVISSIMA CUM ANIMADVERSIONIBUS EX TEMPORALIBUS D. PAPEBROCHII NUNC PRIMUM EX MSS
EDITIS CURANTE JOANNE CARNANDET

FEBRUARII TOMUS TERTIUS

COMPLECTENS DIES XII POSTERIORES, A XVII AD FINEM



PARISIIS ET ROMÆ

APUD VICTOREM PALMÉ, BIBLIOPOLAM.

ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

ANTISTITI

ANDREÆ CRUESEN

ARCHIEP. MECILINIENSI BELGICÆ PRIMATI.

Quando nuper, ILLUSTRISSIME ET REVERENDISSIME ANTISTITES, ad illas nobilissimæ Metropolis moderandas habenas accessisti; in omnium ordinum effusa laetitia, faustisque acclamationibus, ne et nos eam Tibi gratulatum dignitatem veniremus, ista potissimum obstitit caussa; quod odiosam rem facturos arbitrabamur, si aut in turbam hominum clarissimorum ad sacram illam Tuam dexteram manu osculoque contingendam properantium, nos temere ingerere, aut exarata ad observantiam testandam epistola interpellare Te eo tempore, niteremur. Duximus igitur id satius, ac Tibi gratius fore, si potius, quam solenni formula diceremus bona verba, Deum tacite, ut Tibi eum honorem fortunaret, essemus deprecati.

Interea tertius noster de Actis Sanctorum mensis Februarii tomus ad calcem pervenit. Quem nos, ut Tibi novam hanc dignitatem feliciter evenire, nomine nostro, optet, quantumvis sero, allegare non veremur: vel ideo quod in eorum numero Sanctorum, quorum illo mense Acta explanantur, complures sunt gentiles Tui: Trajectenses nimirum Episcopi. Quamvis enim non sit liquido exploratum de omnibus, ubi terrarum ac populorum editi sint in lucem; constat tamen in ea clarissima orbe solium Pontificale tenuisse, in qua Tu auram vitalem primum hausisti. Imo ab iis ipsis primum auspicium fluxisse remur honoris, quem nunc adjisti: idque hae ratiocinatione confidere nobis videmur. Delatus hie Tibi a Catholico Rege nostro, atque a Pontifice Maximo confirmatus, in singularis sapientiae Tuae ac virtutis præmium est. Virtutis porro sapientiaeque colendæ efficax Cœlites hi inceitamentum præbuere. Nam si volueris adolescentiæ tempus ultimum memoria repeteret; fateberis, quotidie ludum litterariorum adeundi, pervetus S. AMANDI sacellum in oculis atque animo fuisse, ad eam aream circum quam aedilicatæ scholæ erant, situm: in eodem saepius Te saeris adfuisse, audisseque de cultu DEIPARÆ atque aliis rebus ad pietatem pertinentibus sermones. Eo quoque tempore quantus nobis (dicit enim id etiam ita commemorare, quando Condicipulatus alias ultro mentionem facere dignatus es) quantus igitur tune nobis, sed Tibi præsertim, colitus animam optimam sortito, stimulus ad virtutem erat, sacras beatissimorum illorum

Antistitum, in magnifica S. SERVATII aede Reliquias venerari, visere
in cryptis monumenta; inque ejusdem basilicæ Choro vetustis in-
textas aulæis imagines contemplari omnium Sanctorum Præsulium
Trajectensium? Nam, rara inter urbes felicitate, quotquot, per annos
fere cccc, Episcopi illie fuerunt, omnes Divorum Fastis adscripti,
coluntur omnes publica sacrorum religione. Tunc vero in animis
nostris sensim exardescerat desiderium, colendi (illorum exemplo
auxilioque) pietatem, Divinis legibus obtemperandi, præsidia doctrinæ
comparandi. Ea rata ut essent in multis vota Cœlites iidem eura-
runt: Te vero per suam vestigia, ad absolutionem virtutis, et
quam nunc geris dignitatem deduxerunt. Ipsorum sane complures
Roman, arrem Christianæ religionis, sanctitatis palæstram, cœlestis
panopliæ armamentarium, adierunt: quidam etiam vicibus iteratis:
S. AMANDUS (ut hunc potissimum in exemplum statuamus, cuius
modo sacelli meminimus) tertio illic contendit. Idem postea ultra
Noricum flumenque Danubium, ad Selavos adiit: unde in Belgium
redux, late fidei semina jecit, ecclesias multis locis construxit ac
dedicavit, monasteria fundavit, multa interim a Clericis quibusdam,
rectam pietatis fideique disciplinam aspernantibus, perpessus, ab
Ethnicis multa: Reges aliquot, eorumque Proceres, ut Divinas
leges ac statuta Ecclesiastica reverenter, condocefecit: Sancto-
rum Reliquias transtulit, auxitque eorum venerationem: atque alia
præclara per Galliam, Belgiam præsertim, edidit facinora, quæ fuse
in ejus Vita die vi Februarii narrantur.

Pleraque horum a Te quoque, ILLUSTRISSIME ANTISTES, partim jam
factitata sunt, partim factitantur etiamnum. Primum Roman e patria
profectus es, ut in illis celeberrimis optimarum artium auditoriis,
scholisque sanctimoniale, ad omnem scientiae ac virtutis laudem exer-
cereris: utque accuratissime Ecclesiastici Canonis normam omnem,
ex illius honoratissimi, qui ullo unquam tempore, toto orbe terrarum
extitit, Senatus integritate, sapientia, majestate, addisceres. In No-
ricum dein Tu quoque, ad urbem Viennam, Cæsarum Austriaeorum
regiam, evocatus es, utque ad cetera deinceps munia amplior Tibi
auctoritas acederet, Doctoris Theologi insignibus, ritu Academico,
ornatus: saeris in exercitu cum potestate praesesse jussus, Vicarii
Generalis titulo: ad varias interea legationes adhibitus, quas summa
industria, fide, constantia obiisti.

Postea Canonicatu in Metropolitana Cameracensi Ecclesia a FERDI-
NANDO u Imperatore donatus, in Belgiumque reversus, varia exinde
officia summa cum laude gessisti; etiam Generalis per totam eam
Archidiocesim Vicarii, atque a Concilio provinciali Romani ad Sedem
Apostolicam denuo missus.

Ita per semitas Sanctorum inoffenso pede gradientem, Ruræmundensi Tiaræ caput supponere, Archiduce LEOPOLDO, Belgii tune Gubernatore, nominante, INNOCENTIUS X jusit : ut in illis veterum Masuariorum finibus, intra Diœcesim quondam Trajectensem, ultra eisque Mosam late porrectam, sitis, sub Præsule, non Trajectensi quidem Ecclesiæ, Trajectensi tamen, vetus illa heroicorum temporum sanctitudo dignitasque refloresceret.

Sed quod nobis ipso tempore, quo illius Ecclesiæ gubernacula capessebas, vir maximus, Antuerpiensis tune Præsul, diserte prædictit, Te Ruræmundæ vitam minime finiturum, id vaticinationis non vanæ vim habuisse, nunc intelligimus, eum Te REX CATHOLICUS Metropolitam Mechlinensem nominavit, ALEXANDER VII instituit. Ut nimur in meditullio Belgii, quasique umbilico, aut corde potius, consistens in reliquas ejus partes sanctorum dogmatum observantiam, quam Romæ doctus es, diffundas, vigorem pietatis in ceteris velut membris exerceas, ac robur vitale, ad vitia erroresque et eeteras pestes animorum persanandas, aspireas.

Huc Te, ILLUSTRISSIME ANTISTES, semitæ perduxerunt Sanctorum : ut mirum videri nemini debeat, quod Tibi Sanctorum Acta grata fore arbitremur, quorum ita manifuste fulciris patrocinio, excitari tropæis, aucturus aliquando numerum es : quod tamen, quo interea pluribus exempla curæque Tuæ præsidio hic esse queant, sero ut fiat optamus.

ILLUS.^{ME} ET REV.^{ME} GRATIÆ TUÆ

Humillimi clientele

JOANNES **BOLLANDUS,**

GODEFRIDUS **HENSCHENIUS.**

FACULTAS SUPERIORUM, ET SUMMA PRIVILEGI CÆSAREI.

Cuior Aeta Sanetorum mensis Februarii, quotquot toto orbe coluntur, vel a Catholicis scriptoribus celebrantur, ex antiquis monumentis, Latinis Graecis, aliorumque gentium, servata primogenia scriptorum pharsi, collecta, digesta, variis Observationibus illustrata a Joanne Bollando et Godefrido Henschenio Societatis JESU Theologis, tres ejusdem Societatis Theologi legerint, opusque laboriosum et eruditum, ac luce publica dignum judicarint; Ego infra scriptus Societatis ejusdem per Flandro-Belgieam Praepositus Provincialis, potestate ad id mihi facta ab Admodum Reverendo Patre Nostro Goswino Nickel Praeposito Generali, concedo Jacobo Meursio, Typographo Antwerpensi, facultatem eadem Acta exendendi.

Cumque saerae Casareæ Majestatis decreto eantum sit, ne qui libri a Societate JESU conscripti, in provinceis Romano Imperio subjectis excudantur, aut venales proponantur, absque ejusdem Societatis consensu; hisce declaro eundem Typographum isto privilegio legitime frui. In quorum fidem hisce officii mei sigillo munitis mano mea subserpsi. Antwerpiae ut Aprilis ccccclvii.

Thomas Dekens.

APPRROBATIO CENSORIS.

Hoc opus continens Acta Sanctorum mensis Februarii vere doctum, elaboratum, et a multis viris eruditis expeditum, hisce modis a Reverendis Patribus Joanne Bollando et Godefrido Henschenio Societatis Jesu Theologis editioni preparatum; magno lectorum fructu, nulla fidei vel honorum morum noxa, exendendum censoi. Antwerpiae, hac xvii die Aprilis ccccclvii.

G. Voochts Canonicus, Archidiaconus,

S. Th. Licentiatus ac lib. Censor.

SUMMA PRIVILEGI REGII.

Philippus IV Hispaniarum et Indiarum Rex Catholicus, ac potentissimus Belgarum et Burgundionum Princeps, Diplomate suo sanxit, ne quis Acta Sanetorum mensis Februarii, a RR. PP. Joanne Bollando et Godefrido Henschenio, Societatis JESU Theologis, collecta, digesta, ac Notis illustrata, praeter voluntatem Jacobi Meursii proximis duodecim annis ullo modo imprimat, aut aliis terrarum impressa in has Germaniae nostrae Inferioris ditiones importet, venaliave habeat. Qui secus faxit, confiseatione librorum et alia gravi pena multabitur, uti latius patet in litteris datis Bruxellæ xii Maii anni ccccclvi.

Signat.

Loyens.

IN TOMUM TERTIUM

DE ACTIS SANCTORUM

MENSIS FEBRUARII

PRAEFATIO

AD AMPLISSIMUM ET ADMODUM REV. DOMINUM AC PATREM

NORBERTUM VAN COUWERVEN

CELEBER. ECCLESIAE S. MICHAELIS CANONIC. ORD. PREMONST. ANTWERP.

ABBATEM

EJUSQUE RELIGIOSISSIMUM CONVENTUM.

Si non pridem destinatum nobis fuisset, Amplissime et admodum reverende domine, ut hunc tomum de Sanctorum Vitis presentaremus Amplitudini tuae, quo tua approbatione et patrocinio immutus, sanctissimi Ordinis Vestri Praesulibus et Canonicis, aliisque piis et eruditis hominibus, commendaretur; poterat id nobis B. EVERMODUS, Raciborius ex Vestro Ordine Episcopus, persuadere, cuius primo hujus volumeniorum die, xvii Februarii, consignatus est natalis, et gesta a nobis ex variis Historicis collecta editaque. Flagitare enimvero sanctus ille vie, quasi suo jure reposcere videbatur, ut que de se essent tradita litteris, ea Camboicorum sui instituti Praesidi enipiam exhibeantur, ejus assensione atque approbatione haberi rata emittique in publicum possent. Cui vero potius, quam eis loci, ubi, ipso presente EVERMO, aeternum sanctitatis sue ac doctrine statuit sanctissimus Pater Noster NORBERTUS monumentum, Antwerpensis ab infami Tanchelini heresi revocatis? E primis NORBERTI sociis EVERMODUS fuit ei Cameracii adjunctus, atque ita deinceps pietatis prudentieque opinione carus; ut a se omnium diutius abesse pateretur: unde fit omnino credibile, huc quoque eum illo venisse, eastaque sua ac sancta vita norma, et cuncte amabili, non vestrum magis, quam mortui ac sermonis insigni sapientia conditi, ad mores civium horum, enjusvis sexus, ordinis, artis, corrigendos, magnum attulisse momentum. Illud quoque ocurrerbat, huic praecipue ei eustomi Canonieorum cordi esse, e quo super Magdenburgum, ad Ecclesiam S. Martini, enijs ipse a sancto Pater NORBERTO Praepositus olim fuit constitutus, Ecclesie Catholice Ordinique Vestro asserendam, missi viri religiosi fuerint: remque eam sua eruditione et pietate peregrissent, si tempus miserendi deploratae illius urbis ac gentis, a justo Nunne constitutum, venisset. Neque tamen illis non lucenta laboris sui, aditorumque discriminum mereas obtigit, quando tum aliae Magni Patriarchae Vestri reliquiae, tum praesertim cerebrum, illa tot sublimissimum sanctorumque cogitationum sedes atque officina, huc transmissum: enijs pars una Premonstratensi Ecclesie destinata, alteri Tu thecam pretiosam affabre elaborandam curasti, solemni pompa in publicum proferendam eum opportuum videbitur. Neque eo colesti cinelio potitam Ecclesiam Vestram arbitramur, quin et Divus Pater NORBERTUS e cielis annuerit, et ipse Beatus assenserit EVERMODUS: quippe cui Sanetus Pater *locum sepulturae suae commendarat*, ut cap. 20 Vita ejus narratur, cuique de ea, ut cap. 53, averba a summae aedis Canonieis intentata lis est, que Lotharii Imp. judicio secundum cum decisa: ut neque nunc videantur nisi eo cielitus adstipulante Patris Reliquiae inde, ubi eas collo-
carat,

P.R.E.FATI O IN VITAS SS. TOMI III FEBRUARII.

earat, asportari alio, divellique, potuisse. Neque illud quidem non sperandum videatur (modo nostra ille rata ut sint vota, efficiat apud Deum) fore aliquando, ut ex hoc positionum cetero Vestro, in quo plurimi doctrina, religione, facundia excellentes viri sunt, assurantur, qui remotas illas Wandalorum ac Polaborum gentes ad legitimum Numinis cultum reducant: apud quas fidem ille orthodoxam ita stabilivit, ut Raceburgi post ipsum per cccl annos non nisi ex Ordine Vestro Episcopis fuerint, ac Cathedralis Ecclesiæ Canonici.

Poteraut sane nobis ista persuadere, ut Tibi potissimum, AMPLISSIME ET ADMOON REVERENDO DOMINE, exhiberemus hunc tomum, cui Tu, pro ea qua late per Belgum polles sapientiae opinione, auctoritatem vel sola Tui nominis umbra conciliares, et ad eum pervolvendum quamplurimos invitas. Verum id prius constitutum nobis erat, quam de B. EVERMODO cogitaremus. Iojiebat enim nobis eam mentem primum ipse Saoetus Patriarcha NORBERTUS, dein Tua singularis sapientia atque eruditio, cum summa benignitate conjuncta, atque erga nos, totaque Societatem nostram, benevolentia.

Gloriosus Pontifex et Apostolus NORBERTUS ex illustri Genevensium Comitum, in Clivia Cisrhennana, (qua pars est Belgicæ) natus, solus Belgarum Sanctorum, Officio Ecclesiastico in Breviario Romano, per totum orbem Christianum celebratur. Nonne igitur æquum erat, ut que de Sanctis seribimus Belgæ, in celebri Belgii urbe, eorum, si non ipsummet, certe Archimandritam aliquem fundati ab eo Ordinis, ac siti in Belgio caenobii, Patronum adoptarentur, a quo illa ipsa nostra approbarecetur scripta, ac ceteris lectitanda tradicerentur?

Et quia caenobii Vestri a S. NORBERTO fundati meminimus, illud haudquaquam prætermittendum videtur, quod solemus siue animo volvere et jucundis usurpare sermonibus; quidquid de vetustissima Antuerpiensis civitatis antiquitate constat, id præcipue haustum esse e Vitis Sanctorum: ut minime mirum videri debeat; si grati ac pii cives tot templorum Sanetis edificarint atque etiamnum edificent, tot ad illorum honorem xenodochia, nosocomia, orphanotrophia, gerontoconia extruxerint, eorumdemque Sanctorum solennitates tam splendide ac religiose colant. Paucis exemplis, ac minime ignotis, quæ diximus, lieeat nobis confirmare.

Scripta est S. Eligii Episcopi Noviomensis ac Tornacensis Vita circiter annum DCXXVIII, a S. Audeno Bothoniensi Episcopo, ei, dum viveret, persimiliari. Illius Vitæ lib. 2 cap. 3 Antwerpensis (qui in manu excavato codice, Andoverpenses vocantur, in altero Andoverpenses) ita meminit: *Præterea Pastoris cura sollicitus lustrabat urbes et municipia circumque sibi commissa. Sed Flundrenses atque Andoverpenses, Fresones quoque et Suevi, et barbari quique circa littora maris degentes, quos, velut in extremis remotos, nullus adhuc prædicationis ramer impresserat, primo cum hostili animo et adversa meate suscepserunt: postmodum vero, cum paulatim per gyram Christi his verbis Dcū insinuare cupisset, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis, conversa est ad verum Deum, Christoque subiecta. Sicque deum factum est, ut quasi cælitus lumen ostensum, aut radius quidam Solis erumpens, totum partis illius barbariem illustraret. Nam et ipsi, qui cum primo ut fruicissima bestiæ discerpere cupierant, postmodum attendentes ejus bonitatem ac mansuetudinem, imitatores ejus fieri cupiebant. Ac ne quis haec ad Antwerpenses minime attinere existinet, caput 8 ita orditur idem sanctus scriptor: Multum præterea in Flundris laboravit, jugi instantia Andoverpis pugnavit, multosque erronios Suecos convertit: fana nouulla Christi clypen protectus cum Apostolica auctoritate dextruxit: idolatriam quoque diversi generis, ubicumque invenit, fulitus subruit.*

Aequalis SS. Eligii et Audioeni fuit S. Amandus Trajectensis Episcopus, qui et ipse Antwerpianus excoluit, ecclesiamque ea in urbe, ut mox dicemus, construxit. Mentio fit Antwerpie atque illius ecclesiae in Sancti quoque Willebrodi Ultrajectensis Episcopi Vita, qui sere xi post S. Amandi obitum anno in Belgum ex Anglia venit. Ita ergo in hujus Vita scribit Theofridus Abbas Epternacensis: *Item Rohingus, vir magnaram opum, legitima testamenti confirmatione delegorit ei ecclesiam in Antwerpia castello situm, super flum Scalda, in pago Renensium, cum appendicis villis, et tertium partem telunc ejusdem castelli, quod nunc est Marcu Rrgni. Meminuit hujus donationis ipse S. Willebroodus in Testamento suo his verbis: Rohingus mihi condonarit vel tradidit ecclesiam aliquam, quæ est constructa*

constructa in Antuerpo castello super fluvio Scalde, in pago Renensium, cum appendiciis suis, villas denominatas his nominibus, Bacuralte, Winnelinchime, Furgalure, et in ipso castello Antuerpo tertiam partem de illo teloneo. Extat ipsum diploma Rohingi, in quo inter cetera sic loquitur : Igitur ego in Dei nomine Rohingus, et conjux mea Bebelina, donamus Apostolico Domino et Patri nostro Willibordo Episcopo, donatumque in perpetuum esse volumus, hoc est, ecclesiam, que constructa est infra castrum Antwerpis, super fluvium Scalde, quam Dominus Amandus Pontifex in honore SS. Petri et Pauli Apostolorum principum, vel ceterorum Sanctorum, construxit : et nus pro ipsa ecclesia, vel quidquid ibidem aspicere videtur, venerabili viro Firmino, Abbatи de monasterio Quorcolodoru loculum nostrum nuncupatum Turne in concambio delimus. Ac post pauca : Et illud teloneum, quod ad partim nostram ibidem venerat, hoc est, illum tertiam partem, ad integrum ei concessimus atque donavimus : in ea ratione, ut ibi thus vel luminaria debeant esse procurata, et Presbyteri, qui ibi serviant, pro peccatis nostris Domini misericordium debeant exarare etc. Idem in alio diplome Rohingus donationem illam suosanctie Ecclesie Petri et Pauli Apostolorum (quam Dominus Amandus Pontifex in Antverpo construxit) confirmat, et alias adjicit possessiones. Utrumque hoc diploma recitat Autbertus Miraeus in Codice Donationum cap. 6 et 7, ac praetare ad prius ista annotat : Est quod sibi Antuerpia nostra gratuletur de optimis ac piissimis oīia Principibus suis Rohingo, seu Rauchingo, et Bebelina ejus conjugi, quos huius dubie ignoraret, nisi eorum nobis memoriam Willibrordianu apud Epternacenses Abbatia conservasset. Nempe, quod antea monuimus, absque Sanctorum monumentis Vitisque fuisse, ignoraret nobilissima civitas, non solum Principes illos ita pios et in Ecclesiam ordinemque Ecclesiasticum munificos, sed et reliquas antiquitates suas : ampleceteretnrque, ut superioribus seculis aniles et ridiculas de commentitio quodam Brabone fabulas. Illud posset fortasse, non ex Sanctorum Vitis, sed monachilibus tamen documentis addiscere, quod de orbis hujus clade traditur tom. 2 Francieorum scriptorum Andreæ Chesnæi ex Annalibus Fuldensisibus ad 1000XXXVI annum Christi, cum cix lapsi essent anni ab illa Rohingi donatione : Nordmanni Andwerpan civitatem invadunt. Dilucidiis tamen ea clades, atque ejus causa ita exponitur in Vita S. Gomimari. Quidam tempore cum exercerent precepsa hominum, et superno iudicio correptionis flagellu meruissent, a Deo rducta est a sedibus suis gens Northmunnica, gens ferociissima, que navigio in Rhensem prouinciam adserita, circumquaque omnia depopulati sunt : Houtterpius incenderunt : Walhram custodierunt : alio atti dispersi sunt, ut nullus esset locus, ubi cessaret luctus. Per fluvium igitur qui dicitur Scinda, ad vilm Turnum venerunt, ubi erat monasterium S. Fredegundi Confessoris. Hoc erat nempe monasterium, quod antea Rohingus Quorquondorum appellavit : planius hodierna dialecto Kereke-loodeur dicemus : et manet pago nomen Dour, sive Duren, quod ab aqueductum, Scindæ, seu Seendæ, amnis, qui latior tunc fluebat, nondum fosso ductoque in urbem alveo Hernalensi substrictus.

Gravioribus sese sceleribus initio seculi a Christi ortu duodecimi populus Antuerpiensis, sed non omnino universus, implicuit, quando et plurimi in sedissimam haeresim prolapsi. Neque hoc dedecus ex ipsis annalibus notum, ac neque labes illa haeresos, qua temporibus Innocentii IV Pont. Max. secundo Christi XIII, fuit urbs eadem contaminata. Solent enim probra ejusmodi ac vulnera Reip. celeri oblivione aboleri. De hac autem posteriore haeresi, (que in eo sita fuisse videtur, quod Frederico II Imperatori excommunicato obstinate adhaerenter, contempta Pontificis concilioque Lugdunensis et auctoritate) ita meminit lib. 1 de Apibus cap. 4 pag. 4 Thomas Cantipratanus, doctus vir ac sanctus ex Ordine Prædicatorum : *Venerabilis et Deo dignus Guiardus Cameracensis Episcopus... cum in via contra Antuerpienses haereticos, quid Afflyvniense monasterium Brabantie, in regulari observatione strictissimum, vitam suam sine levissimo terminassit ; in ipso tempore migrationis, cuiam Fratris Prædicatorum per somnam apparuit in Gunduro. ac post pauca : Nimia severitas, inquit, me culpabilem reddidit et purgandum. Sed etiu ista, qua contra haereticos pro expurganda Ecclesia avidius iniiciabam, juvnam meum imminuit, et accelerabat gloriam nunc dilatam. Verum cito profligata hinc ea haeresis, cum biennio post Guiardi mortem hic fuerit Willielmus, Legato Pontificis potissimum auctoritate electus Imperator, ut ad Vi-*

tam

tam B. Bonifacii Episcopi Lausanensis xix Februarii pag. 155 indicamus : atque eum in modum abstensa illa est labes, ut, praterquam apud Cantipratatum, nulla jus extet memoria.

Prior autem hæresis urbem hanc diutius est populata, exitialia late fedissimorum sacerdotum spargens contagia. Ejus seminandæ diaholo illa fuit occasio, quod cum unicus esset in urbe Sacerdos, isque luxuria infamis, cives nec frequentabant Ecclesie Sacra menta, nec ullos audiebant de rebus Divinis sermones. Præstat ipsum audire scriptorem Vitæ S. NORBERTI cap. 36. *Erat, inquit, et Antwerpia lucus, oppidum amplissimum et populsum, in quo unus erat tautum Sacerdos, qui curauit totius populi ibidem commorantis habebat regere, sed præ nimia multitudine et frequenti negligentia non poterat, nec credebatur ei : eo quod et ipse quasi in conjugio et copula carnali neptem suam in linea tertia manifeste socium sui seclericis fecerat. Ob hanc caussam populus ille, quasi gressus sine pastore, in multis errorum vnitutibus deviabat. Unde contigit, ut hæreticus quidam, mira subtilitas et versatilis, seductor, Tanchelinus nomine, ibi adveniens, in radem gente sue seductionis locum invenieret. Erat denique omnium hominum sceleratissimus, et Dei et omnium Sacramentorum ejus inimicus, et totius religiosis et Christianæ fidei contrarius, intantum ut obscurum Episcoporum et Sacerdotum nihil esse diceat, et sacrosancti Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi perceptum, ad salutem perpetuam prodesse denegaret; et populum illum, cui jam per multa tempora veritas harum muntiata non fuerat, in eundem errorem induceret : Horrenda deinde commemoratione scriptor perditissimi hominis flagitia : ejus venenosus sermo, ut habet Burchardi Cameracensis Episcopi tune datum diploma, totum villam infecerat, et a fide plurimos averteret. Et quidem, ut in citata Vita dicitur, haec turpissima et detestanda seductionis exercitatio, etiam post mortem ipsius hæretici, extirpari nullatenus potuit. Tunc vero Hildulphus Prepositus ac xiii Canonici, qui sitam juxta camdem urbem S. Michaelis ecclesiam tenebant, cum penitus excindere pertinax malum non possent, S. P. NORBERTUM advocarunt, eique ac sociis illam Ecclesiam (assentiente eodem Episcopo Cameracensi, eoi Antwerpia suberat) tradiderunt, et aliam sibi aedificarent Deiparæ Virgini dicatam. NORBERTUS cum suis pestem illam animorum dissipavit, disciplinam Ecclesiasticam egregie stabilivit, mores populi fœde corruptos sensim correxit, ac sui instituti cœnobium ad ecclesiam S. Michaelis construendum curavit. Primum illud fuit Antwerpia fundamentum monasterium. Ancta dein mirifice populi pietas: sunt alia nunc multa : Vestrum ceterorum principium. Ut vos a Canonicis advocati huc estis; ita alii deinceps religiosi Ordines in laboris Vestri partem venerunt: quos paterna benevolentia Vos, Canonicique S. MARIAE, complexi estis.*

Sed quo extra propositam nobis orbitam evagatur stylus? Eo illum traxit dulcissima Magni Parentis Vestri memoria: erga quem (ob expurgatam olim ab hæresi urbem aë provinciam, Sacramentorum usum reductum, vita religiosa palestram hic primum institutam, alia multa Deo assidue famulantum virorum ac faminarum cœnobia, Spiritu, quem ipse civibus afflarat, creeta ac stabilita ut gratitudinem profiteamur, ad Te nunc, AMPLISSIME ET ADMODUM REVERENDE DOMINE, accedimus: sed novam (si verum clare fate-nor) gratiam tacite postulantes, ut nimirum quæ publico prodesse nostra optamus scripta, ea Tibi probata intelligentur, avidiusque ideo ab aliis legantur. Faciet euim quæ somma in Te est auctoritas, ut ceteri tumi Vestri Ordinis Canonici, tumi alii religiosi ac pii homines, vel properea legere haec velint, si Tibi oblatæ intelligent. Norunt quippe, quam sis non solum philosophicis Theologicisque scientiis imbutus, qui et illas etiam adolescentiores Vestros olim docueris; sed quam in veterum Patrum monumentis versatus: quanta eruditio et facundia, per xxv et amplius annos, conciones in hac urbe habueris, maximo semper hominum conuersu, approbatione, fructu: quanta sollicitudine, zelo religiosæ discipline, benignitate, annis pluribus Prioris gesseris munus: quanta prudētia nunc, ex quo solemibus ornatus insulis Abbasque fūisti inauguratus, reu quoque publicam adjoves, tum civibus Antwerpensibus, quibus unice carus es, consulendo, tum patriæ universæ, in gravissimo Ordinum Brabantie consessu. Nam quid dicemus, quo studio Dei honorem tuearis, qua animi magnitudine sacerorum splendorem amplifices, qua industria salvi animorum consolas, qua denique liberalitate eos foveas, qui ad hæreticorum conversionem incumbunt? Que hoc in genere designas ac moliris, sunt pleraque

que ita publice nota, itaque illustria, ut nihil ocesse sit ea a nobis commemorari : quædam tamquam ejusmodi, ut ea fortassis palam prædicari nolis. Jam quos Tu religiosorum hominum in hæc urbe cœtus non effusa caritate complecteris? quas corum ad Sanctos sui Ordinis honorandos institutas panegyres non coherestas? Non me tuum grato præconio prosequetur posteritas, cum florere sanctimonia ceroet, magnisque, innocentia vita assiduisque ad Deum precibus, muoimen urbi addere, parthenonem illum P̄aemonstratensis instituti, qui hic Tuo potissimum patrocinio adolescit. Omittimus quam comodis splendidisque adfiscieis urbem exornes, quod in ingens quoque pietatis incrementum cedet, quando qui ea ioculent, tacite admonebantur non licere sibi non probitatem integritatemque imitari eorum, a quibus ea condita sibique locata sit. Admirari quoque hic libet ac venerari Dei Opt. Max. providentiam, qui eam olim memorem Parenti Tuo incepit, ut ex Selandia, ubi gerere, opibus, juris scientia clarissimus erat, in hanc orbem deponerent. Id quidem illi propterea faciebat, ne saeris pessum datis grassari heresim, ac vilissimos homines ecclesiarum spoliis auctos insultare Catholicis videret : ae potissimum ne si quos deinceps suscepisset liberos, ii in medio hominum improborum, non sine praesenti periculo, edueandi essent; verum ideo hanc illi Deus incepit mentem, ut in hac Tu urbe nasequereris, in qua, procul ab omni discrimine, ad eximiam morum honestatem nutrireris, religiosorum hominom exemplis assueceres, denique ad illud evaderes fastigium virtutis, unde urbi ipsi splendorem, et spiritualia emolumenta, ae denique præsidium afferres. Etenim et illud Divino nutri remur accidisse, ut Optimatam rogatu, eum adhuc Prior essem, maximo labore ac boni publici studio, cum Cathedralis Ecclesiae Canoniceis quibusdam, et aliis viris religiosis, civium, præsertim opulentiorum, aedes, per plures menses circuiores, adhortans omnes, ut laboranti Regio Erario gratuita largitione sueuererent, sumptumque suppeditarent bello sustinendo, quod ii ciebant hostes, qui urbi exitium, pernicieem saeris minitabantur. Non licet nobis hic nimium esse prolixis, ne Tuce modestiae graves et importuni simus.

Unum est tamen, quod utinam quam grata memoria colimus, tam diserta oratione celebrare possemus! Quod videlicet nos semper summa humanitate et amore prosequentes, studiaque nostra, quia Sanctis consecrata noveras, laudaveris foverisque. Sed illud etiam multo nos afficit magis, aeterno in nostris annualibus celebrandum encomio, quod tam areta effusaque Ordinem nostrum universum caritate diligas. Meminimus sane, qua eloquentia, quo ardore Spiritus, qua benevolentia erga nos significacione, anno circ̄xxi in templi nostri dedicatione sis concionatus, summa et Tui expectatione in animis civium excitata, et in nostris pectoribus erga Te caritate accensa. Quid de ea concione dicemus, quam anno circ̄cccl, Societatis nostræ seculari, in eadem hac aede habuimus? Omneum spem nostram, civiu quoque expectationem, anno circ̄cclv, superasti, cum centesimum ab sancti Parentis nostri Ignatii obitu annum terminaremus. Quæcumque in laudem Societatis universæ dixeris, que in commendationem eorum rerum, que a tribus nostris in hac urbe domiciliis, magna industria, opera indefessa, sincero Divinae gloria salutisque animarum zelo, aguntur; neque opus est ut hic commemoretur a nobis, cum eam concionem, ut latius manaret Tua erga nos benevolentia fructus, typis excusam vulgaveris; neque ea dicendo scribendove repetere, nostra nos verecundia sinit.

Facit ille Tuus, AMPLISSIME ET ADMONITUM REVERENDE DOMINE, singularis erga nos amori, ut liberins ad Te opus hoc nostrum afferamus. In qua re si inest honor aliquis, cum Tibi libenter, summa cum observantia, impertinuit; sin potius novum Tuum beneficium erit in hoc munere accipiendo, Tuoque ei impendendo patrocinio, id submisse impoloramus.

Pauca hic adhuc Tecum, quæ vel sic inculeari volumus alii lectoribus, disseremus: succinete tamen, quia sunt eadem alibi pleniæ a nobis pertractata. Tu haec quoque, AMPLISSIME DOMINE, solita Tua benignitate, sed ipsa præsertim suscepit Acta Sanctorum.

CAPUT PRIMUM.

Fructus ex Actis Sanctorum : Martyrum non omnia scripta : nec quæ scripta, omnia extant.

Si quanta in sacrarum lectione historiarum, eorum præsertim que Sanctorum acta compleuntur, dignitas atque utilitas inest, tanta diligentia essent ejusmodi historiæ gestaque Sanctorum conscripta; amplissimum in Ecclesiæ Catholice gaza hic esset thesaurus, et quo adversis in rebus solatium, ad cunctas animorum ægritudines curandas remedium, ad omnium exercitationem virtutum incitamentum depromeretur. Quid enim incidere in vitam humanam potest, quod non aliquando evenerit Sanctis: ut ex eorum actis luculentem doceri mortales queant, qua animi firmitate aspera perferre, et que ad officia virtutum spectant, qua alacritate exequi valeant? Nihil enim vero fit aut dicitur, quod non dictum factumque sit prius: nihil plane dæmon, quinque illius stimulis ad flagitia incitantur perdit homines, adversus probos moliuntur, quod non ante adversus priores Santos designarint: ut horum exemplo eorum retundere impetus, adipisci victoriam, inerita cumulare, ornare, quam a Deo expectamus, coronam, nobis liceat. Nihil quoque ardorū operum susceptum obin a Sanctis cuius non aliquando se occasio offerat, aut imitari eos valentibus suppetat facultas. Estqne adeo in harum lectione Vitarum vis major ad omnium comparanda virtutum ornamenti, quam in illa ascetica scriptione. Nam, quod vulgo diei solet, præcepta quidem docent, quid agendum, quaque ratione sit; exempla vero et monstrant quid actu, agique oporteat, et tacite ardorem quemdam imitandi accendent in iis, qui illa spectant, legive aut narrari audiunt. Fadetur tamen, neque preceptionibus solis, neque exemplis, ullam, ut oportet, excoli Christianam virtutem, nisi prævio quadam impulsu nos ad executionem eorum, que utravis modo suadentur, Dei Gratia instiget, et volentes jam agentesque confirmet; verum hanc dari uberiorē contendimus. Acta Sanctorum legentibus, quam nudas institutiones spiritualium scriptorum. Nam ab illis tacite excitatur in animis nostris erga Santos, qui quæ legimus egerunt passive sunt, amor, deque eorum bonitate opinio, et, que ab hac existit, fiducia impetrandi ab iis auxili: unde consequuntur, ut openillorum imploremus, et ipsi Deum pro nobis exorcentur, a quo largior in nos gratia effundatur.

Verum que illi olin præclaræ gesserunt, ea maximam partem tradita litteris non sunt: et quæ tradita, plurima intercederunt. Duplex generationis est ordo Sanctorum: aliis enim propter invictam defensionem fidei, pudicitie, temperantie, aut alterius cuiuspiam Christianæ virtutis illata mors est, aut cruciatus ærimumque irregat, unde ea postea est mors conscientia: ali cum ad virtutem diu strenue inenarrarent, sicut morte extinti placide sunt. Ad prius illius genus spectant Acta Proconsularia ac Præsidalia, quibus omnia ad Proconsulalia Præsidium, aut aliorum Judicium, vel ipsorum etiam Cæsarum tribunal dicta utrimque aut facta continentur. Ea notaria ex Officio Præsidum referre in tabulas solebant: Christiani autem hos notarios, eorumque servos aut familiares, pretio aliquo delineabant, ut sibi ea Acta describendi copiam facerent. Si vero in publico res gerebatur, ipsi net Christiani quam poterant occultissime ac celerrime, usitatis tune notis, excipiebant. Ita in Appendice ad diem vi Februarii, in Actis Lutinis S. Theodori Dueis ac Martyris cap. 3 num. 12 pag. 892. Anchonus, sive Auganus, scriba de se loquitur: *Ego autem Anchonus velociter scri-*

bens, qui ibilem præsens fui, et cum omni diligentia omne certamen ejus, et pumas quas patiebatur, scripsi videndo et audiendo. Qui se hic velociter scribentem vocat, is in Meneis Græcorum, quæ pag. 25 § 3, in Prolegomenis ad ejus Vitam num. 16 citavimus παχυγράφος appellatur, diciturque sigillatum interrogations ac responsu, rurisque ac varietatem tormentorum, et auxilia divinitus allata, late descripta exposuisse. Quæ tamen ille tunc annotarat, ac dein fortassis fusius exposuerat, ab alio quopiam in epitomen contracta suspicari licet: neque enim ita in iis late descripta omnia, neque sigillatum, ut dicta quæque erant, exarata. Alioquin illæ Præsidum interrogations, responsesque Sanctorum, vel ex ipso tam sincero modo scriptio magnam afferunt jucunditatem. Novimus certe Magnum quendam ex Augusta Domo Austriana Principem, qui si qua valetudine affixus lecto tenebatur, talia sibi prælegi e Januario nostro Acta curabat, hisque audiendis animum recreari suum profitebatur.

At plurimorum Martyrum nulla ejusmodi conscripta sunt Acta: quod sepenumero Imperatores ac Reges, præcipiti furore, nulla judiciorum forma observata, mactari quendam religionis causa præcipiebant, ac nonnumquam, integras fortissimorum fidelissimorumque militum cohortes, atque etiam legiones? Quid quod integrarum urbium, quod in iis ita Christiana florebant religio, cunctos incolas barbari Reges, ipsique adeo Cæsares Romani, nullo retatis discrimine, trucidando curarunt? Ac tum sane in caedibus perpetrandis ordo nullus servatus, nedium acta sigillatum omnium scripta, ac ne nomina quidem eorum, qui eclestem adepti erant coronam, tradita posteris, nisi quandoque pauorum. Quid eos dicemus, qui clani inmissis spiculatore nerati, aut veneno extincti, aut in carcere mori coacti? Quoties concitate multitudinis tumultu oppressi caesique Christiani? quoties vole, in quan ad sacra celebranda convenerant, incensa acerissime enecti? Denique, si recte verum pensamus, longe plures hoc mola, quam servata judiciorum forma, interemptos fatebimur.

Nani alioquin, etiam cum a Præsidibus Martyres, sive in secretario, seu palam populo, audiebantur, postque diros cruciatus damnabantur, sepe scribi dicta factaque eorum vestigant impii. Caussam, cur id facerent, indicant Acta S. Vincentii xxi Jannari his verbis: *Probabile satis est ad gloriam l' inventi Martiris, quod descriptis passionis ipsius gestis titulum invicti mimicus. Unde reddimus fide plena relationem gestorum, que litterarum apicibus annotari. Index non immerto vult, quia VICTI si se fruiles erat audiri. Naturalis siquidem prouidentia est male errantium, auferre de medu testimonium prohbitat. Eo demum prorupit valvæ Diocletiani, ut et Divinos libros, et ejusmodi quoque scripta, ne solatium afferre Christianis possent, insque animos addere, ac dedecus, ut rebatur, suum prodere possent, qui tot tamque atrocibus modis eos oppugnasset, et setque etiam ab infirma aetate splendide superatus; conqueri omnia flammis que absunsi mandarit. In ejus crudelitatis optionem factum id divinitus videtur, ut cum plurima adversus barbaros per se ac Maximianum Herculeum collegam, Maximianumque Armentarium et Constantium Cæsares, bella gesserit, nihil fere nunc de iis extet, nisi in mescio quo Breviario historie Romanae Sexti Aureli Victoris, aut Entrupii, ac Vitis nonnullis Sanctorum; abolitis que de iis scripserant, et fortassis non sine vanissima adulatio, historici Gentiles.*

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

Multæ aliorum Sanctorum Vitæ latent. Pro utrisque opem rogantur
eruditæ lectores.

*Confessorum
Vitæ inuidæ
adhuc latent,*

*male sup-
pressæ :*

*rogantur
lectores ut
qui habent
communicent,*

*aut si quid
scriptio
didiisse :*

*in hoc
opere obser-
vatis :*

Confessorum multorum scriptæ ab egregiis auctoribus Vitæ, Athanasio, Ephraimo, Gregorio Nysseno, Hieronymo, Gregorio Magno Papa, et, quem jam ante citavimus, Audeno, aliæque ab aliis. At plurimorum scriptæ non sunt : multorum scriptæ sunt quidem, sed postea perierunt, aut latent in scribiis ac bibliothecis quorundam. Et his quidem nos laudem tribuumus quod eas studiose asservent, et fortassis non exiguo ære studioque compararint; sed nequissimis simul non iis subiraserit, quod publico eas invideant. Quis enim fructus est ita absconditi thesauri, quem fortuitum incendium, aut ipsorum stolidus aliquis hæres dissipabit, vetustas ipsa certe situsque consumet? Si edere eas nolint, aliis communicent, nihil interim perdituri : nam et ipsis sumi remanebit autographum, et quod inde descriptum vulgabitur exemplar, magnas afferat lectoribus utilitates.

Quia cum scribimus, tanto majorem nos habere gratiam prædilectionis iis, qui Vitæ ejusmodi ad nos miserunt, aut nos ad eas describendas codices comodi darunt. Multas tamen nobis adhuc doceo perspicet lector, vel ex voluminis, que jam vulgaribus : quem per Sanctos, Deumque ipsum, qui honoratur in Sanctorum honoribus, ostestanunt ut si quid de Martyribus seque ac Confessoribus, penes se esse cognoverit, nobis ignoratum, dignetur pro sua humanitate communicare, aut si quid minus recte asservati sint, monere. Si de aliorum Sanctorum Actis dubitamus ea habeamus, (neque enim adhuc possumus accuratum omnium catalogum texere) nobisque id brevi epistolo significet, confessum quid de iis Sanctis conperimus, prescribamus, ut statuere possit, nobis desint necne, que habeat. Labor quoque simplicitus minet, si pauculas ex initio Vita enjusque, aut etiam Prologi, lineas adscribatur, aliquot ex fine verba, et quanta Vitæ totius sit molles, significet : tunc enim nobis facilimum erit conjectare, an endem penes nos sit, ne frustra fortassis deserbitur. Atque illud tamen commodi eveniet, ut si quid in nostro exemplari mendose scriptum videatur, illud soltem si integrum Vitam opus non sit, petere possimus. Simili nos beneficio pridem complures et genere et eruditione clarissimi homines affecerunt.

At si quis Acta quidem ejusmodi nulla habeat, novet laumen usquam, Sanctos aliquos coli, ac populum concorsu celebrari; gratificabitur is quomodo nolis, si indicarit, et qua ratione ad plenam eorum notitiam pervenire valeamus; an quid de iis in hystorii scriptisque alii tradi didicerit; an fama populari sermonibus quidam de iis jactari.

Neque ista solum de Sanctorum gestis monumenta avide conquirimus, sed vetera quoque Martyrologia, in quibus sepe Sanctorum multa adscripta nomina, alibi ignotorum. Est enim nobis profecto perjucendum, si, cum in vetustis, que habemus Martyrologiis multa ejusmodi nomina Sanctorum recenseantur, ea alibi quoque reperi intelligamus, ut tanto magis robur auctoritatemque obtineant, que de iis in lucem damus. Quia tamen, in que quis incidet vetera Martyrologia, ea fortassis omnino consumilia sunt nostris, ut satis sit ea invicem conferre, et non integra describere oporteat, illud rogamus, et diem unum alterumve, presertim e Martio aut sequentibus mensibus, curet, qui ea nactus est, describi, et ad nos mittat.

Denique quidquid eruditus et prudens lector ad solutionem operis nostri, plenamque de Sanctis notitiam pertinere existimat, id suggerere pro suo boni publici studio dignetur.

Meminerit tamen, que ita repererit Acta Latina, percurse nos, ut scripta sunt, stylo eorum qui illa componerunt religiose retento, quantumvis inculto et agresti. Id autem propterea tam sollicite rogamus, quod omnino ea nobis sedet sententia, plerorumque eruditorum calculis confirmata, edi semel oportere Acta Sanctorum, prout scripta primum fuere, ne lima Veritati quidquam adscitum formæ affingat, neve antiquitatibz suis detrahatur cultus. Usque adeo certe in majorum nostrarum pietatis imaginibus ac status, amictus quidam obsoletus, peneque rusticanus, placet, ut quiddam habere venerationis videatur. Neque si pictor aliquis aut statuarius habitum, quo nunc nostres utuntur, adumbrare multo elegantius possit, quam veteres ille effigies repreäsentent, parem tamen ullo modo relatarus sit artis suæ admirationem ac laudem. Cor autem id nos præcipue affectemus, fuse alibi dictum. Esset aboquin forte se nolis hanc paullo facilis ac jucundus, quod ante annos fere centum Laurentius Surins, magna omnium Catholicon approbatione fecit, nostro style gesta Sanctorum enarrare. Non opus tunc esset tot codices evolvere, et invicem conferre. Fas etiam foret, que paradoxæ minusque probabilia viderentur, præterire. Disputationes de Sanctorum aetate, loco natali, Vita eorum scriptore, perstringi breviter in ipso contextu narrationis possent. Denique ceteris longe opus hoc expediretur : nam facilis irrutramur, stylo nostro historiam aliquam compondere, quam eamdem semel describere, et cum aliis sex aut septem exemplaribus conferre, ut alia omittamus perplura, sane quam molesta.

*Acta ss. edi-
mus ut
primum
scripta :*

*facilius esset
vostro style
ea componere.*

CAPUT TERTIUM.

Ordinata in hoc opere cuncta. Ejus iterum commendata lectio.

Quamquam, ferrago haec ita collectum (et leximous) Vitam, que vario olim stylo conscriptæ fuerunt, sepe incepto ac rudi, chaos quoddam ac moles indigesta existimari empiam queat; non ita tamen se rem habere comprehendet, qui legendò sese profundius in hanc silvam, primo licet aspectu horridam, immiserit. Dedamus enim operam, ut omnia scite et accommodate collocarentur, tuncque multa adhibuumus ad sublevandum lectorum, nibil ut eum magnopere mo-

rari, aut tardum ei offere possit. Ad eam rem facit, non modo Sanctorum in suis dies apta distributio, quibusdam ad alios, ad quos potius spectare videbantur, rejectis; intrabique aetatis, qua vixerunt, halita ratione, mensuramque et diem in serie observata; sed praefixa dein Vitis ipsis Prælogomena, in quibus actas eadem, ceteraque temporum ratio inquitur, atque idemque characteribus probatur ac stabilitur : tum quibus Sancti natu sint aut mortui locis, qui eorum Vitas componerint, unde ad nos tras

tras eae pervenerint manus, indicatur: atque omnino quidquid ad eorum gesta explanandi, honoremque amplificandum pertinet, e variis historicis deponitur. Ut autem satietati occurratur eorum, qui facile, etiam in amenissimis narrationibus, si longiuscula sint, fastidunt, percommoda peragraphorum et capitum divisio exequitata, si erat a primis auctoribus neglecta aut non satis concinna proportione descripta: eaem quoque variis intercisa numeris: tum compendia omnium, que narrantur, in marginibus apposita: annotationes item, si que obscura sint, aut non enivis obvia, si variantes alibi lectiones. Ad memoriam quoque adjevandam eorum, qui lecta requirent, aut seligere ex iis quidquam volent, seni tomis singulis additi Indices: appendices item adjectae, tum Vitarum, que serius, excuso jam, ad quem pertinebant, die, ad nos allatae; tum correctionum ac retractationum, sicubi nos antea conjectura fefellerit, aut non sat fida manu exaratus codex; erroremque postea dedicti sumus.

Hæc omnia, quia sunt fuse in prioribus tomis, ac præsentim in Praefatione ad Januarium, exposita a nobis, ratioque omnium redditæ, nihil attinet hic demio repeteri. Prudens lector ea facile, caussasque omnium, assequetur. Qui tamen prædicta perecurret, illud etiam intelliget, quoniam hec quoctoque Sancti unius plures Vitas edidimus: cur necesse sit, non Graecas solem, sedet barbara lingua conscriptas Vitas Latine vertere: cur subtimide quasdam Scotticorum Hibernicorumque Sanctorum Vitas, atque etiam Armoricanorum, opere nostro inseramus, multis consulto præteritis: cur Chronicæ quædam recens vulgata sub veterum et probatorum scriptorum Dextri, Maximi, Lutprandi nonnihilus, interpolata suspicemur, aut omnino suppositiuæ, ac raro iis niti amdeamus: cur abstineamus quorundam Sanctorum (ut eos sui gentiles inligant) conmemoratione, quorum nuper refecti tumuli: quid in nationum quorundam novissime cœmennatis Fastis, inque nonnullis religiosorum Ordinum Menologis ac Martyrologiis requiramus: quanto nos studio ac labore omnia, que ab aliis traductæ de Sanctis pervestigimus, discutamus, tentinemus.

Quam porro variam ac multiplicem horum Actorum lectione afflerat utilitatem diximus alibi saepè; adeoque inculcavimus. Tria utilitas ejus genera, ad extremitatem iterato communistrabimus, ipsorum Sanctorum exemplis confirmata. Revolet enim legentis animum, velut injecto freno, ab sedis voluntatibus, atque inuis glorio studio: alijs incentivum est quoddam herororum unsum, mentes eorum ad sublimia desideria suscitans: multis copiam suppediat earum rerum, quibus inlinare alius ad sancta opera, tum privatis colloquis, tum padiis e superiori loco sermonibus possint. Diximus saepè; neque obliuisci unquam possumus (nisi enorme solire crimen summae adversus Deum ingratismodum velunus) Societatis nostræ Fundatorem Ignatium, a profana militia ad Christi castra, et hanc conservendum, ejusque servitio manipulam legione, tradidimus, Vitarum Sanctorum lectione, et, quod mirum magis, alio fine suscepta. Eam conversationis ejus occasionem modulunque ita commemorat Joannes Petrus Malleus noster lib. I, illius Vita cap. 2. Cum afferat lectorum Ignatius, isecto, quod sub geno, ex vulnere in Pamphilone defensione accepto, male curatum prominebat, osse fallendi temporis causa profanum quempam librum poposisset ex iis, quas antea per ottum lectione conservaverat; Diuina phœnæ consilio factum est, nullus ut ea tempore domi liber esset ejusmodi: at vero longe meliores alijs duo reperti sunt, Hispanico sermone conscripti; quorum alterius, Vita Christi, alterius (quo selecta virtutum exempla continebantur) SANCTORUM

FLORES, erat inscriptio. Ea videlicet lectio salutis im-
tum attulit homini. Dum enim oblatos ubi libros, vari-
toci, quasi aliud agens, delibat; sensim capi corpus est
puleritudine eorum, quæ scripta reperiiebat: atque adeo
inter ipsam lectionem, ubi quidpam insigne cognoverat,
subsistere, secum ipse deliberans: Quid si præclarum
hos S. Dominici facinus, quid si hoc S. Francisci, Deo
stetus aggredior? Neque vero, cum hæc et alia sibi
multa proponeret, res occurrebat ultra tam ardua, tam-
que difficilis, quam non perficie se posse generosa
quædam olacristate confidere.

Hunc illa lectio ad studium virtutis traxit: alios ad sublimia desideria, mirabili quodam sancti Spiritu impetu, rapuit. Ita de fortissimo Martyre Anastasio Persa memorant illius Acta, ex veteribus Latinis codicibus xxii Janvariæ a nobis edita, cap. 2 num. 13: Assidue autem legebot in celta secretus cer-
tamina vel agones sanctorum Martyrum, quotidie lucry-
mas effundebat, et cogitabat atque æstuabat secretum in
corde suo, hoc desiderans accusum, ut eum Dominus ad
martyrum palmarum vocare dignaretur: quatenus eum di-
gnaretur fieri socium sacerdotum snorum, qui pro ejus
nominis passi sunt, ad lantem et gloriam Domini nostri
Iesu Christi. Additur in altera: Vita e Graeco MS.
Hoc vero cognovimus nos, cum fortitudinem admiraretur
Sanctorum, nihil prope lege alind voluisse, quam quæ
hanc incitat desiderii flammam alevant. Non est qui-
dem volantis, neque curruntis, ut pervenire ad he-
uum martyrii possit; qui tamen in eo desiderium
hoc sua gratia accedit Spiritus si non simile, alind
certe virtutis ei deens, ac saltem honeste illius voluntatis
primum, largietur.

S. Justus,	Martyres, Concordie in		S. Vieturia,
S. Cordius,	Italia.		S. Emilia,
S. Silvanus,			S. Bassilla,
S. Neomedius,			S. Satyrus,
S. Polyceratius,	Martyres, Aquileiae in		S. Ebasus,
et alii lxx.	Italia.		S. Secundus,
S. Chrysanthianus			S. Felix,
et lxxxv socii	Martyres, Aquileiae in		S. Octavianus,
S. Faustinus,	Italia.		S. Faustinia,
et socii xliv	Martyres.		S. Albina,
S. Januarius,			S. Venustina,
S. Felicianus,	Martyres.		S. Rogatianus,
S. Donatus,			S. Victor alter,

S. Marcus,	Martyres.
S. Cetula,	
S. Rutilius,	
S. Silvanus alter,	
S. Covilius,	
S. Theodulus	
S. Julianus,	Martyres Cæsareæ in Palestina.
S. Bonosius, sive Bonosus, Ep. Treviren. in Belgica I.	Martyres in Belgica I.
S. Polchronius Episc. Virdunen. in Belgica I.	Martyres in Belgica I.
S. Lomanus,	Episcopi Athrymiae in Hibernia.
S. Fortchernus,	

- S. Habitdeus Episc. Lunensis Mart. in Italia.
 S. Fintanus Abbas in Hibernia.
 S. Finanus Episc. Lindisfarnensis in Anglia.
 S. Silvinus Episcopus Aleiaci in Belgica II.
 S. Silvinus Episcopus Cremonensis in Italia.
 S. Fulradus Abbas S. Dionysii in Gallia.
 S. Benedictus Episcopus in Sardinia.
 S. Constabilis Abbas Cavensis in Italia.
 B. Evermodus Episcopus Raceburgen. in Germania, ex Ord. Premonstratensi.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Sanctæ Prisca Virg. et Mart. natalia ab aliis quibus xvii Februarii consignari scribit Constantinus Felicius ad diem (quo Acta ejus deditus) xviii Januarii.

S. P. N. Salmanes memoratur hoc die in Mensis Græcorum, et Maximi Cytheræ Bis A'jtos. Is est Silentiarus ille, quem deditus xxvii Januarii.

S. Polycarpus Episcopus ad hunc diem relatus a Constantio Felicio. Quis sit, ignoramus. De Smyrneus Episc. et Martyre eginus xxvi Januarii.

S. Mattheus Episcopi Hierosolymorum viii nonum hoc die inscriptum Florario: at Martyrologio Romano alijsque xxx Januarii.

S. Moiseli memoria fit ad hunc diem in MS. Usuardi Martyrologio Reginæ Sueciae, quod alius pertinuit ad Silvanctenses in Gallia. S. Moyses Episc. Saracenorum in Aralia, Sanctusque Moyses Abbas in Egypto coluntur, ut supra diximus in Februar.

S. Moyses Mart. Alexandrinus cum Cyrione xiv Feb.

S. Moyses M. Africanus xviii Decemb.

S. Savinus Episc. Canusius, de quo S. Gregorius lib. 3 Dialogorum, memoratur hoc die his ipsis verbis ab Hermanno Greven et Mulaio in priore editione auctiori ad Usuardum: a Canusio quaque, Mourlyeo, Felicio, Wifordo: de ea actum fave IX Februario.

S. Severinus Abbas in Gallia hoc die ponitur u Gallesino, Wione, Dorganta. Vnde Agunnensis esse, cum Vita extat xi Februario.

S. Paulus, + Martyres ascripti ad hunc diem exc. S. Maximus + gna martyrologio, sed antiquo, monasterii S. Maximini Trevren. Deusegnus sepius, cum de aliis Martyribus esset sermo xvi Februario.

S. Eutropii Nortobrigensis Episc. mentio fit in Chronico Mart. Maximi ab an. 418. Ab eo Paulum Orosium in Africam missum ad S. Augustinum suspicuntur Rodericus Curus in Notis ad Maximum et Juua. Tomayus Salazar, qui cum ad hunc diem Martyrologio Hispanico inscript. De ea legatione agit Baroniū tum. 3 Anual. ad an. 414 num. 12.

S. Ronanum Episc. Scotum scribit Dempsterius in historia Ecclesiast. gentis Scotorum coli hoc die, anno iocu rursum, diversione ab eo Ronanis, qui (ut scribat Beda lib. 3 cap. 23) in agendo Phorense anno LCLXIV Catholica Paschal observatione defendit. Sed Ronanum Scotum ac Romanum de Cantia Presbyterum, ambos Catholicis muros acercentes defensores, unum euandemque facit. Nos neque illum Dempsteri Ronanum novimus, neque unus alter, Beda latulatus, inter Divos censeatur. De hoc, alijsque episc nominis egimus vi Februario in syllabo Prætermissorum. Ossanus Episcopus de Rath-Ossai juxta Athrumianam, manuscriptu xvii Februario nouallis Hiber-

nensibus Fastis, diciturque floruisse anno MDLXXXV. Addit Colganus, ex ejus nomine lucum Rath-Ossai appellari: aliusque ab eo esse Ossauum inter socios S. Lomani iuxta numeratum.

S. Medanus filium Fechinæ coli xvi Februarii tradit Colganus in Act. SS. Hibern. xii Martu ad Vitam S. Dogani annot. 12. Sed ad hunc diem ejus non meminim.

Patricius Ostiarius, recensentur ad hunc diem in Lurecus, Cuanaclii F. Martypol. Tomlactensi in Hibernia, dicunturque Athrumite requiescere cum SS. Lomano Athrumensi Episcopo et Forteherno, de quibus agenus infra hoc die, deque hisce sociis. Hæret tamen hic uobis obscuritas quædam, an ii omnes ut Sancti illuc adscripti, an ut Magnates, quibus apud sanctos Episcopos expedita sepultura, aut honoris gratia ultra data. Deinde si vere Sancti affirmantur satisne tam unum illi Martyrologio fidere? Colganus de omnibus præterquam, Coelo-Ochtra, agit hoc dir: censet tamen, non omnes uno die decessisse e vita, nec natalem eorum, sed aliam festivam memoriam hac die celebrari. Post Acta SS. Lomani et Forteherni de singulis breviter disseremus, atque alios adjungemus ex Cormann et Tamlaetensi Martyrologiis, quos omisit Colganus, ratus forte Colites mutuam habedos, nec certam eorum Martyrologiorum fidem esse.

Lubriens quidam Metensis Clericus, ideoque ut scribat Claudius Robertus, illius Ecclesie Caucellarius; ex majoribus certe capitibus Metensis Ecclesiis, qui e Primisibus ducebant originem, ut ex veteris actis in Hermanno id Episcopo habet Meurissius multo ab Henrico iv propter Ecclesie Catholice defensionem perpessus, tandem cum sociis aliquot in locum a turba remota secessit, ubi monasterium Canonorum regular. Ord. S. Augustini edificavit, quod Montis S. Petri, vel S. Petri ad montem dicitur. Ferrarius B. Leubricum appellat, et hoc die in generali Catal. SS. locat: ab initio in titulo Meurissius et Claudius Robertus.

Galdrius avunculus S. Bernardi, primusque ejus in religiosa prepositu sectator, antea dominus castri Tulli in ditione Eduensi, inscriptus Menologio Cisterciens Claryastoni Henriquez, et Martyrologio Gallicano Sansani, cum Beati titulo: Sanctum vocat Gualterotus ver. Lingone, par. 2 cap. 4. Non videtur

- videtur publica auctoritate, aut immemorabili popu-*
lorum pietate, is illi honoris attributus.
- Frowinus Abbas Salemensis in Constantiensi diocesis
Ord. Cisterciens. Beatus predicatur ab eodem Chrys-
sostomo in Menol. Gabriel Bucelinus Germanus sa-
cra par. 2 virum religiosissimum vocat.
- Lucas Belludus, vir doctus et sanctus ex ordine Minorum, S. Antonii Patavini discipulus, sepultus Patavini in eiusdem Divi magnifica aede intra sacellum S. Andreae, tumbris inclusus marmoreo, Beatus uniuersitatis a Bernardino Scardonio lib. 2 classe 6, traditurque clarissime innumeris miraculis. Beatum itidem praeedicant, citata Scardonii auctoritate, Angelus Portinarus in Felicitate Patuvina lib. 9 cap. 9, Waddingus tom. 2 Annal. Minor. ad annum 1269 num. 9, Arturus a Monasterio in Martyrol. Franciscana ad hunc diem, Gouzaga et alii. Handulum nobis exploratum, an aliquis ei publicus cultus ab Ecclesie delatus.
- Alexius Falconerius, unus e septem primis fundatoribus Ordinis Servorum B. Mariae, anno ccccxx, etatis ex, die xvii Februarii pte obiit. Michael Florentinus in Chronico Ordinis ad eum annum, Archangelus Giamus in Annal. centur. I lib. 6 cap. 9, Philippus Ferrarius in generali Catal. SS. Beatum absolute uniuersitatis: at non indicant, sitne id Sanctae Sedis auctoritate sancitum, aut longissimitemporis usu comprobatum.
- S. Constantia Virgo, Constantini Magni Imp. filia, hoc die refertur a Constantio Felicio, et Franc. Lachario in Menol. Virginum: colitur xviii Febru.
- S. P. N. Auxiliu fit hoc die in Menxis Graecorum et Maximo Cytheraeo commemorationis. Episcopus Solensis fuit in Cypro, de quo cum Martyrol. Romano agimus xix Feb.
- S. P. N. Theoderisti consignata in iisdem Menxis et Cytheraeo ad hunc diem memoria. Confessor esse videtur, S. Nicet. discipulus, de quo eadem Menxa, pluresque alii xvii Martii.
- S. Lauthbertus Episc. Lugdunensis refertur hoc die in MS. Kalendario SS. Ordinis S. Benedicti. Cohatur xiv April.
- Eusebius Martyr sub Diocletiano, nominatur in Kalendaro Coptico MS. Quidam Eusebius (an hic, nescio) cum Neone aliisque martyrum sub Duveliano fecit xxv Aprilis.
- S. Quirillus Trajecti superioris Episcopus refertur hoc die in recenti quadam scripto Carthusia Bruxellensis. Ab aliis ponitur xxx Aprilis.
- Hippolytus Presbyter, | Martyres Atripaltes in Hir-
- Sabinus, | pius xvii Februarii. Ita
- Romulus, | his ipsis verbis Ferrarius
- in Indice topographicum ad Catal. SS. Italor. Ad hunc vero diem in ipso Catalogo monet, S. Hippolyti et sociorum, de quibus xii huius actum, passionem esse referendam. De SS. Sabino Ep. et Romulo, non Martyribus, egimus ix Februarii. At S. Hippolitus, rel. potius Hypolitus, colitur i Maii.
- S. Silvius Tolosanus Episcopus fuit ante S. Exuperium qui anno cccc viesbat. Illius depositioni sacram esse diem xvii Februarii scribit ad xxxi Maii Saussarius in Martyrol. Gallicano: quo tanum die nec ipse, nec aliis ullus, nomen ejus adscriptum exhibet, sed xxxi Maii.
- S. Proculi militis M. | repotito hoc die
- S. Proculi Ep. Interamnensis Mart. | in nova area
- marmorea fuere corpora anno ccccxc, ut in Commentariis de Ecclesia Bononiensi scribit Celsus Fa-
- leonius lib. 1 pag. 53. De S. Proculo milite Mart. agemus i Junii. de S. Proculo Episcopo i Ju-
- nii, vel i Decemb.
- B. Isfridus Raceburgensis Ep. ex ordine Priemos-
 tratensti, conjectus est ab Andrea Saussario in eorum
 Sonetorum catalogum qui proprios natales non ha-
 bent: quem propterea vult ad xvii Februario referri,
 ac B. Evermodi conyngi, ut et in Catalogo topogra-
 phico monnerat. Adscriptus est in Natalib. Chrysos-
 tomi Abbatis xv Junii.
- S. Lupiani Conf. translatio hoc die a Saussario, Belli-
 no, Galesiio, Ferrario, Maurolyco aliisque memo-
 rata, ut quae Claromonte Arvernuorum recoluntur. Ignos-
 tis hic nobis Lupianus, nisi is sit quem alii exhibent
 i Julii.
- S. Pantaleonis medici ac Martyris translatio in MS.
 Florario, hoc die dicitur facta anno cccclxviii. So-
 lenni cultu celebratur in Brevirario Mozarabeo anno
 1502 excuso. De eo nos agemus xxvi Julii.
- S. Augusta Virgo hic memoratur in recenti MS. Car-
 thusia Bruxellensis. De ea dicetur xxviii Julii.
- S. Dachonnae, vel Machonae, mentio fit in Vita S.
 Attracti Virg. ix Februarii. Ad quam Vitam adno-
 tot Colganus, Dachonnae dictum esse ecclesiam pa-
 rochiale in diversi Clauifortensi, deque eo agere
 Martyrologus Hibernos xvii Februario: eni tamen
 ipse hoc die non meminit. Legitur quidem apud Ma-
 riannum Gavmannum Daclionum filius Oran, et in
 Tamlaectensi Dachonnae filius Odram. Agit fursan de
 eo Colyanus, quando cum ait iterum celebrari vi Septem-
 emb. aut xvi Novemb.
- S. Marcianni, | religiosorum Augustinorum commu-
 S. Pulcheriae, | moratio in magna ecclesia Con-
 stantinopolitana peragitur hoc die, ut habent Menxa
 et Maximus Cytheraeus. De his agemus, quando cum
 iisdem Menxis Martyrologium Romanum S. Pul-
 cheriae memoriae conservat x Septemb.
- S. Dionysii Apostoli Parisiorum et Martyris, socio-
 rumque Rustici et Eleutherii, translatio, seu re-
 positio Reliquiarum aliqua hoc die facta memoratur
 a Maurolyco, Ferrario, Saussario. De ea nos ix Octo-
 bris.
- S. Benigni Presbyteri et Martyris gemina refertur
 hoc die in MS. Flurario translatio: prior a civitate
 Divionensi ad Lingoneensem anno 1000 refertur
 metum Normannorum: altera, cuius et Martyrol. Co-
 lodiense, Cunisius, Greven. Gelenius meminernut,
 ad montem Siberensem anno 1000. De utraque
 agemus, cum ejus Vitam dabimus i Novemb.
- S. Theodorus Tiro, Amasea martyrio coronatus, hoc
 die refertur in Graecorum Menologio et Menxis,
 itemque u Molina, Galesiio, Ferraria, et aliis. De
 eo agemus cum Martyrol. Romano ix Novemb.
- S. Menae Callicladi Martiris inventas reliquias tra-
 dunt Menxa hoc die, et Maximus Cytheraeus. Kal-
 licladi die monet Raderus in MSS. Notatimbus
 ad Menxa ab elegancia vocis: cum autem esse qui
 colitur xi Novemb.
- Odo Supprior Clavarallensis refertur hic ab Hugone
 Menario et Beatus appellatur, Sanctus a Saussario.
 Disquiremus an alteranter ei titulus debentur,
 ubi Menologio Cisterciensi Chrysostomi adscriptus,
 xviii Novembris.

DE S. MARIAMNA

SORORE S. PHILIPPI APOSTOLI, VIRGINE APOSTOLICA,

Commentarius historicus.

J. B.

1 SECULO CER.
XVII FER.
S. Mariamna
coelit 17 Fer.

Apostolicis laboribus, toleratisque pro fidei confessione tormentis conspicuana Mariamnam Virginem, Latuorum Fastis ignotam, venerantur Graeci xvii Februarii, quo die istuc leguntur in eorum Menais: Eodem die memoria S. Mariamnae sororis S. Philippi.

Terram relinquens Mariamna Virgo

Natum ex Maria Virgine Christum videt.

Post Christi ascensionem, S. Philippus cum Bartholomeo et Mariamna sorore sua Hieropolim venit. Et quod verbum Dei publice prædicaret, suspensus: extinctusque est. Deum rite precatus: unde subito Proconsul, quique ei aderat, terra absorpti sunt. Ceteri perterriti, S. Bartholomæum et S. Mariamnam, qui et ipsi furca pendebant, obtestati sunt, ne eadem, quæ Proconsul, paterentur. Ille S. Philippum pro illis oravit: qui illos, ne absurberentur, servavit, et alios ex hiato redixit, præter Proconsulem, quem cum viperâ, in ea voragine reliquit. Tunc soluti sunt Bartholomæus et Mariamna: atque ille quidem in Indiam felicem prosectus, actus in crucem ad palmarum pervenit. Mariamna autem in Lycaoniam discessit, ibique Christum prædicans multos baptismus abdidit, ac tandem in pace quietivit. *Hac tenus Menaa. Eadem habet Marimus Cytherensis in Vita Sanctorum, et Franciscus Lakerius in Gallico Menologio Virginum.*

2 *Uta quæ de ripa dicuntur, clariora flant, adjiciens quæ Nicerophorus Callistus lab. 2 lustrar. Eccles. cap. 39 de S. Philippo martyrio scribit. Philippus et Bartholomeo Syria ac superior Asia, sorte oligo:re: in quarum universis urbibus, fidei jactis fundamentis, templa construxerunt. Sacerdotesque iis præficerunt. Philippus autem per gratias Asiae urbibus, Hieropolim Phrygiæ pervenit, civitatem opulentam ac celebrem, quoque nonini apte respondentem, adeo autem idolis deditam, ut etiam viperam (impurum animal ac venenosum) saerario inclusam, magnifico cultu, velut immenis aliquod, honoraret, et sacrificiis quibusdam soveret, illaque mirifice deuota esset. Sed cum Apostolus una cum sorore sua Mariamna, (qua eum comitabatur, ac dudum virginitatem servare per omnem vitam constituerat) illuc venisset; statim idolorum cultus in ea regione extinctus est, et insolentia commorantium ibi daemonicu: habefacta. Siquidem viperâ illa, que deus quidam habebatur, ex domo suo erupit, et quasi ab ardente igne profugit, nondiquo: iis injectus, qui ejus ante: adeo studiosi extiterant.*

3 Ceterum cum quoniamplurima uero Philippo et Mariamna miracula adorarentur, seditio in multitudine exorti est. Alii Deo Philippo et Bartholomei adhaerebant (erat enim Bartholomeus ex propinquio in auxilio Philippum submissus a Deo) alii præceptam animo, daemoniacam superstitionem inordicostuebantur. Atque hi conjugatione facta, cum impetu in Apostolos irruiunt, ac Philippum arripiunt, et tamquam victimam quandam ad columnam capite suspendunt, Bartholomeus autem directum ligno alligant in formam crucis. Cum hunc in modum Sancti crudeliter tractarentur, ad preces conuersi sunt. Cessit autem statim locus, in magnam altitudinem subsidens, ac simul multitudo demergelatur, totique urbi periculum imminebat. Ibi qui reliqui erant, sentientes periculum eam et cladem, ultionem esse injuria: que sacris Christi ministris erat illata, confessio omnes

Christi fidem suscipiunt. Et Bartholomeus quidem vinculis solitus est, ac Philippum generose martyrio perfuctum sepultura tradidit. Dein urbe universa fidei lumine collustrata, ac Christo dicata, convertuntur, aliquanto post tempore Urbanopoli in præfectura Cilicie in cruce denuo actus, ad unice desideratum Christum migravit.

4 *Ista Nicerophorus. De S. Bartholomæ necis modo de loco agens xxiv Augusti, de S. Philippi. Kalendas Maii. Hunc quidem omnes asserunt Hierapolis esse interemptum: sed quod anno Æra vulgaris lxxi id annus quidam contigit, non oianimo certum est. Habetur i: quidem in nonnullis Eusebiis Chronici exemplaribus, verum deest in pluribus. Baronius ad an. Christi lxx negat Hieropolitas viperam coluisse, quia Eusebius lib. Vipera instar nominis habita.*

2 *Preparationis Evangelicæ cap. 4 alios Phrygium deos, describat. Non cap. 4 sed 2 duos indicat Phrygium deos, Cybelen et Attin, qui Pessunente potissimum divinis honoribus et sacrificiis colebantur: aliis alibi, atque ibidem quoque coli potuerunt. Quot in Trajanis bellis scriptoribus di nominantur, apud Phrygas celebrati? Belus erat Babylonis Deus: nonne et draco quoque, ab Danyne interfactus?*

5 *Quæ scripta de S. Philippo Nicephorus, itemque congruat cum Actus ejusdem Apostoli apud Metaphasis, ubi fere eadem traduntur de cultu, qui ēgōv̄ τοῑ τερπατό̄, prodigiosu: enidam viperam habebatur, quam tamen precibus intersectum ait, non ultra effugisse. De S. Bartholomæo autem et S. Mariamna ista habentur: Sei cum illo tempore Bartholomeus quoque divinus Apostolus simul cum eo versaretur Hieropolis, et simul prædictaret Evangelium, quonodo prædicatio: ita etiam perpessio: fit ei sociis: et illo a talis suspensi, ut diximus, ipse cruce condemnatur. Porro autem soror Mariamna, quæ non minus erat una mente quam natura, quoque Virgo erat et corpore et animo, patienti quidem fratri Philippo aderat; perpessio: autem, quoad ejus fieri poterat, voluntate et iuncti proposito simul attrahebat, et cum eo patibatur.*

6 *Ac postea de S. Philippo morte et sepultura ita loquitur: Unde etiam in ligno sublime pendens, cum iis qui erant in civitate, de iis quæ erant ipsis futura utilia, toto die disserebat, et fiducia ad Dominum confirmans eorum animos, et pro iis supplicans, sacrosancte cum sanctis excessit eloquiis, et migravit ad eum, quem dilexit, Dominum, cum in manu ejus suam depositisset animam. Preciosum autem ejus corpus a Bartholomeo et Mariamna sancte elatum, et quæ in sepultura de more sunt, præclare assecutum, cum sacris hymnis et honoribus in loco insigni et sacro est depositum quartodecimo Novembbris.*

7 *Bartholomeus autem et Mariamna, cum brevi tempore in eo loco mansissent, et pretiosis his reliquis hymnis et honoribus trahiissent, et rursus præcliriis ac firmis eos qui aderant in fide confirmassent, in sanam patriam redierunt, predicantes Christi Evangelium. Quod dicuntur in patriam redisse, Grace est, ētā τὰ δυστὰ ad propria, sive ad sua, ad ea volebant, que illas agere Spiritus sanctus judebat. Supra dicitur Mariamna in Lycaoniam irisse in pacem quievisse. In Latinis actis S. Philippi nulla sororis mortuus fit, sed duarum filiarum Virginum, quæ apud patrem sepulta sunt. Sua loco inquiremus, an non id ex S. Philippo Diaconi actis sumptum videatur.*

Mariamna fratri in cruce mortuus ad-
sat

eam Christia-
ne sepelit,

et hymnis ho-
norat

soror et comes
S. Philippi
Apost. cum co-
suspensa,

C dein liberata.

Bieropoli ever-
sis idola.

elarescit mira-
culis

persecutores
terro subi-
dente perculi.

Vipera instar
nominis habi-
ta.

precibus oc-
cisa, vel fuga-
ta.

Mariamna fra-
tri in cruce
mortuus ad-
sat

eam Christia-
ne sepelit,

et hymnis ho-
norat

Supra dicitur Mariamna in Lycaoniam irisse in pacem quievisse. In Latinis actis S. Philippi nulla sororis mortuus fit, sed duarum filiarum Virginum, quæ apud patrem sepulta sunt. Sua loco inquiremus, an non id ex S. Philippo Diaconi actis sumptum videatur.

DE

DE S. POLYCHRONIO EPISCOPO BABYLONIS MARTYRE, Commentarius historicus.

G. H.

AN. CIR. CCCL.
XVII FEB.Acta S. Poly-
chronii,ejusque cleri-
corum,et SS. Abdon
et Sennen,annexa Actis
S. Laurentii,in aliis MSS.
avulsa,

Acta S. Polychronii Episcopi hubentur subintitulum *Vetus S. Laurentii Martyris, a Surio emendato nonnihil stylo edita ad x Augusti, quam illic primigenius pharsi ex variis MSS. reddimus.* Ea Acta asserit Baronius ad ann. 231 num. 27 nonnihil corrupta esse eademque multum sane ambigua observat in Notis Martyrologii Romani ad hunc xvii Februario, et xxvi Aprilis, quo die coluntur Parthenini, Elymas et Chrysotulus Presbyteri S. Polychronii, et Lucas ac Mucius ejusdem Diaconi : ubi Acta illa qualiacunque appellat. Horum omnium corpora sepeliebantur SS. Abdon et Sennen : deinde capti et ipsi, atque a Decio Imperatore Romanam abducti, interficiuntur xxxi Julii, ad quem diu iterum monet Baronius. Ita illa castigatione indigere. Quia aut x Augusti, ubi de S. Laurentio agitur, illa explicat : Hubentur Acta ejus apud Surium, quorum exordio premituntur res gestae SS. Abdon et Sennen et aliorum, quae cum ob styli diversitatem, tunc ob historie varietatem, et inconstantem veritatem, alterius cuiusquam auctoris esse apparent etc. Sunt ea Actu a reliquis que ad SS. Xystum, Laurentium, et Hippolytum spectant, in multis codicibus MSS. avulsa, immo in duplice MS. nostro, quorum ultimum olim pertinuit ad abbacium Valcelensem Ordinis Cisterciensis, varie subtiliusa. Priori parti hic præfigitur titulus : Incipit passio S. Polochronii Episcopi sociorumque ejus, quæ est decimo Kalendas Maii : quo die Presbyterus ac Diaconos ejus, quorum martyrii acta una continentur, coli diximus. Relatis hisce Actis hæc adduntur : Explicit passio B. Polochronii Episcopi. Ita toco Polychronii ubique in iis Actis scriatur. Novus deinde additur titulus : Incipit passio SS. Abdon et Sennen, quæ est in Kalendas Augusti. Ex priore parte, ea excrimimus, quæ ad Polychronium spectant, reliqua daturi xxvi Aprilis. Omnia hæc sub titulo Passiois SS. Abdon et Sennen habemus ex codicibus MSS. Trevirensi S. Martini, Ultraiectino S. Salvatoris, et Parisiensi Cl. Puteani, et sub titulo Passiois S. Laurentii Martyris ex codicibus MSS. Fuldeust, Trevirensi S. Maximini, atque.

B 2 Illustris S. Polychronii mentio fit in omnibus pene Martyrologiis, e quibus aliqua ejus Actis lux effulget. Antiquum MS. Romana, quod S. Hieronymo tribuitur, hoc solum habet : In Babylonio Polychronii. Vetus Romanum a Rosweido editum : In Perside B. Polychronii Episc. et Martyris. In aliis additur genus Martyrii ex ipsius Actis, sed rari scribatur, Polochronius, Polochronius, Pologronius : dicturque præsente Decio persecutore os lapidibus cæsus, manibus extensis, oculos ad celum levans, emisso spiritum. Ita Beda, Usuardus, Rabanus, Notkerus, Ado, Bellinus, ac plerique MSS. et cum Actis Episcopum Babylonie appellant. Ado et Notkerus Episcopum Babylonie et Thesiphontem. Est hoc Ctesiphon vicina Babylonii urbs a Ptolemyo aliquaque scriptoribus celebrata. In Mortyrol. Romano locc leguntur : In Perside natalis B. Polychronii Episcopi Babylonis, qui in persecutione Decii, ore lapidibus cæso, manibus extensis, oculus ad celum elevans, emisit spiritum. In antiquo Martyrologio Tornacensi S. Martinus addubatur, scriptum id esse in passione ejus : apud Bedam aliasque in passione S. Laurentii, scilicet prout eadem Acta aut separata ab martyrio S. Laurentii, aut ei adjuncta reperiuntur, in quibus de S. Polychronio hæc leguntur

3 In diebus illis orta tempestate sub Decio Cæsare, multi Christianorum in urbe Roma necati sunt. Præsidente in urbe Roma Galba, pergit Decius ad Persas, cum bellum urgeretur Persarum. Veniens in civitate, quæ cognominatur Ponticum sedet in ea : bellum tamen agebatur. Adscendit Decius in montem Medorum, et facto conflietu pugnæ, cum militia Romana fecit victoriam, et interfecit Persarum multitudinem, et obtinuit civitates has, Babyloniam, Bactrianam, Hircaniam, Cordulam, Assyriam, ubi etiam invenit multos Christianos, quos suppliciis et afflictionibus necavit. Eodem tempore invenit in civitate Babylonie Episcopum, nomine Polychronium cum Presbyteris Parthenio, Elyma, Chrysotelo et Diaconos hos Lucam et Mucium. Quos cum comprehendisset, protinus jussit eos duci ad sacrificandum idolis. Tunc Polychronius ait instanter, dicens : Dominus Jesu Christo nos ipsos offerimus : nam dæmonibus nunquam caput humiliamus manificatis idolis vanis. Tunc reclusit eum cum Clero suo in custodia. Et adficeavit in eadem civitate templum Saturno, et fecit ei simulachrum ex gypso et deauravit...

4 Eodem tempore perfecte ejus templum in Babylonie Saturno. Tunc jussit sibi præsentari Polychronium Episcopum cum duobus Diaconibus et Presbyteris suis, quem sic interrogat dicens : Tu es Polychronius sacrificatus, qui neque deorum neque Principum præcepta custodis? Polychronius autem non respondit ei verbum. Dixit itaque Decius ad Clerum ejus : Obmutuit Princeps vester. Respondit Parthenius Presbyter dicens : Non oluntur Pater noster, sed præcepto Domini nostri Iesu Christi ieterni Creatoris utitur, ut non pollueatur os sanctum, quod a Creatore nostro purificatum est : quia sic præcepit Dominus noster Apostolus : Ne miseritis margaritas vestras ante porcos, ne cimentent eis pedibus suis, et conversi elidant vos. Justum tibi videtur, ut quod semel purificatur, stercore coinqinetur? Decius dixit : Ergo nos stercora sumus? Et jussit iratus, ut lingua ejus præcideretur. Cum autem præcisa fuisse lingua Parthenii, regit clamare dicens : Beate Pater Polychroni, ora pro me, quia video in te Spiritum sanctum regnantes, et os sanctum tuum signantem, et mihi favorem mellis in ore distillantein.

5 Decius dixit. Polychroni, sacrificia diis, et esto amicus noster, et habeto et nos et templum commendatum. Polychronius vero non respondit aliquod verbum. Tunc iratus Decius jussit os ejus lapidibus cædi. Qui cum cæderetur, manibus expansis ad celum et oculis, emisit spiritum. Eadē hora dimisit corpus ejus ante templum et civitatem. Cordulam tertio decimo Kalendas Martii. Eadem nocte venerunt duo Subreguli, qui erant occulti Christiani, et rapuerunt corpus ejus et sepelierunt ante muros palmyrense.

6 Haecne Acta illa de martyrio S. Polychronii, qui in antiquo MSS. Polochronius dicitur. Baronius in Notis Martyrologii ad hunc diem, Satis liquet, inquit, tempora Decii scriptorum inopia remansisse obscurissima, eaque tantum de eo facta esse perspicua, quæ de persecutione ab ipso in Christianos excitata produnt Christianorum scriptiones et Acta sanctorum Martyrum : in quibus hæc expeditio Persica indicatur, de qua agit idem Baronius in Annal. ad Actis SS. no. 233 num. 139, et ad an. 234 num. 27 ubi hæc habet :

*Decius Iap. obtinet de Persis victori-
um,*** Sur.
Cordubam**S. Polycro-
nium compe-
rendit,**pro ro silente
respondet S.
Larmenius**Math. 7. 6**et absissa
lingua invocat
ejus patro-
num.**S. Polychro-
nus tortus
mortuus*** Sur.
Cordubam.
sepultur.**Memoria S. Po-
lychroni in
martyrologiis.*

Auctore s. b. *Habet : Abusns est Decius de Persis quam est consecutus Christiani hominis ope victoriam : nam eam diis acceptam ferens, in eorum contemptores Christianos acerius vindicavit, occisis, qui in ejus manus devenerant. Christianis, Polychronio Episcopo Babylonis, Parthenio, Elyma et Chrysotelo Presbyteris, Diaconis Luca et Mucio, virisque nobilissimis Maximo et Olympiae, ac domum post longa vincula Abdone et Sennen Subregulis, ad quorum dies natales iterum agendum erit de bellico Decii expeditione, actum si quae certiora occurserint, suggeremus. Annos Imperii et Consulatus Deci ordinavimus v Febru. ad Vitam S. Agathie § 1, ubi illum anno celi martyrii paterna coronatam diximus, quo etiam anno dictos Martyres pro fide Christi oculibusse cengemus. De persecutione Deci*

*in ea occisi
Martyres an.
281.*

Dcontinuata ad tempora usque Valerianum et Gallienum egimus xiii Febr. ad Vitam S. Polyencti § 2 sub quibus passi sunt SS. Xystus Papa, Laurentius, Hippolytus, quorunq; Actis auuezam historiam martyrum S. Polychronii et aliorum Persurum supra ostendimus.

E7 Antiquo Martyrologio S. Hieronymi adscripta est ad xxx Aprilis depositio Polychronii Episcopi, quæ S. Polychronii forte de hoc intelligenda, ut sit post Reliquiarum aliquam Translatiounem subintelligenda nostra repositio. Hermannus Greven in Auctario Usuardi xx Januarii celebrat Polychronium Martyrem : sed de quo is Polychronio agat, divinare non sat licuit. Atius est adscriptus Martyrol. Romano Polychronius Presbyter Martyr ad vi Decembri, ac Menæis Græcorum ad vi Octobris.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

SATURNINO, CASTULO VEL CASTULA, MAGNO, LUCIO, ROGATO, JOANNE ET VARIIS SOCHIS, INTERAMNÆ IN UMBRIA,

Commentarius historicus.

G. II.

B Circa an. CCCLXXIII
XVII Febr.
Interamne co-
tuntur h.
Martyres 17
Feb.

a S. Valentino
Ep. ad fidem
conversi,

sub Aureliano
Imp. occisi.

Saturninus
Magnus, Lu-
cius, Castulus,

ali Castula,

Ferdinandus Ughellus tomo 1 Italix sacrae in S. Valentino Episcopo Interamnæ, cuius Vitam dedimus xiv Februarii, huc scribit: Eruditiv prestere in fide Saturninum, Castulum, Magnum atque Lucium : qui postea illustres Martyres evasere, quorumque meminit Martyrologium Romanum die xv mensis Februario, Ecclesiaque Interamnæ concelebrat die xvi ejusdem mensis. Addit Jocabillus in Sanctis Umbriis ad hunc diem, festum illud solenauerit perugii ritu duplice. De illis hoc editit elogium Ferrarius in Catal. SS. Italix: Saturninus, Castulus, Magnus et Lucius Interamne Christianam religionem sub S. Valentino Episcopo amplexati, cum in eum pridicerent, post S. Episcopi martyrium, et ipsi in eadem persecutio comprehensi, martyrio oī filiei constantiam coronati sunt. Addit Jacobillus, eorum tum verbis, tum exemplo plures cives fuisse ad Christi fidem conversos atque a S. Valentino baptizatos, ac tandem post constiutum eorum variis modis impugnatam, sub Leontio Prefecto Aureliani Imperatoris Martyres oculibusse anno Christi CCCLXXIII die xv Februario : qui dies venerationi S. Agape, cui passim conjunguntur, consecratus.

2 Numerus harum Martyrum varius ab auctoribus exprimitur. Ferrarius in Catalogo generali hoc xvii Februario, Interamne, inquit, sanctorum Martyrum Saturnini, Castuli, Magni et Lucii. De quibus ista annuat Baroniūs : Beda hic agit de Saturnino et Castulo ; eetegi autem redditus sunt ex praedicto Martyrologio, scilicet euenobi S. Cyriaci, in quib; leguntur : xv Kalend. Martii Interamne Nat. S. Agapo Virg. Saturnini, Castuli, Magni, Lucii. Et hi auctores Castulum habent, ali Castulam : ita citatus a Baroniū Beda, in cuius Martyrologio typis Plantianus excuso sic habetur. In Antiochia natale S. Agapæ Virginis, Saturnini et Castula. Qui hic error est, emendatur in codem Martyrologio MS. monasterii Richenbergensis, et tunc 3 operum excuso, ubi defectus ita suppletur : In Antiochia natale Joseph Diaconi,

Zenonis, Interamne S. Agabæ Virginis et SS. Santini, Castula. Rubens etiam in utraque editione, Interamne S. Agape Virginis, Saturnini, Castulæ. Denique adjuntis pluribus sociis, Martyrologium autem Romanum MS. quod S. Hieronymi esse dicitur: Interamne, Natalis S. Agapis Virginis, Saturnini, Castulæ, Magni, Lucii, Rogati, Joannis et aliorum Rogatus, Joannes, xu. Ex his meminuit Hermannus Greven in Usuordo uncto Joannis, Saturnini, Castulæ. At Martyrol. MS. Letiense, SS. Joannis et Magni. Joannem etiam memorat Galesinus, sed adjunctum Josepho Antiocheno, et Victori Syro, de quibus ad illum them cyimus. Qui denique in Martyrologio S. Hieronymi traduntur anonymi xu, secundum antiquum Martyrol. MS. Tornacense S. Martini, et Adoueni MS. Leodiensis monasteri S. Laureuti, sunt xxiv. Ita cum legitur : Interamne, Natalis S. Agabæ Virginis et triginta Martyrum, ex quibus sex solum suis nominibus ex dictis Martyrologiis innotuere.

3 Joan. Tenuius Salazarus in Martyrologio Hispanico ex Kalendario MS. quod beneficio Didaci de Copuenares dicit se habere, quendam Camillum vel junxit his verbis, ex eo Kalendario descriptis : Rome natalis sanctorum Martyrum, Saturnini, Castuli, Camilli, Magni, et Lucii, qui ab Hadriano Imperatore pro fide erneati sunt. Hoc ibi in quibus consensus ahorū quatuor Martyrum est, sed Roma, non Interamna Victoria palæstra assignatur, et Hadrianus F Imperator, non Aurelianus sub quo decertarunt. Quare uni nobis incognito Kalendario MS. non andenius fide, eisque sub eius auctoritate Camillum reliquias Martyribus jungere soicum. De alio Camillo Romano egiunus xv Februario in Proxtermisorum syllabo.

4 Sacre horum Interamnensium Martyrum corpora a fidelibus sepulta fuisse ad torrentem Passaram, ubi nunc tempulum est S. Zenonis Martyris in dioecesi Interamnensi, traditum ante citatus Jacobillus. Aliquæ horum Sanctorum reliquie adseruntur Bononiæ, S. Magni in templo parochiali S. Marke, a Caritate cognominatæ in platea S. Felicis, S. Lucii reliquie suam habent venerationem in xde S. Bartholomæi. Legendus Masi-nus in Bononia perlustrata ad xv Februarti.

An aliquis
horum Camili-
tus dictus?

DE S. EUSEBIO

MARTYRE ROMANO, GANDAVI IN BELGIO.

XVII FEB.

J. B.

S. Eusebi
Mart. reliquiae

Plures in Martyrologiis memorantur Eusebii, qui coronam martyrii retulerint: quis in S. Priscilla ex cemeterio juxta urbem Romam sepultus sit, et un omnino quisquam eorum, quorum recensentur nomina, nobis hancquam compertum est. Id unum constat hucus S. Eusebii ossa tibiarum duo ex ex cemeterio ducta, donata Balthassari Ballonio Societatis Iesu religioso; postque ejus obitum P. Fernandino del Piano Rectori Bruxellensi a Generali Vicario Societatis anno CCCCCCLIX, ut plenus ex Actis

publicis retulimus XVI Februarii, cum de S. Cornelio Martyre egimus: ubi et diximus en Gundavum allato ab egena urbis Antistite approbata, Dominica Quinquagesima anno CCCLIX solemniter translata, inclusa capsa argentea, inque S. Ignatii scelto reposita, in aede Societas Iesu. S. Livivo Episcopo ac Martyri urbisque Gundavensis Apostolo dicata: sancitum deinde vel XVII Februarii ejus nivensaria celebritas ageretur. Nihil aliud de hoc sancto Martyre nobis exploratum, non etas, vita conditio, modusve martyrii.

Gundavum al-
tata, inclusa
theca argen-
teae.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

DONATO, SECUNDIANO, ROMULO, SOLONO, CHYSANTHO, EUTYCHIO, JUSTO, CORDIO, SILVANO, NEOMEDIO, POLYCRATIO ET ALHS CIRCITER LXXX CONCORDIAE, IN ITALIA,

D
g. u.

Sylloge historica.

§1. Horum Martyrum memoria sacra in antiquis Martyrologiis et variis locis attributa.

Conecordia urbs Venetorum fere maritima, ad intimum sinum maris Adriatici, memorata apud antiquos scriptores, Strabonem, Ptolemaium, Plinius, Melam, aliosque, ac in perpetuissimis inscriptionibus Julia Concordia appellata, quod auspicis Julii Caesaris eo colonia fuerit dedicata; permanet vtiannua eadem nomine et Episcopatus titulo clara: Episcoporum tumen domicilio ab anno CCCCCXXVI ad Portum Gravarium translato. Illa etiam cum vicinis nibilis Aquileia et Altino inter quos media jacet, a barbaris olim rccisa, adficiens et cultoribus fere deserta est. Urbs ejus Divi tutelares summae celebriter die XVII Februarii coluntur cum Octavae sancti Martires, quorum ita meminit Usurinus: Apud urbem Concordiam passio SS. Donati, Secundiani, Romuli, cum aliis octoginta sex. Consentinunt Beda MS. monasterii S. Richarii, Ado MS. Ecclesie Morinensis et monasterii S. Laurienti juxta Leodium, Petrus Equitinus in Catalogo lib. 11 cap. 130 num. 69. In Usuardo Lubece anno 1473 excuso, uti in septem codicibus MSS. qui apud nos sunt, omitstrin nomen Romuli: pra quo in alio Martyrologio in Italia narrato Formulius legitur. Ast in MNS. Trevernsi S. Martini et Ultrajectino lievuntur i tres Cordubae passi cum aliis octingentis sex: in MS. Lemicensi S. Lamberti Concordiae, sed cum aliis nonaginta sex. In MS. Aquincum Cordubae. Reliqui codices omnes urbanum Concordiam statuant cum Ughello tomo 5 Italie super et Martyrologio Romano, in quo haec leguntur: Concordiae sanctorum Martirum Donati, Secundiani et Romuli cum aliis octoginta sex ejusdem coronicis consortibus. De eisdem ex tabulis et monumentis Ecclesie Concordiensis agit Ferrarius in Catal. SS. Italie, ritus passus in immuni persecuzione Imperatorum Diocletiani et Maximiani. *Contra Galesinus necem eus pro Christo subuisse Juliano Imperatore circiter annum CCCCCXIX aut se colligere ex Annalibus: sed quibus, non indicat.*

2. *Franicus Barbaranus in Historia Ecclesiastica Vicentina Italico edita, hos sanctos Martires patria Vicentina fuisse asserit, traditique a nonnullis militice*

Romanos adscriptos: et Concordiae presidia dum essent, quod fidei Christi profiterentur, martyrio coronatos, et haecne sepultos adservari. Alter eorum e natali solo Vicentino in urbem Concordiam migratio narratur apud eundem Barbaranum ex MS. codice sub hoc titulo: Epilogus Vita Sanctorum et Sanctorum secundum Jacobum de Voragine: eaque illi magis verosimilis videtur: scilicet tempore immannis persecutionis, Vicentia a ministris Imperatoris exercitata, Sanctos inde migrasse Concordiam, ibique convertisse Neomedium, et filium ejus Luetiam, quae ante octenis orbata subito visum perfecte recepit: quo miraculo exercitatus septuaginta partim viros, partim matronas, Christianum amplexos esse reliquerunt: accusatos ideo Sanctos apud Euphemianum Apamea Prefectum, quosque jussi carceri inclusus: tum us maxilla plumbitis virgis consistuta, althibutum equitem, lateru facibus admotis ustulata oleoque ferenti universum corpus perfusum: tandem proprie flumen Levenum, ultis Lemenum, antiquis Romanum copie plescos. Adduntur sociorum haec nomina: Chrysanthus, Eutychius, Secundianus, Romulus, Justus, Cordius, Silvanus, Neomedius, Polycratius, Solonus. Reliquerum LXXI latent osanna. Innus ex dies annotatur CCXCIX.

quo genere
martyris occisi?Nomina socio-
rum.
E

ANIMADV. PAP. I

3. Eximit tamen idem Barbaranus co e numero Solonum, nam eum et alterum Donatum, fratres, patria Vicentinos contendat Aquileia eadem Diocletiani persecuzione Martires occubuisse. De his ita Ferrarius in Catalogo generali SS. ad XVII Februarii: Vincentia sanctorum Martirum Donati et Soloni fratre. ubi hec annuntiat: Ex tabulis illius Ecclesiae, ubi in codice pergameno vetero MS. varum Acta leguntur, Passi sunt Aquileiae sub Diocletiano (uti memorata Acta habeant) Vincentio nat. De quibus Concordiae passis Martyrologium Romanum hac etiam die agere videtur, nulla tamen Soloni facta mentione: ex quo quis illos ab his diversos esse affirmare possit. Accedit, quod Donatus, qui Concordiae passus est, is videtur esse, qui Civitate colitur. Item Ferrarius in Catal. SS. Italie, ex dicto codice pergameno hunc Titule epotonem habet: Donatus, inquit, et Solonus fratres Vincentini, in persecutione Diocletiani et Maximiani Imperatorum, apud Euphemianum Praefectum Aquileiae Christiana-religionis accusati, multis affecti sunt propter fideli constantiam supplicis. Nam in equo leone diu torti,

An alti ab his
Donatus et Solonus fratres?Eadem omni-
bus illata tor-
menta,

an Vicentini
patria?

Auctore G. B.
 A torti, lampadaram adustione nō oleique serventis persuasionem passi sunt, ac deinde cum stabiles in sententia permanerent, capitibus abscissione illustre martyrium consummarunt annos salutis cccviii. Quorum corpora a Christianis Concordiae (ubi ab aliis passi referuntur) condita sunt. *Hac Ferrarius, et post eum Barbarinus, Romulococisque retulerat. Eadem in equalia tormenta inficta, adustio laterum, olei ferventis infusio, et caputum abscessio: eadem apud Concordianas sepultura: eadem Diocletiani persecutio, anno Christi ccvi incepit, ut sequens annus ex dihorum Martyrum potius videatur tridui debere, quam annus cccviii aut proximus, qui in dictis MSS. varie appositus legitur: in quorum altero passi traduntur sub Euphemiano Apamie Praefecto, qui in altero codice appellatur Euphemius, et melius Aquileiae Praefectus.*

*4 Aquileiam Herodianus, qui tertio Christi seculo floruit, lib. 8 πόλεων Γαλαξίας την μητρά την ἡγεμόνων Γαλαξίας appellat. Et Julianus Caesar in oratione de Constanti Imperatoris rebus gestis vocat Γαλαξίαν ἡγεμόνος πρὸς θαλασσῆς πόλεων καὶ πόλεων βρόντων, Italorum ad mare emporium fortunatum valde, et divitias copiosum. Fuit et totus Venetiae atque Istria cupit: prouinciam Aquileiam etiam appellari observant Carolus a S. Paulo, in *Geographia sacra*, et sic legitur ad hunc diem in perantiquo MS. Martirologio Richenovensi, sive Augie divitis prope Constantiam: xii Kalend. Martii. In Effeso Chrysanthi. Et Aquileia, civitate Concordia Donati, Secundiani et Justi. Alibi Romuli, Saloni, Silvani cum aliis octoginta quatuor Martyribus. Forte desunt Martyres hoc die Aquileiae passi, et legendum Aquileiae S. Chrysanthi et aliorum xc. Civitate Concordia Donati etc. Ceterum septem Martyres sunt suis nominibus expressi, et in tres quasi classes distributi, quos tamen, ac reliquos omnes Concordia passos ex MS. Epilogu supra diximus. In antiquo MS. Romano, sive S. Hieronymi, haec legiturunt: xii Kalend. Mart. In Eff. Natale Chrysanthi et in Balyomia Polycharonii. Passio SS. Donati, Secundiani, Aquileiae Chrysanthi, Eutichii, Concordiae Juste. Et alibi Romuli, Saloni, Silvani et aliorum xxxviii. Qui numerus forte corruptus, et apposito L ita supplendus est: et uliorum lxxxviii, ut in Richenovensi legitur: quos etiam expressit Notherus his verbis: In Africa SS. Donati et Secundiani. In Aquileia Chrysanthi, Eutychii, Concordiae Justi, Romuli, Saloni, Silvani et aliorum octoginta quatuor, quorum nomina Deus seit. Notherus sic transpositis verbis legi debet censem: Tomayus Salazar in Martyrol. Hispan. In Africa SS. Eutychii, Justi et Silvani. In Aquileia Chrysanthi. Concordiae SS. Donati, Secundiani, Romuli, Saloni et aliorum lxxxiv, additique sic concordari Notherus cum aliis Martyrologiis. Verum nechum legi SS. Eutychium et Silvanum und xxi Februarii assignari Africæ. Apud Hermannum Greven haec legiturunt: In Africa Chrysanthi, Concordiae, Juste. In MS. Coloniensi B. Martis ad Gradus: In Africa civitate S. Donati, Secundiani, Concordiae Virg. Ebi aliqua desunt, et forte suppletare in MS. Aquisgranensis: In Africa Chrysanthi. Concordiae Donati et Secundini et Juste, Romeha, Januarii et Marei. De Januario et Mareo aliisque horum sociis seorsim agimus. At Romelia, alius Romulus est, uti Secundinus, Secundianus. Ita quae hic et in MS. S. Hieronymi et Auctario Greven Justa dicitur, in MS. Richenovensi et apud Notherus, et in epitome Vitz supra relata Justus appellatur. In hac etiam Cordus est, que alia Concordia.*

5 In Africa passi referuntur xxi Februarii SS. Lucius, Silvanus, Rutulus, Classiens, Secundinus, Fructulus et Maximus. Quam MS. S. Hieronymi, Richenovensi, Aquisgranensis asservantur passi in Italia civitate Concordia: quæ verba ad hunc diem arbitra-

mur pertinere, ac contra quæ hoc die de Africa traduntur, eo transferenda esse Omnes ergo sub una classe determinamus, ex quibus SS. Donatum et Solonum fratres, S. Donati et Soloni cultus Vicentia,

Ecclesiastico tam in urbe quam diecisi: quod postea omissum ob bullam Clementis viii, qua perhibetur absque singulari Apostolica Sedis iunctu simile Officium recitari, nisi aut ipsum Sanctorum, de quibus Officium fit, corpora illic requiescant, aut notabiles Reliquias adserventur. Ita Barbarinus. De reliquorū duce Donato hæc habet Wandelbertus:

Tertius ac decimus Polochroni festa revolvit
Donatique, biles, sanguis quos jungit et atra.

Alii duo Donati hoc die referuntur eam S. Januario aliisque passi, de quibus seorsum agimus. Alius ob his est Donatus Patronus Civitatis seu Foro-Julienis, cuius isthac et S. Venusti fratris corpora adservantur, e Mysm allata. Fuit namque hic Donatus Ecclesiae Singidunensis ad Danubium Diaconus, ibidemque pessu Victoriam Præsidis cum altero ejusdem Ecclesiae Presbytero decollatus xii Kalend. Septemb. uti et frater ejus Venustus in urbe Cibalitana. Quæ ex Breviariorum antiquo Aquileiensi et monumentis Ecclesiae Civitatis resert ad xxi Angusti Ferrarius: ut miram sit a Barbarano et Ferrario ipsi stridi ad hunc diem, ut supra diximus, cum videri Donatum esse, qui Concordia passus est.

6 Idem antiquum Breviarum Aquileiense meminit S. Chrysanthi Martyris et sociorum. Apud Noterum Chrysanthus legitur eidem Aquileiae attributus: ambo reperiuntur in Martyrol. S. Hieronymi, Chrysanthus inter Concordianos Martyres recensetur in Epilogi MS. ad Juculum de Foruine: ab aliis Africa ant Elesso (quæ forte Ephesus Asia est) assignatur, quod indicasse sufficit. De S. Romulo Diacono, qui Atripalda in Italia colitur cum S. Sabino Episcopo, egimus ix Februarii, ubi num. 4 monimus a Ferrario assertus ad xvii Februarii pertinere; an tamen a dicto Romulu socio SS. Donati et Secundiani alium velit, non liquet.

§ II. S. Donati et sociorum martyrium Lusitanix et nonnullis attributum. Liquor manus ex ossibus.

A liam difficultatem obtulerunt Hispani ac Lusitanii recentiores, postquam hæc Fl. Dextri chronicæ inscripta ad annum Chr. cxlv num. 2 legerunt: Concordia in Lusitania, que nunc Besolei dicuntur, sancti Christi Martyres Donatus et socii ejus multa passi. Quibus verbis oddini ora omnium, qui dictos Martyres Italia attribuerunt, assertit Tamayus Salazar ad hunc diem in Martirologio Hispanico: cui eos inscripti cum hoc elogio: Concordiae in Lusitania Hispania SS. Donati, Secundini, Romuli cum aliis lxxxvi sociis, qui, cum tempore Antonini Imperatoris Christum libera voce confiterentur, a satellitibus tenti, et gravibus effecti cruciatus, sanguinem suum strenue Martyres profidei veritate fuderunt. Eodem Hagiologio Lusitanico inscriptis Cardosus. Patemur primo Concordiam, aliam ab Italica, statua u Ptolemei lib. 2 Tab. 2 cap. 5 inter mediterraneas urbes Lusitanas, et a Pliniib. 4 cap. 22 inter Lusitanas populos numerari Concordianos, qui et Boevoi dicuntur; ut super in Dextri Chronicæ Bisulei. Rodericus de Arvua Archiepiscopus Ulyssipponensis pars 1 Historia Ulyssipponensis cap. 13 art Concordiam idem jacuisse, ubi nunc visitare oppidum Thomae, quam urbem antiqui Nabantiam dixerat. Hierosolymitanorum militum primum, post Christiferorum militum metropolim. Non longe conspici oppidulum enim nomen Bisulco aut Beselga.

8 Patemur secundo potuisse aliquem Donatum cum sociis ibidem martyrum coronam obtinere, potissimum, quia, ut loquitur Acuna apud Tamayum Salazarium,

A in hujus rei memoriam adhuc miraculosus perseverat lapis, ibidem omnium Lusitanorum devotionem arripiens, quatenus apud illum relatos Martyres fama est agonem efficaciter complevisse. Hujus traditionis veritatem indigent, et sanguis e marmore defluens, et miracula passim apud illum patrata. Lapidis forma quatuor angulos complectitur, enjus pars solo affixa, pars sursum per ferme quinque dodrantes erigitur. Nec situm mutasse constanter creditur. Nam cum aliquando ad Abbatissarum aedes, quas in hujus oppidi possident territorio, lapis ille sacer a latomis advehetur, repente in antiquum locum reversus est. Hinc deinceps in eximiam venerationem habitus, oppidanorum reverentiam exhaustus. Post haec duo fossores cum prope lapidis suffixi locum pertransiit, unus, cui nomen Arocho, furore concitus, ligone sacrum ferire lapidem properavit. Nec hisce mirabilibus tantum virtus lapidis circumscribitur: innumeris alia Deus sanctorum Martyrum invocationes tebris beneficia incolis elargitur, et agris pte nimia siccitate compressis pluviam impartitur in tempore congruentem. Quis febricitantium fide marmor tetigit, qui ægritudine exutus, hilaris ad propria non recessit et gratus? Si forte agri pluviam expetunt opportunam, quia sterilitate sitibundi depereunt illico, vicorum circumiacentium accola processiones indicunt, quas ex collectis parvulorum caturvis extranunt, et ad lapidis sacri locum adventantes, puerulis officium de more committunt, qui e certo termino genuflexi procedunt, ad lapidem pergunt, et ibidem sistunt orantes, donec pluvias a Domino sanctorum Martyrum intercessione conqueruntur. Ergo lapis iste oppidanorum sanctuarium est, in quo medelau suis infirmitatibus adipiscitur unusquisque: sicne in summo honore est habitus et tamquam palestra, qua SS. Donatus et socii martyrio coronati

sunt, honorifice veneratur. *H.ec Acuna opud Tamayum Salazarum, qui addit illum Martyrum horum originem Lusitanam et Acta una cum elogis recentissime. cuius utinam de hac re etiam verba expressisset!*

9 Quibus tamen omnibus ultra admissis, neendum asservinmur, unde constet apud Lusitanos de illo Donato aji, quem supra diximus cum SS. Secundiano, Romulo aliisque sociis hoc du coli, cum nec dies, nec nomina eorum exprimantur in Dextri Chronico, enjus potissimum auctoritate intituntur cum Bivario reliqui scriptores? Inscripti sunt antiquo Martyrologio Romano, quod S. Hieronymi appellatur, ad xi Januarii S. Donatus Presbyter, aliusque Donatus cum diversis sociis in Hispania passi: quidni absque ulla aliorum concertatione eos sibi Hispani arragent, et de iis agere Chronicon Dextri contendunt? Concordia in Italia civitas exprimitur in MSS. Martyrologus S. Hieronymi, Richenoviensi, Aquisgraniensi ad sequentem diem, xviii Februarii, quæ ad hunc xvii Februarii et hosce Santos referenda diximus. Concordiam civitatem provinciae Aquileiae exprimit MS. Richenoviense: ibidem in persecutione Diocletiani et Maximiani sub Euphemio Prefecto Aquileiae occisos esse referunt Acta in codice pergameni vetere MS. apud Ferrarium et Barbarum, qui alium Codicem MS. sub titulo Epilogi ad Jacobum de Voragine vadem de re profert. Demum consentiant antiqua monumenta et tabula Ecclesie Concordiensis in Italia, in qua sacra hornum Martyrum ossa in magna veneratione sunt, posita sub altari in sarcophago ex integrō lapide facta: ubi ex ipsis ossibus medicus aliquis liquor manat: qui circa annum ccxliii omniū exarnit ob dissidium Clericū inter Episcopum exortum. Qui deinde controversia sopita, pristino humore iterum sudarunt ossa, et guttis monantibus stillarunt: quibus impletam accepit ampullam Barbarus, qui haec cap. 39 in Vicentia sua testatur, asserens eum liquorem manasse anno ccxlii, quando tanta circumquaque siccitate laboratum est, ut uero in vinea exarescerent, utque omnia passim leguminis oleraque reperirentur prorsus torrefacta,

alii ab Lusitano Donato, Martyres in Italia passi:

quorum ossa Concordia adservantur, medico sudantia liquore.

percussus
sanguine stil-

ubi patrocinio
Martyrum
agri sanan-

pluvia impe-
tratar.

5 Floruit hic Fintanum Abbas seculo Christi sexto, floruit in seculo Chr. 6, quo Rex Lagenus erat Colum, seu Colman, secundum Anentes Hibernicos, mortuus anno Chr. 1076. Ad hunc liberaturn captivum eruit S. Fintanum, ut dicitur num. 19. Dein S. Columba de Tyrdraglass Magister S. Fintanum, qui cum in Cluain-Ednech misit, dicitur obesse anno xxxiiii. Ita S. Columba Abbas Huensis, qui S. Fintano adhuc uoladescere præcerat alii monachis, mortuus est anno xxiit lxxxvii Christi 1087. Hunc autem Columbanum opinatur Colganus S. Fintano supervisuisse qui hujus in regimine numerat penitimos successores S. Fintanum Melldubnum, ab eo, ut in Vita dicitur, constitutum, S. Fintanum cognomento Corach, et S. Fintanum, qui et Muann, filium Tutchani, qui traditur ubiesset xxi Octobri anni 10334.

6 Praeter alios discipulos, quorum in Vita est mentio, fuit S. Congallus Abbas Brachovensis, in cuius Actis, ad x Maii illustrandis, hoc habeatur : Sanctus puor Congallus seruirem habitum deseruit, et habitum Ecclesiasticum suscepit, et litteras apud querulana Clericium didicit, qui habitabat in quendam villa in euro, et ille Clericus natura fragilis erat in voluptatibus... Congallus videns, quia Magister suus in errore adiuu manaret, deseruit eum cum patria sua, et direxit viam ad Australi[m] Hibernie plagam, et intravit provinciam Luginensem, et venit ad S. Fintanum Abbatem monasterii, nomine Cluain-Ednech, regentem

Lunensis
Episc. an.
Africanus?

* Colg. Bladhma.

precibus a tentationibus liberalis:

dimitit ut no-va monaste-rii eternat:

a quo Bencho-rencse adi- ficia-tum circa an- 993.

B Ex II Codicibus MSS. et Colgano.

VITA

Ex II Codicibus MSS. et Colgano.

CAPUT I.

S. Fintani ortus, educatio, vita monastica.
Cluain-Ednech monasterium extrectum.

^a S. Fintanus
Lagenensis,
ex Angeli mo-nitu,

in secreto loco
nascitur.

^b b

^c c pre educatur:

^d d praeceps S. Co-lumbi ad-venientum.

ab eo ut San-tus habetur:

Sanctus Abbas Fintanus, vir vita venerabilis, de provincia Lageniensium oriundus fuit. Pater ejus vocabatur Gabhrenus, mater vero Findath: quæ cum esset prægnans, et proxima partui, ecce Angelus Domini venit ad eam, dicens: Recede ab hominibus in quemdam locum secretum, et esto ibi sola, donec infantulum sanctum parias. Paries enim, o mulier, filium, qui erit sanctus et magnus coram Deo et hominibus: Quæ statim juxta verba Angeli ad secretum locum perrexit: ibique sub quadam arbore septem diebus manus ^b victum de celo quotidie comedens propter gratiam infantis: et ibi peperit suum filium plenum Spiritu sancto, sanctum scilicet Fintanum: duxitque eum die octavo ad quemdam virum sanctum, habitantem in loco qui dicitur Cluain, et ipse baptizavit gaudens Fintanum, et postea apud eum legit, d^e profecit multum in gratia et litteris.

2 Quodam die, cum crevisset sanctus puer Fintanus, dixit sancto seniori suo: Pater para hospitium, quia hospites sancti ad te venient hodie. Turbatus est senior, quod non sibi hoc ostensus est, cum asperis verbis dixit puer: Unde hoc tu scis? et quis ostendit tibi præ omnibus nobis? Cui sanctus puer respondit: Dominus meus Jesus Christus ostendit, Pater, mihi, quod e S. Columba Kille cum sodalibus suis ad te hodie veniet. Quod ita completum est in illa die. Cum venisset S. Columba prope, dixit sociis suis: Paulisper declinare debemus ad senem cum sancto puero in propinquuo habitantem. Cum ergo venisset ad locum illum S. Columba, dixit illi seniori: Ne irascaris, Pater, ego videlicet audivi, quando tu puerum sanctum tuum increpasti verbis asperis, predicentem tibi adventum nostrum. Noli tu offendere eum, quia tu et locus tuus servies huic pueru in aeternum. Et ait senex: Credo quod ita erit. Antequam enim natus esset iste, gratia Dei curabat eum.

Februarii T. III.

3 Postea factus juvenis S. Fintanus, multum timore et amore Dei repletus est: et accepta benedictione Magistri sui sancti perrexit ad f S. Columbam filium Crimthandi, ortum de provincia Lageniensium, qui jacet in sua civitate, quæ dicitur Tyrdaglass, in terra Momoniæ juxta flumen Sionna: et accepit illum gaudens. Fueruntque apud eum tres sancti discipuli, id est, g Coembanus, qui est Pater sanctus monasterii Enach-truim; S. Fintanus, cuius vitam scribo, et h R. Mocumin, qui est cum S. Columba Magistro suo in civitate Tyrdaglass. Et hi viri sancti unum cor habentes, quærebant buc atque illic locum, ubi manerent ad serviendum Deo: et venientes ad quemdam locum in finibus Lageniensium, dixerunt ad S. Columbam Magistrum suum: Nos debemus, Pater, hic manere, et servire Deo. Qui dixit eis: Hic locus non est vobis a Deo paratus, sed euidam Sancto, qui nondum natus est, qui vocabitur i Mobbii filius Cumalda.

4 Deinde venerunt ad locum, qui dicitur Cluain-Ednech, ibique per annum integrum manserunt. Sed, cum illic multitudinem hominum et suorum omicorum undique confluentium sustinere noluissent, reliquerunt locum illum, et perreixerunt per montem k Sinor, illicque invenerunt pueros custodientes pecora sua, quorum unus nomine l Sedna mutus erat a nativitate sua; cuius lingua S. Columba benedit, et loquutus est statim. Dixitque ei Columba: Revela nobis in nomine Domini Jesu Christi loca, in quibus resurrecturi sumus. Et ille nutu Dei repletus spiritu prophetiae indicavit unicuique ipsorum locum, in quo resurrecturus esset.

5 Deinde S. Columba aspiciens retro de monte, vidit locum, a quo recesserunt, crebrius visitatum ab Angelis sanctis, et contristatus est ipse, eo quod locum illum reliquit. Cui sancti sui comites dixerunt, Pater, quare tam tristis es? Sanctus respondit: Quia video locum, a quo venimus, plenum esse Angelis Dei, et inter illum et cœlum Angeli ministrare non cessant: et unus ex nobis debet redire ad locum illum, ut maneat in eo in aeternum. Cui Fintanus Sanctus ait: Cuicunque dixeris, Pater, redire, ille obediens exhibet. Dixitque ei S. Columba: Vade tu, o sancte juvenis, in pace ad illum locum, et Dominus erit tecum. Tibi enim revealatum est divinitus, quod ibi resurrecturus es. Et tunc S. Fintanus, accepta licentia et benedictione sancti Patris et Fratrum, venit ad locum illum, qui dicitur Cluain: et habitavit ibi, et vitam durissimam tenuit, et monasterium famosum illico cœpit aedicare. At illud monasterium prædicto nomine vocatur Cluain-Ednech, quod vertitur Latine, latibulum hederosum.

6 Et auditæ fama vita et religionis S. Fintani, F multi de diversis provincialiæ Hiberniæ venerunt ad eum, et sub regula valde stricta monachi sancti facti sunt apud illum. Manibus enim suis laborantes, eremitarum more, terram sareculo arabant: et responentes omnia animalia, etiam nec unam vaccam habebant: et, si quando eis aliquis aliquid de lacte vel butyro obtulisset, jam non recipiebant: et si aliquis forte, nesciente S. Fintano, aliquid de lacte in locum tulisset, statim secundum voluntatem viri sancti, nutu Divino vas frangebatur.

7 Audita jam asperitate conversationis eorum, nemo audebat eis carnem offerre. Scientes jam Sancti, qui erant in circuitu, gravissimum onus S. Fintani in se et in monachis suis, congregaverunt consilium, si possent adjuvare: et sanctus Abbas m Cannicus et alii Sancti cum eo ad S. Fintanum venerunt, rogare eum in Dei nomine, ut de suo nimio rigore aliquid tolerabilius pro caritate divina relaxaret. Nocte autem illa antequam S. Cannicus veniret, ecce Angelus Domini venit ad S. Fintanum, di-

D ex MSS.

f rient ad c Crolumbam de Tyrdaglass,

g factus cum aliis ejus dis-cipulus :

cum his habitat in Cluain-Ednech:

k post revelatio-nem euidum, qui mutus fuerat factum,

et apparicio-nem Angelico-rum,

edificat ibi monasterium;

strictum pres-cribit regu-lam:

m Angelo mo-nente exit .

3 cens

A cens ei : Crastino die sancti Patres ad te venient caussa caritatis, ut de rigore tuo aliquid relaxares : tu autem, antequam illi ad te veniant, paullisper de loco tuo in viam vade, et Dominus in occursum tuum mittet aliquem virum, et quodcumque dixerit tibi, indubitanter fac. Mane jam factos. Fintanus in viam perrexit, et statim occurrit ei quidam vir, qui non quam locutus est : benelxitque eum S. Fintanus : et illico aperta est lingua ejus. Dic milii, inquit Sanctus, quid me oporteat facere, quia boni homines volunt relevare onus, quo cepi ego vivere. Ille respondit ei : Omnis quaecumque bona pro Deo inchoaveris, pro nullo homine ante exitum tuum dimittas, donec certamen tuum consummes : sed rave, ne alii per errorem tuum scandalizentur, quia texta fragilior alia testa est. Et haec dicens, postea tacuit. Deinde S. Fintanus reversus est ad monasterium suum. Sanctus vero Cannicus et ceteri Sancti venientes recepti sunt cum omni benignitate a S. Fintano. Et concedens vir Dei propter Sanctos aliquod solatium Fratribus, sui autem proprii rigoris nihil retro relaxavit : et orantes et benedicentes se invicem divinis sermonibus Saneti, ad sua reversi sunt.

a MS. *Salmanticense ita incipit*. Fintanus sanctus filius Crimthini, genero Macco-Edach, a flibus Lagensem oriundus fuit cuius mater vocabatur Findnait, *Huc tu us. Kilkenny*, Finnathes dictar, ut supra illas Lagenses qui lati Lagenses. *De majoribus S. Fintantum* *Colognianus cap. 2 Appendixis post hanc Vitam* : quem consulit. — b MS. *Kilkenny*, panem Angelorum. — c MS. *Cloonmacno-trelo*, *MS. Insel Cluin-nihle Trelo*, *Inhibit Colognianus*, *num oppidum Lagensis Rosmiche trelo intelligitur*, *in vero monasterio Cluin chaoti*, *satis propinquum monasterio de Cluin-eldenech*. — d MSS. et ceteri codem viro sancto literas postmodum didicunt. — e *Calgatianus*, *sancius Juventus Columba Colitur 9 Junii*. — f *Vita huius Columbae danda est 13 decemb. duodecima in eo illius Novembre*, *tenuit Colognianus*, *venit Nativitate viri potens ac nobilis*, *de gente Caesarium*, *alios Criuthain et Cricuchain et hujus postea etiam illius dictur*, *endevenit de S. Fintano utique discipulus narratur*. — g MS. *Satim*, *Kennamus Eng. Trinum. Insel. Colmannus Einsiedl-Treulm*, *In Vita S. Columbaris Magister Colman Eulch Creulm*, *et Kaymonius Enaych Trym. Inscripitione Martirologio Hiberniticis ad 3 Novembris*, *tenuit Colognianus*. — h *Altis Machinae*, *Machinae*, *quem puer Colognianus eoli 1 Maii*, *ac dicit*, *Nativitatem et Machinae*. — i MS. *Satim*, *Mobli Maccadale*, *Vita S. Columbaris*, *Mobye Macquade*, *quem Colognianus nisi referat ad 13 Decemb.*, *et dies Moblium*, *seu Moblium de Cloonmochanabuit*, *— k Ha MSS. Vita S. Columbaris Simor*, *ridiculis Blithina*. — l *In MSS. Setboe*, *Selma*, *Seiref Coragnan 9 Martii*, *duo omnes Abbaties*, *nomine Sedna*, *et 10 Martii S. Sedna Episcopatus Sagrenense*, *quem puer hunc esse*. — m *Altis Calmenechus et Kynicus*. *Vita ejus dubitans 11 Octobr.*

CAPUT II.

S. Fintani miracula. Donum prophetiae.

Quadam die sanctus Pater Fintanus et sui Fratres comedentes, ignis de cacumino resectoris fortissime exarsit. Tunc terrore perterriti Fratres, nesciebant quid agerent, putantes totum monasterium igne consumi. Pater autem Fintanus tumultum Fratrum prohibens, solario elevata manu benedixit signo sancto ignem; et illico flamma extincta est. Mirum jam dictu! redditum integrum inventum est.

9. Alio die foris in agro monachi S. Fintani lababant : vir autem sanctus egressus, visitavit eos operantes. Veniens ipse ad Fratres, occurserunt ei Fratres, et manus hinc inde tenentes eum (sicut nos est servis laborantibus videntibus dominos suos aliquando ludendo, aliquid querere ab eis), postulaverunt ab eo refectiorem illa die. Sanctus jam latitatus, subridens ait eis : Potens est Dominus Deus natus reddendo pro me, illi carissimi, quod queritis. In illo seilect die coquos nihil ahui habebant parare Fratribus, nisi clera aegresta, sicut frequenter aliis diebus. Illa noctu hora, viri ab australi parte Lageniensis cum curribus et planstris plenis diversis generibus echorum ad monasterium venerant, et obtulerunt viro Dei. Pater sanctus gratias Domino agens, inde illo die Fratres suos caritativo refecit.

10. Vir quidam sanctus, nomine a Lomanus filius Cathen, aliquando S. Fintano convivium fecit : et rogavit eum in Dei nomine Lomanus, ut sinneret fa-

ritatem. Cumque omnes in domo convivii, sicut mos est, gaudent, S. Fintanus solus lacrymabiliter flebat. B. Lonanus ait ei : Ecce vir Dei nos omnes laet sumus, tu vero solus quare tristis es? Caussam ergo hujus tristitiae, ait, Pater, scire volumus. Vir Dei respondit : Non quia sumpsi caritatem tuam, ideo fleo ; sed si vos videbetis, quae ego video, utique dicetis, quod non sine causa contristor. Hoc enim bellum miserabile gestum est in australi parte Moniensium : et plurimas animas peccatorum, qui occisi sunt, in infernum duci video, contristorque pro hac re. Vix enim paucæ animæ eorum, qui bene vixerunt, et pro necessitate bellaverunt, evadunt: Ut sciatis autem hoc verum esse, ecce post septem dies ad vos venient, qui diligenter de ipso vobis narrabunt bello. Et ita evenit.

11. Item in eodem convivio, et in eadem die, qui dani homo senex de rure veniens, intravit in domum convivii, qui erat armentarius S. Lonani : et conspiciens eum S. Fintanus, illis qui juxta se erant dixit : Vir ille senex hodie morietur in silvis, et cadaver ejus per septem dies non invenietur, et nulla bestia vel avis corpus ejus tanget, nisi tantum vulpes esuriens summitatem anrium et narium ejus gustabit. Et sic omnia configerunt.

12. Duo viri aliquando ad S. Fintanum venerunt, desiderium habentes diversum : unus enim eorum voluit, ut apud S. Fintanum monachus semper maneret; alter non voluit nisi tantum decem diebus hospes manere. Cum autem adivisset et vidisset Pater sanctus, seorsim dixit Fratribus suis : Audite filii sermonem de duabus his hominibus. Nam, qui minus vult esse nobiscum, perfectus in omnibus usque ad mortem suam manebit; hic vero alter, qui se monachum profitetur fore, tantum decem diebus in sua professione hic mansurus est, et in noctis tenebris ad seculum fugiet. Et secundum vaticinium saneti viri accidit illis.

13. Erat quidam religiosus monachus apud S. Fintanum, nomine h Sinchellus, cujus pater et nutritor male vivebant in seculo : et quiescivit B. Sinchellus licentium a Patre S. Fintano ire, ut patrem et nutritorem suum de errore ad penitentiam converteret. Sed illi duri momente corda, non audiebant vocem ejus. Tunc B. Sinchellus reversus est ad S. Fintanum, dicens : O Pater sancte, nullo tempore in illis frustra laboravi. Ait ei Sanctus : Vade adhuc semel, et si poteris duc eos ad me, ut videam illos. Et illi venientes mutu Dei, sederunt circa virum Dei, unus ad dexteram, et unus ad sinistram. Pater autem Fintanus et B. Sinchellus medii erant. Cumque vir sanctus vidisset eos durantes in malo, seorsim dixit sine bello : Dico tibi o fili Sinchelle, quia siue hi duo viri circa nos sunt, unus a dextris, et alius a sinistris, sic etiam in die iudicii erunt. Pater enim tuus male vivens usque ad mortem a sinistris cum hodiis erit, et substantiam post mortem ejus inique Reges et Principes inter se divident, non curantes de anima illius. Nutritor vero tuus, videns infelicem mortem patris tui, de errore se convertet, et aget penitentiam condignam, et substantiam suam bene Sanctis et Christi pauperibus dividet, et in dextra iudicis Filii Dei cum agnus sedebit. Quid est in futuro non dubitamus, videntes praeterita completa secundum vaticinium viri Dei.

14. Quidam monachus monasterii S. Fintani nimio amore peregrinationis ardentes, nolentesque vivere in patria sua, sine permissione sancti sui Abbatis de monasterio perrexerant, et paucis diebus ad eorum Britannorum in Provincia Ultone pervenientes, manserunt ibi, ut inde ad Britanniam navigarent. Quadam autem die unus de Fratribus letus venit ad S. Fintanum dicens : Audivi, o Pater, quod Fratres nostri

vidit proutum
prout com-
missum, et
deset anima-
rum ruinata

prædicti genus
mortis alicu-
jus,

diversum
duorum sha-
rum, ipsorum
votis contra-
rium,

unum e duo-
bus obstinatum
dumani, alte-
rum salvare

c

ex vss.

mutum loquitur
facit,

a quo mones-
tur nou re-
miserere rigo-
rem instituit

aliquid allis
remisit

Inciduum st-
gno Crucis ex-
tinguit,

reflexus suus

ribus inex-
spectabilis al-
lata:

a

suis monachos in Britannia trajicere, et socium eorum donum reverti?

A nostri ab amicis suis retenti sunt in dextera parte campi Hitha. Cui vir sanctus subridens, ait: Fili, falsum est quod audivisti: nam Fratres nostri, de quibus dicas, Frater, hodie portum Britannias tenebunt prospera navigatione, quia pro Deo peregrinantur. Quod ita probatum est. Nam post aliquod temporis spatium quidam Frater de monachis suis accensus amore fratris sui, qui cum praedictis Fratribus peregrinatus est, venit ad S. Fintanum tristis cum lacrymis, genuaque flexit ante Sanctum. Cui sanctus Pater ait: Quare tristis es? Ille Frater respondit: Fateor tibi, Pater, quia de absentia fratris mei carnalis valde contristor: rogo ergo, Pater, in Dei nomine, ut dimittas me post eum ire, ne tristitia me consumat. Cui sanctus Pater leniter ait: Laetus esto, fili, quia frater tuus hodie ad hunc locum ad nos veniet, et pedes ejus lavabis: quia cor ejus in absentia nostra requiem non habuit. In eademi scilicet die frater ille venit, et quae contigerunt ei, ipse narravit omnia, sicut praedixit vir Dei.

13 Alia die cum S. d' Cannicus et S. Fintanus in uno loco, videlicet in monasterio S. Fintani, Cluan-Educh, essent, subito audierunt clamorem et jubilationem militum latitantium post interfectionem inimicorum suorum. Tunc ait S. Fintanus ad B. Cannicium: Ego audio in ista jubilatione vocem innocentis ovis: quia unius ex ipsis erit monachus meus in hoc loco, et in vita perfecta morietur, et ipse Kyeranus vocatur, filius e Tulchani. Illi autem milites habebant capita inimicorum suorum, et venientes prope monasterium deposuerunt ea, et ducta capita a Fratribus, et sepulta sunt coram Fratribus a Sanctis in cœmeterio monachorum. Tunc unus de Fratribus ad sanctos Patres dixit: Quid proderit hominibus illis, quod capita sua sepulta sunt in hoc loco? Cui S. Cannicus et Fintanus responderunt invenienter: Nos credimus et confidimus in Domino, quod isti homines in die judicii non cruciabuntur propter merita et honorem omnium Sanctorum hujus loci, qui hic jacebunt et orabunt viventes pro animabus eorum, qui hic sepelientur, quia principialis pars eorum corporum hic sepulta est, et ideo clementiam speramus iis. Deinde illic Kyeranus venit, et factus est monachus, et feliciter obiit, sicut praedixit S. Fintanus.

14 Quodam die audiens S. Fintanus vocem Presbyteri sacrificium offerentis, qui vocabatur Gosbanus, tremuit ipse et horruit cor ejus. Et cum interrogasset eum Fratres respondit eis vir sanctus: Vos fratres vocem Sacerdotis offerentis audire patatis: ego autem audio vocem hominis jubilantis post grave peccatum: ben heu, iste homo vitam hic nobiscum suam non consummabit. Deinde ille infelix, sicut vir Dei ait, deseruit locum et habitum suum, ad seculum tendens, et in seculo male vivens, turpiter in peccatis periebat.

a Plures SS. Lonanos enumerat Colganus, et hunc conjicit reperi 24 Octob. — b In MSS. Sinkeillum, quem Colganus ait coli 20 Junii. — c MS. Salmant. Et sic impletum est, sicut ipse dixit. — d MS. Salmant. S. Beinechus. — e Tulchani filii sunt SS. Lugidius et Fintanus cognomento Monii, hujus Vitam habemus auctiolum 21 Oct. de S. Lugidio, seu Lugidio agit Colganus 2 Martii, ubi horum fratrem ascribit Kieranum esse, atque hunc adscriptum Fastis Hibernicis 5 Januarii, ad quem diem ejus non meminunt, et 19 Muli.

CAPUT III.

Alia S. Fintani miracula. Cormaci e carcere liberatio.

*A*lio tempore, cum ambularet S. Fintanus in quodam campo, audita fama ejus, multi caussa orandi et benedicendi conveverunt ad eum: inter quos quidam tilium suum paralyticum in magna miseria duxit ad illum: et pervolutus ad pedes viri sancti rogavit, ut in Dei nomine tilium suum sanaret. Cum-

que S. Fintanus manus suas in orationem ad Dominum Deum extendisset, statim paralyticus Dei gratia sanus surrexit, benedicens et laudans Deum coram omnibus.

D
EX MSS.

18 Unus nocte quadam de Fratribus, sciens quod sanctus Pater Fintanus pervaigil esset in oratione, ubi esset oraui, scire voluit: et querens eum hinc et inde, venit in a cœmterio Sanctorum, et erat nocte tenebrosa, eminuisse intuens eum Frater, vidi circa illum immensam lucem per magnum spatium, ut pene oculi ejus excæparentur, nisi Deus per gratiam S. Fintani eum defendenteret. Crastina autem die sanctus Pater minaci vultu dixit ei: Frater mi, cave ne iterum facias, quod nocte præterita fecisti, ne oculi tui excæparentur. Vide quod Paulus Apostolus nondum purgatus a vita, cum vidisset lumen celeste, oculi ejus cæcati sunt? Quanto magis tu, cum sis imperfectus moribus et vita, quomodo potes illud lumen videre? Si ergo illud lumen iterum in hoc seculo videris, oculi tui excæbantur illico, vel certe vita æternæ privaberis lumine. Hoc audiens ille Frater, territus promisit se iterum non facturum, petens sibi indulgentiam de audacia.

tunc carlesti circumfunditur: a

b 19 Rex Aquilonium Lageniensium e Colum filius Cormaci, babebat in vinculis Cromacum filium Diarmadæ Regis Ilua-Kinselach, id est, Australium Lageniensium, volens eum occidere, quem apprehendit in insidiis. Hoc audiens vir saucus Fintanus assumpsit duodecim discipulos secum, volens liberare illum juvenem, et perrexit ad prædictum Regem, tunc habitantem in illo oppido, in planite Lageniensium positio, nomine Rathmor, quod latine dicitur atrium magnum. Et ille Rex crudelis erat; audiensque ipse S. Fintanum ad se venientem, jussit milites suos bene custodire captum, et castrum diligenter contra virum Dei firmari. Sanctus autem veniens illic, Divina potestas omnes januas ei aperuit, et perveniens ad domum, in qua erat juvenis catenatus in vinculis, similiter aperta est janua illius. Et cum vidisset vir Dei juvenem in vinculis, omnia illius vincula fracta in terram cederunt. Vires autem ostiorum et militum evanuerunt visu viri sancti. Tunc milites nimio terrore perterriti, festinantes ad Regem tunc dormientem perrexerunt, et nuntiaverunt ei haec omnia. Rex autem terrore repletus dixit eis: Nescio ego ipse, quid faciam, quia cor meum intra motum tremit. Cui dixerunt amici sui: Domine, iste Sanctus terribilis est, et in iracundia ad te venit, quia diligit juvem quem tenes: et propter eum Sanctum multa prodigia Dominus facit. Omnia ergo quæcumque dixerit tibi, fac, ne te et nos ira Domini consumat. Tunc Rex ad S. Fintanum currens, prostravit se ad pedes ejus dicens: Nos te decet, Sancte, honorare, quia Deus te magnificat. Dimitto tibi ergo virum, quem petis et omnes vincitos, quos habeo cum eo. Et Benedicens vir sanctus regem, gratulabatur Domino: et solitus vinculis duxit secum juvenem, quem solutum petebat.

E

liberatus Cormacum e carcere.

ridet januas ultra uperius,

et vincula solvi:

20 Et egressus est de castello, et occurrit ei in via multitudo militum, inter quos erat filius Belial de genere regali, qui volebat Cormacum quem absolvit Sanctus, occidere, sed comites sui prohibuerunt eum. Cui S. Fintanus ait: Fili diaboli, cito occideris, et vir iste, quem enpis occidere, longo vivet tempore in regno, et in bonis actibus vitam consummabit. Quod ita factum est. Nam ille infelix ante finem mensis occisus. Cormacus autem filius Diarmadie multo tempore vixit in regno d' Lageniensium, et in senectute spredo regno apud S. Coemgallum Abatem in provincia Ultoniae in monasterio de Beancboir monachus factus, suam vitam f' sancte finivit.

prædictus unit mortem ins- tantem.

Cormaco longum vitam in regno: d dein factu mo- nacho:

f g

B. Kyeranum futurum suum discipulum.

commendat sepulturam sanctam:

agnoscit multum statum discipuli celebrantis:

C prædictus apostolus.

Paralyticum precibus fuisse sanatum:

Ex MS.

prædicti futu-
rum statum et
sanctitatem
Fergnæ Duci-

h

dein ejus dis-
cipuli.

A nne, filius Cobbtbachi. Cumque vir Dei illum vidisset, descendens de curru, genua flexit ante eum. Tunc ille, ibi confusus, et turbatus ait: O homo Dei, quod hoc fecisti mihi peccatori? Cui Sanctus ait: Nisi te in cœlo et in terra inter choros Angelorum vidissem, numquam hoc tibi fecissem. Sed peto a te, ut eito deseras hoc seculum, et suscipientias sanctum habbitum. Cui ille simpliciter ait: Ego habeo duodecim filios, et h septem filias, et claram dilectamque conjugem, et plebem meam mihi subjectam in pace et fertilitate. Haec omnia diligo, et non possum ea deserere. Sciens autem famulus Dei omnia, quae ei ventura erant, dixit illi: Vade Domine in dominum tuam, et ego ibo in viam meam, sed cum rediero, ad te veniam. Ab illa jam horum allocationis sancti viri, cor illius hominis inspiratione Spiritus sancti cumulatum, et quo prius dilexerat, fastidio de cetero habuit: et sine somno pene erat, quotidie considerans viam per quam S. Patris Fintani adventus sperabatur. Vir ille sua regionis Dux potens jam erat. Cumque S. Fintanus expletis jam duabus hebdomadis, ad dominum prædicti Ducis Fergna venit, obtulit ipse se statua Domino et S. Fintano, et relictis omnibus, quas audivistis, ille lactussequutus est Sanctum Dei usque ad diem mortis suæ, et in habitu sancto feliciter ad Christum migravit.

B

a MS. Salmant. In Rebus Sanctorum — D Reliquia hujus capitis, post conversanum Brandubbius ad viam monachorum episcopum oblatum in MS. Salmanticensis collectorum. — c Ille Colum, lugut Colganus, in Hibernico vocatur Colman, illos Corbel, neptis Cormac, mortuus Bex talus Lageni anno Cl. 576. — d Australium scilicet, ut ipso de patre duxerat ducnum, — e S. Congallus, sive Cormigallus mortuus est an 601. 10. Nullus in eis vita illuc danda ducunt Cormacius Rex se Deo et S. Columgallo oblitus cum ierbis castellis, Centbarne, Folleam, et Arduromo. — f Dabunt talquam, nam 7 Marti volunt In Actualmire in Lageni. — g Cognatus S. Fintani maior a Colgano, et de domo S. Brigida in MS. Salmant. Illius Cophinus — h MS. Insulensis, duodecim illius. De Fergna episcopus ubi inter Santos relatis plura dubitando congerit Colganus.

CAPUT IV.

Mirandu in morte aliquorum. Sanctitus et obitus S. Fintani.

Quidam sanctus Episcopus, nomine Brandubh, qui erat vir sapiens, amnis et humilis, relictis suis communib[us] pro Christo venit a regione Kinselueb, quae est celebrior pars Lageniensium, ad S. Fintanum, ut monachus apud eum fleret; et invenit beatus Episcopus S. Fintanum Abbatem in monasterio quod dicitur a Achadh-Finghiss, in plebe Hua-drona, contra civitatem Lethghleann, in orientali parte fluminis Bearue. Gavins est antea sanctus Abbas in adventu Domini Episcopi, et dixit ei: Quid vis apud nos, sancte Pastor! Cui respondit Episcopus: Optime Pater, volo menua vitam extremam in clero tuo monasterio finire. Cui S. Fintanus leniter dixit: Cupio te, Domine, in hoc monasterio suavius et tolerabilius esse, quam in duro meo monasterio: onus enim monasterii mei grave multum est. Episcopus respondit: Usque modo illis pondum jngum, et sub alterius jugo vitam meam vidi consummare Deo. Tibi enim et Domino me obtuli. quacumque igitur mihi dixeris, sponte faciam: sed tamen hoc unum a te peto, ut si tu prius ante me de hoc seculo migraveris, non longo post te vivam, sed cito ad me venias obviam animæ meæ. Cui sanctus Abbas respondit: Hanc petitionem illi Deus præstabit. Expletis itaque tribus annis S. Fintanus in monasterio Chain-Eidnech in colum migrauit. Hoc audiens sanctus Episcopus, manens in predicto loco secundum iussionem S. Fintani, Fratribus dixit: Seio quia dies exitus mei de hac misera vita ad regnum Dei appropinquat, sicut sanctus abbas Fintanus mihi promisit. Et expletis h duabus septimanis a morte S. Fintani, minister beati Episcopi somnium vidit,

velut quamdam fenestram apertam in tugurio, in quo jacebat Episcopus, et septem viros in vestibus albis venientes cum magna luce ad fenestram illam, et audivit unum ex eis clara voce dicentem: Veni foras, sancte Episcope, et noli moram facere, quia obviam animæ tuæ a Deo missi sumus, sicut tibi promissum est; et ecce Pater Fintanus mirabilis sanctitatis ad te venit. In cellula jam seorsum a predicto loco Episcopus cum ministro erat. Expergefactus autem minister illuc, accepit lucernam ardentem et adiens loculum, in quo sanctus Episcopus erat, invenit eum amississe spiritum. Et haec omnia minister Fratribus narravit. Tunc Frates tumulantes sanctum corpusculum, glorificaverunt Deum in duobus Sanctis suis, et ceteri audientes postea similliter.

23 Duo germani in monasterio sancti Abbatis Fintani erant, a juventute sua valde obedientes, et viribus suis Deo et Fratribus placentes, et se invicem diligentes. Accidit aliquando, ut unus ex his duobus fratribus, senior scilicet, magna infirmitate torqueatur, et quadam die ex ipsa infirmitate obivit. In hora autem mortis ejus frater minor absens fuit: erat enim in silvis operans cum Fratribus. Cumque reverteretur, vidit ordinantes in cimiterio locum sepulchri; et interrogans eos audivit quia frater E suis mortuus fuerat. Tunc frater minor noxestitia repletus est, et tristis perrexit ad locum, in quo sanctus Pater Fintanus cum Fratribus circa corpus psalmos canebat, et rogavit ille Frater virum Dei, dicens: Rogo te, Pater, ut permittas me mori cum fratre meo, ut simul eamus ad regnum Dei. Cui vir Dei respondit: Frater tuus iam migravit ad regnum Dei, tu vivis, et non potestis de hac vita simul misericordia ad celum, nisi ille resurrexerit. Sed placet mihi, quod tu vis, exposta paullisper, et videbis fratrem tuum viventem. Tunc orante S. Fintano, ille, qui mortuus erat, illico vivus surrexit, et positus adhuc in feretro locutus est clara voce, benedicens omnibus. Deinde ad fratrem suum dixit: Frater mi, festina accipere sanctum sacrificium, quia familia celestis, que venit obviam animæ meæ, reversa est mecum obviam animæ tuæ: quia concessit Pater noster Fintanus et rogavit Domini cœli, ut ita fieret, videns anxietatem mentis tute. Cum ergo se frater minor collocaisset iuxta fratrem suum, cum benedictione et oratione sancti Abbatis et Fratrum, acceptoque divino viatico emisit spiritum, et simul ad colum eum Angelis vivernerunt. Haec Frates vi- dentes, firma fides in cordibus eorum accensa est, et cum gadio, sancti Patris sui Fintani gratiam admirantes, Deum glorificaverunt.

24 Quidam juvenis religiosus, nomine c Columbanus, de provincia Lageniensium, de plebe qua dictior Laighis, natus est, qui causa orandi et peregrinandi ad S. Columbam in insula Hya perrexit, et mansit ad tempus apud eum. Cumque ille voluerit reverti ad Hiberniam, dixit ad B. Columbam: O Sancte Dei, quomodo in patria mea vivam, et tibi coultoear peccata mea? Cui S. Columba ait: Wade ad virum sanctum illum, quem omnibus noctibus Dominicis vere video ante tribunal Christi inter Angelos storo. Ait ei beatus juvenis: Quis et qualis est ille sanctus? Respondit S. Columba: Est quidam Sanctus et pulcher in gente tua, facie rubicunda, oculis intidis, canitem habens in paucis capillis. Juvenis dixit: Non cognosco talen virum in regione mea, nisi S. Fintanum. Tunc S. Columba dixit ei gaudentis: Ipse est, fili, quem video ante tribunal Christi, sicut tibi dixi. Perge ad eum, quia ipse est bonus pastor gregis Christi et multis animas secum ad regnum Dei perducet. Tunc S. Columbanus accepta licentia et benedictione sancti Patris Columbae, gaudentis

migranti occurrit.

Orante S. Fintano impetrat fratrem cum fratre defunctorum communiori:

ab eo revisante admontus.

c

S. Fintanuscum
ier Angelos
ante tribunal
Christi visus:

S. Brandub-
hini depositio
Episcopatu in-
te monachos
recipi:

promitti illi
non fore ma-
gnum inter
mittum inter
ururusque
mortem

b

Et expletis h duabus septimanis a morte S. Fintani, minister beati Episcopi somnium vidit,

A dens rediit ad Hiberniam, et veniens ad S. Fintanum narravit ei omnia, quæ dixit vir Dei Columba. Audiens autem senex sanctus Fintanus hæc verba, facta est facies ejus quasi ignis, et dixit juveni: Cave Frater, ne hoc ulli dicas in vita mea : et non erat hoc difficile illi; quia sanctus Pater Fintanus postea citius obiit.

*perfectus in
omni virtute:*

25 Caritatem jam et humilitatem ac mansuetudinem in aliis et asperitatem in se ipso, patientiam, abstinentiam, graviaque jejunia, vigilias nocturnas, flexionesque genuum, et dilectionem circa omnes Christianos beati senis Fintani nemo in carne hic modo in terris poterit narrare. Omnia enim divina precepta a pueritia usque ad venerabilem senectutem complevit.

26 Cum ergo exitus ejus advenisset, vocavit ad se populum suum sciens diem obitus sui, et cum licen-

tia et benedictione Fratrum et Sanctorum, qui con-
venerant ad ipsum sanctum Patrem visitandum, D
ex MSS.
constituit ipse in loco et in sede sua post se virum
genere nobilem et moribus Fintanum Meldubium
eodem nomine nominatum. Deinde elevans manum
suam benedixit populum, et accepto Dominico sacri-
ficio obdormivit in pace decimo tertio Calendas Marti-
ti: atque inter choros Angelorum anima felicissima
duta est ad aeterna gaudia.

*a MS. Salmant. Ahebt-arclayll. addit Colganus, non procul ab ecclesiæ Septentris in Legatio. — b MS. Inval. tribus diebus.
MS. Salmant. tribus hebdomadibus. Mater Colganus tribus inen-
tibus, quoniam quadam Martyrologio Hibernico natalem reperierit
13 Januarii. — c Quæ de hoc Columbanus hic referuntur, desunt in
MS. Salmanticensi, et forsitan aliounde non recte aliuncta Varia
disputat Colganus, ac tandem censem hunc vocari Columnatum
Mac-Hua Laighe cquisque natalem habet apud Hibernos 13 Maii.
— d Ceti hunc Fintanum 20 Octobr. e variis Hibernarum Martyro-
logis docet Colganus.*

DE S. FINANO

EPISCOPO LINDISFARNENSI IN ANGLIA,

Commentarius historicus.

G. B.

§ I. S. Finani cultus sacer, studia, episcopatus.

B

*ANNO CBR. 1320.
XXXI.
LXXII FEBR.*

*S. Finanus co-
litur 17 Febr.
in Martyrolo-
gio Anglicano.*

Auctor Martyrologii Anglicani celebrat xvii Februarii S. Finanum hoc elogio, quod ex Anglicano Lutine reddidit, Colganus in Actis Sanctorum Hibernorum ad eundem xvii Februarii editi his fere verbis: Lindisfarnie in regno Northumbrie depositio S. Finani Episcopi et Confessoris: qui primo existens monachus monasterii S. Columbae in insula Hya in Scotia, factus est Episcopus. Sanctoque Aidano in ea Sede successit: ubi in omni genere honeste conversationis et vitae sanctimonii: beatos dies suos finivit circa annum Christi 1060. Vocatur Merciorum, sive Meditteraneorum Anglorum Apostolus: cuius industria et molimine in praedicando magna pars illius regni ad Christianam fidem conversa est cum suo Principe Peada, Pendae magni persecutoris filio: qui ad instantiam S. Oswini Northumbrorum Regis, cum multis magnis Comitibus et Dominiis regni Merciorum, fuit per ipsum S. Finanam in loco, qui Ad murum dicitur, baptizatus, uti Beda et ali Anglici historici referunt. In ejus honorem multæ ecclesiae in Anglia pariter ac Scotia dedicatae sunt. *Hæc ibi. Locum illum, seu villum regnum Ad murum ab Alexandro et Seervo Imperatoribus ductum, nunc Walthoune dici opinatur Cambleensis.* Berwicum interpretatus est

*C*olganus, quod tunu oppidum prouul ultra murum ad limites hodiernæ Scotie situm est. Ceterum Ecclesiis S. Finiano dicatos ad majorem antiquam venerationis approbationem exprimi utile foret. Hermannus Greven in Auctario Usuardi, rilato anno 1315 et 1321, de eo agere videtur, dum post S. Fintanum supra memoratum hæc tradit: In Scotia S. Fymiani Episcopi. Ita in Chronico Joannis Bronton sacerdos Finianus scribitur, ab aliis etiam Finianus, et magis corrupte Sianus et Sinianus appellatur.

*el Auctario
Bermannii
Greveni,*

*apud Scotos 17
et 16 Febr.*

2 Scoti eundem Finianum ad xvn Februarii colunt in Breviario Aberdoniensi, ex quo mox ejus elogium datur: cuius aliquod compendium inscrispsit Menologio Scotorum Camerarii, citato Regio in Kalendario, Breviario Aberdonensi, aliusque: at pridie xvi Februarii Dempsterius, In Anglia, inquit, Finnani Episcopi et gentis illius Apostoli, atque apposita littera Kinnunt se Kalendarum Adami Regi aut simile sequit. Idem indicato Scoto Breviario, quod est Aberdonense, in Hist. Eccl. gentis Scotorum cap. 508 ostoli xvi Februarii: Dempsterum sequitur Ferrarius in Catalogo generali, citato etiomi Martyrologio Anglicano, sed in

quo xvii Februarii celebrari jam ostensum est. Hiberni etiam in Fastis sueris celebrant S. Finanum, non tam XVI aut XVII Februario sed ix Januarii, ad quem diem Colganus huius Vitum Actis Sanctorum Hibernie adiunxit, nisserens in Martyrologiis Tamlaetensi et Mariam Gormanidict festum S. Finiani Saxonici, id est, Episcopo sive Apostoli Saxonum in Augin. Hæc de veneratione

3 S. Finianum patria Hibernum fuisse, fuisse admodum contentum Colganus cap. 2 Appendix ad Vitum ejus ix Januarii, ac notitione 12 tradit ex Chronicis Hibernis esse filium Rimedi. De ejus in adolescence educatione hæc leguntur in antiqua Breviario Aberdonensi: Anno Virginei partus sexcentesimo et quinquagesimo vir vita venerabilis et magna sanctitatis Episcopus, ac infidelium Doctor mellitus, Finianus nomine, ex Scotorum gente, et eorumdem nobili familia, a pueritia insignis, enutritus virtutibus, et liberalibus ab infancia traditus disciplinis. His suorum Praeceptorum levi aut vis ulla admonitione hujusmodi littera intantum deditus est, et autum accommodavit, ut sese in virum doctissimum evadere ausus est: et studebat sic, quod ad altioris dignitatis insignia de facilis promeritus est; sic, quod totus pene populus vaticinando eundem Dei virum Episcopatu dignum acclamaverunt, et frequenter praedixerunt: ad quæ singula minima intentus erat. Sed omnibus suis cotaneis in omni morum gravitate, scientia, circumspectione et prudentia præstabat: super omnia tamen bonorum operum et virtutis aptissimum exemplar dedit, majoribus obsequentissimum, æqualibus servum, minimis ac inferioribus solalem humillimum. Post hæc B. Finianus Divinae legi imbuendum animum super omnia accommodavit, et supernas contemplationis studio, aliis mundi spretis oblectationibus, indecessus properabat. Praeceptores ac viros sanetissimos in Christiana fide eruditos ubicumque cum omni patientia, humilitate et subjectione percunctando adiit, et quod ab iisdem divinitus didicit, perspicaci et sedulo ingenio memoris alius prædicandum commendavit. *Hæc ibi.*

4 Celebrebat eo tempore monasterium a S. Columba in insula Hy, sive Hu, que et Iona dicitur, nunc vulgo Columbil, apud hodiernos Scotos extructum: in quo etiam S. Aidanus, Finianus in Episcopatu Lindisfarnensi decessor, habitarat, quod Beda lib. 3 histor. Eccl. Angl. cap. 3 ita memorat: Monachi erant maxime qui ad prædicandum venerant. Monachus ipse Episcopus

D
ex MSS.
constituit suc-
cessorem:

moritur 17
Febr.

E
*apud Hibernos
9 Januarit*

*pie in disciphi-
nis liberalibus
enutritus.*

*studis Theolo-
gicus crudius.*

*cum S. Aida-
no decessore.*

ACTORE G. B.

A Episcopus Aidanus, utpote de insula, quæ vocatur Hy, destinatus. Cujus monasterium in eunctis pene Septemtrionalium Scotorum et omnium Pictorum monasteriis non parvo tempore arem tenebat, regendisque eorum populis præserat. Quæ videlicet insula ad jus quidem Britannie pertinet, non magno ab eo freto discreta, sed donatione Pictorum, qui illas Britanniae plagas incolunt, jaduudum monachis Scotorum tradita, eo quod illis prædicantibus fidem Christi percepérunt. Hac de S. Aidano S. Finani successore Beda, qui et de successoris Finani Colmano lib. 4 cap. 4 ista scribit: Interea Colman, qui de Scotia erat Episcopus, relinquens Britanniā insula congregaverat Scotos, et relictis in Ecclesia sua aliquot Fratribus, primo venit ad insulam Hy, unde erat ad prædicandum verbum Dei Anglorum genti destinatus etc. De S. Colmano agemus proximo die, xviii Februarii, de S. Aidano xxxi Augusti, inter quos Ecclesiam Lindisfarneensem adiunctorum Episcopus Finanus, et ipse ut Beda tradit lib. 3 cap. 47 ab Hy Scotorum insula et monasterio destinatus, B et lib. 3 cap. 25 a Scotos ordinatus et missus: factus actionem S. Aidani fortis amulter.

Huc (ut in libro Northumbria Episcopus, sicut uero est) fuit occasio, Edwini Nordanhumbrorum Rex, anno regno sui xi, Christi lxxxvii, teste Beda lib. 2 cap. 14 baptizatus est die sancto Pasche prius Iduum Aprilium Eboraci: in qua etiam civitate ipso Doctori atque Antistiti suo Paulino Sedi Episcopatus donavit, cui Honorium Papam iure Metropolitani confirmato, pallium missis tradit idem Beda cap. 17. At circa annum lxxxix Edwino Rege, recessit Paulinus, relecta Eboracen Ecclesia, qua per xxx annos, ut obseruat Symeon Dunelmensis, proprium non habuit Episcopum, sed Lindisfarneensis Ecclesie Praesules, Aidanus, Finanus, Columanus et Tuda Nordanhumbrorum provincie administrarunt Pontificatum: atque ea de causa S. Finanus in Breviario Aberdonensi appellatur Episcopus Northumbrie et Confessor: et Malmesburyensis lib. 3 de Gestis Pontificum Anglorum, verbis Stephani Presbyteri dicto Beda aequalis, in compendium coreatis, at, Paulino pulso, Aidanum, Finanum, Columnam Scotos, nec pallio nec urbis nobilitate voluisse attollit, in insula Lindisfarnensi delitescentes.

6 Beda lib. 3 cap. 3 huc de gesto finis narrat: Oswaldo pgo, ut cap. 4 dixerat, apud Seotos vel Pictos tempore Edwini Regis exulaverat) ubi regnum suscepit, desiderans totam, cui præcesseret caput, genteum fidei Christianae gratia imbn, enjus experientia permixtum in expugnandis barbaris iam ecepere; misit ad moiores nato Scotorum, inter quos exulans ipso, baptismatis sacramenta cum his qui secum erant militibus consentitus erat, petens ut sibi mittetur Antistes, cuius doctrina ac ministerio gens quam regebat Anglorum, Dominum fidei et domum disceret et suscipieret sacramenta, Neque aliquando tardius quod petuit impetravit. Accipit namque Pontificem Aidanum, summa mansuetudinis et pacatis ac moderaminis virum, habentemque zelum Dei, quamvis non pleno secundum scientiam. Namque diem Pasche Domini more suo gentis a quinta decima luna usq[ue] ad vicepsinam observabat... Veniente igitur ad se Episcopo, Rex locum Sedis Episcopalis in insula Lindisfarnensi, ubi ipse petebat, tribuit. Qui videlicet loens accedente ac recerente rhombate lis quotidie instar insulae mari ciremuntur undis, lis renudata littore contiguis terre rediditur. Rex oīis admonitionibus humilior ac liberter in omnibus ausultans, Ecclesiam Christi in regno suo multum diligenter addictere ac dilatare curavit. Ubi pulcherri-

mo sepe spectaculo contigit, ut evangelizante An- D tistite, qui Anglorum linguam perfecte non noverat, ipse Rex suis Ducibus ac ministris interpres verbi existeret orantes: quia nimurum tam longo exilio sui tempore linguam Scotorum jam plene didicerat.

7 Exinde cōpere plures per dies de Scotorum *inter ejus co-regione* venire Britaniā, atque illis Anglorum provinciis, quibus regnavit Rex Oswaldus, magna devotione verbum fidei prædicare, et credentibus gratiam baptismi, quicunque sacerdotali erant gradu prædicti, ministrare. Construebant ergo ecclesiæ por lova, confluēbant ad audiendum verbum populi gaudentes, donabant munere regio posses-siones et territoria ad instituenda monasteria, imboebantur, præceptoribus Scotis, parvuli Anglorum una cum majoribus studiis et observatione discipline regularis. *Inter hos verbi Divini prædicatores præcipuum exitus* S. Finanum, ejus a morte S. Aidani in Episcopum electo inuit. Nam, ut Acta Breviarii Aberdonensis habent, sanctissimo Aidano apud Anglos Northumbrorum Episcopo, qui eidem Ecclesie decem et septem annis presuisset et rexisse legit- tur, sua vita functo felicissima, de Scotorum etiam gente originem et nomen habente, congregatis Cleri populi concionibus, virorum et mulierum utriusque sexus, unanimiter S. Finanum in Episcopum Lindisfarneensem Spiritus sancti gratia eligi instant postulaverunt, et solenniter assumpserunt. S. Aidanus, qui anno Chr. lxxxiv fuerat factus Episco-pus, obiit, teste Beda lib. 3 cap. 17, decimoseptimo Episcopatus sui anno pridie Kalendarum Septem-brianum, anno Ch. lxxi. Successit vero ei in Episcopatum Finan et ipse illo ab Hy Scotorum insula ac monasterio destinatus, ac tempore non paucō in Episcopatu periuans, Oswio tum Northumbrorum Rege.

S. II. Gesta S. Finani in Episcopatu. Regula S. Columba in Northumbria monachis præscripta. S. Finani obitus.

Quam in ecclesia Lindisfarnensi construenda impen-dit S. Finanus operam, ita Beda cap. 25 ejusdem libri 3 narrat: Interea Aidano Episcopo de hac vita sublato, Finan pro illo gradum Episcopatus a Scotos ordinatus ac missus acceperat: qui in insula Lindisfarnensi fecit ecclesiam Episcopi Sede congruam. Quam tamen more Scotorum non de la-pido, sed de robore secto totam composuit, atque arundine texit. Quam tempore sequente Reverendissimus Archiepiscopus Theodorus in honorem B. Petri Apostoli dedicavit. Sed et Episcopus loci ipsius Eadberht ablati arundine, plumbi laminis eam totam, hoc est, et tectum et ipsos quoque parietes ejus cooperire curavit. Colitur S. Theodorus a S. Eadberto dedicatam:

Extructa ecclesiæ stann Lindisfarnæ,
F

a S. Theodoro dedicatam,

a S. Eadberto plumbi tec-tam:

9 Epusdem Finani temporibus, ut Beda prosequatur, quæstio facta est frequens et magna de observa-tione Pasche, confirmantibus eis, qui de Cantia vel du Gallijs advenierant, quod Scotti Dominicum Pasche diem contra universalis Ecclesiae morem celebrarent. Erat in his acerrimus veri Pascha de-fensor, nomine Ronan, natione quidem Scotus, sed in Gallijs vel Italijs partibus regula Ecclesiasticae veritatis eductus: qui cum Finano confidens multos quidem correxit, vel ad solertiaem veritatis inquisitionem accedit; nequaquam tamen Finanum emendare potuit, qui potius, quod esset homo fe-rocis

observat Pas-cha more Sco-torum,

A rocis animi, acerbiorem castigando, et apertum veritatis adversarium reddidit... Hæc autem dissonantia Paschalis observantiae vivente Aidano patienter ab omnibus tolerabatur, qui patenter intellexerant, quia, etsi Pascha contra morem eorum, qui ipsum miserant, facere non potuit, opera tamen fidei, pietatis et dilectionis, juxta morem omnibus Sanctis consuetum, diligenter exequi curavit. *Hujus Aidani vestigia in fide et moribus illibate secutum esse Finanum scribit Joannes Major lib. 2 de Gestis Scotorum cap. 11*

exemplum S. Aidani decessoribus

*eximius verbi
rei præco.*

Pendam Regem mediterraneorum Anglorum convertit.

baptizat.

*consecrat Diu-
num Episcopum mediterraneorum An-
glorum et Mer-
itorum.*

*et S. Eadham
Episcopum
Orientalium
Saxonum a.*

10 *Eodem modo cum S. Aidana excelluit S. Finanus in præcipuis pretatis officiis, factus Evangelicæ veritatis eximus Doctor : qui ut in Aberdonensi Breviario dicitur, consecratus in Episcopum, verbi Dei semina cunctis ubique professus est, et ab idolatria et superstitionibus falsis, varios a gentilatis errore convertit. Peadam vero mediterraneorum Anglorum*

Regem cum omnibus suis Comitibus, Baronibus, et subditis universis baptizavit, et in fidei orthodoxæ chrismate sancto insignivit, et firmiter in eaem instruxit. Hujus conversionem ita narrat Beda lib. 3 cap. 21. His temporibus Middenglî, id est, mediterranei Anglî, sub Principe Peada, filio Pendan Regis, fidem et sacramenta veritatis perceperunt.

B Qui cum esset juvenis optimus ac Regis nouine ac persona dignissimus, præfatus est a patre regno gentis illius : venit ad Regem Northanhymbrorum Oswi, postulans filiam ejus Alhfeldam sibi conjugem dari : neque aliter quod petebat impetrare potuit, nisi fidem Christi ac baptismum, cum gente cui præferat acciperet. At ille audita prædicatione veritatis et promissione regni coelestis, speque resurrectionis ac futurae immortalitatis, libenter se Christianum fieri velle confessus est, etiam si virginem non acciperet... Baptizatus est ergo a Finano Episcopo cum omnibus qui secum venerant comitibus ac militibus corumque famulis universis, in vico Regis illustri qui vocatur Ad murum. Et acceptis quatuor Presbyteris, qui ad docendam baptizandamque gentem illius et eruditione et vita videbantur idonei, multo cum gaudio reversus est. Erant autem Presbyteri Cedula et Adda et Betti et Diuma : quorum ultimus natione Scotus, ceteri fuere de Anglis... Penda autem Rege occiso, cum Oswi Rex Christianissimum regnum ejus acciperet, factus est Diuma Episcopus mediterraneorum Anglorum simul et Merciorum, ordinatus a Finano Episcopo. Paucitas enim Sacerdotum cogebat unum Antistitem duobus populis præfici. *Hæc ibi. Fint Penda baptizatus anno 550, at biennio post et Penda interiit et Merci farti sunt Christiani. Vitam S. Ceddæ dedimus vnu Januarii. Hic Sigberto Orientalium Saxonum Regre ad fidem conuerso, missus est ad eum populum converendum, ac deinde a S. Finano ordinatus est Episcopus. Rm gestam ita refert Beda cap. 22.*

C *11* Igitur Rex Sigbercht æterni regni jam civis electus, temporalis sui regni sedem repetiit, postulans ab Oswi Rege, ut aliquos sibi Doctores daret, qui gentem suam ad fidem Christi converterent, ac fonte salutari abluerent. At ille mittens ad provinciam mediterraneorum Anglorum, clamavit ad se virum Dei Cedd, et dato illi socio altero quodam Presbytero, misit prædicare verbum Dei genti Orientalium Saxonum. Ubi cum omnia perambulantes multam Domini Ecclesiam congregassent, contigit quodam tempore, cumdem Cedd redire domum, ac pervenire ad Ecclesiam Lindisfarensem propter colloquium Finani Episcopi : qui ubi prosperatum ei opus Evangelii coniperit, fecit eum Episcopum in gente Orientalium Saxonum, vocatis ad se in ministerium ordinationis alios duobus Episcopos. Qui accepto gradu Episcopatus reddit ad provinciam, et majore

auctoritate coepit opus explens, fecit per loca D Ecclæsias, Presbyteros et Diaconos ordinavit, qui se in verbo fidei et ministerio baptizandi adjuvarent. *Hæc Beda. Eadem in epitome redacta tradit Simeon Dunelmensis lib. 1 Historiæ Dunelmensis cap. 4, ad diquit ista de S. Cedula, eisque fratre Ceadda : Monasterium quoque S. Cedula in provincia Nordanhymbrorum in Lestingahen construxit, et religiosis moribus juxta ritus Lindisfarnensium, ubi educatus erat, instituit. In quo ipse moriens dedit illud regendum Ceadda fratri suo : qui et ipse monachus erat Lindisfarnensis, unus videlicet de discipulis Aidani, qui postea jubente Rege Oswin Eboracen-sis Ecclesia ordinatus est Episcopus : nec multo post. Theodoro Archiepiscopo præcipiente provin-cie Merciorum prælatus, in loco, qui Licethfeld nuncupatur, Sedem habuit Pontificalem. Colitur S. Ceadda 2 Martii.*

12 *De S. Finano aliisque Episcopis Lindisfarnen-sibus, tamquam Regulam S. Benedicti professis, agunt Trithemius et Wion; ille lib. 4 de Viris illust. ord. S. Benedicti cap. 152 hæc scribit : Sinanus mona-chus Huensis, B. Edani quondam discipulus, et post eum Lindisfarnensis Ecclesia Episcopus, vir non minus religione quam scientia Scripturarum præclarus, ordinatus est anno Domini 550 In-dictione xv. Inte anno 550, ut melius observat Wion lib. 2 cap. 23. S. Finanus, inquit, sive Sinanus, Scotus, monachus Huensis, Aidanum secutus anno 550 pauco tempore in Episcopatu permanansit : de-cimo enim administrationis sua anno, Christi 551, mortale solum reliquit, coeleste petiturus. Scripsit librum de veteris Paschatis ritu. *Hæc Wion post Trithemium. Verum illos falli, utque a Regula S. Be-nedicti diversos ritus tunc habuisse monachos Northum-brie ostendit S. Wilfridus Eborvensis Archiepi-scopus apud Malmesburyensem lib. 3 de Gestis Ponti-ficium Anglorum, ubi usserit se primum fuisse, qui verum Pascha in Northumbriam, Scotis ejectus, do-cuerit, qui cantus ecclesiasticos antiphonatim iusti-tuerit, qui S. Benedicti Regulam a monachis obser-vari jusserit. Idem Wilfridus, necrum Episcopus, in Synodo apud S. Hildam Abbatissam in monasterio Strengshal habuit, utque a Beda lib. 3 cap. 23 descripta, disputauit cum S. Columba S. Finani successore, quan-tum servarunt Regulam, ita indicat : De Patre autem vestro Columba et sequacibus ejus, quorum sancti-tatem vos imitari, et Regulam ac præcepta, co-lestibus signis confirmata, sequi perhibetis, respon-dere possum etc. Jacobus Varianus lib. 1 de Scriptoribus F Hibernicis cap. 2 Scripsit, inquit, Columba Regulan monasticam, que extat, et vulgo Regula Columb-Kille dicitur, id est monasterii Huensis a S. Columba extracti. Usserius pag. 919 testatur se repe-riisse in codice perantiquo quatuor Regulas, Hiber-nicæ sermone antiquo et nostris temporibus pene igno-rabilis exaratas : harum primam Columba killi vocari, ad quam omnia Columbiensia monasteria, tan in Hibernia et Albania, quam in ipsa Anglia fuisse conformata par sit credere. Lindisfarnenses ergo Epis-cope SS. Aidanus, Eminus, Columbanus, quos ex dicto Huensi S. Columba monasterio in Northumbriam ad-venisse dicimus, hoc monasticum eueniti institutum in illud regnum introduxerunt.**

13 *Quod citatus ante Wion S. Finanum tradat scripsisse librum de veteris Paschatis ritu, cumdem suo apparatu inscripsit Passerinus, et Historiæ Ec-clæsisticæ gentis Scotorum Dempsterus, qui addit eum etiam scripsisse monita salutaria ad Ferguhardum Regem, eaque sanctissima monita haberi apud He-torem Boethium lib. 9 Historiæ Scotorum pag. 177, ubi hæc solum legitur : Sacerdotes Christi, quos fama pecuniosos ferebat, questionibus adhibitos haud*

AUCTORE G. H.

*uti et S. Ceadda
Episc. Eborac.
dein Lichfel-densis*

*S. Finanus
non vixit se-
cundum S. Be-
nedicti Regu-
lam E*

*u. S. Wilfrido,
in Northum-
briam intro-
ductum :*

*sed Regulam
Columba pro-
cessus.*

AUTORE B.
Et Ferquhar
dum Regem
Scotorum ex-
communicata?

A hant torquere cessavit Rex Ferquhardus, donec argentum omne, si quod haberent, confessi, in suam contulissent crumenam. A Pontificibus tam immannium scelerum durius incusatus, Colmanno Finnanoque (hi tum inter Scotos praecepit veneracionis habebantur) et quod contumaci animo monitis non pareret, sacris tandem prohibitibus, contempta religione, alii templo adeuntibus, ipse venatum se contulit. Quæ Leslæus lib. 4 de Scotorum rebus gestis in Ferquhardo II, Rege LIV, ita paucis attigit: Cujus vitam omnium flagitorum genere opertam cum Colmannus et Finnanus Episcopi sanctitate insignes, frustra saepe insectati essent, sacris illum prohibuere. Quæ antiquorum scriptorum testimonis confirmari vellemus.

14 Gessisse Finanum episcopatum in provincia Anglorum annis decim tradidit Beda lib. 3 cap. 26, sicut dicet et mensem obitus, ut reliqui antiquiores scriptores: cum veneratio ad XVII Februarii obitus recipitur in Breviario Aberdonensi: sed ibidem in titulo hujus Vitz annotatur annus 10CLXXXIV: cum tamen anno 10CLXI constet cum vita functum esse; sed forte in astate, cum decem circiter annos exprimat. Ita tres annos ossigunt Beda Episcopatu S. Colmani successoris, qui ta-

mendum Episcopatu relicto rediit in insulam Hy post Syndum Streneshalensem priore parte anni 10CLXIV habitu, in qua S. Colmanum oppugnarunt Agilbertus Episcopus Occidentalium Saxonum, et S. Wilfridus Presbyter, qui eodem adhuc anno ex Anglia missus in Gallias ad eundem Agilbertum creatum Parisiorum Episcopum, atque ab eo Episcopus est ordinatus.

15 Obisse S. Finanum anno 10CLXI etiam Dempsterus annotari, sed perperam addit, quid post depositum Episcopatum gesserit, se non reprehendisse: videtur deceptus verbis Westmonasteriensis in Floribus ad annum 10CLXI scribentis, Aidano tum mortuo successisse in Episcopatum Lindisfarensem Finanum, natione Scotum, sed parvo tempore in Episcopatu permanuisse: scilicet decem annis ut diximus e Beda, qui cap. 17 assertit tempore non pauco in Episcopatu permanisse, et cap. 23 Finano defuncto Colmannum in Episcopatu successisse, ad cuius Vitam die sequenti, XVIII Februarii, aliquo de S. Finano ob aliis tradita referuntur. Reliquias ipsius et memorias magna solennitate frequentatas esse priusquam heretica rabies patrum, memoria Christianam pietatem et regno illo eliminasset, ante memoratus Dempsterus scribit.

ad mortem per-
mansit Episco-
pus Lindisfar-
nensis.

mortuus anno
Episcopatus
10,

an. Chr. 661

B

DE S. SILVINO EPISCOPO ALCIACI IN BELGIO,

J. B.

Commentarius prævius.

S. I. S. Silvini Ep. natalis, vita historia.

Alericun canonibium est instituti Benedictini in Belgia II, cujus mentio est apud S. Bernardum ep. 350, quo orat virum illustrem Roragonem de Albiatisvilla, ut quandam terram, desertam et incultam, Ecclesie de Alchi in elemosynam, concedere dignetur. Situm hoc canonibum haud procul Hesdina Artesis oppido, vulgo Auchy los mones, id est, Alciacum monachorum appellatur, ut ab Alciaco castro discernatur. Ille monachi Bertiniani in urbe Audomarensi, Adroaldum virum nobilem, oivut, cum prole careret, beato Patri Bertino præsum tradidisse donatione solenni, presente venerabili Audomaro ne multis Proceribus urbis Taranæ: qua scilicet formula tradidisse idem Adroaldus S. Bertino villam Sithiu scribitur in hujus Vita v Septembri, in qua Alciaci nulla mentio est, neque dominus orationis, quam illa S. Bertinum instituere capisse idem ait, atque ex aliis probant sui euno- C bii monumenta. Illud constat, Adalsquarum quemdam, et ejus conjugem Anegliam de nobilissima prosapia exortam Francorum, basilicam illuc in honore sanctæ Dei Genitricis Mariæ construxisse: ubi etiam eorum filia Siecidis, sire Sichedis, aut Sieherdis, deposito seculari habitu jam Deo sacrata inerat, ut in S. Silvini Vita man. 21 assertur, nulla itidem facta S. Bertini aut Sithiensi mentione. Truncunt poro canonibum Alciacum sanctimoniales, donec ab exercitu Normannorum Aera Christianæ nono seculo excisum est. Restauratum postea, ac monachis Benedictentibus datum, puer addito, ut tenebentur Abbatem sibi e monasterio S. Bertini eligere, ut testatur, et ratum esse iudeo Innocentius in Pupa cap. Abbati S. Silvini Alcintoni 23 de veterum significacione, sire lib. 3 Decretalium (t. II cap. 25, ubi tamen scribendum fuit: Abbati S. Silvini Alciacensi).

2 Ejus nunc cemeteri Patronus est S. Silvimus Episcopus, illie circa annum 10CLX sepultus, ut post diebus: eius tamen reliquias postea sunt Audomarepolim ad S. Bertini monasterium translatae. Agitur an inversoria illius memoria Alciaci. Agique solebat Taranæ, dum ea urbs stetit, xv Februarii, ut ex veteri

Breviario Morinense constat. Audomaropoli vero, non solum in S. Bertini ecclesia sed et in S. Audomari, alibi 17, quæ nunc est Cathedratis, colitur XVI Februarii: quo die ejus nomen plerique Martyrologii inscriptum. Usuardi antiquissimum exemplar, quod manu exaratum Lutetiae extitit in monasterio S. Germani, ita habet: In pago Taruanensi S. Silvani Tolosanae civitatis Episcopi. Consonat Martyrol. Romunum, ac perpetuus nostrum MS. nomine Beda insiquidum. At plurima alio MSS. istud Usuardi præferentia nomen, interque ea unum perauitum et optimæ nota, quod olim Augustini Hunnxi fuit, quoque nesus est Molanus: item Usuardi editio Parisiensis anni 1336, aliudque Martyrologium editum Colonice anno 1490, ita habent: Ipso die S. Silvini Taruanensis Episcopi. Quardam mendose, Caruaneus: alia Trauenensis, Targuanensis, Taruanensis: Bellinus edit. Venetæ, Carnensis, Parisina, Vanensis. Molanus in posterioribus Usuardi editionibus an. 1573 et 1583 ita scribit: F

Ipso die, monasterio Sithiu, in pago Tervanensi S. Silvini Teruanensis, Episcopi Tolosanae civitatis. Ipso tamen modo litterarum indicat, illa verba, monasterio Sithiu, in pago Tervanensi, Tolosanae urbis, non esse Usuardi, sed ex proprio Ecclesiæ eiusdem Martyrologio sumpta. Constantinus Ghinius in Natalib. SS. Canonorum, ad hunc diem ista mendose scribit: In pago Tornavensi S. Silvini... eius nomine in Alciaco est aldeatia, ubi in monasterio Centulensi sepultus fuit. Non est in Alciaco Centulense, sire S. Richaru, monasterium, nec in hoc sepultus Silvius: sed invitati ad hujus exequias fuere Centulenses monachi Alciacum, nam in ipsa Alciacensi vide tumultatus est. Eodem die illius meminere in Benedictina Martyrologio Hugo Menardus (qui tamen satetur, ex Vita non satis liquere an monachus fuerit) Arnoldus Wion, Benedictus Dorganus: in Germanico Petrus Canisius, Anthetus Mirrens in Factis Belgicis, Molanus in Natalib. SS. Belyu, Galestius, alii: ac prolixi in Martyrologio Gallicano, inque ejus Supplemento Sausianus. Egregium Martyrologium quod ante quinque minimum seculo, scriptum, ita solum verbis cum celebrat: Ipso die S. Silvini Ep.

et hoc die no-
men ejus ins-
criptum Mar-
tyrologiis,

olim Virg-
num.

nunc mona-
chorum,

colitur S. Sil-
vius Ep. 18
Feb.

A 3 xv Februario natalem ejus consignant vetera quædam Belgica Breviaria, Morinense jam citatum, Brunzellense, Atrebatense, atque alia. Martyrologia item : Centulense, quod Bede nomine prætitulatum : In territorio Morinorum, depositio S. Silvini Ep. et Conf. MS. monasterii S. Martini Tornaci : Et depositio Salvini Ep. et Conf. MS. Ecclesia S. Gudilæ Brunnellæ : Ipso die S. Silvini Teruanensis Ep. et Conf. MS. S. Lamberti Leodii, et multo vetustius monasterii S. Laurentii ibidem : Ipsq die S. Salvini Episcopi Tarwanensis et Conf. In eodem tamen Laurentiano colice ad diem xv additum antiquæ manu : Ipso die S. Silvini Tarwanensis Episcopi. Ita et Hermannus Greven xv Februario : Silvii Ep. et Conf. et xvii : Ipsq die S. Salvini Targauensis Episcopi. Diversos videtur existimasse. MS. Florariorum die xv Herstalium translatas ejus reliquias statuit. De variis translatiobus infra.

atili 13 Febr.

quibusdam
utroque die.

Alius S. Silvi-

nus 26 Janu.

B 4 Qui xxvi Januarii Cenomanis tribuitur ab Hermanno Greven, Maurolico, Felicio, Ferrario. S. Silvini Episcopus, ut ad eum diem in syllabo prætermissorum distinximus; is Cenomanorum Episcopus non fuit, cum neque in ipsis Catalogis, neque in Cenomanicorum Præsumbitu historia ab Antonio Corrasero, et Joanne Bouillette edita, utraque perquam accurata, ullus econome Episcopus memoretur. At nec Moronensis hic noster quid ad Cenomanos spectet, ullum est uspnum documentum. Videtur ut potius esse, qui hoc ipso die memoratur Cremonæ, Cenomanorum in Gallia Cisalpina colonize, Episcopus fuisse, ut infra dicemus.

C 5 Vitam S. Silvini composuit Antenor Episcopus, qui illi videtur adhæsse, notus certe ac familiaris extitisse. Nam, ut in Prologo dicitur, ut affectum, quem vivens erga illum (potius erga illum viventem) subjectionis habuit post transitum illius non amitteret obsequendo, aliquid illius sanctitatis, quod scire potuit, litteris adnotare non distulit. Verum ea Vita, ut ibidem dicitur, partim rusticæ partimque vitiōse composita erat juxta normam literalis artis : id est, ut interpretor, rudi et ineusto stylo, Jacobus Malbrancus noster in scholis ad cap. 14 lib. 4 de Morinis, putat solum notari in auctore formandarum pingendrumque litterarum imperitiam : nam seculum illud nonnulli doctos ut plurimum Præsules tulisse ; viros autem doctos male pingere sat frequens. Fuerunt sane dicti ea tempestate Episcopi, ut sancti fuerint quamplurimi ; at non ideo omnes, immo (quorum scripta exstant) perpauci stylis gratia valuerunt : plerique, quod de Antenore in hujus Vitæ prologo dicitur, satis fuisse in divina pollentes religione, non admidum in disciplina eruditæ litterati fuere.

D Postea ergo illa Antenoris lucubratio emendatus rescribi, non sensum mutando, sed enucleatus compendio, quar inordinata videbantur. Factum id Lutwithis Abbatissæ iussu, ante incursiones Normannorum, que nepotum Caroli Magni temporibus contigere. Neque elegantiori forma litterarum eam se descripsisse Vitam scriptor affirmat, sed, prout valuit, correxisse.

E 7 Eum Vitam descripsérat Heribertus Rosweydis ex MS. colice canonicis Alciaensis, cunctularaque cum MS. Rubæ vallis. Contulimus eum deinde nos cum MS. Cossedoncani monasterii Canonorum regularium juxta Thurnhentum in Brabantia, cumque alio exemplari, quod Rotomago miserat Federicus Floetus noster, et MS. Ecclesiæ S. Salvatoris Ultrajecti, atque alius duobus, et Vita ea, quam ex MSS. Bertiniensi edidit lib. 5 verum Occitanar. Guilielmus Castellus. Neque ea non lecta nobis, quæ Ferreolus Lectorius in Chronico Belgico, inque commentariis de rebus Morinorum Jacobus Malbrancus noster, et in Gallica Sanctorum historia Guilielmus Gascons, de S. Silvino scripserunt. Vitam antiquam, quod alibi in capitulo Februario T. III.

aut Lectiones diversimode esset distributa, alibi uno D tenore contexta, more nostro, prout commodius visum, AUCTORE I. B. parti sumus.

S II. S. Silvini Ep. patria, genus, Episcopatus.

M olanus antea citatus S. Silvum Teruanensem scribit fuisse, factum deinde Tolosanae civitatis Episcopum. Idem Arnoldo Hioni visum. Neuter rationem dat ultam cur ita sentiat. Afferri illa potest, quod in vita num. 12 construxisse dicatur in suæ proprietatis jure ecclesias duas, unam in loco nuncupato Mundini Cisterna, et aliam in Remicensi Catpania. Quæ duo loca in Morinis sunt : ut videantur saltem majores ejus e Belgio oriundi. Vita eadem, (ab otingentis minimum annis scripta, immo amplius nougentis, cum secundus scriptor ea solum correcerat, quæ Antenor Episcopus, S. Silvini coetanæ, litteris commendarat) eadem, inquit, Vita cup. 2 num. 2 ita habet : S. Silvinum nobilis Tolosana genuit terra, sed Teruanensem felices continent fines. Federicus Floetus, qui nobis S. Silvini Vitum, quamvis mutilam, Rotomago misit, illud item monuit, videlicet se aliam in ea urbe Vitam, in qua S. Silvinus natione Scotus fuisse asserbatur. Quia enim complures iis temporibus e Scotia ac Hibernia sancti Episcopi in Belgum fuitimque provincias veneri fidei ac pietatis proeminundæ causa; scriptor fortasse quisnam, cum S. Silvum adeuam didicisset apud Morinos habatasse, Scotum fuisse divinari.

N Unus etiam fidei tribuerim MS. Floraro SS. ista xv Februario preferenti : Ipso die depositio S. Silvini, Teruanensis Episcopi et Confess., qui fertur filius extitisse Pipini Brabantinorum Ducis secundi hujus nominis, et per consequens de stirpe Karolidarum. Elogium habemus S. Silvini ex Catalogo Episcoporum Ecclesiæ Taruanensis, ab Rosweydo excertum, hoc exordio ? Beatus Antistes Silvinus in tellure Tolosana claris fuit parentibus legitime generatus. Sed cum esset hic sanguinis nobilitate strenuus, adorari concupivit sanctitatis operibus : qui Virginis imitator Evangelista Joannis, uxorem, quam despontavit, propter Deum dereliquit. Hunc felices Teruanensis continent fines : quin imo nonnulli eum Teruanensem fuisse Episcopum in suis reliquerunt scriptis. Alii dicunt fuisse illum secundi Pipini cognomine Grossi, qui tertius fuit Dux Brabantie et Marchio Imperii, et S. Plectrudis, uxoris ejusdem, ex qua tres proles fertur genuisse, puta Dragonom Ducem Campanie, Grimoaldum, et hunc sanctum virum.

O 10 Veteræ rerum Franciarum scriptores, atque et recentioribus accuratissimi Scipio Dupleix et Sammarthani, non altos Pipini ex Plectrude liberos agnoscunt, et editis historiis. et editis historiis. nisi Drogonem et Grimoaldum. Hadrianus Buridanus in Chronicis Ducum Brabantie cap. 3 de Pipum et Plectrudis liberis ita loquitur : Ex eo conjugio digna parente edita proles : filii tres Drago et Grimoaldus, qui quum Christi esset fortes adsertor Dei, postea Leodii martyrium adiut ob Christi fidem, ibi sepultus in aede Divo Jacobo sacra. Filius tertius fuit Silvius, vir sapientissimus, qui et ipse Sancti appellationem meruit. Filia Notburgis vocata est. Sepulchro illata Colonia, miraculis clariuit. Divus quoque rer. Brabantiorum lib. 1 cap. 3 inter Pipum filios Silvium numerat. S. Notburgam multi e recentioribus Plectrudem natum valunt. De utraque merito dubitari posse monet Geleivus in Plectrude. Plures certe Notburgam u Plectrude educatum, sororis ejus filiam avunt fuisse. Nos de ea agemus XXI Octobris, quo cultur.

P 11 Joannes Gitmannus, in Rubea valle prope Brabantiam Canonicus Regulorū, Vita S. Silvini hunc preposuit prologum a se concinnatum, prima parte Hagiologii Brabantinorum : Quoniam Deo cura est

AD TOLOSA.

tamen in Tolosana ditione
natus.

A de hominibus, et plus animarum curam gerit quam corporum; idecirco nos quoque ea quae ad salutem spectant, et ad earum redificationem proficiunt, tractaturi in medium preferentes et quod medicorum est medicis relinquentes, deliciosum ferculum de vita et moribus beatissimi Silvini Taruanensis, sive Morinensis, Episcopi, legentibus proponimus: qui creditur fuisse filius Pipini Brahantinorum Duxis secundi hujus nominis. Quamvis forte dubium de hoc oriri videatur, pro eo quod infra dicatur de ipso, quod eum uobis Tolosana genuit terra. Sed non est credibile, quod talis Principis filius in tali terra nascatur, quae licet modis sit sub prostate Hispanorum, illud tamen subjecta fuerat dominio Francorum: quae permutation forsitan iure praetuli, aut pacto conjugii facta est. Cura igitur, ut inchoavimus loqui, Deo nostro de hominibus magna est, et spiritualibus morbis spirituale malagma procuravit in redolenti conversatione Confessoris sui Silvini, cuius actus, ut Dominus douabit, hic explicabimus. *Hæc Gilmannus: qui tamen hallucinatur, dum, quo tempore scribebat, fuisse sub Hispanorum potestate Tolosanam terram tradit. Remittetur fonsan victorie Hispanorum Miranomotina Maurorum Rege, xvi*

B Julyi ccccxli relata ad Navas Tolose, qui locus circu Bætæ fines est, nec unquam sub dominio Frauerorum fuit. At Tolosana terra, in qua natus S. Silvini duratur, est territorium urbis Tolose in Gallia Narbonensi.

12 Illud quoque meminisse Lectorem oportet, Pipinos illos, qui potentissimi erant in hocce Brigi tractu, qui tunc ad Austriacum regnum, deinde Luthoriense, ac demum ut Germanicum attinuerunt, amplissimos quidem habuisse possessiones, ac Duces fuisse, sed non hereditarios, neque Brabantios: qui titulus ante secentos circiter annos usurpari primum a Comitibus Lovaniensibus caput.

13 Tolose urbis Episcopum fuisse S. Silvinum tradidit, ut retulimus, Usuardus, Molanus, Martigralium Romanum, atque ali auctores. Non erat in Catalogo Antistitutum Tulusanorum apud Democharem et Joannem Chenu. Claudio Rubertus inter eos statuit qui quarto Christi seculo floruerunt, et S. Silvium vel Silvinum vocat, citatque Wiorum, Baroniūm, Molanūm qui non Silvii, sed Silvini, longe Silvia posteriorius, consecrare memoriam. Andreus Saussatus in Martyral. Gothicano S. Silvium Episcopum fuisse scribit; cuius Ecclesia, non indicat: in Supplemento Tolosanum Institutum facit, ut et Malbrurus: et hoc quidem ex gradu defectum, atque in Mortinos relegatum ab Ebiano existimat: Saussatus ait, timoretra sibi ali humani laudationis auro, solu vertisse, ac solium desernisse. Sed hoc posternum qui licet ingratis Pontificis Romani? Si alterum acculeret, eum post Ehrnius eadem non est ad suam Ecclesiam revocatus, sed ad xxx circiter annos in Belgia horst, aut etiam secundum Malbrurii computum ad quatuor et quadraginta Godebertus Castellinus, sola nixus Melani ne Martyrologiorum Romani et Benedictini auctoritate, cum in Catalogo Tolosanum Antistitutum locut, medium inter Villegisolum, qui Concilio Remensi sub Sonnatio interfuit circa annum ccxxiv, et Arthusonem, quem ut anno mcccxxxv eundem synodo Narbone habita vifuisse. Ait enim mutile sunt eius Ecclesie tabulae, ut spatio eis annorum solius S. Silvini nomen eccl, et quidem hand scitis aquo jure intrusum.

14 Taruanus, Morinorum restans urbis in Belgia, Episcopum Silvinum appellant Martyrologia non pauca antea citato, ut et Petrus de Natalib, lib. 11 cap. ultimo num. 70. In MS. Ecclesiæ S. Salvatoris Ultrajecten extatos per brevis S. Silvini Vita, in qua Taruanensis Episcopus factus dicitur. Quoniam vero assertat Malbrurus pagum Taruanensem et Tarvianensem non eundem esse; sed Taruanensis nomine principi-

nuncupatam ditionem, quæ nunc S. Pauli Comitatu D continetur; promiscue tamen apud scriptores, qui de S. Silvino agunt, pro Morinensi tractu, ac subinde diecesi, accipitur. Ceterum etiam Taruanensem Episcopum fuisse S. Silvinum existinavit anchor Chronicus Brusensis, cuius pars est ab Andrea Chesnæo in Normannia vulgata, ubi ista leguntur: Delatum est a Taruanensibus corpus beatissimi Silvini eorum Episcopi. Malbrucus, qui antea Tolosanum Episcopum fuisse S. Silvinum scripscrat, postea Taruanensem Ecclesiam rexisse oit pro Ruvengario, dum us morbo implitus manus administrare suum non valret.

15 Nuba alud pronuntiari haud licet, quam quod est ab ipsius Vita scriptore traditum: is nec Tolosanus Sedi, nec Taruanensis meminit. Non tamen auguramus cum, ut aliis apostolicis viris factum alibi observavimus, venerabilis erga Episcopum a posteris appellatum, ac Presbyterum dimituat fuisse, cum in Vita diserte Antistes vocetur, cuius scriptor primus Antenor Episcopus ignorare non potuit, quem in Ecclesia gradum is tenuisset: ei qui postea eam corxit, se unusquam sensum mutasse prioris scriptoris profiteatur. Sed plures a tempestate sancti viri, ut ad Ethnorum nationes Christo adjungendas majori pollerent auctoritate, Episcopi orilubabantur, nullu certa attributa Sede: quod postea ne temere amplius fieret, et non nisi Pontificis Maximi Iesu, sanctum est.

ponus incerta
Sedis fuit,vere tamen
Episcopes,
E

§ III. Tempus adventus S. Silvini in Belgium, et mortis.

Quo invenit S. Silvius tempore, ita eodem Vitæ exponit: Floruit quoque tempore prioris Karoli Regis floruit sub Chilperico et Childerici ejus Princeps perseverans usque ad Vinciacum bellum, quod gestum est inter Karolum et Ragenfridum Francorum Regem. Qui hic Childericus dicitur, Chilpericus fuit, qui Childeericus Rege natus, sed, ne Throderici patrui aliorumq; furorum irritaret, in Calensi monasterio a S. Batilde aia educatus est, inque Clericu attulatus, et Daniel appellatus. Huic postea Neustri, sive Occidentalis Fracui, mortuo Dagoberto juniore, Childeberti et filio, Thiderici nepote, Regem creaverunt anno mcccxy. Qui mori cum Ragnfrido Majore Domus Austrasiam ingressus, cladem aliquam Caroli Martelli exercitu intulit, ac regiones Rheni viinas vastavit, evictu etiam in auxilium Rudolfo Frisionorum Regem. Anno deinde mcccxvii, xi Kal. April, Dominica Passionis, Vinciaci in pago Cameracensi, vicit a Carolo est: cumque auxilio Endonis Aquitanius Ducas instaurasset exercitum, iterum a Carolo fugatus ab eum ab Endone remissus, non multo post, anno mcccix. Novi mortuus est. Impropre ergo Ragnfridus Rex Francorum dicitur, qui Dux solitum modo erat. Minus erratum dum Carolus Rex voratus, qui, ut autem Pipinus ejus pater, regia potestate Austrasium gubernabat, ipsiusque Regibus imperabat.

17 Quo inuenit sit anno S. Silvius, quo mense, aut quoto die invenit, non experimuntur. Sed quod personasse usque Vinciacum bellum dicatur, aliis anno mcccix quo id bellum erat, aliis mcccix, quo Vinciaci communis peritum est. Malbrucus anno mcccix, quo et Chilpericus cessit vita funerem vescivit. Mortuus est hora vespertina dñi sancti Sabasti, ut habetur num. 18. Si per sanctum Sabbathum intelligatur Pascha per vigilium, id quidem anno mcccix in xxx Martii invenit, mcccix in xviii April, mcccix in iii Apr, mcccix in xxvi Marti, mcccix in xv Ap, mcccix in xxx Marti: quibus diebus in nulla auctore Martyrologia nomen inscriptum S. Silvini observavimus. Si sanctum Sabbathum anchor appellat quoddam Sabbathum; cum alio Martyrologia rum xv Februario, alia xvii exhibent, dicendum rel anno mcccix, xv Februario qui Sabbathum erat, vel mcccix, xvii mensis ejusdem, qui

an Pipinus Dux
Brabantius fuc-
rit?S. Silvius an
Tolosanus et
Episcopus?diversos sol-
tem a S. Sil-
vio.

not. 1.

an Episcopus
Taruanensis?ipse mormus
die Sabbathivel 13 Feb
716,

vel potius 17
Febr. 720.

A qui itidem Sabbatum erat, decessisse. *V*idetur prius affirmare Jac. Meyerus, dum lib. 1 Anual. Flandr. ad ann. 1000 ita scribit: Per eosdem dies Silvius Episcopos Tolosanus, magnum pietatis exemplum, Alchiae naturae concessit. Posterior magis arrisit Malbrancus, quod Februario anni 1000 necdum Vinciaci pugnatum erat, neque satis adhuc idouco spatio temporis Chilpericus regum gesserat nomen, ut floruisse ejus tempore Silvius dici possit. Et videtur scriptor cum ait tempore Karoli et Chilperici ejus Principis floruisse, non obscurè innuere, rixisse adhuc per id tempus, quo Chilpericum ab Eudone sibi deditum in sua potestate Carolus habuit, sive eum servare sibi obnoxium, ad detrahendam suę dominationi irridiam, voluerit, seu cantus e vita expellere velut fato proprio perfundit. Antequam autem dederetur Carolo Chilpericus, dici suus Princeps non poterat, qui adversariorum erat.

18 Solisne igitur illis quinque annis, Chilperici comoratus in Belgio est Silvius? Nullum amplius spatium indicat *Vita*. Malbrancus amplius XL annis tribuit: num verisse huc censem circiter 1000 annum Christi, licet hinc Romam ac Hierosolymam putet profectum: quæ loca prius fortassis adicrat, quam huc velut ad quietem secederet. Duo præcipue argumenta perpulserunt Malbrancum, ut prius multo, quoniam nos statuanus, eum scriberet in Belynn immigrasse, quod nempe dicatur donationi cuiquam *S. Vindiciani* anno 1000 subscriptissime, atque etiam prius dedicationi ecclesie Blangiensis adfuisse.

19 Donationem illam *S. Vindiciani* Episcopi Cameracensis, deque ea conscriptas ab eo tabulas, ac Joannis v. Papæ confirmationem, receuset Baldriens lib. 1 Chron. Camerac. cap. 25. Cui subscriptissime præter Joannem ipsum ac Vindicianum dicuntur Episcopi decem et septem, quorum priores duodecim ignoti nobis sunt, Itali fortassis: quinque reliqui sunt Audoinus Archiepiscopus, Austregisilus Ep. Ravengarius Ep. Silvius Ep. Leodegarus Ep. Acta ea dicuntur viii Id. Maii anno vi regni Domini nostri Theoderici Regis, Indict. ii, Donationem non convello: in subscriptionibus inest mendum, nec unum. *Creatus est Pontifex Joannes v die xxii Julii anni 1000*, mortuus anno sequenti, n. Augusti. Theodericus post Childericū fratris necem, quæ testate anni 1000 contigit, revolutus ad regnum, nondum septimum in eo annum expleverat viii Id. Maii anni 1000. Atque is character belle habet. Non item alter, qui est Indictionis secunda, cum esset xiv. Vivebat tunc quoque Audoinus Archiepiscopus Rotonagensis. Austregisilus Bituricensis ab annis LXXIV decesserat. Si Sedis alterius fuit, qui hic subscriptis, cui usquam scriptorum memoratus? Ravengarius, cum anno demum 1000 successisse. *S. Baino* dicatur, absque solidi ratione statutur hic *S. Audomari* senis ac eccl. Vicarius: cur enim non id significat, ac pussimi alii in solemnis Actis? Obiit nempe iam primus *S. Audomarus*, ut ad ix Septembribus ostendimus. *S. Leodegarus* anno 1000 interfectus erat 11 Octobris. Cur nou igitur etiam *S. Silvini* perperam adjectum nomen suspicemur?

C

20 Magis ubnorne est, quod in *Vita S. Berte* fundatrix Blangiensis traditur iv Julii, his verbis: Anno igitur Incarnationis Domini nostri Jesu Christi 1000, Agathionis vero Papæ anno n, Theoderici autem Regis Francorum, filii videlicet Clodovani et Baltildis Reginæ, anno xn, in Blangiaco piissima Berta monasterium ædificare coepit, in pago Taruanorum, in propria possessione: quod, Domino tribuente, cum summo honore finetens deductum est. Compositis quoque omnibus, quæ ad ornatum ordinemque monasterii consuetudo poscebat; piissima Berta conoravit in unum venerabiles Episcopos ad prescriptum oratorium dedicandum, *S. Ansbertum*

Rotomagensem Archiepiscopum, venerabilem Ra- D
vengarium, in cuius paroccia ante relatum cœnobium situm est. Taruanensem Episcopum: *S. Amandum* Tungensem Episcopum: *Sanctum quoque Walari-*
AUCTORE J. B.
cum, et S. Germanum de civitate Parisiis; S. Silvi-
nun advenam Episcopum de Telosa venientem; S.
Leodegarum Episcopum et futurum Martyrem;
Sanctum quoque Richarium, ac S. Eligium; Sanctum
etiam Pharonem de Meldis civitate, ac S. El-
bertum Cameracensem Episcopum. Aliud apographum
pro Elberto Autbertum habet.

21 Oportet huc paucis enucleare. *S. Agathio* anno 1000 Papa electus, ut secundus ejus annus fuerit 1000, out summum 1000. *Theoderici* duodecimus annus, ut liquet ex ante dictis, capitulo anno 1000. *Ista* igitur notæ temporum invicem minime congruant. Quid reliqua? *S. Ansbertus* in *Cathedram Rotonagensem* successit *S. Andoeno* xxiv Augusti 1000 vita func-
to, obiit ipse anno 1000. *De Ravengario* ante diximus, *S. Baino* post annum 1000 successisse, ut non po-
tuerit ante diaesis Taruanensis ejus paroccia vocari. *S. Amandus* decessit anno 1000 vi Februarii, *S. Leodegarus* eodem anno: *S. Authertus* anno 1000, cui suspectus *S. Vinhicians*, ultra xxx annos sedisse dicitur, ut hic Elberto locus non fuerit. *S. Eligius* obiit anno 1000, suspectus *S. Monmolenus*, uno 1000 testimonio *S. Amandi* subscriptis. *SS. Walari-*
nullis pro ha-
cius et Richarius Abbates multis annis prius obierant: *S. Germanus Parisiensis* amplius centum. Quid probari de *S. Silvino* potest in tanta rerum temporumque perturbatione? Neque hanc non valit Malbrancus, sed cante dissimulavit, ita scribens: Ecclesiasticorum e cœtu adfuere, Aubertus Rotonagensis Archipresul, Pa-
risiensis et Tungensis Episcopi, Pharo Meldorum Episc. *S. Demandus* Episcopus Londinensis, Episcopus Noviomensis et Tonacensis, Episcopus Came-
racensis et Atrebatenis, Abbas Sancti Ricbarii, Albus Sancti Walerici, Silvius advena Episc. de Tolosa, ut ait *Vita* scriptor. *Cur non ergo bona fide*, ut nos, verba scriptoris repræsentat, ejusque retegit im-
peritiam? Nam qui ille *Demandus* Londinensis Epis-
copus?

22 *Genunum habemus Vita S. Berte* exemplar, sed atrumque, e codice Blangiensi: in neutrō est *Demandi* nomen, neque vel in *Episcoporum Londoniensium* vel *Sanctorum catalogis*. Scripta est va *Vita S. Berte* post annum 1000, cum eo anno factum mense Julio miraculum referat. Auctor miracula nonnulla, quæ narrat, se spectasse testatur. Vir fusse bonus videntur, sed ignarus antiquitatis, ac præsertim chronologij. Cum ergo convenisse ad eam dedicationem *Episcopos Abbatesque* camplures legisset, aut pra more Ecclesia, ac *S. Berte* dignitate, convenire debuisse putaret, celebriores aliquot perersuit, quos existimabat circa ea tempora vixisse.

23 *De adventu S. Silvini* in Belgio, præterquam quod floruisse Chilperici tempore dicitur, non Theoderici aut filiorum, illud quoque expendum quod num. **21** habetur: Isti etiam (Adulsquare et Aneglia) construxerunt basilicam Aleiaci cœnobii in honore sancte Dei genitricis Marie: ubi etiam ante adventum *S. Silvini*, corum filia, Sicenlis nomine, deposito seculari habitu jam Deo sacrata merat. *Faciamus* eam tunc circiter xx annorum, aut saltem xviii fuisse. Si venit *S. Silvius*, ut vult Malbrancus, anno 1000; ergo, cum is obiit, fuerit Svcidis sexagenaria major. Quid parentes tamen lxxx annorum? Nusquam tam prorecta ætatis indicem. Reperi in libro de monasteriis Artesia et Hannonia ante annos fortassis lx aut lxx compilato, citari appendicem Chromi Bertiani, in qua dicuntur Adulsquare et Aneglia circa annum 1000 basilicam Aleiacensis cœnobii construxisse: ubi ante *S. Silvini* adventum, Sicenlis, corum filia, nonnullis Virginibus velatis ac Deo sacratis præterat. *Ergo ad-*
ideo utili con-
sulta mutatis:
imperite scrip-
ta ea Vita
post an. 1139.
F
Alciacense cœ-
nobium adi-
ficatum circa
an. 700,

et subscriptio-
se donationis
etiam *S.*
Vindiciani,

facta anno,
686.

vitis pter-
que abe sub-
scriptions

et post ad-
dæ.

in Vita S. Berte
dicuntur in-
terfuisse dedi-
cationi Blan-
giensis an.
682

AUCTORES I. B.
ac posterior eo
rend S. Silv-
ino.

Aventus S. Silvini anno 1000 posterior est : licet alia quā-
dam recenter contestu Chronicā habeant, circa annum
1018 illud xedificatum esse chronobium. Hoc certum,
floruisse S. Silvinnū tempore Chilperici Regis et Caroli
Martelli Majoris-Domus : nec ulla mentio fit aut Pi-
pini Duci, aut Regum quatuor, sub quibus totum im-
perium Francicum idem Pipinus gubernavit.

§ IV. S. Silvini varia translationes, reliquiae
Besuæ, Audomaropoli, Alciaci.

S. Silvini re-
liquiae Her-
stallam attata;

Cutatum autem a nobis MS. Florarum, ad xv Februa-
rii ista habet : Apud Harstallum in terra Leodiensi
translatio S. Silvini, Turwanensis Episcopi et Confessi.
Est Harstallum, seu palus Harstallum, celebris
pagus, horæ circiter itinere distans Leodium ad Mosam
flumen, versus Trajectum, spectatimq[ue] hactenus ad Du-
ces Brabantia. Coniunctio ex nomine publica equitū Re-
gulus quondam gentis Eburonum fuisse : nam Harstall,
exercitus stabulum significat. Itusque hanc prout inde
pugna visitur Herusalim ; quod exercitus couentum rite in-
terpreteris. Herstallum autem prima Proceres stirps Ca-
rolingiorum palatum habuerunt, a quo celebrissimus illuc Pi-
pens, Ausegisi et S. Begga filius, Herstallus, sive Hers-
tallii, cognomen noctis : coluere et ceteri lucum, nempe
filii Pipini Carolus Martellus, peregrinus Martellus nequo
Carolus Magnus equeque filius Ludovicus Pius, ambo
Imperatores. An aliquar. S. Silvini reliquiae eo quorum
tempore attatae sunt, non compari, nec quia sit illa Flo-
raria inscripta translata.

B25 Nisi forsitan primum vastantibus Morinorum di-
tinnum Normannus, atlante Herstallum. Heiacenses re-
liquiae : sed cum illic quoque vis barbaræ gentis incum-
bet, ut castrum Davonense asportata sunt. Ita S. Bertha erugias legimus Blangaco ad propinquia Rhenoc-
toca, tum Moguntium tandemque in Alsatiis delatos.
Prior eo Alcmarensem fugi anno 1000 lxxx videtur con-
tiguisse, quando et S. Vedasti corpus Atrebato trans So-
monum mense Decembri deportatum : cum Normanniis
meuis Novembrio in Gandyo monasterio sedens sibi
ad hiemandum statuerant, ut in eorum gestis ab aucto-
re incerto coascriptis apud Chesnatum dicitur. Indo-
enim Tornacum civitatem, et omnium monasteria super
Sealdum fluvium, ferro et igne devastarunt, inter-
fectis accolis terra atque captivatis. Deinde sedem
sibi mutaverunt, et Cortrico eastrum ad biennium
construxerunt : indequo Menapios et Suevos usque
ad intermissionem deleviverunt... Postea vii Kal. Ju-
nii nunc Sithin oppidum ingressi cum iuncta multitudine
ipsorum oppidum cum Ecclesiis igne creviverunt,
excepta S. Odomari ecclesia... Deinde circa Purifi-
cationem S. Marie (anno minimo 1000. xxxi) iterum
moyentes, per Terrenham iter arripuerunt, et usque
Centula monasterium S. Richarui, et S. Walericu, et
omni loca circumare, et monasteria et vicos, deinde
Amblins civitatem atque Corbeianum per vagantes etc.
Tunc igitur Aleacion, Centula vicinum, vastatum videtur
et S. Silvini reliquiae primi favori impiorum sub-
ductae, ac fortassis Herstallum uretae. Sed non di-
fficile asserari potuerit.

hisce anno
884 ad Mosam
venientibus,

26 Nam Northmanni, ut ibidem dicitur, per Gan-
davum redemptes, reparatis uiviis, terra marisque
iter facientes, Mosam ingressi sunt, et in Haslac
sedem firmiter ad hiemandum, Regno ad eundem
1000. xxxi annum ita scribit : Menso Novembri duo
Reges Northmannerum Godfridus et Sigefridus, cum
imestimabili multitudine peditum et equitum, con-
sederunt in loco qui dicitur Hasson, juxta Mosam :
et primo quidem impetu sinita loca depopulantes,
Leodium civitatem, Trajectum eastrum, Tongrensem
urbem incendio creviant. Quem locum Regino Hasson,
alius Haslac et Haslon appellant, ad Mosam jacet, ali-
quot infra Trajectum nullibus passuum, vulgo Elsloo.

Describit dem Regino quæ eo ac sequenti anno per Ri-
puariorum fines et Ardennam idem Normanni crudeliter
egerint.

27 Tunc ergo illud evenit, quod ex MS. Chronicō
Besuensis monasteri tradit idem Chesnatus his verbis :
Totam Franciam ipsis Normannis vastantibus, neque
uspitem Francis tutam resistendi firmitatem repe-
tientibus, multa Sanctorum corpora Divioni castro
invecta sunt, eo quod firmissimum et inexpugnabile
videretur. Quorum quedam postea sunt relata, qui
busdam ibi remanentibus : alia sunt ad alia loca
translata. Delatum est a Suessionis corpus B. Med-
dardi Episcopi. Delatum est a Taruanensis corpus
beatissimi Silvini eorum Episcopi. Nostri quoque pa-
tronii beatissimi Prudentii corpus codem delatum, et in
basilica B. Stephani collocaatum, multis annis per-
mansit. Est Divio citramum Ducatus Burgundie urbs
primaria, passim in vetustissimis historiis et Sanctorum
actis castri nomine celebrata.

28 Divione quaque circiter leuis distat Besua me-
nasterium, ejus situm atque originem ex ejusdem loci
Chronico ita describit Papirus Massonus de fluminibus
Gallie pag. 377. Est locus inter fluvium Araris vel
Bosuam, inde Bosuam, E

Sagunnae, et fluvium quem Tylam vocant, ab emer-
genti ibidem fonte, quæ Besus dicitur, dictus et ipse
Besus... Talem igitur locum Amalarius Dux Deo
et sanctis ejus Apostolis Petro et Paulo dignum duxit
offerre, et sub manu filii sui Waldaleui, monachos,
qui ih̄i Deo et Sanctis ejus deservirent, sub regula
B. Columbani studuit aggredare. Quid plura? Wal-
dalenum Abbatem ibi praefecit. Dionysius Gualterius
in Lingoniam scribit Besuam olim Aetorum, aut Ato-
nense castrum, appellatum. Ibi de qua jum dictum,
S. Prudentius Martigreditum vi Octobris : cuius corpus
postea Divione Besuam relatum, codem testante apud
Chesnatum Chronicō : Tandem Domino nobis propitio,
inquit, pucequa redilita, B. Prudentii corpus inde est
relatum, et B. Silvini corpus cum B. Anglia ejus
familiarissima nobis a Domino donatum. Etsi deinde,
sedata Normannicarum incursionum tempestate, re-
portatum ad Belgas sit S. Silvini corpus ; aliquæ tamen
ejus reliquiae retentæ a Besuensibus silentur. Gualte-
rotus certe, dum Sanctos recenset, quorum extant in dia-
cesi Langonea reliquiae, S. Silvinnū Episcopum Tar-
bensem inter eos connumerat, quem at Besue coli xvi
Februario. Tarbanus enim voluit scribere: neque enim nullus
inter Tarbenses Episcopos Silvinnus ; et eius xvi Fe-
bruario agitur memoria, si non Taruensis Episcopus
fuit, ut quidam existimarent, in districtu tamen Turna-
nensi coemoratus aliquando tempore mortuusque est.

29 Quærum S. Silvino Divione, indeque Besuam
deportata dicitur B. Anglia, ejus familiarissima, An-
glia est, Adalsquari uxor, Sicelis Virgins mater. Eam
inter Sanctos tunc habitum ex illa translatione et Chro-
nici verbis perspicuum est. Au reliquie in Belgiam quo-
que relate sint, non constat. Malbraicens lib. 4 de Mo-
rini cap. 57 ita scribit : S. Siechedis, Adalsquari,
Aneglæ corpora jacente in sacrae templi (Sithien-
sis, sive Berthini) parte existimantur : qui aliquando
luci donet Deus? Quibus verbis videtur indicare, pu-
blicum aliquam habitam nisi aliquando, aut debet re-
verationem : et filiam quidem plerunque S. Siechedem
appellat. Accepimus ante annos multos a D. Guilhelmo
de Witte religioso Presbytero monasteri Sithiensis, an-
tiquitatis sacrae bene perito, nec parentes ne filium pri-
Sanctus haberit sive Alciaci, sive in S. Bertini canobio,
et ubi corpora eoram sunt ignorari. Tamen, ut cœbro
accedit Sanctorum quorundam antiquari et obsolescere
cultum, ac nonnulla ipsa oblitione deleri, ita milia videtur
passer B. Aneglæ factum existimari. De Siechedi filia,
maritique uitali habeo quod definam. Illud hic adden-
dum, a Guillermo Gazeo in historiis Ecclesiast. Belgij
Aneglæ Gallie Ognies verti.

30 Rollone

A 30 Rollone Normannorum Duce fidem Christianam completo, pars Gallicis Belgicisque Ecclesiis ac monasteriis fuit. Quæ dein usque ad annum 1100 Alchiaci fortuna extiterit, haud omnino nobis exploratum. Incubus Meierus lib. 2 Annal. Flandr. ad annum 1000 inter monasteria Benedictina, quæ S. Gerardus Abbas in Arnulphi Flandri principatu reformati, etiam S. Silvini fuisse existimat. Hunc satis ut nobis probatur. Suspicamur potius illuc pro sanctimonialibus, quæ locum antea tenuerunt, planeque erant dissipatae. Clericos, ut alibi, collocatus primum, dein monachos us subrogatos, donec anno tandem 1100 Heribertus Abbas Bertinianus Alchiaci Abbatem constitut. Ita Joannes Iperius, Abbas et ipse Bertinianus, in sui monasterio Chronicus, quod ante annos sex ccc composuit, Eodem anno 1100 Dominus Abbas Heribertus Suelgerum hujus loci monachum misit ad Alchiacum locum nostrum, et eum ibidem primum Abbatem institut: sed vix duobus annis abbatizavit. Quo defuncto Heriberto instituit ibi Abbatem Norbertum monachum nostrum anno Domini 1100. Idemque plura varia locis de Alchiacensibus Abbatibus commemorat. Sed us omisssis ad S. Silvini redamus, cuius corpus antea Busua relatum, ad S. Bertini cœnobium anno 1000 deportatum est.

31 Rem gestam narrat idem Iperius cap. 26 in huic modum: Hildebrandus hujus loci Abbas xxvi, n° pos Comitis Flandriæ Arnulphi Magni, ejus intervintu fuit hic Abbat Gerardo substitutus Abbas, et a Wifrido Morinorum Episcopo conseruatus anno Domini 1000, vir ad omne bonum promptissimus... Abbatis hujus anno secundo predictus Comes Arnulphus senior, sanctarum reliquiarum avidus, corpus S. Walarii de loco suo per Danos de-tructo ad hoc monasterium nostrum direxit ix Kalend. Septembri... Quieto post die, id est iv Kal. Septemb. corpus B. Richarii est a predicto Comite ad hoc monasterium deportatum. Quæ duo Sanctorum corpora locis suis postmodum restituta per Arnulphum n. ut infraloco dicetur. Eodem tempore idem Comes Arnulphus senior corpus B. Silvini de Alchiaco, per modum vadii receptum, hic attulit: ea tamen conditione, ut si statuta die, et ante pulsationem Prime in hoc monasterio non relieretur, idem Sancti corpus nobis perpetuo remaneret. Die statuta venerunt Alchienses cum prelio, ut vadum relieretur, et Morini manserunt illo sero: mane segnius surgentes, et ad Sithiu propinquantes audierunt sonum campanarum in S. Bertini. Subdentes igitur calcariis equos, ad monasterium S. Bertini celeriter pervenerunt: oblatio prelio, Sancti corpus repetunt, allegantes fraudulenter a nobis sic tempeste pulsari Primam. Quibus Abbas respondit, horam esse tardum, nullamque fraudem intervenisse: et petivit, quisnam Primam pulsasset. Et cum ad campanas ventum est, videbunt eas, sine humano ministerio, Dei nutu ventilari, quasi gaudium indicantes, Sanctumque Silvinum locum subi perpetue requietionis bicelegisse. Quo viso miraculo tristes Alchienses ad propria redierunt inacti. Huc Iperius, qui vadum pro pugno usurpat: Idem narrat Malbrancus tom. 2 lib. 7 cap. 43, sed quod Iperius aut Alchienses ea nocte substitisse Morini, sive Taruanos, ac postridie segnius surgentes seruos in Sithiu renisse, ipse ita exponit: Sitivenses mane illo prater solitum segnius surgentes, demirantur ad Primam pulsari. Tum quod Iperius scribit, Abbatem petivisse quisnam Primam pulsasset; ipse, cuius solito diutius pulsaretur, misisse Abbatem aut, qui finem daret; neque cognitum, campanas nullo pulsante sonum edere.

32 Non carent tamen nunc Alchienses munere S. Silvini patroni sui reliquias. Habent enim ejus mandibulam, ac brachium, ut auctor est Arnoldus Rayssius

in Hierogazophylacio Belgico, Mandibulam qua ratione D adepti sint, ita narratur in recentioribus MSS. annulis monasterii Sithiensis: Insignis Pater Antonius a Bergis, S. Bertini Abbas, mensis Augusti die v. Indict. iv, anno 1100, coadunato conventu, qui apud Salbrueam fuerat ad recreandum, corpora Sanctorum Silvini gloriosi Praesulis et S. Rotuluis Virginis ostendit populo et Clericis circumstantibus. Eodem die exceptio reliquiarum SS. Trudonis et Liberti condigne processionaliter in cappis facta est: nec non Missa solemniter campanis et organis resonantibus decantata fuit de S. Silvino, Episcopo quondam Tolosano, cum tribus collectis de Sanctis. Qua finita, Choro monachorum obserato propter populi concursu, ad majus altare reliquias memoratas Sanctorum ostendit publice, et recordidit. Hinc statim in medio Chori Albas pontificalibus insigniis utens, apertis capsis Sanctorum ad instantiam D. Oliverii Abbatis Alchiensis, suavissimus prodidit odor, et corpore S. Silvini palam viso, de capite ipsius mandibulam inferiore, cui tres adhaerent dentes, isdem D. Antonius Oliverio dedit. Quanto hic exultaverit gaudio demonstravit, cum genibus flexis, revestitus in alba et cappa cum alijs flens suscepit, et gratias agens, monasterio suo contulit, ubi quondam iste Sanctus post expletum vitæ cursum receptus est in gloria. De corpore autem Virginis Rotulidis costam unam eidem Oliverio dedit: enjus quidem Virginis ossa anno 1100 secundum Milo quondam Morinensis Episcopum, requirente Balbino fundatore Andrensis monasterii infererat. Huc ibi, De S. Rotulide Virgine agemus xxii Junii, de S. Liberto Martire xiv Julii, de S. Trudone Presbytero xxii Novembris, Salbruea, quæ hic nominatur, pagus est exiguis, dimidia leuca distans Andromaropoli, ubi domum habent monachi Bertini, ad quam recte quinque per dies aliquot mittuntur, recreandi animi ac valetudinis curandæ causa.

VITA EX MSS.

ANONYMO. PAP. 3

ab Antenore Ep. certaneo scripta,
postea ab anonymo auctore correcta.

PROLOGUS AUCTORIS.

Quidam Episcopus, a Antenore nomine, satis in divina pollens religione, sed non admodum in disciplina eruditus litterali, post obitum B. Silvini, actus ejus, et vitam describere conatus est: scilicet ut affectum, quem vivens erga illum subjectionis habuit, post transitum illius non amitteret obsequendo. Quocircum aliquid illius sanctitatis, quod scire potuit, litteris adnotare non distulit. Sed nescio utrum negligientia habitatorum ejusdem loci, aut invidia diaconi obumbrante, usque ad tempus devotissime c Leutwith Abbatissa hæc descriptio non comparuit. Denique prefata Abbatissa eam investigans reperit in corruptis membranulis, jamque vetustate nimia ex parte deletis. Quam sepius relegens animadvertisit partim rusticæ, partimq; vitiōse d compositam fore juxta normam litteralis artis. Inde ducta devotione pia S. Silvini, fecit eam denovo emendatius rescribi, non sensum mutando, sed enucleatus componentibus que inordinata videbantur. Ceterum si aliqua omissa sunt, quæ dici oportet, aut aliquid superfluitatis adnotando quod non debuit, devotioni illius ac simplicitati imputetur, qui primum scripsit, non obsecutioni scriptoris, qui secundo imperatus, prout valuit, correxit.

^a Cael Anten — b Idem, liberali. — c In MS. Bodomagense, et Claramariam apud Malbrancum, Alchiense upgraphum habebat Lentavith, id est Largit. — d Cael, compositam, fore juxta normam eb.

CAPUT I.

Alchiacum in-
troducti mo-
nachii,quibus an-
1072 datus
Abbascorpus S. Sil-
viani asper-
rat anno
951 in Sithiu,
nomine pugno-
ris.quo ad diem
non soluto,nutu Dei illie-
mansitanno 1846 ex-
positum,dotuque Aleia
censibus man-
dibula.

E

a

b

F ta S. Silvini
ub Antenore
Ep. scripta
F

c

^d sed in ultre
^e iohu expoli-
ta.

ADDOCTORE ASTE-
NOREP EX 189.

CAPUT I.

S. Silvini patria, actas, peregrinatio, virtutes.

Modernis temporibus, divina ordinante providentia, exortum est quoddam exemplar justitiae, miraque sanctitatis resplendens nitore, a partibus meridiani climatis, Silvinus nomine, in Episcopatus honore sublimatus, confessorque Christi devotus. Hic quidem beatissimi meriti Silvinus videtur esse quasi quodlibet confinium inter cessantia Sanctorum praecedentium miracula, et fidei sequentium populum: ut et meritis praecedentium Sanctorum jungetur aequalibus, et caput atque sanctitatis exemplum fore sequentium.

Silvinus sanctus Episcopus,

ubilis Tolosae-

nae,

a
b
c
d
visit ad an.
717.

B fido cum paucis qui remanserant.

4 Iguit tempore juventutis desponsavit quondam puellam juxta ritum uxoris ducientum. Sed tandem in semetipsum reversus, sumpto altiori consilio arcani pectoris, reliquit foderationis pactum, ut mundo corde, et casto corpore imitaretur Filium Virginis, qui semper mundus permanet, cuique omnia placent mundi; non immemor Evangelii dicentis: *Omnis qui relinquerit dominum, vel fratres, aut sorores aut patrem, aut matrem, aut uxorem propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit.*

5 Denique Dominus providente, ut et meritum sanctitatis ejus augeretur, et plures per suam salvarentur doctrinam, ad occidentales destinatus pervenit partes, videlicet Ternanensis regionis, ubi non parvum plebem populi Domino acquisivit. Erat enim in eolis hujus terra, cultus divinis ex parte incognitus, quem verbo predicationis, simulque exemplo juste vivendi, reparavit, Deum vivum predicans in maiestate perfectum, triunquam in personis esso fatendum. Unde in eius cultu illud crescente, ambaratur ab omnibus ut pater, venerabatur ut dominus: et jure a cunctis celebatur, qui omnes fero tunc temporis viventes praedilebat in sanctitate boni operis, humilitatis quoque gratia in omnibus proditus: cunctosque bene viventes diligebat ut fratres, amplectebat ut carissimos filios, non attendens personas potentum, sed magis cultum religionis, et sancte humilitatis devotionem. Fuit enim admodum laicus ad omnes, maxime, ut scriptum noverat, et ad domesticos illdei: ut lamine delubitus lenitatem prudens in doctrina, humiliis in cultu, sanctissimus in imitatione, facie decors, hilaris vultu, pauper habitu, dives in Domino, semetipsum vero primum intus correxit quidquid reprehensionis reperit: ne deinde alios corrigeret, quoque ad se alienum recti itineris perducebat non pignit, predicando et monendo quotidie: quotidianum ejus studium in hoc maxime viguit, ut sua opera Domino accepta forent, et plurimos lucrari posset, atque oviis summi Paestor Christi copulari.

6 Hospites et peregrinos in sua dominica tamquam Christum usuluo excipiebat, pedes coram lavans, simulque alimenta juxta facultatem tribuens, atque portione vestimentorum indulgens. Desiderabat quidem e numero esse eorum, quibus in futuro Dominus dicturus est: Hospes fui, et suscepisti me; nudus, et cooperisti. Et: Quod uni ex his minimis meis fecisti, mihi fecisti. Et quod sequitur

audire: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Semper in ore illius aut hymni versabantur, ant sermo predicationis audiebatur: ne quando forte ab his vacans organum linguae pollueret, contra scriptum Prophetae, quo ait: Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.

7 Auro neque argento, area apud illum numquam extitit ponderosa, nec circa lumbos ejus dependens baltheolus resplenduit, sicut mos est aliquibus: quia sciebat, ornatum istum a Dei servis omnino vitandum, quorum indumentum omnisque ornatus Cbris-tus esse debet in omnibus, qui pro nobis, cum dives esset, pauper reflectus est. Hic autem beatissimus Silvinus, dilectione Dei et proximi undique circum-datus emicuit, Christique vestigia viriliter sequens, matrem omnium virtutum, videlicet discretionem, in suis omnibus virtutibus praecantus, non deseruit. Quidquid vero substantiae habuit, pauperibus erogare sine aliqua dilatione non differebat. Nullo modo de crastino cogitare voluit, qui intelligens, juxta veridem Evangelii sententiam, sufficere diei malitiam suam, mundum contempsit, et omnia caduca atque transitoria despiciendo pertransiit, g verum Deum diligens toto nasa, ac celestem vitam omni affectu consequi desiderans. Equo usus erat h in via iter peragere, non propter gloriam aut delectationem carnis, sed propter infirmitatem corporis, etiam ad extremum nimiam senectutem.

8 Hic sere assidue profectus peregre propter amorem omnipotentis Dei, multa Sanctorum limina circuivit, orando, precesque fundendo, ut nullus Justorum remaneret, quem propitiatum ad exitum huius peregrinationis habere non possit, atque jam precibus suis copulatum, quoniam aestimabat non se satis esse de se, aliorum auxilium depositens, ut promptius transiret ad gloriam. Legerat enim scriptum, neminem per semetipsum posse fieri saluum.

9 Et non solum satis illi fuit in his provinciis votum peregrinationis atque precum perficere, que mari undique cinguntur; sed etiam trans mare de- vectos, visitavit terram, ubi Dominus noster Jesus Christus secundum carnem natus et educatus extiterat. Et loca pertransiens diversa, pervenit Golgotha, quod est Calvariae locus, ubi Dominus ab impiis Judaeis et militibus Romanorum crucifixus: ut quia Deum corporis oculis videre non poterat, quamquam spiritualibus jugiter contemplaretur, saltem vel locum, quo ipsum et totum genus humanum de potestate diaboli redemptio suo proprio sanguine, et victor spolia ejus abstulit, inviceremur etur: quatenus tali visione roboratus in animo, fusaque oratione securior repudaret in patriam. Denique veniens ad Jordaniem, ubi Christus Filius Dei pariter et hominis baptizatus est, nostrum baptismum sanctificans; hancinde sacram undam, conspargens se totum ex illa. Unde latus efflexus, et quasi denovo renatus, ac totus intrinsecus reparatus, recessit, iam prope omne desiderium in praesenti vita adimplendum habens.

10 Tempa eternum Sanctorum cum magna veneracione excelbat, illustrans luminaribus iuxta fauilitatem suam juncta oratione, et Missarum solenniis. Sacerdotes Dei in uno affectu diligebat, monachos veterans, Virgines corrigen, ut castitatem corporis et cordis illibate usque ad calcem conservare non desisterent. Omni Clero et populo Dei in sancta Ecclesia consistenti sine aliquo defectu, quotilibet praedicabat, ad penitentiam provocans, et simulque pro eorum delictis misericordiam Dei i exorare imploraverat non pignit. Et quia confessor Christi fuerat, confessiones confluenter populorum suscipiens, dabat consilia, quomodo salvi esse possent, et vias iustitiae sine defectu aliquis fedi immobiliter retinerent:

spona relicta
Matth. 19. 29
Christum ses-
quitur:

venit ad Mori-
nos:

multos con-
vertit verbo et
exemplo,

ob virtutes ea-
rum curandis,

e

Gal. 6. 10

f
hospitatu,
Math. 21. 38
et 40

D
sedulus,
Psalm. 38. 2

amans pau-
pertatis,

præceptu in
restitu:

Math. 6. 34

E
g
equo whi-tur:

voit loca 58.

F
aspergit se
qua Jordana-

res sa-
cras pie affec-
tas,

mones homi-
nes instru-

k

principia sibi
conspicere.

Anerent : docens quidem jugum Christi suave esse et onus ejus leve, nibilque utilius quam illi servire, qui regnum aeternum daturus est his, qui diligunt eum ex toto corde, tota anima, omniisque virtute; et nihil stultius quam sathanae voluntati parere, qui poenam perpetuam, et aeternum ardorem suis promittit se-quacibus.

11 Habuit etiam hic beatissimus vir in se quatuor virtutes, quibus homo salvatur in vita, Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem, Temperantiam. His clypeis obtectus, et subter lorica fidei indutus, atque redimitus galea salutis, omnia tela inimici longe repulit : processit in publicum certamen, superans eum, a quo primus homo, parens noster Adam, in paradiso quondam superatus eccecidit, nosque omnes secum ad ruinam peccati et mortalitatis pertrahens. Sed iste in vitalibus confusus armis, nulla in terris formidavit pericula, neque in mari naufragia. Habuit quoque in oianibus suis operibus Angelum Dei protectorem ac defensorem, qui eum usque ad finem exitus illassem custodivit.

a *Hic est Carolus Martellus, Pipini Herstalli ex Alpide pettice filius, Pipini legatus pater, non Rex ipse quadruplex, sed Regibus imperans. MS. Coram in anno hunc. Caroli Principis et Childeberti Regis. — b Catt. Kildenei, sed Cliperici legendum, ut supra monimus. — c In dictum a prefatio primaria, quod Vincenzi in page Cameracensi communissimum 21 Martii 717 — d Raganfridus, sive Ragenfridus, non Rer. fait, sed Chilperici Regis Major-Domini. — e Catt. ad domesticos, fidei afflamine delibitus beneficio, mendose. — f Ita in uno MS. in veteri calicem. — g Catt. verbum Domini. — h MS. Alium. et Catt. In vita. — i Catt. segnes. — l Hic desinat MS. Rotomagi. — l Catt. evocare. — m Catt. et MS. Cors. in talibus. MS. Alium. lobbus,*

CAPUT II.

S. Silvini publica opera, vita austoritas, mors, sepultura, miracula.

Fuit autem hic vir pater orphanorum, defensor vi-duarum, tutela Virginum, deus monachorum, pacis sator, prudens in eloquio, in opere sanctus : quia quod ore praedicabat, ipse prior exemplo monstravit, ne illud Apostoli posset ei objici, alius praedicans ipse reprobis efficeretur. Omnia que habuit Domino consecravit, et non suis imputans meritum bonum quod agebat, sed misericordie largientis Domini : unde pro his rebus transitoris atque caducis, premia est consecutus aeterna. Construxit enim in sue a proprietatis jure ob venerationem omnipotentis Dei, memoriamque sancti sui nominis ecclesias duas, unam in loco nuncupato **b** Mundini Cisterna, et aliam in **c** Remicensi Campania, ubi laudes Dei celebrantur assidue.

13 Siquidem multos captivos in longissimis regionibus relemisit, et ingenuos faciens reliquit ire quo vellent, jam imbutos tidei disciplina, et signo Crucis exarato in frontibus eorum. Huius moris erat quando infirmi ad eum confluabant, diversas babentes infirmitates, prius innensam pro eis Domini clementiam exorare intra cubiculum secreti cordis, et intrinsecus curare animas, ac deinde quosdam perfundere balneis, et quosdam sacro ungere oleo, et sic sanos et incolumes remittebat ad propria, sumpto charismate sanctae communionis, ac si numquam levi ab aliqua extitissent infirmitate. Et non mirum si Dominus Jesus Christus per suum servum sanctum tantu peregit miracula in mundo, qui etiam adolescentia seruens placuit, cum etiam aliquando falsos Christianos patiatur facere virtutes. Qui exclusi a regno dicti sunt in die ultimi examinis : Domine nonne in nomine tuo prophetavimus, demonia ejerimus, et virtutes multas fecimus? Quibus e regione respondens Dominus dicit : Amen dico vobis, nescio vos. Sed hunc, qui credita sibi talenta luxuratus fuit fideliter, dicit : Euge serve bone et fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

14 Fuit enim vir magnae abstinentiae, et sicut fer-

tur, quadraginta annis vixit panem non comedens, D nisi corpus et sanguinem Domini, contentus tantum oleribus et ceteris fructibus terrae. Vestimenta speciosa numquam indutus emicuit : nisi forte raro in solennitatibus Missarum : sed deformibus, asperis, et simplicibus utebatur, observans quod scriptum est : Non in ueste speciosa. Et quod alibi legitur : Ecce, qui in mollibus vestiuntur, in dominibus Regum sunt. Sed iste magis in cilioe et cinere studens suo Regi militare, quam uestibus auro subtextis, aut fulgentibus margaritis. Somnum quoque paullulum quando capiebat non super stramenta lectorum recubans, sed aut super purum lignum, aut super nudam terram, et ut suum magis affligere posset corpus, et velut inutilem mancipium subjugare, circulos ferri imponens membris suis quos multo tulit tempore, dilacerans carnem nimia austeritate ferri, atque arruginis, memorans quod Dominus Jesus Christus in Cruce ferreis confixus clavis, pro illo mori non est degignatus. Insuper lapideas molas eodem effectu Romam tulit, et in signum triumphantis ante fores basilice S. Petri statuit, atque dimisit.

15 Hic B. Silvinus saepissime ad paliam martyrii pertingere concepivit, et talionem reddere Domino suo : sed gratia Dei cessantibus iam malorum persecutionibus, pollente fidei dono in sancta Dei eccllesia, nullus in eam consurrexit inferens mortem. Voluit etiam solitariam vitam eremi ducere, ac soli Deo vacare relictis populorum negotiis : sed iugi obstante corporis infirmitate contra votum animi retentus est. Tamen nec impar est Martyribus, qui assidue suam maceravit carnem ferendo sponte vincula ferri in membris : nec longe distat ab eremitarum parcimoniam, qui quadraginta annis abstinentiam panis, excepta communione sancti charismatis, viriliter tenuit.

16 Innumeris quoque virtutes et sanitatum restaurations per eum Dominus d' operatus est in terra. De multis hominum corporibus daemonia ejeicit, oratione et communione corporis et sanguinis Domini attributa. Leprosos mundari curavit, paralyticos sanavit, claudis gressus restituit, et caecos videre fecit : et quicumque ad eum infirmus properabat, qualibet incommoditate detentus, sanum et incolumem sancte reddebat Ecclesie. Ceterum si omnia beneficia virtutum ejus stylo applicare pauperculo conatus fuerit, nec lingua poterit explicari, nec litteris comprehendendi ; cum etiam nec nobis media existant cognita, non solum quae in diversis et longinquis e patravit regionibus, sed etiam quae in proximis fecit occulte soli conscientiae credita. Taliæ et hujusmodi plurima Dominus per servum suum declaravit in mundo, ut nulli dubium esset de illius sanctitate, qui tantorum extiterat auctor miraculorum. Sed in omnibus his grates Deo dependentes sunt ; qui ita glorificat sperantes in se. Unde memorat David in Psalmis : Mirabilis Dens in Sanctis suis, Dens Israel dabit virtutem et fortitudinem plebi sue, benedictus Deus.

17 Nunc igitur veniendum est ad illud, quomodo hac beata anima de ergastulo cornis et instantis vita transiit celos penetrans. Tempore enim transitus sui appropinquare, copit agrestare, et vi magnarum febrium ardentes conteri. Sed quanto magis infirmitas corpus urgebat, tanto minus a lande sui conditoris reticebat, confortatus in anima illo Apostoli auctuolo : Quando infirmor, tunc fortior sum et potens. Sed ille non insensu appropinquare diem de junctionis sua quotidie ante eum Missarum solennia celebrabantur, et psalmorum cantus audiebatur, non oblitus corpus et sanguinem Domini sumere cum sanguine sancte Crucis apposito.

18 Monebat etiam indesinenter suos, qui praesentes aderant, ut semper memores essent diei mortis, fugientes

AUCTORE ANTE-NORE EP. 40 annis ote-ribus vixit ab eo pane,

Matt. 41. 8 in se ante-ribus, uestiu, lecti modo,

circulus ferreis,

molti gesta-tione,

E appetit mar-tyrinum.

et crenum

phruma edita miracula :

e

Ps. 67. 30.

F

xgratia adie- orat,

2 Cor. 10. 10

percepit Eu-

charistam,

*Cardinalibus
virtutibus or-
natu, ac fide,*

*m
in periculis
securus,
Angelo pro-
tegente,*

*canitis bene-
factis ;
1 Cor. 9. 27*

*eccliesias con-
trit*

*a
b
c*

*redimit capti-
vorum*

*xgratia sanat
precepit, in-
fuso, aucto*

III 7. 22

AUCTORE ANTE-
NORE EP
EX MSS
ANNO MONET,
Angelo appa-
rente

mortuus.

magno omi-
num inelu :

P 19 Aderant vero in obsequio hujus sancti funeris, prout dignum erat, Sacerdotes et Clerici multi, ac sanctae mulieres Deo sacrate celebrantes solemnia officii beatæ depositionis. Et inter vores cantantium resonabat mixtus lacrymarum fletus pro morte tanti Pontificis, et prius absentiam patroni servi ac famuli illius attentius flebant, quatiente singulæ, per singulos dicentes, non se ultra talen habere protectorem, qui ita eos pie ac juste procederet in omnibus, sicut beatissimus pater Silvius : flebant populi in terra unde Angeli gaudebant in celo, putantes se reliquias illius esse, quæ magis nunc pro omnibus potest intercedere.

20 Tunc quoque missum est ad Centulam monasterium, ubi per S. Richarius corpore requiescit, quod non multo longe ab Alciaco distat eponobie, ut venientes monachi, qui sub regulari habitu ibi sancte degabant, tumularum corpus S. Silvini Antistitis, cum reliqua sancto Clerico, rectum arbitrantur fore, ut qui omnes ordines Ecclesiastici euditus sue sancto exemplo atque doctrina roboravit in vita, ab omnibus ei obsequium exhiberetur in morte. Unde venientes simul sepelierunt beatum Antistitem cum hymnorum laudibus, et aromatina odoramentis, in Alciaco eponobie, cum magno timore et sanctissima veneratione.

21 Post expletum vero officium funeris Adalsorus quidam vir prudens, satisque devotus et ejus conjux h. Aneglia nomine, de nobilissima prosapia exorta Francorum, preparaverunt convivium magnum ad opus eorum, qui ad sepeliendum Sanctum convenierantem eorum : quo replete uniusquisque ad propria posset repedare sine defectu labore. Iste C. etiam contruxerit basilicam Alciaci eponobie in honore sanctæ Dei genitricis Marie : ubi etiam antea invenientur B. Silvini eorum tibia, i. Secundis nomine deposito sancti habitu, jam Deo sacra inerat. Quia post transitum ejusdem famuli Dei ornauit ecclesiam eorum et lampadibus, h. sepulchrum ejus fabricari fecit ex auro et gemmorum splendoribus : insuper haecrum recentrum, quem vir Dei manu ferebat, ad sustentandum corporis senectutem, auro et argento

circumduxit per totum, reponens in ipsa sancta domo.

22 Multas quidem virtutes ob meritum S. Silvini post ejus beatum transitum operatus est Dominus in finibus Teruanensium, maxime in eo loco, ubi ipse corpore requiescit, in quo plurimi obssessi a demouibus liberati pristinam sospitatem receperunt. Sæpissime contractos vidimus mollos, qui sepulchrum ejus circumantes orando intentione sedula, sani exinde redierunt. Unde nuper quedam mulier contracta membris, ecepit ejus auxilium deposcere continuo precibus, et quasi importuna existere, que subitam extorsit recuperationem : postea quidem velo capiti imposito in eodem loco vitam appetit finire.

23 Similiter quidam puer endem obstrectus infirmitate, destinans se longius protrahiri ad alium sanctum locum, ubi plurima signa tunc temporis siebant, enissa novitatis, credens forte se ibi recepturum sanitatem, easu devolutus est ad limina hujus Sancti, paululumque restitit orans : et qui infirmus atque contractus accessit, sursum aspectans et incolumis recessit.

24 Sic iterum quedam fremina caeca, Burgundiensibus orta finibus, in somnis admonita est, Tervanensem adire fines, ibique illuminari meritis B. Silvini. Sed illa evigilans, ductore assumpto, non longitudinem formidans itineris, tandem post aliquod temporis spatium pervenit ad locum sibi optabilem. Denique sumptu quodam liquore ex vase alluc ibidem reservato, quod S. Silvius secum ibi a longe attulit, et perlunga ex eo generum loca atque oculorum, max humen recepit, quæ jum peractos viginti sex annos, ut ipsa professa est, caeca permanesarit. Sed Dominus Jesus Christus, qui per semetipsum oculos caeci nisi primum aperuit Siloe unda perfusus, ipso per meritum sui famuli patescet foramina oculorum hujus mulieris, isto delibuta liquore.

25 Unde submissis atque continuis precibus postulandis est, ut hic, qui tantorum miraculorum meritis resulget, pro nostris erratis intercedere apud Deum non dedignet : quatenus favore ejus susulti, digni officiis promissionibus Christi, qui vivit et regnat in unitate cum Patre et Spiritu sancto Deus, per infinita secula seculorum, Amen.

a Unde et hic possessus: an a majoribus, hinc ortis? an donata p. p. hominibus — b MS. Corseval Muniuersitatis Louis et huius prædicti Alciaco diuins, vulgo Maunice dicitur, ut nahi otria certi D. Thomas Lajetus Abbas Letheensis — c ibidem atra, eadem illa tractu locum esse, dictum S. Reny Campagine. Alii autem in diversis Itaurensi ecclesiis esse, vulgo Prioratum nostre Dominae de la Perte, et ad Alcianenses antebac permissus, sed super Francorum Judicum sententia decurrit in de antiquissima aliqd sacerdotum possessione decepti, vbi omni juris deceptu MS. Ultrapct. habet in Benigneus Campania, Alciac et Catel, in Benigneus Campania, Torsend, Benigneus, Chal Malbrancus antiqua Recavarunt in quo Benigneensi habuerat. d. tali excoetus est — e ibidem, paleant. — f MSS. Abna et Corseval Centulam. — g Colatur lu 20 April. — h Supra in Prothomus Benignus Anglia dicitur abba Ognio, Gallo Ognio, — i MSS. Corseval Apulia — k Catel Schordis, Salbia et MS. Corseval Schedius. — l Addit. Malbrancus, argenteis fustis.

ad tumulum
curati energu-
meni,item contrac-
ta,facta ibi mo-
rucha,

puer contracta-

rea ilumi-
nata liquore
illita e vase
S. Silvini.invocandus S.
Silvini.

DE S. SILVINO

EPISCOPO CREMONENSI IN ITALIA.

J. N.
AN. EXCLXXII.
XVIIIE
S. Silvini na-
tatu 17 Febr.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293

A ista habet: Silvinus, qui ob ejus probam vitam est connumeratus inter sanctos Confessores, et ejus solennitas celebratur Cremonae quotannis die xvii mensis Februarii. Idem mox Ferdinandi Ugelli auctoritate firmabatur.

3 Addubitet merito quispiam, an non hic sit Silvinus, quem xxvi Januarii in syllabo Praetermissorum ostendimus ab nonnullis Cenomanorum Episcopum statui. Ita namque habet Martyrol. Coloniæ excusum anno cccccxc, et Hermannus Greven in Auctario ad Usuardum: Cenomannus Sylvini Ep. et Conf. Maurolycus: Cenomanus Sylvini Praesul. Felicis: Silvini Episcopi Cenomanorum. Est enimvero Cremona vere Cenomanorum urbs, ab Cenomanis Gallis in Italam transgressis ædificata, utri et Brixia ac Verana. Ferrarius in gener. Catal. SS. ita habet: Cenomanis in Gallia S. Silvini Ep. et Confess. Citat in Notis Maurolycum et Felicium, apud quas illud in Gallia non legerat. Neque vero in ulla Episcoporum Cenomanicæ in Gallia civitatis catalogo, apud Democharem, Chenu, Clandium

an nou ei 20
Januarii?

Robertum, Corveserium, Bondonettum, nullus extat D Silvinus: ut tanto confidentius liceat Martyrologia citata de Cenomanis Italix interpretari. AUCTORE J. B.

4 Porro acta S. Silvini an olim commendata sint litteris, haud sciimus. Panula hæc tradit de eo Ughelius tom. 4 Italix sacer: S. Sylvinus civis Cremonensis, (de quo Catalogus noster narrat) mortuo Zenone, creatus fuit Episcopus Cremonæ anno 1000XXXIII ob ejus morum integritatem et vita sanctitatem: rexit Ecclesiam Cremonensem annis XXXIX. Hujus tanti viri quæ fuerit religio, quæ disciplina, quæ reliquæ tempus Sedis: virtutes et in munere pastorali et in tota ejus vita, illud facile declarat, quod inter sanctos Confessores relatum illum accepimus: unde decimoseptimo die mensis Februarii quotannis ejus solennitas olim celebrabatur Cremona. Eo die ex terra ad coelestem patriam migrasse credimus anno 1000XXIII. Eadem annus morfe scribit Ferrarius in Catal. SS. Italix, qui Silvanum seu Silvinum appellat.

DE S. FULRADO

ABB. S. DIONYSI IN FRANC. PALAT. REG. ARCHICAPEL.

Commentarius historicus.

G. B.

§ I. S. Fulradi cultus sacer, summi in Palatio Capellani dignitas, Acta apud S Zacharium Papam, familiaritas cum S. Bonifacio Archiep. Moguntino.

AN CML. DEC-
XXIV.
XVII FEB.
Sanctum Capel-
lum Palatii
matio Episcopi-
pi.

C
dum Fulradus
Presbyter,

posit. actos 10
Sanctos

et p. Sanctos

47 F

AUCTORE G. B.

Accclxxiiii, cum adhuc viveret S. Fulradus, ac pro Tili-
pino bouum testimonium Hadriano Papa præbuisset.
At Zacharias Papa misit cum epistola ad S. Bonifacium
tria pallia, conferenda S. Abeli Remensi, Gri-
moni Rotomagensi, et Artberto Senonensi. Data est
epistola x Kalendas Julias, Indictione xii, anno Chr.
ccccxlii. Cœlatur S. Abel v Augusti.

3 Annis dein quinque elapsis nobilissima legatio a
Pippino instituta est ad Zacharam Papam, qua illi re-
gnum Francorum impetratum. Agunt de ea legatione
Annales quam plurimi ab auctoribus coevis aut valde
antiquis conscripti. Qualis sunt *Annales Francorum*
antiores ab anno ccclxxiiii ad annum ccclxxviii, quo aucto-
rator se virisse testatur, editi ex MS. *Tiliano a Chesne*
tomo 2 a pag. 41, in quibus ad annum ccclxxix haec
leguntur: Zacharius Papa per Fulradum mandavit,
ut Pippinus ad Regem levaretur. In aliis *Annales*
socivi Legationis dicitur suisse S. Burchardus Episco-
pus Heribopolitanus: ita *Annales rerum Francicarum*,
ex MS. *Bavario ab Henrico Canisio* tomo 3 *Antiqua*
lectionis vulgati, ab anno ccclxxiiii ad ccclxxviii, qui ex
MS. *Loiseliano* continuantur apud *Chesneum* a pag.
24 ad annum ccclxxiv. Item *Annales Regum Franco-*
rum a quodam ejus extatis astronomico et Ludovici Regis
domestico conscripti, atque a Renbero vulgati. Tum
Annales Bertiniiani, in quibus haec leguntur: Anno
ccclxxix, Burgardus Wirtzburgensis Episcopus et
Fulradus Capellanus missi fuerunt ad Zacharium
Papam, interrogando de Regibus in Francia, qui
illis temporibus non habentes Regalem potestatem,
si bene fuissent an non. Et Zacharius Papa manda-
vit Pippino, ut melius esset illum Regem vocari, qui
potestatem haberet, quam illata qui sine Regali po-
testate manebat. Ut non conturbaretur ordo, per
auctoritatem Apostolicam jussit Pippinum Regem
fieri. Addit Regno: et sanctæ unctionis oleo innangi.
Quæ in *Annales Eginaldi* ita habentur: Burchar-
dus Wirtzburgensis Episcopus et Fulradus Presby-
ter Capellanus, missi sunt Romam ad Zacharium
Papam, ut considerarent Pontificem de causa Re-
gum, qui illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen-
tantum Regis, sed nullam potestatem Regium ha-
buerunt. Per quos predictus Pontifex mandavit,
melius esse illum Regem, apud quem summa potes-
tatis consideraret: dataque auctoritate sui jussit Pip-
pinum Regem constitui. Est ergo Pippinum anno cccl-
a S. Bonifacio natus, et in Regem Francie eleatus,
et Chilericus anno ccclxxi in monachum attollens, et in
monasterium Sithireuse S. Bertini abbrogatus, ut alibi a
nobis accurate probatum est. Cœlatur S. Burchardus

C Episcopus xiv Octobris.
4 S. Bonifacius brevi se moriturum præagiens, per
S. Fulradum discipulos suos Pippino Regi commendat,
ac præcipue Lullum, quem sibi successorem designat.
Est haec Epistola xxi inter alias uero Serrario edita, et a
Sirmondo tomo 2 *Conciliorum Gallie* pag. 8 recusa
cum hac inscriptione: Bonifacius servus servorum
Dei, gratia Christi Episcopus, encissimo Consacer-
doti Fulrado Presbytero perennem in Christo cari-
tatis salutem. Estque haec epistola: Fraterna dilec-
tionis tue ab spirituale amicitiam, quam stepe in
necessitatibus meis pro Dei intuitu fecisti, dignas
gratias persolvere non possum: sed Deum omnipotenter
deprecor, ut tibi in alto eaudorum cul-
mine uerbedis praemia in gaudio Angelorum inter-
nalitor retrinuat. Nunc autem in Christi nomine
deprecor, ut quod bona initio cepisti, cum bona
fine perficias, id est, ut meo verbo gloriosum et
amabilem Regem nostrum Pippinum salutaveris,
et illi magnas gratias referas de omnibus pietatis
operibus, que mecum fecit, et ut illi referas, quod
mihi et amicis meis similiter videtur, ut vitam istum
temporalem et corsum diuersum meorum per istas in-

firmitates cito debeam finire. Propterea deprecor D
Celsitudinem Regis nostri pro nomine Christi filii
Dei, ut mihi nunc viventi indicare et mandare digne-
tur circa discipulos meos, qualem mercedem postea
de illis facere voluerit. Sunt enim pene omnes pere-
grini, quidam Presbyteri per multa loca ad ministe-
rium Ecclesiæ et populorum constituti: quidam sunt
monachi per cellulas nostras, et infantes ad legen-
dum litteras ordinati sunt: et aliqui seniores qui
longo tempore mecum viventes laboraverunt, et me
adjuvabant. De his omnibus sollicitus sum, ut post
obitum meum non dispersantur: sed ut habeant
mercedis vestras consilium et patrocinium Celsitudi-
nis vestrae, et non sint dispersi sicut oves non ha-
bentes pastorem, et populi prope marcam Pagano-
rum non perdant legem Christi. Præterea almitatis
vestrae clementiam diligenter in Dei nomine depre-
cor, ut filiolum meum Lullum et Coepiscopum, si
Deus voluerit, et sic clementia vestra placeat, in
hoc ministerium populorum et Ecclesiæ compo-
nere et constituere faciat Prædicatorem et Docto-
rem Presbyterorum et populorum. Et spero, si Deus
voluerit, quod in illo habeant Presbyteri magistrum,
et monachi regularem doctorem, et populi Christiani
fidelem prædicatorem et pastorem. Propterea hoc E
maxime fieri peto, quia Presbyteri mihi prope mar-
cam Paganorum pauperculari vitam habent: panem
ad manducandum acquirere possunt; sed vestimenta
ibi invenire non possunt, nisi aliunde consilium et
adjutorem habeant, ut sustinere et indurare in illis
locis ad ministerium populi possint, eodem modo si-
cū ego illos adjuvi. Et si pietas Christi hoc vobis
inspiraverit, et hoc quod peto consentire et facere
volueritis, per hos Missos meos presentes, aut per
litteras pietatis vestrae hoc nihil mandare et indicare
dignemini, ut eo letior in mercede vestra vivam aut
mortiarum.

3 Hactenus S. Bonifacius, ex cuius epistola liquet,
S. Fulradum ob virtutem et maximi ab S. Bonifacio
suisse estimatum, et supremum radem de caussa locum,
quod hic non ignorabat, apud Pippinum Regem obti-
nuisse. Que autem hac epistola sibi impetrari petit,
omnia consecutus esse videtur. Num autem in Fri-
siam iter sum ultimum arripiuit S. Bonifacius, S. Lullum
successorem consecravit. Quæ ita Othonius libro 2
Vitæ ejus cap. 23 exponit: Sed priusquam tanti dis-
criminis iter arriperet, sciens non convenire, ut pro
nilenis ovibus salvandis laborans, proprias sibique
commissas oves perire permetteret, S. Lullum
cum consensu venerandi Regis Pippini, nec non Epi-
scoporum et Abbatum atque Canonicorum omnium-
quo Procerum ad suam diocesin pertinentium, pro
se Episcopum elegit et ordinavit. Nam ab Apostolico
Presule jam ante cumdeu pro se ordinandum impe-
travit. Discessit deinde S. Bonifacius in Friesiam, ibique
Martyr Christi factus est anno ccclxxv die v Junii, quo
colitur. At S. Lulli venerationi sacer est xvi Octobris.

6 Inter viros eruditos celebribus haec movetur quæstio,
num S. Eucherius Episcopus a Carolo Martello Sede
sua Aurelianensi pulsus, post ejus obitum raptus in ex-
tasim, ipsam ruderit apud inferos torqueri, atque ab
Angela mouitus sit, jam nunc annum ejus et corpus
eternus parvis esse deputata. Deinde Eucherius in se re-
versus, ut ipsa historia refert, S. Bonifacium et Ful-
radum Abbatem monasterii S. Dionysii, et sumnum
Capellum Regis Pippini ad se vocarit, eisque talia
dicens in signum dederit, ut ad sepulchrum illius
irent, et si corpus ejus ibidem non reperissent, ea
quæ dicebat vera esse concrederent. Ipsi autem per-
gentes ad prædictum monasterium, ubi corpus ip-
sius Caroli humatum fuerat, sepulchrumque ipsius
aperientes, visus est subito exisse draco, et totum
illud sepulchrum interius inventum est denigratum
sepulchrua
Caroli Martelli
mouit, re-
perciderat, va-
cuum?

datum anno
744.cuna S. Bur-
shardo Episc.
Heribopolensi
missus Ro-
manum, an. 749.regnum Fran-
corum Pippino
imperat.dem anno
an. 760:a S. Bonifacio
per litteras ro-
gaturut Regi Pippino
ayat gratias,discipulos ejus
commende;S. Lullum Se-
dis Moguntina
successorem
procuret,atius accessa
ria ad ult
sustentationem
impetrat.

en prestita

S. Fulradus.

An monitas a
S. Eucherio

ac

A ac si fuisse exustum. *Colitur S. Eucherius xx Februarii, cupus Virtus a Surio edita hæc eadem historia inserta est. Verum melius obesse a tribus codicibus MSS. optimæ falei tum ostendam, neque reperiri apud ullum scriptorem, qui integræ seculo post obitum et Caroli Martelli et S. Eucherii floruerit, ac videtur postea temere assumptam tempore Hinemari Archiepiscopi Remensis. Quæ hic nolumus repeteare, S. Fulradum non fuisse factum Abbatem monasterij S. Dionysii, nisi secundum aut etiam pluribus post obitum Caroli Martelli annis infra § iv ostendemus. De regno Pippino anno 727 collato jam equum, ut neque hujus Regis fuerit summus Capellanus, neque Abbas S. Dionysii appellandus, quo tempore eam historiam contigisse alii credidissent.*

§. II S. Fulradi Legatio ad Stephanum in Pamum, procuratu urbium in Exarchatu restitutio, acta sub Carolomanno et Carolo Mugno. Obitus.

Anno 727 Zncharias Papa xv Martii vita functus est, inter Sanctos ab obitu relatus. Successit Stephanus n., et hoc post quadrivium mortuo Stephanus iii, qui ab Longobardorum Rege Aistulpho graviter vexatus, ad eum a legatis Pippini Regis duxitus, indeque sub finem anni 728 in Gallias profectus est: cui in occursum missum esse S. Fulradum testatur in illius Vita Anastasius Bibliothecarius his verbis: Quinta decima die mense Novembri prædictæ septimæ Indictionis a civitate Papia movens, suum in Franciam prosecutus est iter..... Et ceptum gradiens iter ad venerabile monasterium sancti Christi Martyris Mauricii pervenit: in quo et constitutum erat pariter secum Francorum Regem conveniri..... In quo et aliquantis demorantes diebus coniunxerunt in prædicto venerabili monasterio Fulradus Abbas et Rothardus Dux directi a seipso Pippino excellentissimo Francorum Rege, petentes eumdem sanctissimum Pontificem ad suum progredi Regem. Quem et cum magno honore cum omnibus, qui cum eo erant, ad eum deduxerunt. Audiens vere isdem Rex ejusdem beatissimi Pontificis adventum, nimis festinanter in ejus advenit occursum, una cum conjugi, filiis et Primitibus: pro quo et afflrens centum millia, filium suum, nomine Carolum, in occursum ipsius Coangeli Papæ direxit cum aliquibus ex suis Optimatibus: ipseque in palatio suo, in loco qui vocatur Ponticone, ad fere trium millium spatium descendens de equo suo cum magna humilitate terra prostratus, una cum sua conjugi, filiis et Optimatibus eumdem sanctissimum Papam suscepit. Cui et vice stratoris usque in aliquantum locum juxta ejus sellarem properavit. Tunc prædictus almificus vir cum omnibus suis extensa voce gloriam et incessabiles laudes omnipotenti Deo referens, cum hymnis et canticis spiritibus usque ad prefatum Palatium pariter et cum Rege omnes profecti sunt sexta Januarii mensis die, in Apparitionis Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi sacratissima solennitate, ibique intus oratorium pariter concedentes, mox idem beatissimus Papa predictum Christianissimum Regem lacrymabiliter deprecatus est, ut per pacis foedera caussam B. Petri et Reipublice Romanorum disponeret. Qui de presenti jurejurando eidem beatissimo Papæ satiscit, omnibus mandatis ejus et admonitionibus sese totis nisibus obediens, et ut illi placitum fuerit, Exarebatum Ravennæ et Reipublice jura seu loca reddere modis omnibus. Sed quia tempus imminebat hiemalæ, eumdem sanctissimum Papam cum suis omnibus Parisios apud venerabile monasterium B. Dionysii ad habitandum pergere curavit. Quo per-

acto, et eo in eodem venerabili monasterio cum jam fato Christianissimo Pippino conjungente, Domino annuente, post aliquantos dies isdem Christianissimus Pippinus Rex ab eodem sanctissimo Papa, Christi gratia, cum duobus filiis suis Carolo et Carolomanno Reges uncti sunt Francorum. *Eam consecrationem Regum contigisse v. Kalend. Augusti scribit ad hunc annum 728 ex monumentis veteribus Areopagiticis Baronias num. 3. Incidit is dies in Dominica cyclo solis viii, littera Dominicali F.*

8 Missi a Pippino ad Aistulphum verri Legati, sed irrito successu. Tunc, ut inquit Eymhardus in Annibibus ad an. 728, Pippinus Rex Italiam manu validâ ingressus. Haistolfum Regem Langobardorum in civitate Papia obsedit, et pro restituendis, quæ Romauæ Ecclesiæ ablata fuerant, obsides recepit. Quibus datis, promissisque jurejurando firmatis ipse quidem in regnum suum regressus est. et Stephanum Papam cum Fulrado Presbytero Capellano et non minima Francorum manu Romam remisit. *In reducendo Papam Annibibus Bertinianis, Loiselianis ulisque dicitur Stephanus Papa reductus ad sanctam Sedem per Missiones Domini Regis Pippini, Fulradum et reliquos, qui cum eo erant.*

9 Cunctante dein Aistulfo civitates restituerat, novisque infestationibus Ecclesiam vastante, Strphanus Papa litteris cum S. Fulrado ad Pippinum Regem missis, eundem ubtestatur, ut opem ferat, et donationem S. Petri promissam reipsa studrat implere. *Exstat ea epistola apud Baroatum ad nn. 728 num. 2 et seqq. et Sironendum tomo 2 Concilior. pag. 49 aliisque.* In illa hæc inter cetera leguntur: A die illo, quo a mellifluâ bonitate vestra separati sumus, tantum nos affligere et tribulare visus est, quantum non potest os hominis enarrare. In magna namque desperatione sanctam Dei Ecclesiam et nostram humilitatem et vestros Missos habere visus est, quia etiam et ad propriam nostram animam auferendam mala ejus imperatio et submissio facta est. Quid multa dicimus? Tantum nos tribulavit, quia etiam, si dici potest, et ipsi lapides pro nobis flerent. Tamen omnia vester Consiliarius Fulradus Presbyter et Abbas, una cum suis sociis, si Denni præ oculis habent, vobis enarrare possunt.

10 Aistulfs interea collecto ex omnibus gratibus sibi subditis prævalit exercitu, Romum obsedit: quando Stephanus Papa lacrymabiles litteras ad Pippinum Regem et Optimates Francie scripsit, alias suo nomine, alias sub B. Petri persona, quibus opem votis omnibus implorant. Propter hoc, inquit Eymhardus ad annum 728, Pippinus Rex iterum cum exercitu Italianum intravit, et Haistolfum in Papia civitate se includenter obsedit, et obsidione ad impletionem promissorum suorum compulit: redditamque sibi Ravennam et Pentapolim, et omnem Exarchatum ad Ravennam pertinentem, ad S. Petrum tradidit: atque illi peractis in Galliam reversus est. *Hac ibi, Factam illarum citiorum restitutioem ita enarrat Anastasius in Vita Stephani Papæ:* Ad recipiendas vero istas civitates misit ipse Christianissimus Francorum Rex suum Consiliarium, id est, Fulradum venerabilium Abbatem et Presbyterum. Et continuo ipse Rex feliciter cum suis exercitibus Franciam repedavit. Praeominatus autem Fulradus venerabilis Abba et Presbyter Ravennatum partes cum missis jam fati Aistulfi Regis conjungens, et per singulus ingrediens civitates, tam Pentapoleos quam et Emilia, easque recipiens, et obsides per unamquamque auferens, atque Primates secunum una cum clavili portarum civitatum deferens, Romanum conjunxit. Et ipsas claves tam Ravennatum urbem, quamque diversarum civitatum ipsius Ravennatum Exarchatus, una cum suprascripta donatione de eis a sno Rege emissa, in confessione

S. Fulradus
missus obviam
Stephani
Pape,

cum duxit
ad Pippinum
Regem,

0 Januar. an.
728

AUCTORE G. B.
quem in Regio nuntiat cum
fibis

28 Iuli :

In reducendo Papam

Romanum:

enjus cum militaris remittitur
ad Pippinum Regem.

Aistulfo Rege
Langobardorum
rebelle

an. 728, post
obsessam Pa-
pam,

F

præficit res-
titutioni Exar-
chatus:

states urbium
desert Romanum:

AUCTORE O. B.
al. atque Fa-
num.
recipit Raven-
nam et alias
civitates

viginti.

Aistulfus mor-
tuus an. 730

pro successionem
concessantibus
Balchto et De-
siderio,

C a Stephano
Papa in con-
lum adhuc
S. Fulradus,
mittitur ad De-
siderium,

suppetas mili-
tare adducat

A confessione B. Petri ponens, eidem beato Apostolo et ejus Vicario sanctissimo Papæ, atque omnibus ejus successoribus Pontificibus perenniter possidentibus atque disponendas tradidit. Id est, Ravennam, Ariminum, Pisaurum, Concam, Fanum, Cesenas, Senogallias, Esium, Forum-Pompili, Forum-Livii cum castro Sussubio, Montem-Felitri, Acerragium, Montem-Lucati, Serram, Castellum S. Marini, Bobium, Urbinum, Callum, Luccos, Eugnibium, seu Comiacum, nec non et civitatem Narnensem, quæ a Iudeo Spoletoano partibus Romanorum per evoluta angorum spatio fuerat invasa. *Lic Ostiensis. I Hist. Casu. cap. 7. Idem Rox. ait de Pippina, una cum Romano Pontifice in Italiam veniens. Ravennam et alias viginti civitates, eidem Aistulfo memorato sublatas, Apostolicas Sedi subiectis, cuius rei gratia Romanus Patricius constitutus est. Hieronymus Rubens lib. 4 Historiarum Raveanatum dictum Exarchatum explicit, dividitur in Peataphum et Aemilham, et singulis suas assignat civitates: hunc Lector consulat.*

B *Iutrea Aistulfus cum meditaretur, quomodo sua promissa non tam impleret, quam dolose que impleta fuerant comunitaret; in venatione de equo suo casu prolapsus est, atque ex hoc aggritudine contracta, intra paucos dies vivendi finem facit. Cui Desiderius, qui Comes stabuli ejus erat, successit in regnum. Hoc Egbertus ad dictum annum ccxxvi. Sed quam utili tum Sedi Apostolica impenderat S. Fulradus operam, ita exponit Anostasius: Num ergo haec agerentur, supra a nobis relata, ipse infelix Aistulfus quodam loco in venationem pergens, divino ictu percussus interit. Tunc Desiderius quidam Dux Langobardorum, qui ab eodem nequissimo Aistulfo Tuscanis in partes orat directus, audiens prefatum obiisse Aistulfum, illuc aggregans ipsius Tusciae universam exercitus multitudinem, regni Langobardorum antipere natus est fastigium. Cujus personam suspectui habens Ratibus dudum Rex, et postmodum monachus, germanus prefati Aistulfi, sed et alii phares Langobardorum Optimatos, cum co-conniderat Desiderium serpentem, plurimam trans Alpium vel eeteram Langobardorum exercitum multitudinem congregantes, ad dimicandum contra eum profecti sunt. Ad haec prefatus Desiderius omnime præfatum beatissimum Pontificem deprecatus est sibi auxilium ferre, quatenus ipsum Regalem valeret assumere dignatus; spondens jurejurando omnem prefati beatissimi Pontificis adimplere voluntatem. Insupor et Republica se redditum præfensus est civitates, que remanerant, ino et copiosa daturum numera. Tunc isdem præcipimus Pater et bonus Pastor, inito consilio cum sape fato Fulrado venerabili Presbytero et Abate, atque Consiliario Christianissimi Pipini Francorum Regis, misit suum germanum, Paulum scilicet Diaconum, atque Christophorum Consiliarium una cum prefato Fulrando in partes Tusciae ad prædictum Desiderium. Cum quo loquentes, confundim per scriptam paginam terribili juratione isdem Desiderius cunctam professus est superius numeram sponsionem adimplere. Post haec vero peracta, statim suum Missum, id est, Stephannum venerabilem Presbyterum et Apostoliens exhortatoris litteras prefato Ratibus vel cuncte genti Langobardorum direxit. Preparans et prædictus Fulradus venerabilis cum aliquis Francus in auxilium ipsius Desiderii: sed et plures exercitus Romanorum, sinecessitas exigeret, in ejus dispositus occurri adjutorium. Et suffragantibus prædicti sanctissimi Pontificis Deo acceptis precibus, ita omnipotens Dominus dispositus, ut sive nulla animarum periclitatione antefatus Desiderius, per jamdiu Coangeli Pipa concursum, eamdem ipsam ambiebat adsumptus Regalem dignitatem.*

12 Stephanus Papa missis ad Pippinum Regem Legatus, adjunctisque litteris eidem gratias agit ob Urem liberatam et recuperatas aliquot Exarchatus civitates, oraque ut reliquias nondum redditas restituat jubeat. Quoniam, inquit, et filius noster Deo amabilis Fulradus, fidelis vester, omnia conspiciens satisfactus est, quod nequaquam ipse populus vivere possit extra eorum fines et territoria atque possessiones absque civitatibus illis, quæ semper cum eis sub unius dominii ditione erant connexæ. *Exposita dein morte Aistulfi Regis, addit: Nunc autem Dei providentia per manus sui Principis Apostolorum B. Petri, simul et per tunna fortissimum brachium, præcurrente industria Deo amabilis viri Fulradi, tui fidelis, nostri dilecti filii, ordinatus est Rex super gentem Langebarorum Desiderius, vir mitissimus, et in praesentia ipsius Fulradi sub jurejurando pollicitus est restitendum B. Petro civitates reliquias, Faventium, Imolam, et Ferrariam cum eorum finibus, simili etiam et Saltora et omnia territoria, nec non et Auximum, Anconiam et Numeniam civitates cum eorum territoriis. Et postmodum per Garinonem Ducem et Grimoldum nobis reddendam promisit civitatem Bononiæ cum finibus ejus, et in pacis quiete cum eadem Dei Ecclesia et nostro populo semper mansum præfensus est, atque fidelem erga a Deo protectum regnum vestrum esse testatus est. Commendat dem Stephanus, ut regali auctoritate jubeat Pippinus secundum fidem a Desiderio datum omnia restituat, ac postea hoc petit: Qualiter autem eum Silentario locuti fueritis, vel quomodo eum tua bonitas absolverit, una cum exemplari litterarum, quas vi dederitis, nos certiores reddite, ut sciamus qualiter in communi concordia agamus, sicut inter nos et Fulradum Deo amabilis constituit. Ipse vero dilectus filius noster fundatur ob fiduciam et Deitatem, Fulradus in omnibus causis iuxta tuam præceptio- nem peregit, et maximas gratias illi egimus pro suo certamine. Qui videlicet ad vos revertens, omnia, qualiter acta sunt, bonitati vestrae intimabit.*

13 *Hoc Stephanus Papa, qui, teste Anostasi, abstatuit de ipsis civitatibus, quas Desiderius Rex reddere promiserat, Faventiam cum castro Tiberino, seu Gabellum, et universum Ducatum Ferrarie integrum. Tercium ex vi Kalendas Maii anni ccclviii vita finita, Desiderius Rer. reliquias civitates Ecclesiæ Romanæ non restituit: quapropter Paulus et successor creatus, missa ad Pippinum Regem epistola nat, ut Desiderius civitates illas, id est, Imolam, Bononiæ, Auximum et Anconiam restituere deberet, quas, inquit, nobis præsentialiter simili per vestros Missos, id est, Fulradum Deo amabilem Abbatem atque Rodbertum, excellissimum Christianitati tua, et per te etiam B. Petro Apostolorum Principi pollicitos est redditum. Ita Anostasius, Mortuus est Pippinus Rex anno ccclviii die vii Kalendas Octobris, cui filii Reges successerunt, a Sacerdotibus vi Idus Octobris conservati; Carolus apud Narbonem urbem, Caromanus apud Suessionum: huic in divisione a Pippino in ultimo morbo facta obtinisse regnum Burgundie et Provincie Alesans et Alomanniam legitur in Collectione Historica MS codiris Regiae Suecæ, editaque tomo 2 Antiquæ Lectiones Henr. Canis pag. 728, ubi loca Alesans, vel Alesans, legi dehere videtur. Alesans in qua et Alomannia S. Fulradus sua monasteria, ut nos dicitur, extrixit. Fuit is palati Carolumani Capellanus ab obitu Pipini. De eo hoc leguntur in Annalibus Eginhardi ad annum ccclxxi, quo Carolumannus defunctus est: Peracto generali conventu super fluvium Scablam in villa Valentiana Rex Karolus ad hyemandum profligescitur. Cumque ibi aliquando moraretur, Karolomanus frater ejus pridie Noctis Decemb. decessit in villa Salmantica. Et Rox ad capiendum ex integro regnum, omnium intenden- testis adhibe- tur a Stephano Papa apud Pip- pinum Regem: pugnandum explicit Desiderii Regis.*

etiam a Pando-
Papa.

F

est sunnus
Capellanus
Palati Karo-
lowanni:

A tendens, Carbonacum villam venit. Ibi Wilbarium Episcopum Sedunensem, et Fulradum Presbyterum et alios plures Sacerdotes, Comites etiam atque Primates fratris sui, inter quos vel praecipui fuerere Warinus et Adelhartus ad se venientes suscepit. In Annalibus Metenibus hæc ultima ita narrantur: Venit Karolus ad villam Corbiniacum, et ibi venerunt ad eum Folcarius et Fulradus Capellani cum aliis Episcopis et Sacerdotibus, Wîrinus et Adelardus Comites cum aliis Primatibus, qui fuerant Karlomanni, et uixerunt Dominum Karolum super se Regem, et obtinuit feliciter monarchiam regni Francorum. Similia in aliis antiquis Annalibus et Vita Karoli Magni per Eugolismensem monachum aliaque auctoris incerti leguntur.

ab ejus obitu
venit ad Caro-
lum Magnum:

pro Tilpino
Archiepiscopo
Remensi agit
apud Adria-
num Papam.

an et jam Co-
pellanus Caroli
Magni?

14 A p̄fato Carolomanno traditur nominatus Archiepiscopus Remensis Tilpius (quem aliqui Turpinum vocant) ante monachus **S. Dionysii**, qui promovente Carolo Magno ordinatus est anno 10CLXXXIII, cui Adrianus Papa pallium transmisit, cum epistola, in ejus exordio meminit **S. Fulradi**. Quia ad petitionem, inquit, spiritalis filii nostri et gloriosi Regis Francorum Karoli, prebente tibi bonum testimonium de sanctitate et doctrina Fulrado amabilissimo Abbatे, Francie Archipresbytero, pallium secundum consuetudinem tibi transmisso nos cum privilegio, ut Metropolis Ecclesia Remensis in suo statu maneret, bene memoramus. Legitur integræ epistola apud Flodoartum lib. 2 cap. 17. Pregratus etsi per Archipresbyterum Francie intelligi sunnum Palatii Capellanius serpus indicat, tamen lib. 1 cap. 44 contutur demonstrare **S. Fulradum** non fuisse in dignitate unquam functum in Palatio Caroli Magni, et verba **S. Adalaris** apud Hincmarum loco supra iudicato esse ritio amuncium depravata, dum dicitur obvisse hoc ministerium tempore Pippini et Caroli, legitime tempore Pippini et Carolomanni.

moriuit an.
784

15 Inter codices Regum Suecicæ post Quinti Juliani Hilarionis libellum de Duratione temporis, aliaque Collectioem historicam, cuius supra meminimus, erat Fredegari historia epitomata, ac Chronicon, sed in medio multum, ac deinde continuatum ad annum 10CCCVI. In eo hæc ad annum 10CLXXXIV leguntur: Helmericus Abba, et Fulradus Abba, et Albreicus Episcopus obierunt. Quæ eadem excusa sunt opul Chesueum loto 2 pag. 22, et in Chronicō Moissiacensi ita referuntur: Olinricus Abbas, sed et Fulradus Abbas, et Albreicus Episcopus obierunt. Fidetur hic Albreicus esse Episcopus Cameracensis, cuius meminit Baldrius in Chronicō Cameracensi cap. 36.

C **S. III. Monasteriu Lebraha, S. Hippolyti** aliaque a **S. Fulrado** constructa. Corpora SS. Viti, Alexandri, Hippolyti et Cucuphatis ab eo translata.

Hactenus quæ a **S. Fulrado** in aula Regum et pro Ecclesia Dei apud Pontifices Romanos præclare acta sunt indicavimus, nunc ad domesticas ejus exercitias stylum flectimus, et quia apud supra citatos auctores subinde Abbas appellatur, monasteria, quibus præfuit, inquirimus, ut quæ regimini illius tempora assignanda. Extat illustre testimonium xxi Episcoporum, an. 10CCCLX Indictione 1, mense Augusto in Synodo apud Vermeriam congregatorum, in epistola, quam hi scripserunt Chouenradu inelyto et nobilissimo viro quem alii statuant Comitem Parisensem et fratrem Reginae Judith, avunculum Caroli Calvi, in enjus Capitulis sequentia traduntur: Cum, inquit, inter cetera Ecclesiastica negotia de ordinabili dispositione monasteriorum S. Dionysii disponeremus, venerunt monachi ipsius sacri cœnobii in præsentia venerande Synodi,

defereentes auctoritates, videlicet testamentum, quoil sanctæ recordationis Abba Fulradus, de monasterio Lebraha, ubi S. Alexander Martyr quiescit humatus, et de cella, quæ ad S. Hippolytum nominatur, sen de aliis rebus, quas per idem testamentum isdem venerabilis Abbas S. Dionysio contulerat, nec non et privilegium, quod exinde sancta Sedes Apostolica per beatum Stephanum Papam eidem monasterio super p̄fato testamento fecerat: dicentes quod venerabilis Abbas illorum Dominus Ludowicus ex p̄cepto gloriosi Regis Domini nostri Karoli eos consuluisset, ac consensum eorum quæsisset, quatenus p̄scriptum monasteriorum vobis in precarium acceptis rebus vestra traditione ad eamdem casam Dei delegandis concessisset, quod consentire sine consulto sui Episcopi atque Archiepiscopi, imo sacre Synodi non auderent. Quam causam subtiliter investigantes et ad liquidum cognoscentes, dissimilivimus juxta sacram et divinam auctoritatem atque secundum testamentum p̄fati p̄iae recordationis Fulradi, nec non et secundum decretum Apostolice Sedis, nullo unquam tempore jam dictum monasterium S. Alexandri cum rebus sibi pertinentibus a maiore monasterio S. Dionysii quoquaque ingenio livellandum, nec beneficiario neque precario jure distractendum. Hoc ibi. Necdum privilegium vidimus Stephani Papæ, quem suspicimur esse decessorem Hadriani, qui sedit ab anno 10CLXXVII ad annum 10CLXXXII, quod infra dicatur monasterium Lebraha munificentia Caroli Imperatoris o. **S. Fulrado** extractum seu dotatum.

17 Joannes Ruerus par. 3 Antiquitatum Vosaginum lib. 1 cap. 1 statut S. Fulradum fundatorem S. Alexandri in Valle leporum, et S. Hippolyti in Alsacia, S. Privati in diotione Salonensi, S. Varani in Alamannia, et aliarum plurimarum Ecclesiærum. Quæ huc Ecclesia dicitur in Valle leporum, supra dicitur monasteriorum Lebraha, ubi S. Alexander Martyr quiescit, in diplomate Caroli Magni apud Dubletum pag. 714, dicitur Ecclesia Lebraha, in pago Alsaciensi sita, ubi S. Alexander Martyr corpore quiescit, atus Leberacum, Germanis Leberaw inter Selestatum et oppidum Markireham, ad annum Leberum, qui infra Selestatum in Ilam fluvium habitur. Est autem Leberacum oppidulum seu vicus grandior, sed ultimus bellis misere vastatus, canobium eversum, ecclesiæ pars aliqua restat. Altera ecclesia S. Hippolyti, vulgo S. Bilt, inter idem Selestatum a quo hand procul distat, et oppidum Rapolsweirum, pertinet quæcumque ad Ducem Lotharingia; diciturque in alio diplomate Caroli Magni pag. 707 Fulradus, seu Fulradus, in sua proprietate in pago Alsacense, in loco, qui dicitur Fulradovilare, infra fines Audoldovilare, cellam edificasse, vel a novo suo opere construisse, et in antea auxiliante Domino et bonorum hominum edificare voluisse, ubi beatissimus et Martyr Hippolytus corpore requiescat humatus. De utruque loco agit Merianus in Topographia Alsaticæ pag. 31 et 31. Ast ecclesiam S. Privati esse Saloue in Diocesi Metensis moavit nos Franciscus Lahierius noster: ejus mentio est in diplomate Caroli Magni pag. 713, uti ecclesia S. Varani pag. 713, diciturque Fulradus in sua proprietate infra Hairebertingas super fluvium Brâlia in Ductu Alamannorum in Comitatu Hornia novo opere construxisse, ubi S. Varanus corpore quiescit.

18 Habetus Acta Translationis S. Viti Martyris ex antiquis MSS. monasterii Gladbacensis in agro Jülicensi et cornu Bodecensis in diocesi Tuderbornensi, in quibus de reliquis SS. Alexandri et Hippolyti meutio fit. Eam partem quæ ad S. Fulradum spectat, hic damus. Eo ergo tempore, inquit auctor corvus, quo gloriosus Rex Pippinus Francorum regebat imperium, fuit vir venerabilis, Fulradus nomine, qui monasterium

DUCTIONE G. H.
S. Fulradus
confert S. Dia-
congrio monas-
teria Lebra-
hae et S. Hyp-
polyti,

a se in Alsacia
constructa,

et ecclesiam
S. Privati in
diocesi Meten-
si,
et S. Varani in
Alamannia

A monasterium beatissimi Martyris Dionysii ad regendum sanctorum cultum monachorum suscepserat. Bie eum magno desiderio testans, qualiter beatissimis Martyribus honorem debitum impenderet, non est contentus eorum sola corpora amplecti, quibus sedum exhibebat officium, sed præfatum Principem adiit, petiisque ut eum Romanum ire permitteret, atque inde corpora Sanctorum ad præfatum monasterium aliqua, sicut cupidus erat, transferre potuisse. Quod Princeps piissimus libenter accipiens, non solum licetiam dedit, sed et gratias pro tali desiderio retulit. At vero venerabilis Abbas strenuos ac decoros sibi adjutores et socios ad hoc opus peragendum quererebat. Erat interea vir laicus, sed decorus, ejusdem Abbatis consanguineus, qui multam habens hereditatem ac familiam, nullum non habebat. Unde cogitare cepit, qualiter hereditatem suam Domino consecraret. Audiens vero jam dicti Abbatis desiderium, petit ab eo, ut secum ire permitteret, qui votis ejus congaudens secum ire præcepit. Cui cum præfatus vir omne desiderium suum patefecisset, divina comitate gratia tale reverentur consilium, ut corpusculum beatissimi pueri ac sacratissimi Martyris Viti a loco quo positum tollebet, et in prædio suo diligentissime poneret, ecclesiæ quaque ejus nomini fabricaret, quo denuo sibi Dominus omnia complevit. Quo in loco, Divina largiente clementia, per B. Viti Martyris merita multe haec ostenduntur virtutes et signa. Præfatus vero Abbas transtulit corpora beatorum Martyrum Alexandri et Hippolyti. Posthac vero cum viri devotissimi, quicunque in præfato monasterio degabant, B. Viti reliquias apud præfatum virum esse dicidissent, et qualiter pro Christi nomine sanguinem fuisse, in ejus passione praælegissent, totis viribus hoc agere deovererunt, ut eam reliquorum Martyrum reliquias in basilicam S. Dionysii poneretur. Sed ille, qui eas transtulerat, omnem hereditatem suam seque cum ipsis reliquiis S. Dionysii tradi permittens, tandem obtinuit, ut in loco quo erant posite, eas permanere permittarent. *Hic locus postea dicitur in diecesi Parisiorum situs et S. Dionysio donatus.* Mansit autem in eodem loco corpus beatissimi Martyris usque ad annum XXVII piissimi Imperatoris Ludovici et ad MCCCXXXVI Incarnationis Dominicæ, quando in Saxoniam ad Corbeianum novum translatum est, ut deinde ibidem narratur.

Contra Henricus Meibomius post Annales Hystoricos Corbeianos additum a pag. 139, et ex Meibomio Chosencoton 2 Historie Francorum a pag. 334, appellatque libellum antiqui scriptoris, in quo denuo uenient consanguinei S. Fulradi non expressum, ut neque quo loco reposita sunt, et Ecclesia ad honorem S. Viti contracta, et denuo quo anno S. Fulradus epusque consanguineus hoc Romanum iter pergerint. In excusis exemplaribus Sigeberti ad annum MCCCXXVIII hoc habentur: Fulradus Abbas S. Dionysii Parisiensis corpus S. Viti Martyris Roma Parisios transtulit. At transtulit noui tam S. Fulradus, quam ejus consanguineus, neque Parisios, sed ad prædictum diocesum Parisiensis, ubi ecclesiam erexit. *Unde uelut en verba absunt in codice MS. Regius Sacre, in quo Chronica Eusebii, Hieronymi, Prosperi, Sigeberti et aliorum continentur.* Imo et illo anno MCCCXXVIII Fulradus expeditione Italica apud Stephanum Papam fuisse distinatum ex supra relatim constat. Inter epistolas Hadriani Papae apud Chosencoton tom 3 pag. 780 hæc leguntur: Praefatus autem Addo Doo amabilis Diaconus olim, dum cum fratre nostro Fulrado Deo amabili, religioso Abbate et Presbytero, hinc venisset, peti nos, ut ei vorpus sanctum tribueremus. Sed nos, sicut iam dum vobis direximus, per revolutionem terris, nul-

*data a Pippino
Rege facultate,*

*assumpto con-
sanguineo
quodam socio,*

*Roman pro-
fectus,*

*imperat illi
corpus S. Viti.*

*sibi corpora
SS. Alexandri
et Hippolyti*

non an. 738

*neque sub
Adreno Pupo,
quando fuerun-
tibus B. Iugos
Roman pro-
fectus,*

lo modo audemus ex ipsis Sanctorum corporibus amplius quid exagitare. *Quod iter a priore diversum necessario contigit post annum MCCCXXII, quo Hadriana creatus est Pontifex, quando uliquot annis Pippinus e varis excesserat, ante cuius obitum, sive onnum sed ante annum MCCCXXVIII corpora SS. Viti, Alexandri et Hippolyti de- lata sunt in Gallias.*

20 *Sousatus in Martyrol. Gallic. ad xv Junii scribit corpus S. Viti Roma, ubi dum conditum jacuit, in Gallias delatum per Furaldum (lege Fulradum) Abbatem, in evenobio pretiosi Christi Martyris Dionysii in aliis honoris repositum esse. At ne quidem, dum hæc saeva ossa alibi miraculis et virtutibus splendescerent, illa monachus S. Dionysius obtinuerunt. Idem Suessius in Supplemento ad xiii Junii asserit ipso die ex Corbeia Galliae ad Corbeianam Saxonice factam recidi translationem S. Viti Martyris. *Ima est illud corpus e loco repationis anno MCCCXXXVI delatum ad monasterium S. Dionysii, et ab Hilduno Abbatem, post Missarum solennem xiv Kalend. Aprilis die Dominica peracta, traditum Hilduno Abbatu Resbacus monasteriu, qui in hac sua monasterio illud custodivit usque ad xii Kalend. Iunii, dominicam ante Pentecosten, quando inde portatum in Saxoniam, et ipsius Iulius Iunii in vigilia S. Viti in Corbeia nata depositum. Reliqua ad diem ejus natalem dabimus.**

21 *Ura cum reliquiis S. Viti opportuere fuere Roma ab S. Fulrado, corpora SS. Alexandri et Hippolyti: quibus corpus S. Cucuphatis adiungit Suessius Iulius Augusti, ubi hæc tradit: S. Hippolyti corpus Roma levatum, atque Carolo Magno a Leone in Ponticello pretioso datum munere, in Galliam delatum, cum venerandis S. Alexandri Papæ et Martyris, nec non B. Cucuphatis Christi quoque testis pionieribus, in ascertorio de Valle-leporis diguo cultu ab ipsomet piissimo Imperatore reconditum fuit. At post ejus obitum Fulradus ejus nepos, Abbas insignis evenobii S. Dionysii illud inde transtulit ad basilicam ejusdem evenobii S. Dionysii, ubi proprio in loculo et sarcophago depositus, a posteris, sicut etiamnum volit, perenni veneratione observandum. *Hæc illa: in quibus nonnulla insunt satis solida. Nam corpus S. Cucuphatis Martyris Barcinonensis, Mauris Hispanias invadentibus, in Galliam advectum fuisse, atque in alio Matyris Dionysii sociorumque basilicam repositum usserit idem Suessius xxv Juli, quo colitur. In Actis MSS. hac habentur: Barcinona corpus S. Cucuphatis honorabile translatum est a Fulrado reverentissimo et gloriose Abbatu evenobii sanctorum Martyrum Dionysii pretiosi, Rustici et Eleutherii, iv Kalendas Martii in cellam ejusdem evenobii, quam idem Fulradus in suo proprio muni- bienti clive memoriae Caroli Imperatoris construxit, et Patrono suo gloriosissimo Dionysio tradidit, que sita est in saltu Vosago et appellatur Lebraha. Quo tempore in modicum inhumatum, ut alatum fuerat, jacens, expeditiore consilio religiosi Patris, atque præfati monasterii Abbatis Hilduvini solerti studio et devoutissimo desiderio (Dei et Sanctorum ut erat amator et cultor) in crypta ante pedes ipsius sautissimi Dionysii sociorumque ejus, quam idem Hilduvinus in honorem Dei et sanctæ atque intemeratae Genitricis ejus Sanctorumque omnium consilivavit, ab anno Incarnationis Dominicæ octingentessimo triennimo quinto, octavo Kalendaru Septembrium veneratum humatum. Hæc in Actis MSS. que mutato stilo edidit etiam Suessus, ac scribit non iv sed xiv Kalendas Martii a Fulrado Lebraha corpus fuisse translatum. Franciscus Diagius lib. I Historie antiquorum Comitum Barcinonensis cap. 10, tempordibus confusis, tradit corpus S. Cucuphatis tempore Ludovici Pii Imperatoris Barcinone ad monasterium S. Dionysii prope Parisios tempore Fulradi**

*Corpus S. Viti
non est deposi-
tum in cano-
bio S. Dionysii,*

*ad Corbeia
Gallica,
ad Corbeianam
Saxoniam de-
latum.*

*Corpus S. Cu-
cuphati non
est cum corpo-
ribus SS. Ale-
xandri et Hip-
polyti Roma
attatum :*

*sed Barcinone
a S. Fulrodo
Lebraham de-
latum.*

*ab Hilduno ad
monasterium
S. Dionysii,*

A Fulradi Abbatis translatum esse, et xvi Februarii in aliquo sacello depositum.

22 At S. Cucuphatis corpore Lebraha ex Alsatio ad monasterium S. Dionysii sub Ludovico Pio translato, relictum ibidem corpus S. Alexandri Martyris, quod Lebrahae requievisse humatum anno 1000 testati supra sunt xxi Episcopi, tunc in Synodo opus Wermierium congregati. Quod autem Saussains et nate cum Dubletius scribant esse corpus S. Alexandri Papae et Martyris, non insueverunt probatur, tum quod antiqui non appellant Papam, Pontificem, Episcopum aut Sacerdotem, tum quod Octavius Panciralius in Thesauro Urbis asserat partes corporis S. Alexandri Papae et Martyris esse in templis S. Laurentii in Lucina, et S. Sabinae, ac variis alibi reliquias repperit: uti dicitur in Maii die ejus natuli. Eudem ratio est S. Hippolyti Martyris a S. Laurentio baptizati, et in ayro Ierano sepulti, cuius caput Lux in aede cathedrali universari trahit Franciotus, ab aliis caput Rome dicitur esse in templo S. Crucis in Jerusalem appellato, corpus in ecclesia quatuor Coronatorum, quod Briziae in cœnobio S. Juliae esse legitur in qualam scripto, a nobis xvi Februar. ut Acta S. Epimenici edendo. Quæ erunt ad xiii Augusti executenda. Quod huc spectat, corpora SS. Alexandri et Hippolyti Martyrum, qui cumque illi fuerint, non sunt a Leone III Papa donata

non fuerint

a Leone Bado-

nata Carolo

Magno,

sed a S. Ful-

rado delata,

et ad Lebra-

ham,

hoc Fulrado-

villare

B Carolo Magno, neque ab hoc in Valle-leporis depositum corpus S. Hippolyti, utque ubi ejus obitu a Fulradu Abate S. Dionysii ad suum monasterium delatum, neque hic fuit Caroli Magni nepos. Verum sanctu horum Martyrum corpora fuerint Roma a S. Fulrado in Gallias delata vivente adhuc Pipino Rege, ut supra ex Actis Translationis S. Viti ostensum. Alterum, S. Alexandri uidelicet, depositus S. Fulodus in monasterio suo Lebraha, in Valle-leporis, ubi ait illuc anno 1000 adseratum fuisse supra probatum est. At S. Hippolyti corpus idem S. Fulodus detulit ad proximum suum Fulradavillare, quæ ob sacras reliquias Cellæ S. Hippolyti dicta est, a Valle-leporis in interiore versus Ilam flumen Alsatio. Si autem post obitum Caroli Imperatoris ad monasterium S. Dionysii hoc S. Hippolyti corpus est translatum, non ut S. Fulodus annis ferræ xxx ante Carolum Magnum vita functus, sed forsitan sevit Hilduinus, quem Lebraha corpus S. Cucuphatis ad suum monasterium detulisse diximus, et simul a S. Fulrado utrumque corpus apud S. Dionysium depositum fuisse scribit Dubletius pag. 303, sed post obitum Caroli Magni, et aliis annis 1000 assignatur: cuius erroris causa mox patet. At variis Sanc- torum reliquias a S. Fulrado in monasterio S. Diony- sis depositus fuisse infra ex Epitaphio constabit.

§IV. Gesta Fulradi Abbatis S. Quintini huic S. Fulrado affectu. Tempus regimini monasterii S. Dionysii. Epitaphium.

Quemodmodum jam citatus Saussains et Dubletius lib. I cap. 25 S. Fulradum appellant Caroli Magni nepotem, ita ejusdem Imperatoris patruellem statuant Sammartham lib. 6 Genealogiarum domus Regiae Francorum cap. 17, Buchetus par. 1 verba originis ejusdem Domus Regia Francorum cap. 9 pag. 83, Hemerarius lib. 2 Augstura Viromondiarum pag. 72. Rursum supra citatus aliisque, asserentes eum patre Hieronymo, filio Martelli fuisse prognatus: a quo Hieronymo Stephanum in Papam e Gallia redactum Romanum fuisse legitur in codice MS. Freheriano Anastasi Bibliothecarii de Titus Pontificum in Vita Stephani in, atque inter varias lectiones excuso his verbis: Dirigit quoque cum eo Stephanus Papa semper fatus Christianissimus atque Deo amabilis Rex Francorum Pipinus Mirros suos, fratremque suum Hieronymum, atque alias Proceres suos cum non paucis ho-

S. Fulradus
non est
natus patre
Hieronymo,
filio Caroli
Martelli,

comme Mather,
cui, cum S. e-
piscopatus Papæ
R. in re i-
terfuerit.

minibus, qui, usque dum Romam reverteretur, in D obsequiū ejus essent, Stephani Papaa reductioni præ-

AUCTORE G. R.

fectum fuisse S. Fulradum supra ex Annalibus Eginhardi, Berinianis, Loisettianis aliisque diximus. Hujus erga Fulradi, immo ei Stephani Papa comitatu adjunctus fuit Hieronymus, juvenis adhuc Princeps, quem Sammarthani ultimum Caroli Martelli filium fuisse asserunt. Hie ex nobili uxore Ersensinda de genere Gothorum variis liberis procreavit, S. Folquianum Episcopum Teruanensem, mortuum anno 1000, xix Decemb. Fulradum Abbatem S. Quintini aliosque, uti Acta MSS. S. Folquini habent, vorumque excerpta apud supra memoratum Buchetum pag. 88 in Probationibus. Ille est Fulradus, qui, teste Hemerao, structuram monasterii S. Quintini a S. Eligio reparata, pomorioque auctam, regali plane molitione et ambitu latiori novam excitavit anno 1000, et anno 1000 absolvit. De qua edificatione extant versus Theodulphi Episcopi Aurelianensis, poeta coevi, qui post descriptionem annum 1000, et Imperium Ludovici Pii, huc addit:

alios is Fulra-
dus Abbas S.
Quintini,

Condere copit opus hujus venerabilis aule

Abbas Fulradus nobilitate clucus.

Namque huic Hieronymus, Carolus pater extitit illi,

Qui propriæ specimen gentis ad astra tulit,
Bella gerens, pacemque tuens, qui culmina regni

E
adhuc vixit an.
813, frater
S. Folquianus.

Ad problem misit auxiliante Deo.
Adfuit hic Fulradus concilia Noviomensi anno 1000, ubi de terminis Episcopatuum Noviomensis et Suessiensis discopatum esse tradit Flodoardus lib. 2 cap. 18. Idem dicitur anno 1000 corpus S. Audomari surto ablatum cum S. Fulquianum Episcopo fratre recuperasse, ut fuse explicit Malbrancus noster in Morinis tomo 2 lib. 6 cap. 3. At tum dicendum foret curam monasterii S. Quintini cessisse Hugoni filio Caroli Magni, quem tradunt obiisse anno 1000, eccl. dia Abbatem S. Quintini aliorumque monasteriorum extitisse.

24 Ab hoc Fulrado Abate S. Quintini, fratre S. Folquini, et Caroli Magni patruele, qui seculo Christi non floruit, pectora diversa est S. Fulradus, de quo haec tenet egimus, anno Chr. 1000 in Alsatio vita sumptuosa, cui tunc, aut forte citius, successit Magenarius, vulgo habitus xvii Abbas monasterii S. Dionysii: huic Fredulphus, vel Fardulphus XVIII Abbas, ombo sub Carolo Magno ad eam dignitatem promoti. Huic substitutus est Hilduinus summus Palutii Ludovici Pii Imperatoris Capellanus, Hunc ordinem perturbat Bulla adscripta Leonii in Papam apud Dubletium pag. 432, quæ data dicitur vi Kalend. Junii, anno in sacratissima B. Petri Sede iii, seu domino Karolo excellentissimo Rege Francorum et Longobardorum atque Patricio Romanorum, a quo capta fuit Italia, anno xxv, Indictione vi, ergo anno Chr. 1000. In hac Bulla Leo alloquitur S. Fulradum, quast is, post annos XIV ab obitu, revixisset. Verum obest Primitum monasterio S. Dionysii ab Hadriano Papa concessum apud Sirmondum tom. 2 Conciliorum Galliarum pag. 113 cum inscriptione: Hadrianus Episcopus servus servorum Dei Maginario religioso Abbati venerabilis monasterii sancti Christi Martyris Dionysii, siti in Parisiaco ubi venerabile Sancti corpus quiescit, et per eum eidem venerabili monasterio in perpetuum. In ea Privelegio concedit, ut proprium licet ei habere Episcopum, et sic finit: Scriptum per manum Christophori notarii et serinarii Sedis nostræ in mense Junio, Indictione ix. Bene valete. Dat. Kalendas Julii per manum Anastasii primicerii, regnante Domino Deo et Salvatore Iesu Christo, cum Deo Patre omnipotente et Spiritu sancto per infinita secula. Anno Domini proprio Pontificatus Domini nostri in Apostolica saeratus anno B. Petri Sede xv, Indictione ix, que patens in annum Pontificatus xvi concurrit, et Christi 1000. Eiusdem Maginarii

s. Fulrado an.
784 mortuo
succedunt Ma-
ginarius, et
Fredulphus
sub Carolo Ma-
gno, Hilduinus
sub Ludovico
Pii

Maginario
scribit Hadria-
nus Papa.

F

regiosis

A religiosi Abbatis meminit idem Hodrianus Papa in epistola xi, et xii ad Corolum Magnum apud eundem Sirmondum, et tomo 18 Conciliorum tyus regis editorum. Dein epocha illa Leonis in a capta Italia per Carolum Magnum, suspecta est, neque haec tenus a nobis observata. Ut toccam quam plurima diplomata et Privilegia Pontificum et Regum a Dubletio congesta non subsistere, et frequenter subscriptiones varia mendaciter scatere. Quae Dagoberto i monasterii fundatori attribubuntur, alibi discussimus: varia episcopali diplomata a Labbe nostro in Elogio historico Regum Francorum, et Miscellanea curiosis, ut dubia, incerta et interpolata reperiuntur: itemque a Peyrato et aliis.

28 His positis tempore inquirimus, quo S. Fulradus canonibus S. Dionysii Abbas datus fuit. A Claudio Roberto in Gallia Christiana hi seculo viii constitutuntur Abbates. xx Turnaldus vel Gurnaldus, vel Grimoaldus, inde Episcopus Parisiensis xxxiv, Chilperico et Theoderico Regibus, et Carolo Martello Princeps. At post Episcopatu relieto cum et monachum et Abbatem factum alibi ostendimus. Hic ergo auncesse xiiii Delphinus, Theoderico Rege. xiv Sigebertus Childerico iii Rege. Orator Regis ad Gregorium in. Imo ad eum a Carolo Martello directus, cum Grimoaldus abbate Corbeiensi anno lxxxvi, ultimo et Curch et Gregorii: sed reclusus basilice S. Dionysii appellatur in Annalibus Metensibus ad eum annum, et in historia jussu Childebrandi scripta et Chronica Fredegarii annexa cap. 110: forsitan deinde sub Childebrico Abbas creatus. Hic subroyatus est xv Abbas, non S. Fulradus, ut passim volunt, sed Constranus, seu Constrannus, aut Constramus, Pipino Rege, inquit Clodius Robertus. Extat apud Dubletium pag. 697 diplomata Pippini Regis ad depreciationm Domini Constranni venerabilis Abbatis monasterii Sancti et Domini Dionysii Martyris... actum. Sessionis palatio da in Non. Aprilis Indictione iv, anno vero regni Domini nostri Pippini vi. Tercum Indictione iv inedit in annum Chr. locci, regni Pippini ii, qui aut reponendum, aut recte Indictio vnum cum anno Chr. lxxv. Huic Constrannu successit S. Fulradus, cuius tempore datum S. Dionysius Clipinensis a Carolo Martello scripti idem Clodius Robertus. Tercum tabula donationis apud Dubletium pag. 690, nullam Fulradi osteruisse Abbatis faverat mentitionem: et datar referuntur die xvii Septemb, anno quinto post defunctum Theodericum Regem, ergo anno lxxxix: post quem annum, vel ipso Roberto attestante, fuerunt Abbatis sub Childeberto Sigebertus, et sub Pippino Constrannus. Dedi-
catus supra epistolam S. Bonifacii Archepiscopi Mo-

guntini, quam is mortem suam presagiens ad S. Fulradum circa annum lxxv inscripsit cum hac inscriptione, Consacerdoti Fulrado Presbytero, omnis Abbas nomine quod tunc ab aliis solitus est semper attribueri, ut Huethero, Dundo Aldhorio, Gutberlo, Abbatis suis suas epistolas inscripti, ac potissimum eis misit inscriptam. Consacerdoti Optato Abbati. Consentaneum S. Bonifacii Annales antiqui Francorum, et quibus supra retulimus Fulradum Capellam adjunctum Barcelardo Wirtziburgensi Episcopo, in legatione ad S. Zacharium Papam, cum regnum Francorum a Childeberto ad Pippinum esset transversum.

26 Eundem S. Fulradum Anastasius Bibliothecarius in Vita S. Stephani appellat Abbatem, dum sub finem anni factum missus est ad monasterium Aganumense ad Stephonum Papam, quem vi Januarii anni sequentis deduxit ad Pippinum Regem. Idem Stephanus Romanum redactus, remisit Fulradum cum litteris ad Regem Pippinum: in us eum appellat Consiliarium Pippini, Presbyterorum et Abbatem. Idem Papa indulget S. Fulrado privilegium extenuendi monasteria, usque libertatem concedit. Exensum id privilegium ex Schedis MSS. a Sirmondo tomo 2 Concil. Gal. pag. 38,

et inde recusum tomo 17 Conciliorum generolium pag. D 570, quod, quia huc controversia non parum luminis affundit, hic etiam damus: est autem hujusmodi.

Stephanus Episcopus servus servorum Dei, Fulrado Deo amabili Archipresbytero et Abbatи venerabilium monasteriorum ab eodem auspice fundatorum, et per seriem omnibus successoribus vicissim Abbatibus in perpetuum.

Quoniam semper sunt concedenda, que rationabilibus congruent desideriis, oportet ut devotio conditoris piae constructionis Oraculi in privilegiis praestandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis, dilectissime noster fili, quatenus in provincia Francia ubi et ubi tibi placitum fuerit in diversis locis, sive in his, quae proprietatis tuae juri pertinent, sive etiam iis, que peremptionis paginam tibi advenerunt, quamque etiam in rebus parentium tuorum, vel unde unde tibi contingat, monasteria construendi licentiam tribueremus, ipsaque monasteria a te fundata privilegiis Sedis Apostolice in futuro munirentur, ut sub jurisdictione sanctae, cui Deo auctore deservimus, Ecclesiae constituta, nullius alterius Ecclesiae jurisdictionibus submittantur. Pro qua re nisi desideriis faventes, hac nostra auctoritate; id quod exposcitnr, effectu mancipamus. Et ideo per hanc Apostolicam auctoritatem tibi, cui supra, dilecto filio nostro Fulrado, vel ceteris tuis successoribus Abbatibus, licentiam et potestatem largientes concedimus adfiscandi monasteria, ubicunque in Francie provincia voleritis, sive in locis proprietatis vestrae, sive etiam in his, que per comparationis seriem tibi praedicto filio nostro obvenient, aut obvenierint, vel unde unde ad te pervenerint, vel pervenient. Et omnem cuiuslibet Ecclesiae Episcopum, aut alium quempiam Sacerdotem, in prossatis monasteriis ditionem quamlibet habere praeter Sedem Apostolicam hac auctoritate prohibemus. Ita ut nullus Episcopus, aut alius Sacerdos, vel etiam quispianus et laicus in quoquam contrarietatem eisdem monasteriis inferre presumant; nisi tamen Deo amabilis vir, vel successores tui Abbates, quempiam forsitan Sacerdotum permiseris ad quilibet spiritale opus peragendum, quando ipsa venerabilia loca edificaveris.

27 Sed et hoc omnino interdicimus, ut nullus Episcoporum praesumat Presbyterum aut Diaconem, vel reliquos ordines Ecclesiasticos in predictis monasteriis ordinare, vel Missas ibidem celebrare, nisi ille, qui ab Abbottate in tempore existente fuerit invitatus, Episcopum illum, qui hujusmodi consecrationem sacri Ordinis in ipsis canonibus constituerit, nullo modo alius eiuslibet Ecclesiae Episcopus pro eadem causa condemnare audiat. Sed et tabulas et chrismata similiter consecrandi vobis licentiam tribuimus. Et hoc B. Petri Principis Apostolorum auctoritate promulgantes sancimus, ut nullo modo Concilium Episcoporum, et Inicorum absque voluntate excellentissimi illi nostri Pippini Regis, vel tuo dilectionis, Deo amabilis vir, te audent quomodo Episcopum consecrare. Et omnes causas tuas vel erroribus tuis per Sedem sacratissimam Apostolicam reclamare licentiam habeas, et proprietate tua in omnibus fruaris, dum rationes deducere malueris, mina cum Misso Francorum ad Sedem Apostolicam: et interim nullus te condemnat, potius autem, sicut vere sacratissime Sedis Apostolicae propriis familiaris, ab omnibus optimi vigoris honorem percipias: ipsaque venerabilius edificata a te monasteria sub ditione sacratissime Sedis B. Petri Apostolorum Principis confirmata, protectione Apostolica in omnibus ut tecum in promulgamus: qualiter profecto juxta id quod stabilita Apostolicis privilegiis consistunt inconcessisse dotanda permaneant. Constituentes

sed monasteriorum a se fundatorum

E

qui libat aequali immunitatem imperat,

et exemptionem ab Episcopis.

F

et ut neque cogi ad Episcopatum accipiantur.

per

a S. Bonifacio
etriano. 783
necessaria ut
Abbas soluta-
tus.

Abbas agnoscitur ab Anselmo
Tato Bibliothecario, et
Stephano En-
pia.

A per hujus decreti nostri paginam atque interdientes omnibus cuiuslibet Ecclesie Præsilibus, vel cuiuscumque dignitatis præditis potestate, sub auathematis interpositione, qui eis præsumperit præsentis constituti, a nobis præfatis monasteriis indulti, quolibet modo existere temerator. Bene valete. iv Kalendas Martias, imperante domino piissimo Constantino a Deo coronato magno Imperatore anno xxxviii, post ejus consulatum anno xvii, sed Leone majore Imperatore ejus filio, anno iv Indictione x.

28 Hactenus Privilegium Stephani Papæ, qui, quamvis aliquot ante annis, ut supra dictum, in Gallias ad Pippinum profectus, longoquo tempore in monasterio S. Dionysii moratus sit, atque extituli morbo detentus, quo se ejusdem sancti Martyris beneficio druicatu liberatum fuisse testatus est, edita revelatione, ut vocatur, a Sirmondo pag. 13 vulgata; tamen in iam relato Privilegio nullam facit dicti monasterii S. Dionysii mentionem, neque S. Fulradum appellat hujus monasterii Abbatem, sed venerabilium monasteriorum ab eodem auspice fundatorum, inter quæ illud Dagoberto Francorum Rege constructum, negavit censeri: Incidit autem citata Indictione x, mensis Februario in annum mcccvi, labebaturque annus xxxviii, ex quo Constantinus Copronymus anno Leonis patris iv, Christi mcccxx, Indictione iii, die Pascha insens coronatus est Imperator a S. Germano Patriarcha, qui patre anno mcccxi, Indictione ix, xiv Kalendas Julias defuncto, regimen Imperii assumpsit, atque Imperii anno x, Christi mcccxi, Indictione iv in solennitate sanctarum Pentecostes filium suum Leonom, per Anastasium Patriarcham coronari curavit Imperatorem, uti Anastasius in *Historia ex Theophane narrat*. Hunc in privilegio Stephani Papæ relato annus Leonis filii non iv, sed vi legi debet.

29 Eudem Indictione x concessit idem Pontifex S. Fulrado hospitale et domum Romæ, de qua donatione etat sequens Præceptum ex schedis MSS. ab eodem Sirmondo editum.

Stephanus Episcopus, servus servorum Dei, Fulrado amabili Presbytero et Abbatu. Petentium desideris ita nos convenit impertire assensum, ut tamen sequentibus temporibus nullis Ecclesiastica utilitas valeat submitti dispendiis. Nam tunc petitorum postulatio congruum videtur suscipere effectum, quando Ecclesiastica prædia congrue ordinata ad meliorem fuerint sine studio statum perducta. Igitur quia petitis a nobis, quatenus hospitale positum infra basilicam B. Petri juxta sepulchrum B. Leonis Papæ, quod tenuit Ratclis monachus, juris ipsius basilice B. Petri, nec non et dominum positum juxta monasterium B. Martini, cum inferioribus et superioribus suis, cum metatu suo et horticello, quam tenuit Nazarius monachus, juris venerabilis monasterii S. Stephani cata Galla patria, volis ad tempus emissa præceptione concedere deberemus; inclinati precibus vestris, per hujus Præcepti seriem suprascriptum hospitale et dominum cum inferioribus et superioribus suis, vel omnibus in integrō pertinentibus, a præsenti decima Indic-

tione, diebus vitæ vestræ vobis concedimus detinendum. Post vero obitum vestrum utrumque hospitale et dominus, ut superius legitur, ad jus suprascriptum piorum locorum, cujus et est proprietas, in integrō nihilominus revertantur. Bene valete.

30 Mortuus est Stephanus Papa, vi Kalend. Maias, eadem Indictione x et anno mcccvi a cuius obitu videatur cura administratio monasterii S. Dionysii cum titulo Abbatis S. Fulrado commissa. Dubletius postquam lib. 4 antiquitatem S. Dionysii retulit rescriptum regium anno vi Pippini Constranno Abbatii concessum ut supra diximus, subjungit varia diplomata pro S. Fulrado Abbatie S. Dionysii signata, quatuor anno regni Pippini xv vel xvii, plura Caroli Magui. Ex his nonnulla post annum regni xvii, Christi mcccxxxvii referuntur data, quo tam tempore Maginarii fuisse Abbatem S. Dionysii supra ex Hadriani Papæ epistolis ostendimus, arbitramurque varia diplomata a Pippino et Carolo Magno indulta monasterio S. Dionysii, non apposito nomine ullius Abbatis, ut supra a Carolo Martello factum diximus, a posteriori S. Fulrado, ut viro valde illustri, fuisse attributa.

31 Tandem S. Fulradus maximis rebus pro Ecclesia Dei gestis, ac vita sancte perocia, præmium labrum suorum a Deo percepturus, in celos migravit: eius mors, sepultura eius sacerdotum corpus Lebene in Alsacia sepulatum est, aut certe ea translatum et hactenus sacro cultu a fidelibus honoratum, instituto anno festo ad xvii Februario, uti his fere verbis testatur Dubletius lib. I Antiquitatem S. Dionysii cap. 28. Aleinus postea Fulrado S. Dionysii Abbatii hoc statut Epitaphium, inter Carmine ejus num. 123 excusum:

Presbyter egregius valde et venerabilis Abba,

Strenuus actu, opere, pectore, mente pius,

Corpo Fulradus tunulo requiescit in isto,

Notus in orbe procul, noster in orbe Pater.

Inclitus iste sacræ fuerat Pastorque Capellæ,

Hic deus Ecclesie, promptus in omne bonum.

Hæc domus alma Dei magno est renovata decore,

Ut cernis lector, tempore quippe suo.

Iste pios Patres magno dilexit amore,

Reliquias quorum hæc domus alma tenet.

Creditum idcirco coelo societur ut illis,

In terris quoniam semper amavit eos.

Huic adiunguntur Epitaphium Maginarii, qui Fulrado successit: *ad quia cedit in laudem S. Fulradi, et chronologæ a nobis statutæ confirmationem, hic addimis:*

Bic sit sub pedibus tibi, Maginare, Mag istri,

Item sacra mundanis temporibus requies.

Te pius ille Pater teneris nutritiv ab annis,

Tu quoque successor ejus honoris eras.

Hoc (heu!) perparvum rexisti tempus ovile:

Floribus in mediis mors mala te tulerat.

Sed quem Christus amat, illi mors nulla nocet;

Post mortem melius vivit in arce poli.

Hæc Aleinus, anno mccciv, die Pentecostes xix Maii definitus.

DUCTORE G. B.
an tum Abbas
S. Dionysii

DUCTORE G. B.
ad viam pos-
silenda.

Diplomata ca-
ria S. Fulra-
do perperam
attributa.

epitaphium
ab Aleinu
compositum,

ab Hagi-
nario suc-
cessore ejus
discipulo.

F

DE S. BENEDICTO EPISCOPO IN SARDINIA,

Sylloge Historica.

J. N.

Arnoldus Mon. lib. 3 Ligni vita in Notationibus ad hunc diem, S. Benedicti Sardorum Episcopi se Natalem didicere scribit ex calendario perantiquo bibliothecæ Montis Casini, litteris Longobardicis exarato; ejusque ita ad hunc diem memoriam consecrat. In Sardinia S. Benedictus Februarii T. III.

dicti Episcopi Sardiniae, qui ab Abbatie Casinensi ad eam insulam, Rege rogante, missus, populum sibi commissum sanctissime rexit. Eadem habet Hugo Menardus, Brevis in hunc modum Benedictus Dorganus; S. Benedicti Episc. qui populum sibi commissum sanctissime rexit. Ferrarius quoque in gene-

rali

DE S. BENEDICTO EPISCOPO

AUCTORE I. P.

A rati Catal. In Sardinia S. Benedicti Ep. *Dionysius Bonfons in Triumpho SS. regni Sardiniae lib. 13 cap. 39* sepultum scribit S. Benedictum in basilica S. Saturnini, ibique illius anniversariam memoriam xvii Februarii celebrari: spectari in ara majori pictam ejus effigiem, monachili habitu, pedum Archiepiscopale manu gestantis, ad dexteram Deiparæ.

2 Ad Episcopatum erectus est Benedictus ab Urbano II Papa anno 1089. Colligitur id ex Petro Diacono lib. 4 Chronico Cosmense cap. 7, ubi ista habet: Sequenti tempore idem Urbanus Papa ad has iterum devenientes partes, Joannem Cajetaum, hujus loci a puer monachum, Diaconum in Lateranensi patriarchio ordinavit. Quo etiam tempore cum apud Trojam Apulie civitatem syodum celebraret... His diebus defuncto Leone Caetano Ecclesia Episcopo, Rainaldus hujus conobii monachus ibi Proses ordinatur. In Sardinie insula Benedictus, hujus monasterii monachus, defuncto Episcopo subrogatur. Duo leguntur ab Urbano II habita Troje concilia: prius anno 1089, ut videre est apud Bararium ad eum annum num. 8; alterum anno 1090 tempore Quadragesimæ. In hoc videri posset Benedictus, aut paulo post, factus Episcopus: præterea cum scribat Bertholdus Constantinus, ubi Pontificis diversis Ecclesiaram necessitatibus, synodali provisio compotenter succurrere curasse. Et quod Petrus Diaconus locum citato dicat sequenti tempore id contynisse, cum iterum ad eas partes devenisset Urbanus. Verum in parvo Chronico Casinensi auctoym scriptoris dicitur anno 1090 ecclesia S. Andrew Apostoli dedicata a Raynaldo Episcopo Caetano in Kal. Februario, tempore ante Quadragesimum, cum eo anno dies Cinerum incederit in Marti. Primo ergo Episcopus erat Rainaldus, ac Benedictus quoque: nisi si quis meane Januario prenotos velit, statimque dedicasse Rainaldum ecclesiam ab Olerio Abbe relictum.

3 De eodem Benedicto H'ion lib. 2 cap. 33 recentissimus Episcopus Ecclesiæ, qui ab littera S. incipit, ita scribit: Sardorum sub Calaritano Archiep-

piscopo; S. Benedictus monachus monasterii Casinensis, vir doctus et sanctus, (de cuius miraculis liber unus se scrupulso refert Petrus Diaconus) ab Urbo Papa II circa annum Domini cccc Episcopus Sardorum creatus, in sanctitate vita finivit die xii Calend. Martii. Eadem fere scribit Antonius Yespesius in Chronicis Benedictinis centuria 7 ad an. 1088 incertum autem cap. 2, Vivac citato, Bonsantus H'ionis verba Latine Calaritanus representat, sed titulum capituli ita exprimit: Sardorum Calaritano Episcopo, Additique Calaritanum Archepiscopum, Sardinie Primatum, titulo Sardorum Episcopi designari: quod nobis sane non probat. Quamquam Petrus Diaconus non Sardorum Episcopum appellavit, sed in Sardinie insula Episcopum. H'ion uidetur alterius cuiusnam Sedis Autistriæ cum stateret, tunc quod non inter Archiepiscopos, sive in littera Cap. 20, sive S. cap. 31, sed inter Episcopos eum receperat; tunc quod addat, sub Calaritano Archiepiscopo. Si tamen verum est, quod idem Bonsantus scribit, in eadem S. Saturnini Culari rectore illius effigiem in atra principi, videri probabile posset, Archiepiscopum eum urbis fuisse.

4 De miraculis ejus ista habet Petrus Diaconus: Hujus Benedicti miracula qui scire cupit, librum, qui a nobis ante septem annos de miraculis scriptus est, perlegat. Eum nos librum non vultus. Cujus ianuio fit in supplemento libri de viris illustrib. Casinensis, cap. 47, ubi ista de eodem Petro leguntur: Miracula Casinensis monachorum, que scripta adhuc minime erant, descripsit. Habemus Petri Diaconi librum MS. qui inscribunt Ortus et Vita Justorum sacri conobii Casinensis; item libellum de viris illustrib. episodum sacri canobii editum Ronze, cum accurate annotatissimis V. CL. Joannis Baptiste Macri. Sunt in utroque Benedicti aliquot, sed non hic Sardinie Episcopus. Citat H'ion librum ejusdem Petri de Sanctis monasteriis Casin. Au is sit liber de Miraculis, hanc scia. Negligentius legit Chranica Casinensis Bonsantus, si tamen legit, qui Benedictum haue Abbatem illius sacri canobii dicat fuisse.

Claruit miracula quæ aucto
300 annos :
descripta,

E

DE S. CONSTABILE ABBATE CAVENSII IN ITALIA,

Commentarius prævious.

J. B.

AN. CCCLXXIV.
XVII FEB.S. Constabilis
natalis 17 Feb.Vita a coexto
neo scripta,

Cavam civitatem esse Italie in Campania agerique Picentini confinibus, juxtaque eam per unquam monasterium, unde ipsius origo civitatis munivit, ostensum a nobis est x Januarii, ubi de B. Benincasa octavo illius Abbatæ egimus. Ibidem indicatum, primos quatuor Abbatæ officio Ecclesiastico ac Missa honorari: alios acto Beatos predicari, inque singulorum natali sacrum fieri de sanctissima Trinitate, qui monasterii ipsius titulus. Abbas quartus S. Constabilis fuit qui xvii Februario editus: quem et recentiores ita in suis Martyrologiis praedebent. H'ion ac Menardus: In monasterio sanctissimæ Trinitatis Cavæ, depositio S. Constabilis Abbatis, miraculis clari. Benedictus Dorganus: S. Constabilis Ab. miraculis clari. Philip. Ferrarius in gener. Catal. SS. Cavæ in Picentibus S. Constabilis Ab. uigilie idem de eo fluenter in Catal. SS. Italie.

2 Vita ejus a coexto scriptore tradita litteris, Indicat ipse etatim suum, cum cap. 2 num. 8 ita scribit: Multi adhuc in monasterio supersunt, qui dum ejusdem conversationem recolunt, in ejusdem descriptione panes omnino atque indigna mo dissius judicabant. Et clarus cap. 3 num. 13, ubi de monachorum uari in Africam tendente loqueus, Cui, inquit, Joannes tunc monachus, nunc etiam Abbas S. Benedicti, præverat. Et mox eadem Joanni man-

dasse in somnis S. Constabilem ait: Vade, dic Simeonem Abbati, ut corpus meum levet. Successor erat viri sancti Simeon, obitum xvi Novembrii CCCLXI.

3 H'ion Vitam hauc extare testatur in Cavensi bibliotheca, Longobardieis Characteribus in membranis descriptionem a D. Joanne Capuano: eamque ipsam a Jacobo Mosandri Carthusiano in Iuctaria ad Sarci Vitæ editum. At Joannes illv Capuanus, primus Vitæ hujus auctor non fuit, si veru sunt, quæ Antonius Yespesius in Chronic. Benedict. centuria 6 ad an. 1030 cap. 3 queque ipse H'ion tradidit. Ille enim B. Simeonem et consequentiam Abbatum res gestas in uno descriptas volumine ait fuisse, hoc autem volumen esse deperditum, ut asserit (inquit) Joannes Capuanus. H'ion hoc distichon citat a Joanne Capuano de S. Constabilis compositum:

Quoniam Constabilis Pater incolitus et venerandus, Cœlia regna potens, fecit nunc sedibus almis, sed pro Pater incolitus, legit puer incolitus. Habemus ejusmodi disticha xii, composita ut ad sanctorum xii Patrum Caveusiū imagines apponentur, et eodem, ut appareat, styllo, ab unoque auctore. Cum ergo B. Leo n' oliverit anno CCCLXVI, si illorum omnium distichorum auctor est ille Joannes Capuanus, is cl. numerum anatis reverior est prior illa auctore, quem Avantuum scribemus, donec quis nomine eruat. Eam

non Joanne
Capuano,
ut quidam vo-
lunt,

nos

A nos Vitam, sed contractam, Neapoli ab Antonio Beattio nostro accepimus, ex Chronico MS. Cavensis monasterii, ab anonymo Venusini monasterii monacho olim confecto, et postea ab Alexandre Rudulpho Praeposito Sublacensi aucto, ut habet titulus. *Dubitacionem omnem de auctore illo eximit item MS. Chronicum, dum ad Vitam B. Simeonis ista subnectit:* Floruit hujus beati viri tempore inter Cavenses monachos Pater ille eruditione illustris, qui sanctorum Patrum Alferii, Leonis, Petri et Constabilis, aliorumque nonnullorum Cavensium monachorum Vi-

sed Abbatem Venustino, antea monacho Cavensi:

tas graphicis luculenterque descriptis: quique in Venusino sanctæ Trinitatis econobio (quod Cavensis congregationis tunc erat) Pater extut monachorum. Quod ipsem in ejusdem sui libri proœmio asserit, et in B. Petri Abbatis Vita circa fium B. Simeonem Abbatem suum appellat, et Vennsini monasterii, cui præterat, mentionem facit. *Hæc arbitrari ab Alexandre Rudulpho adjecta, qui et ipsa nonne ignoravit illius scriptoris. Extat quod citut proœmium in 3 editione Surii xii Aprilis, ante Vitam S. Alferii. Quod ex Vita S. Petri, infra recitabimus.*

4 Obiit S. Constabilis, ut in citato MS. memoratur, tempus mortis. xvii Februarii, cœcxxxiv, cum præfusset monasterio

B annos v, menses viii, dies vii, a morte S. Petri dcessoris menses xi dies xiii. Nescio quem auctorem sentent sit Paulus Regius tom. 2 de SS. regni Neapolitanis pag. 374, dum defunctum scribit anno cœcxxxv. Eum tamen errore utcumque emendat, ant certe duplicat, dum addit id contiguisse tempore Henrici iv Imp. qui anno cœcxxxv obiit. *Non contendit decessisse S. Constabilem anno cœcxxxvi vel cœcxxxii ad summum. Obiit enim Abbas, inquit, nec de abdicatione, seu resignatione, quidquam eius Vita loquitur. Loquitur autem diserte num. 6 de successoris ablicatione, que contigit anno cœcxxxv.*

S Lubet hic S. Constabilis ex citato MS. attexcere elogium, ab eodem, ut opinor, Alexandro Rudulpho cœcinnitum, quod ita habet: S. Constabilis Lucanus, vir maximæ sanctitatis et miraculorum gloria clarus, in monasterio Cavensi educandus puer a parentibus Doinino oblatus, et sub B. Leone primum, ac deinde sub B. Petri Abbatis magisterio instructus, et ab eodem in ipsius monasterii regimine successor et Abbas institutus iv Id. Junii cœcxxxv, dignissime præfuit: castrumque in Cœlenti regione (quæ tota pene ipsius monasterii dominio subjacebat) insigne construxit, quod ab ipsius fundatoris denominazione Castrum Abbatis nuncupatur. Merito ex ejus frugalitate ac solertia sanctissimo predecessori suo æquandus esse sperari poterat, nisi tam subito vita subtractus fuisset. Nam talis ac tantus Pater, cum ne annum quidem integrum post B. Petri Abbatis obitum in regimine pœnititissimt, ad melioris vitæ statum, regnique cœlestis gloriam, translatus fuit tertio decimo Calendas Martias cœcxxxiv. Ejusque sanctum corpus in arca marmorea locatum, non procul a sacra crypta quiescit, miraculis cœberrimis, Domino pristante refugens. Vacavitque ab ejus obitu Cavensis cathedralis dies xv.

6 *Idem auctor, qui S. Constabilis Vitam scriptis in S. Petri decessoris ejus Vita iv Martii sub finem istu habet: Joannes quidam Roncanus, monachus ejusdem nostri monasterii, qui etiam ad hoc Venusinum monasterium tecum venit, quante simplicitatem et religionis vir fuerit, a multis cognoscitur. Illic autem in castro S. Adjutoris cum ceteris Fratribus manere jussus fuerat. Quadam vero die ad monasterium veniens, id quod apud memoratum castrum noviter gestum noverat, retulit dicens: Dominus Leoni Barensi, magistro ejusdem castri, hesterna nocte Dominus Abbas Petrus in somnis appariuit, eique dixit: Frater Leo, quare tam negli-*

genter agis, et debitam psalmodiam defunctis Fratribus nequaquam reiddis? Festina, et præpara te, quia sub magna eris celeritate moriturus. Evigilans autem, timore prenuntiati sibi obitus pavere mirabiliter cepit. Cui etiam sequenti nocte venerabilis Abbas Constabilis apparuit, et eadem dixit. Ex qua nimurum geminata visione ita territus est, ut in eccllesia psallens, his quotidie ex ordine psalterium repeteret, et ab omni illa otiositate sua quiesceret. Post aliquantos vero dies idem Leo monachus languore correptus obiit, atque quod veritatem vivendo dixerit, moriendo firmavit. Hæc autem mihi Joannes venerabilis monachus, adhuc vivente eo, qui visionem sue mortis viderat, narravit. Quæ cum in ejusdem obitu impleta didici, credere ea etiam cœpi, quæ per memetipsum non vidi.

**AUCTORE I. B.
apparitione, et
negligenter
orantis pro
mortuis incre-
patio,
et ita mortis
denuntiatio.**

VITA

auctore coetaneo anonymo,
ex MS. et Mosandri editione.

CAPUT I.

S. Constabilis institutio in monasterio, virtutes.

Quia viri valde venerabilis Abbatis a Constabilis mentionem feci, ea etiam debemus scripturæ tradere, quæ de ejusdem vita atque miraculis venerabiles monasterii sui senes soliti sunt cum magna devotione narrare. Hic itaque b Lucania provincia exortus, ab ipso pueritate sue tempore beato viro a Leonii Abbati Cavensi in Dei servitio erudiendus a parentibus traditus fuit. Qui licet sub ipsius venerabilis senis institutione proficeret, tamen ab æque landabili viro d Petro Abbatte ejusdem monasterii, in monastici ordinis disciplina plenus instructus, ea perfectione claruit, ut conversationis fulgore non simplicem gereret, sed honestas sue vitae gloriam spiritualis doctrine radiis illustraret. Nam (quod valde sublime Christianæ e felicitatis est) ab ipso fere initio vite sue jugum Domini leve suscepit, et earnis sue integritatem, cum immaculata mentis splendorè conjunctam, usque ad vitæ sue exitum duxit.

E 2 Quod vero nobilitatem deinceps, evangelicam simplicitatem, in vita rectitudine omnino puram et simplicem tenuit: sed rectæ intentionis et pii operis bonus tam decenter exhibuit, ut et per simplicitatem optime viveret, et per operis honestatem, quæ faciebat, contubernalibus suaderet. Hinc ergo, ut palam cernitur, quia magnus in regno cœlerum sit, colligere facile poterit, qui Evangelii verbis repugnare nolit; in eo quippe veritas dicit: Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Quæ profecto doctrina non tantum verbo impeditur, sed multo magis exemplo: nonnulli enim perfecti viri in sancta Ecclesia, etsi verba prædicationis non exhibent, ceteris fidelibus tamen per exempla eximiae conversationis f prossunt: tacendo loquuntur, quia ad imitationis sue studium electos alios voce exemplorum trahunt. Nec mirum, si g persuadere efficacius possunt: quia etsi una lingua g præcipue exemplio. tacent quam habent earnis, tot linguis docent, quod proferunt exempla virtutum.

3 Hinc nunquæ est, quod primis sanctæ Ecclesiæ Doctoribus scientia omnium linguarum datur, ut succedaneum suum subsecutiva Ecclesia sortiretur: ut si linguis non habet omnium nationum, nulla vi- Act. 2 te ejusdem desint exempla virtutum. Sic nimurum summus Pontifex sancta sanctorum ingredi, Domini jubente, præcipitur, cum docetur, ut in pulchritudinem vestis extrema tintinnabulorum exhibeat magnitudo soni. Sancta quippe sanctorum, secreta Exod. 28 vita

*castrum ab eo
extricatum in
fundis monas-
tero*

repoltura:

**S. Constabilis
in monasterio
litteris et pœ-
tate eruditur,** e

*parus mente et
corpo:*

Math. 5. 19

f

g

præcipue
exemplio.

A vita est novi testamenti: quia dum Redemptoris exemplo mundus perfecte despicitur, interiora tabernaculi per serventia celestis patris desideria jam tenentur. In hoc quippe sanctuarium velut summus Pontifex solus intrat, quicumque Redemptorem serventer diligit: quia dum singulariter in ejus amore sustollitur, virtutum fulgore, velut pontificali ueste in interioribus exornatur. Quae si in exemplo aliorum prodeant, quia fideliom mentes ad pia unctionis studium provocant, quasi in vestis pulchritudine tintinnabula multa sonant: quia tempore nostrorum tot voces excitant, quot coram nostris oculis exempla virtutum clamat. Magnum ergo in regno celorum non verba aliquena, sed opera faciunt: quia qui summa doceant, multi sunt: qui autem summa, quae sciunt, vivendo teneant, pacem. Et quia nonnulli sunt, qui bona, quae faciunt, pro humilitatis teneritudine abscondunt, magni in regno celorum, qui faciunt et docent, digne praedicantur: quia profecto ex immensa virtute habent, ut fortia agant; ex perfecta caritate, ut acta ad exemplum proferant; ex solidâ humilitate, ut ea, quae proferunt, nulla humana laudis aura corrumpat.

A vi. Respondit Maximus : Vere quod tu cognovisti, et ego desidero : tamen non debet elongari natio nostra a sublimitate Augustorum. Dicit ei Caius Episcopus : Nos te communemus, ut credas Dominum Jesum Christum Deum filium sempiternum. Quia sublimitas haec, quam videmus, temporalis esse cognoscitur : illa autem, quam nos predicamus, sempiterna, innoxia detinetur et amabilis. Hoc audiens Maximus, cum gaudio suscepit. Dicit ei Caius Episcopus : Nostri, frater, omnia que dereliquimus, quae vobis diximus, quanta vobis commisisimus, et nihil speravimus, quam Dominum nostrum Jesum Christum, per quem vivimus et gloriamur. Respondit Maximus et dixit : Ne tardes in me, Domine, sed quod cognoscis expedire in me, sicut in vobis, facite celerius. Tunc indixit Maximo jejuniū, et præcepit, ut ambularet ad domum suam.

B 20 Veniens autem ad domum suam Maximus, nihil alicui confessus est, sed tantum detinebatur amore fraternitatis, qui tantum cupiditate amoris Caii Episcopi et Gabinii Presbyteri detinebatur, ut morte præposita Dominum confiteretur. Quod tamen cum ipsis diebus illis fecit consilium, et intra quinque dies coepit venundare facultatem suam, et distribuere pauperibus Christianis. Post quintam diem veniens mundus misit se ad pedes Caii Episcopi, dicens : Adjuro te, Domine mihi, per ipsum, per quem illuminasti fratrem nostrum Claudiū, ne me tardes illuminare, quia sensi compunctionem in corde meo Domini nostri Iesu Christi, quem tu predicas, a die quo mihi dignatus es sermonem sedificationis donare. Dicit ei Caius Episcopus : Ergo inclina cor tuum in invocationem Domini nostri Iesu Christi. Respondit Maximus et dixit : Ego miser infelix homo sanctimonium vestrum, ut salvatis animam meam, et eruatis me de profundo idolorum tenebrarum, et ad veram lucem perducere dignemini. Caius Episcopus dixit : Audi me frater, si ex toto corde credis et abrenunciias pompis, angelis satanae. Respondit Maximus : Ego semel abrenunciavi, quia vestro exemplo vivere volo. Tunc catechizavit eum Gabinius Presbyter, et omnia sacramenta manifestavit ei. Et S. Caius Episcopus fecit secundum consuetudinem, ut moris est, et baptizavit eum : et levato de pelle, linivit eum chrismatis sacramento, et obtulit pro eo oblationem Domino, et participati sunt omnes : et coepernut omnes ab eodem die simul habitare cum gaudio et hymnis.

C 21 Maximus autem omni nocte venundabat facultatem suam, per quemdam amicum suum f. Thrasonem Christianissimum togatum, qui occulte assidebat publico, habens in corde suo cum reverentia religionem Christianam, quem ante multos annos Caius Episcopus baptizaverat : qui magis gesta sancto-

rum Martyrum colligens ornabat, et omnia nocturnis temporibus pauperibus Christianis erogabat, circumciens per vicos et carceres et custodias.

EX ALTISS. MSS. S.
SUSANNE ;

22 Eodem tempore post dies quindecim divulgata est fama Maximiano a quodam pagano, adjutore Comitis rei privatæ, nomine g Arsicio, Diocletiano Augusto quasi ad gloriam dicens : Sacratissime Principes et semper Augste, magna fama declaratur de famulo vestro Comite rei privatæ, eo quod multis subveniat egentibus alimonia. Nam multi in ejus humanitate fama declarant facienti. Diocletianus Augustus dixit ad Arsicium : Perquire mihi, unde hoc pecunia auxilium habere cognoscitur. Respondit Arsicus, et dixit : Sacratissime semper Augste vicit, si licet loqui suggero. Diocletianus dixit : Loquere fiducialiter. Arsicus dixit : Facultates suas transigendo venundat, et exinde facere hoc videtur. Nam et Christianus esse cognoscitur, factus a Caio et Gabinio. Hoc auditio Augustus Diocletianus secretum habuit in semetipso, et retulit h Serens uxori suæ, eo quod filiam Gabini postulasset Maximiano uxorem. Serena hoc auditio magis confortata est, et dedit gloriam Deo, quia et ipsa occulit Christiana erat. Respondit Serena Augusta dicens : Quod tibi imperatum fuerit a superna majestate fac.

g

23 Tunc Diocletianus Augustus, contempsit uxorem suam, et vocavit ad se quemdam Julium paganum crudelēm, et habito cum eo consilio, dixit ei : Misi carissimos meos ad quemdam, petere uxorem filio meo : illi autem contententes præcepta mea, qui fuerunt mei, immo magis Christiani effecti sunt. Respondit Julius et dixit. Omnes contemptores Principum, etiam si injusta præcipiant, puniuntur. Pies autem vestra et prudentia, et quod justum est imperatum, erat faciendum. Quare in i evolutione adductum est, sine mora ponuntur contemptibiles. Et jussit Diocletianus Augustus Julio, ut ipse dirigerebat milites, et tenerent omnes, ut tantum Caium Episcopum non tenerent. Sei tenuerunt Gabinius Presbyterum cum filia sua Susanna, et Claudium cum uxore sua vel filiis, et deportari in civitatem k Comus, quos jussit in iure concremari : Claudium et Prepedignan et Alexandrum et Maximum in Ostia in rheuma jaetari. Gabinius vero Presbyter et Susannam fecit in custodia vinclis mancipari.

enim Claudio et
alii comburi-
tur,

i

k
Gabinius et Su-
sanna custodia
traduntur.

l

a MS. S. Mar. Arcum — b MS. nostrum osculaverunt. — c MS. nostrum et Monbr. tanto ambitionis. — d Monbr. est — e blm sanctipindam. — f S. Thrasonis mentio pt in acts S. Marcelli pag. 10 Januarii mii. 2 e. v. Colitur 11 Decembre. — g Alti, Arsilius, Monbr. nunc Arsicius, nunc Arsacius. — h Colitur S. Serena Augusto 16 Ann. — i MS. S. Mar. evolutionem. MS. nostrum, in eo evolutionem Monbr. evolutione — k An Cunus. — l Quomodo ergo in ostia in rheuma jaetari — sursum nomen ostium, itaque expressi in e. ibam possit deportari, et flumini concremari, apud Ostiam in aqua jaetari — l Ita enim quidam Martirologio excusa et MS. P. ipsa fluxum significat, hic profuen- tem, Tiberim videlicet, aut mare.

o. u.

DE S. EPIMENEO, VEL PIMENIO, PRESBYTERO MARTYRE BRIXIE IN ITALIA.

VIII FEBR.

Iustus Brixie extat sanctimonialium canobium, S. Julie Virginis et Martiri dicitur, cuius corpus ex insula Gargonia ab uxore Desiderii Regis Langobardorum, seculo Christi VIII, in translatum seruit, ab eoque coronatum S. Julie appellatum, ne priuatum hujus loci Abbatissum fuisse Antwerpam ipsius Regis filium. Colitur S. Juba XXI Maii. In hoc canobio quiescat corpus S. Epimenei, cum reliquis plurimorum Sanctorum anno 1010 translatum : ut haec inscriptio apud Ughellum tom. 4 Italie saec. in Theodaldo Episc. Brixien. pag. 734 docet : D. O. M. Hoc ex veteri ecclesia, sanctorum Virginum et Martirum Julie, Pistis, Helpis et Agapes, ac Sophiae Februarii T. III.

carum matris, nec non duorum Innocentium, Sanctorumque Epimenei Justiss. et Hippolyti ac Concordie ejus nutricis Martyrum, Beatique Officii Confessoris, corpora cum innumeris sanctis Reliquiis, Clemente VIII in cura pastorah, et in Sereniss. Veneti, dominio Marino Granaio Duce residentibus, Brixia vero D. D. Marino Georgio Cath. Ecol. Episcopo, R. P. D. Flaminio Faldeo Bonomensi S. Euphemiae Abbate, etiundique hujus amplissimi, in quo moniales circa XX Deo laudabiliter servunt, R. D. Susanna de Montinis Abbatis, existentibus, translatata fuere circa die XVI Kalend. Januarii. Haec ibi.

2 Coluntur S. Sophia XXX Septembris, ejus tres fi-

9 hæc

Brixie in mo-
nasterio S. Ju-
lie ad crever-
tus S. Epime-
nei.

translatuntur,
1000.

A *tia et Augusti, SS. Innocentes xxviii Decemb. Hippolytus et Concordia xxi Augusti, S. Obitius iv Februario, ubi aliqua ejus Acta dedimus. At die hodierna xxii Februario colitur S. Epimenius justissimus, quod illi epitheton dari suspicimur in illa inscriptione. De eo agit ex antiquo Calendario Ecclesiae Brixensis Galesinus his verbis: Brixiae S. Epimenij Presbyteri et Martyris. Ferroris in Catalogo SS. Ital. ista scribit: Epimenius Presbyter Brixianus, quo tempore martyrium passus sit, nondum legi. Colitur tamen Brixiae, uti Tabula eisdem ad usum sacerorum composite habent: ac ejus mentu in Martyrologio Ecclesiae Brixensis, et in Martyrolo. Petri Galesini fit. Ejus corpus in aede S. Julie Brixiae conpiscit. Eundem inscripsit SS. generali Catalogo uero Ferrarius, annotataque in Maurolyco Pigmenium scribi, cumque frequenter Sanctorum et locorum nomina pervertere.*

B *3 Murelycens et Feliens ista trahunt: Item Pigmenii Presbyteri et Martyris. MSS. Martyrol. Ultrajectinum S. Marci et Trenirese S. Martini, salutem ista holent: Item Pimenii Martyris MS. Richeno viense: Alii S. Pimenii Martyris MS. Aquisgranen sis ita incipi: xii Kal. Martii Natalis S. Prineni Presbyteri ad sanctos duos seces. Greven in Auctorio Usuarii socium jungit, et Romae adscribit: Romae Pimenii Presbyteri et Fausti Martyrum. S. Pigmenius Presbyter Juliani Imperatoris Magister, corpus fuisse in Tiberum projectus dicitur, itaque martyrium compleverisse, colitur xxiv Martii.*

C *4 Colitur et xxiv Martii S. Epigenius a Baronia inscriptus Martyrologio Romano his verbis: Idem*

Romae S. Epigenii Presbyteri, qui in persecutione Diocletiani sub Turpione Judice gladio cæsus, martyrium consummavit. Annotatque Baronius mentionem de eo haberet in Actis S. Crescentii pmeri, quem baptizavit. Hie Romae etiam sub eodem Judice gladio percussus, refertur xiv Septemb. cuius corpus a Stephano Papo ix acceptum. Altfredum Episcopum Senensem anno ccclvi Senas transalisse tradit Ughellus tom. 2 Italia sacre pag. 626. Ast ubi S. Epigenius corpus conditum fuerit, aut ubi hoc tempora quiescat sciri non posse videt ad xxiv Martii Ferraris in Catal. SS. Ital. Forsan illud Brixianum translatum est, uti corpora aliorum Sanctorum, quæ in eadem cunobio uiservantur, aliunde sunt asportata: atque ita Martyr Romanus ab Greven Carthusiano dicitur, a reliquo etiam Presbyter, nec nomina Epigenius, Epigenius, Pigmenius, Pimenius, multum discrepant. Et a Baronia in Annalibus an. 303 num. 114 Pigmenius dicitur, qui in Martyrologio Epigenius.

D *5 Denique num Faustus ab Greven adjunctus, ejus fuerit in martyrio socius, medium legimus. Baronius in Notis ad xiv Septemb. litt. E usserit se de martyrio quis Faustus illi socius juncetus?*

E

Acta nobis nivalam licet videre, neque scimus an ulius

Faustus illis socius fuerit. Est Faustus Romano

Martyrologia adscriptus, alias xxiv Iunii, alias Ku-

lendis Augusti, ille socius martyrii habuit inquit tres,

hic socius adjungitur SS. Boni Presbytero, Munro,

aliquis Martyribus, ignoramus mentio sit in Actis S.

Stephani Papæ et Martyris n Augusti.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

LUCIO, SILVANO, RUTULO, CLASSICO, SECUNDINO, MAXIMO, FRUCTULO, DAMASO, PAULO, MARTIALE.

G. II.

XVII PEDRO

Martyres relatu
bus aliquo loco,

et cum aliis
Sanctis.

alibi Concordia urbi Iau
ta adscripta,

B *aronius in Notis ad Martyrol. Romanum, xvm Februario littera C. collatur hos Martyres plus fortasse prætermisso esse, quod nec civitas ubi passi, nec tempus ibidem inheretur expressum. Ubi videtur Bedam, Usuardum, Adonem nature, apud quos nulla horum mentio est, nisi in exemplaribus postea auctus. Referuntur horum aliqui absque loci temporis nota in Martyrologio MS. Luedensi S. Lamberti: Item SS. Rotuli, Silvani, Paulini, Maximi, Hermannus Greven in Auctorio Usuarii hos omnes conponit: Item Rutuli, Classici, Damasi, Trulli, Lampasti, Majoli, Silvani et Maximi. Ex quibus Tullius, Lampasius, et Majodus spectant ad diem xix Februario. Eodem modo intermissione in MS. Aquisgranensi Rutuli, Bassi et Classici Tulli, Lampasii, Maroli, aliis Majoli.*

C *2 Lucum ali assignant urbem Italie Concordiam, de qua actum pridie, seu xxv Februario, quando ibi coluntur Martyris circiter novaginta, quorum undecim sive nominibus exprimuntur, quorum etiamnam sacra ossa illuc adserantur. Ubi observavimus eorum martyrium in nonnullis Martyrologiis attribui Africam, et vice versa, qui hoc die coluntur, dei Concordia passos. Quod utrum opnamur amanuens esse. Ita in MS. Martyrologio Romano, seu S. Hieronymi, huc leguntur: xii Kalend. Martii, in Italia civitate natalia Rutuli, Silvani, Classici, Secundini, Fructuli, Damasi, Interrapis, Pauli, Martialis, Maximi. In MS. Aquisgranensi post Martyres ante relatios huc habentur: Itali ejusdem Concordia Silvani et Classici, Secundini, Fructuli, Damasi, Pauli, Maximi. Omittuntur Rutulus, Interrapis, et Martialis. Et qui supra Bassiens ponentur, hic tamquam aliis Classici reputantur. In MS. Rhenensem, seu Augiæ dicitur prope Constantium, hi Martyres enumerantur: In Italia*

civitate Concordia, Rutuli, Silvani, Classici, Secundi, Damasi, Pauli, Martialis, Maximæ. Omittuntur Fructulus et Interrapis: et qui aliis sunt Secundini et Maximis, hic scribuntur Secundus et Maxima. Quid vero Interrapis, urbs, an Martyr aliquis?

D *3 Illos in Africa passos memorant olli. Martyrologium Romanum: In Africa sanctorum Martyrum Lucii, Silvani, Rutuli, Classici, Secundini et Maximi. Annotat ibidem Baronius, hos omnes restitutos esse ex pervertstu codice, cuius sapientem meminit, scilicet monasterii S. Cyrici: in quo hi referuntur: In Africa SS. Rutuli, Silvani, Cassici, Secundini, Fructuli. Deest Lucius, et Cassius scribitur in apographo nostro, qui alius Classicus est. In MS. Regimæ Sueciae, quod fuit Ecclesiæ Silvanetensis, et MS. Carmelit. Colonensis tres solum exprimuntur: In Africa SS. Rutuli, sive Rotuli, Silvani, Maximi Martyrum. Intem cum aliis ad sequentem diem reperiendis membrantur in MS. Aquincineto: In Africa passio SS. Publpii, Juliani, et Marcelli. Item SS. Silvani, Rutuli et Maximi. In MS. S. Maximini duo solum referuntur, Rutulus et Silvanus in Africa passi. In MS. Latiensis quatuor nominantur, sed quasi in duas classes distincti: In Africa natale SS. Rutuli, et Damasi. Ipso die Salvini et Paulini. Hos alii Silvanum et Paulum appellant. MS. monasterii S. Martini Tornac: In Africa natalis SS. Rutuli, Damasi, Silvani, Cassici, qui alius Classicus est, et seorsum additur: Et depositio S. Martialis Episcopi, de quo max agemus. Qui in Martyrologio Romano collatetur primo loco Lucius, reperiatur in MSS. Ultrajetino S. Marie, Bruxellensi S. Guidilæ, ac variis sub nomine Usuardi ad usum Ecclesiæ Belgicæ auctis, Floratio MS. Martyrologio Coloniae 1490 edito, Romano Bellini, et Auctario Molani: In Africa Lucii, Silvani et Maxi*

videntur po
tius in Africa
passi:

F

A mi, qui in Usuaro Lubecæ anno 1475 excusa dicitur Maximilianus. Notkerus ita scribi: In Africa Rutuli, Silvani, Classici, Secundini, Fructuli, Damasi.

^{AN. COCCXV.} ^{XVIII FEBR.} ^{AN. COCCXV.} ^{XVIII FEBR.} ^{AN. COCCXV.} ^{XVIII FEBR.} ^{AN. COCCXV.} ^{XVIII FEBR.}

Eosdem Martyres in quasdam classes dignitatum distribuit Galesinius, et persecutioni Vandalicæ attribut. atque ex citato in Notationibus codice MS. istu habet: In Africa SS. Lucii, Silvani, Rutuli Clericorum, et Maximi monachi, qui in persecutione Vandalicæ crudelissime cruciati, et tormenta et necem pro fide fortiter subierunt. Quæ in Martyrologio Canistri etiam leguntur: et mos tamquam diversi repetuntur, in Africa passi Lucius, Silvanus et Maximus. Ghinius ex Molano, Galesinio et Baronio hoc eos illustrat elogio: In Africa saeceptorum Martyrum Lucii, Silvani, et Rutuli Clericorum, Classici, Secundini, Fructuli et Maximi monachi, qui in persecutione

Vandalica crudelissime cruciati, et tormenta et necem pro Catholica fide fortiter subierunt.

SQui in MSS. Richenoviensi et S. Hieronymi aliis adjungitur Martialis, seorsum collocatur in MS. Tornacensi supra citato hisce verbis: Et depositio S. Martialis Episcopi. Antiquo Calendario MS. quod penes nos est, etiam inter paucissimos Sanctos Februario, inscriptus est Martialis Episcopus, utrūx Februario Auctore &c. B. Auctore &c.

An S. Martialis Episcopi Lemovicensis depositio indicetur?

Et modis tamquam diversi repetuntur, in dicto MS. Tornacensi et variis aliis, quem alii tradunt abisse xx Maii. Forte eodem modo S. Martialis Episcopi Lemovicensis depositio, nihile solennitas incidentur: cuius præcipua veneratio fit xxx Junii. Wan-

derbertus ad hunc diem de S. Martiale hac eavit:

Bissenunque diem Martialis sanctus honorat. Intelligitur dies xii Kalend. Martii.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

MARCELLO, MACROBIO, GEMINO, ROMULO, SILVINA, CARSICIO, FRUCTULO.

G. H.

XVIII FEBR.

Martyrologium MS. Romanum, quod ob suam antiquitatem merito maximi facimus, S. Hieronymi nomine praetitulatum, relatus oīis Martyribus, ita concludit: Et alibi Marcelli, Macrobi, Gemini, Romuli, Silvinæ, Carsicii, Fructuli. In perpetuo MS. Richenoviensi aliqui horum memorantur: Et alibi Marcelli, Romuli, Silvini, Carsicii. Refertur in MS. S. Hieronymi alter Fructulus hoc die relatus, uterque omissus in Richenoviensi. In

MS. Aquitanensi preter Rutulum et Classicum inter alios Martyres relatios memorantur Rutulus alter et Dassicus: ubi forte reponendi Rumulus, seu Ronnus, et Cassius seu Carsicus. Dedimus et Macrobius Martyrem xvi Februario, sed aliis junctum sociis, et in Africa pessum. Marcellus legitur in MS. Aquitanico, sed in Africa passus cum Publio et Juliano, qui tres ad sequentem diem sunt referendi.

E

DE S. LEGONTIO EPISCOPO METENSI IN BELGICA I.

J. B.

AN. COCCXV.
XVIII FEBR.
S. Legontii na-
talis 18 Febr.

xstat.

Duodecimus Ecclesiæ Metensis Antistes statnatur a Paulo Diacono, Joanne Chenu, Demociture, Claudio Roberto, S. Legontius. Obiit xii Kalend. Marti, ut Chenu tradit. Eo die ista leguntur in Martyrol. Metensi, Menrissio teste: Metis depositio S. Legontii Ep. Et in MS. S. Gudule Bruxellie: Metis S. Legontii ejusdem urbis Episc. et Conf. Eudem habet in generali Catal. SS. Ferrutius; sed nullit, dum Mulinum citat in Notis. Non enim hujus, sed Trovirensis Legontii meminit Molanus, et quidem xix Februario.

2 De S. Legontii, ac S. Phronimii ejus successoris, aliquid vita, præter nomina, nihil ad nos deduxit relatio prisca, inquit Paulus Diaconus in libello de Epp. Metensib. Meurissius Malaurensis Episc. ac Metensis Suffraganus, in historia Metensem Epp. sicut, ab anno ccxvi ad ccxxv illi Ecclesiæ præfuisse Legontium, ac Firdunensi quoque Pastore tunc proprio destitute, consuluisse, difficultissime sane temporibus: quam ipse tamen Chronologum nullis firmat characteribus.

3 Sepultum idem scribit in crypta S. Clementis

primi Episcopi. Postea ejus ac successoris translatæ reliquie sunt e crypta in eadem superiori, ubi etiamnum asservantur, et præcipue brachia amborum partes in area quadam enim aliorum exuvia Divorum conditæ. Memoria Translationis celebratur die xvi Junii, istaque ea die leguntur in Metensi Martyrologio apud eundem Meurissium: Metis translatio sanctorum Confessorum pariterque Pontificum Legontii et Phronimii. Quidam, natalis sit an translatio, non distinguunt. Ita Hermannus Greven: Motis Legontii et Stromini. MS. Florarum: Apud Melia civitatem depositio sanctorum Episcoporum et Confess. Firmini et Legonci. Ferrarius in gener. Catal. SS. Metis sanctorum Episcoporum Legontii et Froninii. Expressus ceteris Saussains in Martyrol. Gallicano: Metis translatione Sanctorum Episcoporum Phronimii et Legontii e crypta Ecclesiæ S. Clementis ad superiori telem. Ut hic Florarum, ita Baronius in Notis ad Martyrol. xviii Augusti Firminus pro Phronimio accipit. Fuit S. Firminus Metensis Episc., xx, culturique xviii Augusti: Phronimius xi et colitur xxvii Julii.

translatio 16
Junii.

F

DE SANCTIS VIRGINIBUS ROMANIS

CONSTANTIA AUGUSTA, ATTICA ET ARTEMIA,

G. H.

Commentarius historicus.

I. Conversio harum Virginum et S. Galli-
cuni ad fidem, et continentiam.

Gesta nobilissimarum harum Virginum conti-
nentur potissimum in Vita S. Agnetis Vir-
ginis et Martyris, et Actis sanctorum fratrum
Iohannis et Pauli, Vitam S. Agnetis dedimus
xxi Januarii, quam S. Ambrosius num. 17 his verbus

concludit: Haec ego Ambrosius servus Christi dura in voluminibus abditis inventos scripta, non sum passus infraetioso silentio tegi. Ad honorem tantus Martyris, sicut gesta ejus cogitavi, conscripsi: et ad adificationem vestram, o Virgines Christi, tex-
tum passionis ejus credidi destinandum. Ex hoc Vita
Lectio in inserta est Breviarium Romaanum, recitanda
xxviii Januarii, quando S. Agnes secundo colitur, est
qne

SECUNDIO GRAL. IV
XVIII FEBR.

A queeiusmodi: B. Agnes, parentibus a deo sepulchrum assidue vigilantibus, quadam nocte choro Virginum comitata cum apparisset, sic ad eos locuta dicitur: Ne me parentes mortuam lugeatis; nam una cum his Virginibus vivo apud illum in celis, quem in terris tota mente dilexi. Cum aliquot post annos Constantia, Constantini Imperatoris filia, insanabilis ulceri medicinam querens, nondum Christiana ad idem sepulchrum accessisset, obdormiens sibi audire visu est vocem hanc Agnetis: Constanter age Constantia: crede in Jesum Christum filium Dei, qui te sanam faciet. Quia sanata paullo post una cum multis ex familia Imperatoris baptismum suscipiens, ibi ecclesiam nomine B. Agnetis adiificavit.

2 Hac ibi, quae in vita S. Agnetis copiosus reseratur, ac narrata num. 13 apparitione S. Agnetis parentibus facta, num. 13 et 16 ista adjunguntur: Hac visio publice ab omnibus, qui viderant, quotidie vulgarabatur. Unde factum est, ut post aliquantos annos ad Constantiam Constantini Augusti filiam hic factum, ab his qui viderant, narraretur. Erat enim ipsa Constantia Regina, Virgo prudentissima, sed ita obsessa vulneribus, ut a capite usque ad pedes nulla membrorum pars libera remansisset. Accepto autem consilio, spe recuperanda salutis, venit ad tumulum

sanitatem sibi
imperiori pe-
nitenti:

B Martyris nocte: et licet Pugana, tamen credula mentis intentione preces fideliiter fundebat. Quod dum facret, repentina sonni suavitate corripitur, et violet per visum beatissimum Agnetem, tanta sibi monita proferentem: Constanter ago Constantia, et eredo Dominum Jesum Christum filium Dei esse Salvatorem tuum, per quem modo consequeris omnium vulnerum, que in corpore tuo pateris, sanitatem. Ad hanc vocem Constantia evigilat sana, ita ut nec signum in ejus membris alienus vulnera impeneret.

3 Reversa igitur ad palatium sanissima, facit gaudium et patri Augusto, et fratribus suis Imperatoribus. Coronatur civitas tota illi laetitia militibus et privatis et universis, audienteribus haec. Indelictas gentium confundebatur, et fides Domini latabatur. **Hac S. Ambrosius et antiquo et adulto volumine.** Quia eadem expressit S. Adelanus Scharchurenus in Anglia Episcopus in poemate de Laude Virginum cap. 33, ubi postquam victoriam S. Ignetus de lacro inviae obtentum decantavit, hac addit:

Quatenus inde forent laudes praeconii Christo,
Unde prius fuerant sparsis Indibria verbis.

Nam Constantianum sanuvit tunica sepulchri,

Et sarcophagus, qui pensant membra prædicta.

Ut merito posset regnum filia Regis

Æterni Regi Regum, qui regnat in æthera,

Reddit magnificus pro vita sospite grates.

Ita infra dicimus Constantianum etiam vocari, quae alias Constantia est, et ad sepulchrum S. Agnetis sauita, Quae in dictis Actis S. Ambrosius vulnera, per totum corpus S. Constantia dispersa, appellat, insanabile uestis dicitur supra in Brevario Romano, gravissime leprosa in Actis mor referendis et in Catalogo Petri Eynhou lib. 3 cap. 34.

4 Qui ex militum ordine patissimum letitia effectus est ob sanitatem S. Constantia reddidit, fuit S. Galliennus SS. Iustice et Artemie pater, anno Imperii Constantini XV, Christiane Fidei CCCXVII, cum Bassus creatus Consul, qui uxore postea mortua S. Constantia a parente Imperatore sibi sposam dare postulavit. Res gesta narratur in Actis SS. Joannis et Pauli XXVI Junii, quorum primus, ut in Martyrologio etiam Romano dicitur, erat Praepositus dominus, secundus Prætorius Constantine Virginis, filie Constantini Imperatoris. Extant horum Martyrum Acta in quam plurimum codicibus MSS. et triplu nominatum Ser. ma-

a S. Galliano
viro Constanti,

Christinæ Reginæ Sueciæ. Partem priorem ex codice D nostro optimæ fidei hic damus:

5 Sub Constantino Augusto et Gallicano Duce Romani exercitus, Persarum gens, quæ Syriam invaserat, victa est, ac viriliter subjugata. Qui cum triumphalibus infulis sublimatis, acceptus esset Augusto et carus, filiam ejus, sacratissimam Virginem Constantiam, sibi poscebat uxorem. Et hoc non medocri instantia flagitabat, tempore quo imminebat gens Scythica, quæ Daciam et Thracias occupaverat. Et quoniam bene erat potens, omnium potestatum Comites ac Praefecti cum omni populo Romano id fieri postulabant. Constantinus vero Augustus contristari coepit, et esse mortissimus, sciens filiam suam positam in sancto proposito, facilius occidi posse quam vinci. Quæ cum patris sollicitudinem studio sanctitatis conaretur excludere, dixit patri suo: Si certissimum non haberem, quod me non deserat Deus, recte formidini meæ et sollicitudini tue Iesus aliquid cederetur. Cum vero certa sum de Deo, depone omnem sollicitudinem tuam, et te daturum me illi conjugem repromitte, ita ut, si Seytharum superaverit gentem, victor sinu et Consul me accipiat. Hujus autem sponsionis gratia duas filias suas virgines, quas ex amissa conjugé natas habet, mecum usque ad nuptiarum diem esse permittat, secum vero meum Praepositum et Præmicerum Joannem et Paulum esse gratanter admittat: ut ille per meos familiares me alloqui et cognoscere valeat, et ego illius per ejus filias votum moresque et institutionem cognoscam. Facta sunt hæc omnia, sicut Virgo disposuit, et velut subærationis loco dantur duo fratres eunuchi ex latere Augustie, et duo sorores, Gallicani filii, ipsi Auguste traduntur, ita liberalibus studiis eruditæ, ut vix illis par scientia in virorum numero sapientium inventi potuissent: quarum una Attica et altera Artemia dicebatur.

6 Quas Constantia cum ad se venire cognovit, expandens ad Dominum manus, sic oravit. Domine Deus omnipotens, qui me orationibus Martyris tue Agne a lepra mundasti, et semitam mihi tunoris tui ostendisti, et Virginis tue Matris thalamum reservasti; ubi in sponsus, tu filius manifestatus es, in genitus ex Maria, tu genitor probatus es Marie; tu omne seculum nutriendi simili etiam illam, ex qua lactatus es et nutritus; tu infantibus crescens aetate, tu omni mundo incrementum concedens; tu sapientia prolixa, cum sis ipse totus sapientia; tu ita magnus, ut te magnificentius nihil sit; tu verus homo de matre ex tempore editus, tu verus Deus ex Patre sine matre genitus; Deus de Deo, fecisti que non erant; ex matre sine patre carnali editus, qui lapsum incurverat, reparasti; tu fusus in lucem illuminatus es, cum sis ipso, qui illuminas tunnem hominem venientem in hunc munulum; te precor credens, ut ipse possisti, te quæso egens, quod ipse promisisti cum dices: Amen dico vobis, quod omnia, quæcumque petieritis a Patre in nomine meo, dabit vobis. Peto itaque, Domine, ut has Gallicani filias tu incereras, ipsum quoque Gallicennum, qui me tibi tollere conatur, tunc fidei applicasti. Aperi Domine os meum auribus earum, et aperi aures cordis carino sermonibus meis, et consensus earum mihi iamna pande, ut tantam verbis meis virtutem infundas, ut earum commerciorum exercantes, tibi conseruari desiderent, et ex ipso desiderio tantus amor in eorum mentibus oratur, ut ferventes ad thalamum illum tuum coelestem pervenire desiderent, quem plenis oculis amplexibus et tue caritatis fulgentiis flammis attingantur, ut loco sibi inter sapientes virginis dato, et de tua misericordia gloriantes, nihil terrenum desiderent, sed te solnam integram affectu snorum viscerum concupiscant.

expeditur in uxorem:

eyus filias SS.
Atticam et Ar-
temiam sibi
sumit,
E

tradit illi SS.
Joannem et
Paulum:

precis fundit

Joan. 14. 13

pro conversio-
ne S. Galli
cani epoque
floruit, ad
pudem

continen-
tiam

A 7 Hanc vero orationem fuisse Constantiae, ipsa narrante didicimus, quam etiam ab ea legimus scriptam. Qualiter autem ad Dominum Atticam Artemiamque converterit, studio celeriter narrandi martyrium Gallicani, prætereo. *Hæc auctor coævus et testis oculatus pro suo instituto judicabat sufficiere, ex cuius præterenudi formula colligimus singulare studium in conversione sanctorum sororum Atticæ et Artemiæ a S Constantia exhibitum fuisse, ac forsitan visibili aliquo signo divinitus mentes earum ad veritatem amplectendam fuisse mutatus: et certe contayisse, quæ calamo scriptor digno indicavit: sed se studio celeriter narrandi martyrium Gallicani, ac dein SS. Joannis et Pauli, præterire. Altera voti S. Constantiae pars fuit, ut Gallicanus illorum pater etiam Christianæ fidei castitatem amplectetur. Id quod perficendum SS. Joannes et Paulus ab ipsa lateri illius adjuncti erant comites, quorum divinum consilium in extremo Philippopolis perleundæ periculo sibi datum, ita ipse Gallianus narrat Constantino Augusto in dictis Actis SS. Joannis et Pauli:*

8 Ad ultimum crevit obsidio, et universi Tribuni mei ac milites se hostibus tradiderunt. Cumque cuperem fugiendi aditum reperire, Paulus et Joannes, ex quibus Prepositus unus est, alter Primicerius Dominae meæ, Pietatis vestrae filia, Constantia-Augustæ, milii dixerunt: Fac votum Deo cœli, quod si te liberaverit, Christicola fias: et eris vixtor melius quam fuisti. Fateor, sacratissime Imperator, mox ut hoc votum meo ore est proklatum, apparuit milii juvenis quidam statura excelsus, ferens humero Cruxem, dicens: Sume gladium et sequere me. Quem ego dum sequierer, apparuerunt milii hinc et inde milites armati, confirmantes, et dicentes: Nos tibi præbemus officium. Tu ingredere hostium castra, et dextra levaque gladium tenens evaginatum, respice, quo usque pervenias ad Regem ipsorum, nomine Bradam. Quo cum pervenisset cum eis, veniam sui sanguinis prostratus meis pedibus postulavit. Nullum penitus ex eis occidi gladio, nec feci nec jussi: hunc vero Regem eorum Bradam cum duobus filiis vincetum ab illis militibus acrepi. Ita universæ sunt Thracie a gente Scytharum liberatae, et tributarii facti sunt. Tribuni omnes ad me cum suis milibus reverti voluerunt, sed nisi fuerent Christiani, a me recipi minime potuerunt. Consequentes vero gradu sublimiores effeci: non conscientes privati militia. Meipsam factum Christianum ita devovi, ut etiam a conjugio me promiserim abstinere, scilicet ut summa in Deum fiducia oraveret S. Constantia. Sed pergit in suo colloquio Gallicanus, ne facultatem petit omni se magistratu abdicandi, quo possim, inquit, religioni vacare, quam didici, et in veritate constare, quam perfecte cognovi.

9 *Hæc Gallicanus. Tunc Imperator Augustus, ut in eisdem Actis sequitur, misit se in amplexum ejus, referens universa, quæ gesta sunt circa filios ejus, et quomodo sunt Virgines Christo utiliter consecratae, et qualiter alias Virgines duas per ipsas per suam gratiam evocaverit Deus: et quomodo eruditionis summi arripientes, a perfectione cooperant, et quoniam omnivora perfecta inter rudimenta suscepserint. Tunc cum Augusto intrante palatium Gallicano, datur Bona cum filia sua Constantia et filiis ipsius Gallicani. Fundebantur lacryme gaudis plene, nec permittitur ad dominum reverti propriam Gallicanum; sed quasi gener Augustorum in palatio serescit, considerans filios suas in laudibus Dei flentes. Qui enim vellet privatus abscedere, rogatus ab Augusto Consul processit, et in fasciis constitutus, quinque milii servicum liberos civesque Romanos effecit, quibus prælia domosque donavit: cunctasque facultates suas, excepto jure filiarum, dis-*

trahit ac donari pauperibus jussit, ac se in Ostiensi D
urbe manenti sancto viro euidam, Hilarino nomine, AUCTORE Q. R.
sociavit: cuius habitaculum ampliari fecit ad peregrinorum:
et peregrinos: fit Martyr sub Julianus;

Hæc ibi, additumque martyrium et S. Gallicani et S. Hilarini, quod ambo in persecutione Juliani subiherunt, ille xxv Junii, hic xvi Iulii, quando eorum memoriam referunt Beda, Usuardus, Ado et reliqui antiqui martyrologi, atque una confirmant quæ hactenus dicta sunt: in quibus post relatum cedem SS. Joannis et Pauli, narratur conuersio Terentiani, qui de collaris eos jusserset, ac tandem dicitur ipso Terentino referente ista passio Sanctorum descripta.

10 Quibus singula hactenus relata annis Imperii Consulatum adscribenda sint, licet non æque constet, ex Consulatu tamen Gallicani colligi potest. Fuerat is adhuc Grutulus Consul cum Basso, ut supra diximus, anno Imperii Constantini xii. Christi cccviii, at modo Christianam fidem amplexus, cum vellet privatus abscedere, rogatus ab Augusto Consul processit, accepto Symmacho collega, quod anno Imperii xxv, Christi cccxxx, factum est. Obtulit idem Gallicanus quam plurima dona ecclesie sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et S. Joannis Baptista in civitate Ostiensi a Constantina extractus ex S. Silvestri Papæ suggestione, ut refert Anastasius Bibliothecarius in libro de Vitis Pontificum. *It quondam Gallicanus, quasi gener Augustorum, post victoriam Scythicam, ante dictum Consulatum in palatio niteret, non facile statui potest. Exceptum cum venientem S. Helena Augusto mater Constantini cum S. Constantiu loujus filia, et SS. Attica et Artemiis propriis filiabus. S. Helena, ut Eusebius lib. 3 de Vita Constantini cap. 43 tradit, ζεδὼ τοῦ ἡγεμονὸς ἐργῇ ταῖς ὄρθοις κατὰ ἵκανον διαπίσταται, τὴν τοῦ βίου κατάλογον τελευτὴν. Octogesimo serte tatis anno conferto, finem vivendi fecit, idisque, quoniam diceretur circa annum Christi ccl nata, ad Consulatum tamen ultimum S. Gallicani sive annum cccxxx, potuit vivisse. Baronius cum anno cccxxvi historium Crucis Christi Hierosolymis ab ea inventae tradidisset, num. 39 de obitu ejusdem agit, cum tamen, inquit, affirmare non dubitemus, aliquot illam amplius vivisse annos: quod ex artius indagatur ad ejus Vitam xviii Augusti.*

12 Que autem a Gallicano reportata de Persis vitorum narratur, præius evenisse videatur, ante annum fortassis cccxxvii, quando magna sub Sapore Rege Persarum exortam fuisse in Christianos persecutionem scribunt Throphanes et Anastasius. Potuit et illa Persarum in Syriam eruptio non tam impervio Saporis Regis, quia auspicis alicuius Satrapæ aut Ducis in confusis dominantis contingit. Scytharum vero et Sarmatarum nationes, qui nunquam parere populo Romano didiceraunt, sub Constantino primum subactas fuisse tradit Eusebius lib. 4 Vita ejusdem cap. 3, ubi etiam Constantium ipsum ad bellum profectum fuisse, et signo sanctæ Crucis prelato, adversus ras paginasque atque feliciter hostes superasse confirmat. Que aut alio tempore contingunt, aut Imperatori, ut passim fieri solet, attribuuntur, que a Ducibus præclare patrata sunt.

S. II. Harum trium Virginum vita sanctissima, S. Agnetis ecclesia erecta, mausoleum et ecclesia S. Constantiae.

Aldetrus in praefato poemate de Laude Virginum cap. 40 de S. Constantia, sive Constantina, ut ipse appellat, ista trahit:

Nobilis in Roma vixit palcherrima Virgo
Constantia, novæ præbentis spectacula vita
Omnibus, integre qui conversari optant,
Lurida linquentes veteris contagia vita.

*S. Constantia
Virginum
speravit,*

Hæc

convertit SS.
autem et Ar-
temiam.

S. Gallicanus
voto fidei am-
plicet facta-

Crucis et cata-
prælati,

victoriæ obli-
net :

figurationis:

votum castis-
tatem

a SS. Attica et
Artemia cum
SS. Helena et
Constantia oc-
currentibus
sculpturis.

liberali in
Proprietate.

Consulatum
gesit an. 330,

ad illud circi-
ter tempus ut-
xit S. Helena.

An Persæ e
Suriæ ante an.
327 depulsi?

Scytha subal-

A

Hæc, inquam, Virgo cœlesti fœta Patrono,
Contempsit mundum felix cum flore virentem,
Arida ceu pales projecta peripsena squalent.
Utque magis stipeus, rumpore adverte parentum.
Non pater anguste regnum scepta gubernans,
Imperium mundi, Christo regnante, regebat.
Qui Constantinus nomen solet in avum.
Hic sobolem sanctam miro dilexit amore,
Inna vita merito late præconia cursant:
Quam pater intactum summus sub dote spopondit,
Felix virginis cuius jam pubesceret annis.
Namque proco fuerat, (quo non prestantior alter
Regibus exceptis, qui mundum jure gubernant)
Desponsata probo, pactis sponsalibus arrha.
Sed Deus integrum satagens servare puellam,
Satrapo mentem stolidis compungit acutis,
Funditus ut popas seculi previsset opimas:
Mallet et immunis Regi famularie alto.
Delicias mundi quam opulentis degore dives.
Cui sic evenit miranda salutis origo.

13 *Item S. Gallicani celebrata versibus victoria de Scythis, et conversione ad fidem ac continentiam, hoc additum Aldelmus:*

Sic Deus omnipotens famulam protexit amantem,
Vocibus assiduis pulsantem regn Tonantis:
Ut se servaret Sator, integratis amator,
Lurida Inquietum saevi collidua luxus.
Plures nam Christo convertit dogmate tornas,
Exemplo simul et celebri rumeo cornuscans,
Uberius pondunt gemino quid forte sorores
Attica et Artemia Praetoris sanguine eretic,
Quem Gallicanum vocitabant secula prisca.
Præfatis enjus solobus Regina monebat,
Virginem castis ut servent gressibus avum,
Florida que pariter meruere tropæa pudoris,
Domum mundum linquunt transacto tempore vite,
Et fanste proponent ad ecoli sidero sursum.

14 *Item S. Aldelmus libro de Landibus virginatus soluta oratione scripto, cap. 23 ista sanctas has I. virgines encomio celebrat: Constantia integrinimo virtutis virago, filia Constantini (qui per idem tempus tripartiti mundi monarchiam prosperis successibus gubernasse noscitur) nouam cunctas propinquorum Romanorum Praetorum filias, omniumque pene generosum familiarem subdedit ac pulcherrimam pubertatis indolem, famosa virginitatis rumore ad culturam Christianam religiosas et coronam castitatis invenit, sermonis sunsi, exemplo instigavit? Ita dumtaxat, ut impinquamque spropto nuptiali thalamo, et matrimonii luxus commercio, coelestis sponsi amplexus enihius sungeno, et inter Virgines sapientes cum lampadibus properare, ducti erubro suspiria faterentur: quod plenius de conversatione illius scripta opusenses producent, enjus rei Attica et Artemia illibata virginitatis et pudicitie florunt virgines satis declarant.*

15 *Hec S. Aldelmus. At sancte Virgines non in palatio Constantini Magni inter audiens strepitum permanserunt, sed Urbe relicta ad eum Nomentanum, quæ a porto I. maiuali Nomentum, vetustum Sabinorum apuditum, ducebat, recesserunt, atque ad S. Agnetis sepulchrum, ubi S. Constantia incolumentem erat corporis adeptus, domicilia fuisse, quod postea monasterium S. Agnetis vulgo nonneputum est: ubi cum aliis Virginibus, totu animi ferore Deo ac beatoe Martypri Agneti inservientes, sanctissime vitam dicere. De eorum pia viventi ratione upid S. Ambrosium in dicto S. Agnetis Actis ista legitur: Perseveravit autem Constantia Augusti filia in virginitate, per quam multæ Virgines, nobiles et illustres et mediocres, siue velutina suscepserunt. Et quia fides maris domina non patitur, usque hodie multæ Virgines Romma Agnetem beatissimam, quasi in corpore invenientem, attendunt,*

et ejus exemplo provocate, viriliter integræ perse- D
verant, credentes sine dubio, quod perseverantes, perpetua victoria palmarum acquirant.

16 *Interim vero S. Constantia magnificutissimam ab Augusto patre ibudem ad honorem S. Agnetis prae-*

*curauit ecclesiam virgi, suæque sepulturæ noble conspi- impletat ut
cui operis mausoleum statuit, quod in eisdem S. Agnetis templum S.
Actis his verbis indicatur: Interea petit patrem et Agneti, a Con-
fratres Augustos, ut basilica B. Agnetis fabricare-
tantio patre
extrinsecus.*

*fratres Augustos, ut basilica B. Agnetis fabricare-
tine, et sibi illuc mausoleum collocari precepit. Fue-*

*rant hi fratres vero adhuc Constantino patre Cesares
creati, Constantinus an. ccxxvi, Constantius ccxxiv, Constan-*

*tas ccxxxiii, at Constantino patre an. ccxxxvii, ipso Pentecostes die, xxii Maii mortuo, Romanum in-
ter se orbem partiti, atque Augusti inueniuntur sunt. In*

*perpetuato codice M.S. Serenissima Christine Reginæ Svecie de Fitis Pontificum Romanorum, ad S. Feb-
ræm Papam iv declatarum, id est annum Christi lxxx, quidam tamen uuda nomina novem Pontificum usque ad*

*Pelagium II decessorem S. Gregori Magni adjungun-
tur) hæc de basilicis a Constantino Magno in Actis S.*

Silvestri legitur: Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in Palatio Sessoriano, ubi etiam ligno sanctæ Crucis Domini nostri Jesu Christi

*anno et gemmis inclusit. Eodem tempore fecit basili-
cam S. Agne Martyris ex rogato Constantiae filiæ*

sue. Eodem tempore fecit basilicam sancti Martyris Marcellini Presbyteri et Petri Exorcistæ. Hæc ibi,

qua Beda de sex etatibus mundi in Constantino etiam refert aliquanto diffusius, et de S. Agnetis basilica

*hoc habet: Item fecit basilicam sanctæ Martyris Agnes ex rugati filio suo, et baptisterium in eo-
dem loco, ubi et baptizata est soror ejus Constantia*

cum filia Augusta. At nomen S. Constantia filiæ etiam exprimitur in Fitis Pontificum Anastasiu Bibliothecaru, et his quidem in MSS. Regia, Mazariu, et Thuanu hoc modo: Eodem tempore fecit Constantinus A. basilicam S. Agnetis Martyris ex rogato filio

sue Constantiæ, et baptizata est Constantia, soror ejus et illia Augusti Constantia, et baptisterium ibi

*constituit. Idem autem hæc dona obtulit: Paten-
nam auream pensantem libras viginti, caliceum au-
reum pensantem libras decem etc, ubi et aurum posse-
simus enumeravimus: quæ ad monasterium forsitan adiunctionem spectarunt. Quæ vero Constantia soror Constantini*

appellatur, nupta fuit Licinio, ac præcipua postmodum Arianorum patrum extitit.

17 *Post obitum S. Silvestri Papæ præfuerunt Ecclæsiae Pontifices Marcus, Julius, Liberius creatus anno ccxi, sed ab Constantio imperatore, quod haeresi Ariano noluisset consentire in exilium deportatus.*

Rediens autem Liberius de exilio habitavit in cœmetrio S. Agnetis apud germanum Constantii: ut

quasi per ejus interventionem ant. rogatum rediret

Liberius in civitatem. Tunc Constantia Augusta, que

*fidelis erat Domino Iesu Christo, noluit rogare Con-
stantium Augustum geruannum sumum, quin senserat*

*consilium dolii. Hacenus idem Anastasius, qui memo-
rial a Liborio non immenore hospitalitatis, sepulchrum*

*B. Agnetis fuisse exornatum: Hic inquit, Liberius or-
navit de platinis marmoreis petris sepulchrum S.*

Agnetis Martyris. Ex Actis deinceps MSS. schismatis

obruo inter Liberiu et Felicem, qui illa exula creatus

fuerat, a Paulo Aringho lib. 3 Roma subterranea cap.

*23 et Antoniu Bosio lib. 3 cap. 48 ista sub titulo Boni-
ficiu Papæ profertur: Hæc autem Constantia au-*

guste memoriæ poëlla iuxta oratorium habitabat,

quod bonus pater Constantinus sibi fabricaverat:

*ubi et domine suo sanctissima Martyris Agnetis fa-
milia Virgo fuit.*

*impetrat ut
tempus S.
Agneti, a Con-
stantino patre
extinatur.*

B

B

induct ad vir-
ginitatem con-
seruandum
SS. Atticam et
Artemiam.

et alias Roma-
nas Virgines:

et dotetur

*excipit S. La-
berius Papam
exulem*

*familia S.
Agnetis habet;*

A tempore hiemis, et inchoato tempore veris, hoc est
xii Kalendas Martias, parata intravit ad nuptias.
Corpus vero ejus in pretioso labore porphyretico se-
pultum est, et ibidem ipsa a patre et fratribus ecclie-
sia, columnis et musivo de lapidibus decorata, in
eius honorem fabricata est. *Harrerla Actorum MSS.*
quibus post Bosinum Aringhus hoc addit: Idem insu-
per rerum antiquarum scriptores hanc porphyreti-
cam arcam in Lateranum, Paulo ii Summo Pontifice
jubente, deportatam fuisse ejusdem Pontificis
sepulturam inseruitur amserunt. Interim vero, cum
inde extraheretur, in ipso itineris progressu, ante-
quam ad destinatum locum pertingeret, Pontifex
dieni extremum clausit, et Sixtus Papa iv, antiqui-
tati urbanarum rerum servandae intentus, re infecta,
eaudem in pristinum lucum rednecendam curavit.
Ubi hodie non absque ingenti omnium admiratione,
tum ob antiquitatis meritum, tum ob operis elegan-
tiam visitur. *Hic ibi cum adjuncta libri sue arcæ
aut sarcophagi S. Constantini forma artificiose sculpta.*

19 Quæ supra dicitur ecclesia in honorem S. Constan-
tini a patre et fratribus erecta, in Vita S. Agnetis
mausoleum dicitur, quod hunc procul ab ipsa S. Agne-
tis basilica adhuc extare, neque oho titulo quam ejusdem
S. Constantini ecclesiam nuncupari tradunt idem Bo-
sius et Aringhus, adhincq; ex variis imaginibus, quo-
inibi conspiciuntur vindemiales festorum dies indiran-
tes, ridet illud apud Gentiles templum Bacchi fuisse,
quod a Constantino Augusto instauratum, sacrisque
insuper imaginibus, quæ musivo et eleganti opere
contextæ in fornice olim conspiciebantur, exornatum,
Deo immortaliter sit rite dicatum, ac S. Constantini
filix donatum: denique templum sphæricæ formæ esse,
eius fornix seu testudo columnis viginti quatuor,
binis quibusque simul pariter junctis, sibique ex ordi-
nione respondentibus fulcitur.

20 Dux fuere S. Constantine sorores magni Con-
stantini filiæ, harum altera, Constantina, seu Flavia
Julia Constantina dicta, a patre conjux primo tradita
est Flavio Claudio Hannibaliano Constantini ex fratre
Delmatio nepoti, atque ab eo Ponticarum gentium consti-
tuente Regi: quo mortuo a Constantino fratre data est
uxor Gallo Cæsari, qui itidem filius Constantini Constan-
tinum Moynum habuerat patronum, sed in Bithynia
repentina ei februm absinthio Constantio Augusto vii et
Gallo in Coss. ut uit Ammianus Marcellinus lib. 14. Is
est annus Christi reciav. Præximo post obutum ejus nu-
no altera soror, Helena nomine, nupsit Juliano Cæsari,
Galli fratri, in Gallia Veneræ, cum Julianus quin-
quennalia daret, anno ccclix vita functa. Utrisque soror-
is corpus e regionibus tam longinquis ad Urbe de-
latum est, et in mausoleo S. Constantini sororis deponi-
tum. Quod, idem Inmanus lib. 21 his verbis indicat:
Inter que Julianus Helena conjugis defunctæ suæ
prema misera Romam, in suburbano via Nomentana
condenda: ubi uxor quoque Galli, quondam soror
ejus, sepulta est Constantina. Reperti ibidem prope
mausoleum, sive ecclesiam, S. Constantini, variis sarco-
phagi murmori sunt apud Bosinum et Aringhum studio-
sa artificum manu sculpti et typus excusi: quos hi arbit-
ratur condendis evadaveribus dicturum S. Constantini
sororum, ulitamque virorum illustrum adhibitus.

21 Hæc de sororibus S. Constantini dicenda fuere,
quod S. Constantia Virgo sublante, ut supra ex S. Al-
delmo ostendimus, appellata sit Constantina, et ipsa bis
nupta Constantina reveritur etiam apud auctores Con-
stantia nuncupata. Ita xx Octobris in Vita S. Artemii
sub Constantino et Constantio Ducis, ac sub Iuliano
martyrum indepti, dicitur Constantius Gallo dedisse
uxorem suam sororem Constantiam, ut res esset fir-
mior et cauior. In MS. Græco, προσχειρόμενος;
γυναικαὶ τῷ θεοῖ τὴν στέλεχον ξενοῖς Κωνσταν-
τίᾳ πίστει; οὐδὲ πειστοῖς; Χάρις. Cujus item obitus

in eadem *Vita ita refertur*: Atque Constantia quidem D
statim profecta est, ut fratre prior conveniret, et ^{AUCTORE &} in animo habens rogare pro marito, ut nihil grave
in eum statueret. Cum autem prompto et alacri animi
studio iter iniisset, inter eundum incidit in morbum.
Et cum ascendisset in Birbyniam, in quadam ejus
statione, quæ Gallicana dicitur, est mortua. Quod loco
in MS. Græco Constantina legitur: Η μὲν τὸν Κωνσ-
ταντίαν προπομπής ἐξώρυξε προεντοχεῖτο τῷ ἀδελφῷ, καὶ
θερίζει τούτου ὑπέρ τοῦ ἀνδρὸς προσβυρουφέντης. Mor-
tua autem est, ut diximus, anno cccliv, quando Liberius
Papa adhuc in summu quiete regebat Ecclesiam: qui
anno sequenti cœcti a Constantio ad Mediolanense Con-
cilium evolutus, atque inde in exilium cum aliis ortho-
doxis Episcopis ejectus, Berœa haenam invexit, et postquam
terrore ac fraude Arianorum compulsus damnationi S.
Athanasii subscriptis, remissus ad Sedem sum, ut S.
Hieronymus in Chronico loquitur, Romam quasi vitor
intravit. At post Armenense Concilium uniuerso ecclæsia
habitum, ab Urbe iterum extortis factus, ad S. Constan-
tantiam confugit, atque upud eam delituit, ut eruditæ
observat Baronius: quem consule, ad an. 357 num. 37
et 359 num. 46 et 47. Denique Constantius Imperator,
ultimo fratrum ac sororum S. Constantia mortuus est,
in Nonas Novemb. anni ccclxi, et Constantinopolis se-
pultus, solusque deinceps imperaverat Julianus eum patre-
lis, anno præcedenti a militibus Augustus acclimatius.
Hic ejusmodi fidei Christianæ sacramentis omib[us], ido-
lorum summa reservavit, sub quo variu[m] martyri palmum
promeriti sunt: interque eos SS. Joannes et Paulus,
olim S. Constantini familiæ domestici, ne S. Gallicanus
pater SS. Attice et Artemie: ad quod usque tempus
has tres Virgines, aut omnes aut eam unam alteramve
victus arbitramur, ac vidisse sub Ioriano ac Valentini-
ano fidem Christianum clausis idolorum delubris resti-
tutum.

mortuam.
354Apud S. Con-
stantinum deti-
scit Liberius
Papa an. 359.S. III. SS. Constantini, Atticæ et Artemie reli-
quia, memoria in Martyrologiis.

I

nter antiqua monumenta, partatem S. Constantia
testantia, fuit quædam inscriptio in epide ecclesie S.
Agnetis posita, varmine acrostichu[m] exprimens hæc uerba:
CONSTANTINA DICO, sedecit hoc S. Agnetis templum ex-
trix. At cornu illa apud Bibliothecam Vaticanam
transcripta, hoc titulo prænotatur: Versus Constanti-
tæ Constantini filie, scripti in apside basilice, quam
condidit in honorem S. Agnetis. Erant hi versus ex-
cusi apud Janum Gruterum inter Inscriptiones antiquas
Imperi Romani in Appendicula pag. 1161 num. 9, de S. Constan-
tinu[m] Baroniis ad an. 360, sed in Appendix tomii 3
initio editi, apud Bosinum et Aringhum, atque apud
Tristium tomo 3 Commentario 102, qui litteras acrosti-
chus hac methodo distinxit:

Constantina Deum venerans, Christoque dicata,
Omibus impensis devota mente paratis,
Zunime divino multum Christoque juvante,
Zæcravit templum victricis Virginis Agnes :
Zæplorium que vicit opus, terraque cuneta,
Zurea que rutilat summi fastigia tecli,
Zomen cuius Christi celebratur sedibus istis
Zartaream solus potuit qui vincere mortem,
Invectus calo, solusque inferre triumphum.
Zomen adhuc referens et corpus et omnia membra,
Zmortis tenebris et circa nocte levata,
Esignum igitur munus Martyr, devotaque Christo
Ex opibus nostris per secula longa tenebris.
Felix Virgo memorandi nominis Agnes.

Idem versus a nonnullis tribuuntur S. Damaso, inter-
que ejus carmina sapientia recusi: qui potius post aliquot
secula ridentur compositi, cum nomina Constantini et
Constantia non exacte distinxerentur.

23 Aliam supra templi S. Constantini portam legi
inscriptionem

mortua 18
Febr.sepulta in arca
porphyretica.a Paulo II sub-
mota,mausoleum
eniposten ec-
clesia S. Con-
stantini dictum.

B

sorores
Constantina

et Helena,

in mausoleo S.
Constantini se-
pultaex his con-
stantina etiam
Constantia
seruitur

AUTORIS. S.
Corpora SS.
Constantia,
Attica et Arte-
mia sub altari
deposita.

ex parte suos facerent, Ingelberto agente Capitulo-
rem edidisse Carolum, qua res Ecclesie vota esse
fidelium, pretia peccatorum, et patrinonia pauperum
declaravit: ideoque divisionem nullam homilla posse
perpetui, sed integra prius illis possessoriibus perma-
nere. In Capitulo Regum Francorum lib. 1 cap. 72,
ita id refertur statutum o[ste] Curola, atque permulta:
Anno Dominicæ Incarnationis 10CLXXXIX, Indict.
xii, anno xxi regni nostri, actum est hujus legatio-
niæ edictum in Aquisgrani palatio publice. Data est
haec charta die decimo Kal. April. Tempore Adriani
Papæ et Karoli magni Imperatoris, quando Paulinus
Episcopus tenuit vices Apostolicæ Sedis, in Aquis
fuit factum istud capitulum etc. Nulla ibi Angilber-
ti mentio, quem verisimile est tunc monachum fuisse.
Malbrancus cap. 33 ad annum 10CXCII statuit bellua
Danicæ consecisse Angilbertum, ac monachum factum.
Cum Anna sequenti honorifica ei jam Abbati credita
legatio sit, creditibus videtur aliquanto ante Victoria illa
potitum, seculo nuntium remisisse, circa Annum
10CLXXXVIII aut 10CLXXXIX, ut idoneo spatio suum pro-
bassi monachis virtutem censet possit, atque ab usdem

non constat,
anno 780 Ca-
pitolium in
tararem Eccle-
sie suscitare.

F

sub annum
788 seculum
reliquit.

§ III.

A § III Variae S. Angilberti ad Adrianum Papam legationes.

Anno locceni habuit Rutponis concilium, in quo heresis Felicis Episcopi Urgellitoni, qui Christum adoptatum Dei filium dicebat, praesente Carolo Magno Rege, damnata est. De en concilio ita scribit, Aleninus lib. 1 adversus Elipandum Ep. Toletanum, ultra medium. Antequam ego, eodem sapientissimo Rege Carolo jubente, venissem in Franciam, huc eudem vestri erroris secta, eodem gloriose Principe presidente, praesente Felice, quem multum laudare soles, vestre partis tunc temporis defensore, ventilata est in celeberrimo loco qui dicitur Ruginiamburg, et synodali auctoritate Sacerdotum Christi, qui ex diversis Christiani imperii partibus convenierant, aeterno anathemate damnata. In eo etia beatae memorie Adriano Papa, qui tunc temporis sancte Romanae Ecclesie Apostolica autoritate rexerat Sedem, summis exterminata.

B 14 Eam heresim eisque dummutauit ita explanat Eginhardus in Annalibus ad locceni annum Christi: Orgellis est civitas in Pyrenaei montis iugosita, cuius Episcopus, nomine Felix, natione Hispanus, ab Elipando Toleti Episcopo, per litteras consultus, quid de humanitate Dei et Domini nostri Jesu Christi sentire deberet, utrum secundum id quod homo est, propriis unius adoptivis Dei filii credendum esset ad dicendos; valde incerto atque inconsiderate, et contra antiquam Ecclesie Catholicae doctrinam, adoptivum non solum promittavit, sed etiam scriptis ad memoratum Episcopum liberis pertineissime pravitatem opinionis suae defendere curavit. Hujus rei causa duxit ad palatium Regis, qui tunc apud Reginnum Baionie civitatem, in qua hic natus, residebat. Huius congregato Episcoporum concilio auditus est, et errasse convictus, ad preuentum Adriani Pontificis Romanus missus: ubi etiam coram ipso in basilica B. Petri Apostoli heresim iterum abliebavit. Idem factio ad civitatem suam regeret us est.

C 20 Malbancus lib. 3 cap. 37 egisse Angilbertum ait, ut mala secte primarius auctor sitaret se in egenito, prouerbo sententiam suam communii Ecclesie sensu solgiendam. Verum hoc non sicut exemplarum. Illud constat. Angilberto mandatum u Regi ex synodo, ut Feticem Romanum ad Pontificem deduceret. Ita Annales Francorum Lonsiani ad eum unum: Haeresis Feliciana primis audita, et in Regensburg primo condemnata est. Quem Angilbertus ad presentationem Adriani Apostolice adduxit, et confessione facta suam heresim iterum abliebavit. Idem Egoisimus monachus in vita Caroli, et aliis scripsit.

D 21 Anno deinde tacccenni cum Carolus Francofurti itemusset, Puschaque celebrasset, iustatis iactu encilium Episcoporum ex omnibus regni provinciis in eadem villa congregavit, ut idem habeat Eginhardum: in quo concilio et hi resis memorata condemnata est, et liber contra eum communii Episcoporum auctoritate compositus, in quo omnes subscripti sunt. Iudicem oblati sunt Regi libet quatuor contra septimum synodum Oecumenicum, sive secundam Nicenam, paullo ante habutam, scripti sine ullo ordine a quibusdam Serenus Mossiliensis quendam Episcopi, primi Galliarum Iacnomachi, sectatoribus. Quos libros Carolus per Angilbertum ministriu suae Capelle Pontificis examinandos transmisit. Patet hoc ex Hadriani ad Carolum epistola, sive tertha, ut habetur tom. 3 Concil. edit. Coloniensi anni circxvi, sive xix, ut est in tom. 48 Concilior. ex Typographia regia anni circxli. Ea incipit. Dominus ac Redemptor noster. De Angilberto ita loquitor Pontifex, ut supra obiter a nobis indicatum:

E 22 Præterea directum a vestra clementissima

præcelsa regali potentia suscepimus fidelem familiarem vestrum, videlicet Engelbertum Abbatem et ministerium Capellæ, qui pene ab ipsa infantia rudimentis in palatio vestro enutritus est, et in omnibus consilis vestri receptus; ut ideo, sicut a vobis in omni familiaritate recipitur, ita et a nobis recipetur et conderetur honoraretur. Unde pro nimio amore, quem erga vestram mellillam gerimus regalem Excellentiam, sicut misistis eum nimio amore dilectionis eximiae, cum suscipientes, prout voluit, et qualiter voluit, cum magna familiaritate nobis enarrantem, ame placibili et benigna eum suscepimus, et qua i vestra corporali Excellentia nobis narrante, nostrum ei patientius credidimus consilium, ad profectum Sancte nostre Romanae Ecclesie, et vestra a Deo predicta potestie exaltationem. Inter que edidit nobis Capitulare adversum Synodum, quae pro sacerdarum imaginum erectione in Nicæa acta est. Unde pro vestra mellilla regali dilectione per immundicabile capitulum responsum reddidimus: non quilibet (aliquis) hominem defidentes, sed olim tradicionem sancte Catholico et Apostolicæ Romanae Ecclesie tenentes, priseam predecessorum nostrorum sanctorum Pontificum sequimur doctrinam, recte fidei traditionem modis connubis vindicantes.

F 23 Paulus Petrus in sytagmate ante citato de Nithardo, testatur, in calce Capitularium istorum, ut sicut ab Elia Phatra, id est, Joanne Tilde, anno 1349 edita, ista addita: Ingelramus. Abbas jussu Caroli Magni hunc librum scrip- it, et ad Adriani Papam tulit, fateturque non videre se, quomodo quadrare ista possint cum Adriani predicta epistola. Petrus diserte affirmat, eundem esse Angilbertum, Engelbertum, Engelbertum, Engelramnum, Ingelramnum. Verum opertusset cum eximia profere aliqua, ut herbus et ramus, aut ramus, sive ramus, in nominibus propriis pronuntie pro vobis usurpant: ut nempe Wallertos et Walernus idem sint, item Albertus et Autraminus, Gontranus, et Gombertus, Hildebertus et Hilderamus, ceteraque ad genus. Neque tamen si idem significarent, idem num pro alio substitui nomen posset absque historiarum perturbatione. Et certe non idem illa significavit: est enim Angelbertus, sive Ingelbertus, Angelus illustris, sive Agelica parvulus inde, Engelramus, fortassis Angelus tennis, sive Ingeli instar gruelis: Engelramus, vel Engelramus, Angelicus aries, sive machina, quasique Angelicus voratur, ut Walernus muralis oris. Sed haec mittamus, unius tenor. Quid si cum Angilberto alius missus Romanus est Abbas Ingelramus? Neque hoc velim tamem dubiare: sed librarum aliquem, seu dormitantem, unum pro alio nomen posuisse, seu nimis sciduum, quod Angelramni, non tam ab Abbatis, sed Episcopi Metensis et Archicancellarii, in Consilio illo Francofurtensi facta mente esset, eundem credidisse, quem putaret postea Archicancellarium fusse, Ingilbertum.

G 24 Proficiens ergo Romanum Angilberto anno loccensi dedit Aleninus epistolam ad Adriani Papam, quae est in Chesiensi editione LXII, alibi XXVIII, in qua sic ipsa Ingilberti meminit: Jam alias petitiones proprie necessitatis meae, his quoque litteris inseruerem, sed quia electissimus Domini mei Regis Missus, filius eundem meus carissimus Angilbertus ad beatissimum summam auctoritatis vestra dirigitur paternitate; non esse necesse putavi litteris exarare, quod ille vir fidelis et prudens melius viva voce, secundum mandatum Domini Regis, auribus Excellentia vestra poterit intimare. Nam inter ceteras fidelissime directionis, quam ad vos habet, legationes, mea quoque necessitatis postulationes eidem prefato regis voluntatis secretario commendavit. Quem omnia omnis amicis valde fidelem esse probavimus

ubt beneque
ceptus ab
Adriano Pont.

qui scripta
contra 7 syn-
dica refuta-
vit.

An inem An-
gilebertus et
Engelramus?

ANIMADV. PAP. 7

per cum que-
dara peti Al-
bertus,

*enimque com-
mendat, ut
ponit ad-
dictum suum.*

Amus, maxime vobis, ut vere dignum est, Sanctissime Pater, qui vestram laudabili voce bonitatem scepissime Domino Regi sub praesentia multorum testium narrare solebat: et egregie pietatis per vos gesta, pura fidei verbo de vobis proferre studuit; quatenus piae dilectionis fidem ostenderet, et vestrae alnitatis amorem plurimorum mentibus ingeneret.

25 *Dubitat Paulus Petrius in citato Syntagmate, an ex litterae scriptae sint ab Alcuino, cum anno 780. Capitularia illa Romanum tulit Angilbertus, uniuscuiuscum Felicem Romanum datur. Sed qui potuerit anno 780 scribi, cum tunc (ut num. 18 ex ipsiusmet Alcuini scriptis ostensum est) nondam in Gallia esset? Quod enim alibi Felicem diritur convicisse, id vel postea accidit, cum is in pristinos errores relapsus forsitan esset, vel scriptis contra ejus harrasem editis.*

**§ IV S. Angilberti legatio ad Leonem in Pa-
pam: impetrata ab eo privilegia.**

Aha sequitur obita ab Angilberto maxima cum auctoritate legatio. Eum clarius quem alii exponit Eginhardus in Annalibus ad annum 780. Romae Adriano defuncto (vii Kal. Januarii) Leo pontificatus suscepit. Et mos per Legatos suis claves Confessionis S. Petri, ac vexillum Romanie urbis, cum aliis muneribus Regi misit: rogavitque ut aliquem de suis Optimatibus Romanam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subjectionem per sacramenta firmaret. Missus est ad hoc Angilbertus Abbas monasterii S. Richarrii. Per quem etiam tunc ad S. Petrum magnam partem thesauri, quem Ericus Dux Forejulienensis, spoliata Hunorum regia, quae Ringus vocabatur, eodem anno de Pannonia Regi detulerat, misit: reliquum vero inter optimates et aulicos, ceterosque in palatio suo militantes, liberali manu distribuit. *In illo Claves Confessionis S. Petri replicat Poeta Saxonensis lib. 3 claves quibus est Confessio Saneti conservata Petri, sive crypta, aut sacellum, ubi ejus reliqua asseruntur, ac paulo post subdit:*

Missus ad hoc Angilbertus, qui corpore Sancti Richarrii clara decoratum rexerat olim Ecclesiam. *Dein thesaurum Hunnicum exaggerat:* Nam spoliata fuit Hunorum regia, Hringum Quam vocant. Hanc Dux Ericus hocceperat anno: Multinodos etiam Regi devenerat inde Thesanos, ieo quos collegere vetusto, Innumeris crebro spoliatis gentibus Huni.

In Vita Curoli per monachum Egylsmensem, dicitur Rex item, thesauro illa accepto, gratiarum actiones Deo largiori omnium bonorum prevergo, et inde magnam partem ad limina Apostolorum mississe per ANGILBERTI & DILECTUM STEM ABRAHAM. Idem dicitur in Annalibus Lovaniensis. Vita Curoli per invertum auctorem habet: per Angelbertum dilectum sibi Abbatem.

27 *Quae Romanam proficiens mente mandata Curolus deridit, quae consta monitaque inclevari uero Proptier voluerit, legere est in ipsius Regis ad Homericum (id est, ipsiusmet Angilbertum) epistola, quae est 83 inter Alcuini epistolam & Chesuro edita. Ea sic habet: Karolus gratia Dei Rex, et Defensor sanctae Ecclesiae, Homo Auriculario salutem Divina regente misericordia iterum, et prospere te adducente ad Dominum Apostolicum Patrem nostrum, admoneas eum diligenter de omni honestate vita sue, et praeceps de sanctorum observatione Canonum: de pia sanctae Dei Ecclesiae gubernatione, secundum opportunitatem conlationis inter vos, et animi illius convenientiam. Ingerasque ei sapientias, quam paucorum honor ille, quem praesentialiter habet, annorum: quam multorum est perpetualiter merces, quae datur bene laboranti in eo. Et de simoniaeca subvertenda haeresi*

diligentissime suadeas illi, quae sanctum Ecclesie corpus multis male maculat in locis. Et quidquid mente tenet scepis querelis agitasse inter nos. Sed qualis mihi es et conlatio cum B. Adriano Papa predecessor illius, de construendo monasterio ad S. Paulum, nullatenus dimittas suggestere illi, ut volente Deo revertens, certum mihi responsum habeas refferre. Dominus Deus ducat te, et deinde cum omni prosperitate. Dominus Deus regat et dirigat in omni bonitate cor illius, ut faciens faciat, quod sancte sue proficiat Ecclesie: ut sit nobis pius Pater, et pro nobis praecipuus intercessor: ut idem Deus et Dominus noster Jesus Christus nos in sua florere faciat voluntate, et cursum, qui superest nobis vite nostra, ad perpetuae stabilitatis quietem perducere dignetur. Vale cum prosperitate, proficiens in veritate, reversurus cum gaudio, Homeriane puer.

28 *Ex ista ob eadem Rege tunc scripta ad ipsum Leona-
num Papam epistola, (lxxix inter Alcuini) quo ei
Pontificatum gratulatur, quem de Adrium morte dolor-
rem senserit, testatus, ac Leonis apud B. Petrum
Principem Apostolorum preces implorat. Tum de An-
gilberto, ac muneribus per eum missis, ita loquitur:
Angilbertum manualem vestre familiaritatem, ves-
træ direximus Sanctitati: quem prius, sicut pro-
missimus per religiosos viros Campolum et Anasta-
siuum, beatissimo Patri nostro, predecessori vestro,
dirigere curavimus. Sed, ut prefatis sumis, dum
nomen omnia parata erant, lugubri paternæ mortis
nuntio repente tardatum est iter illius. Sed modo
letiores de vestra Sanctitatis successione facti,
quod desideravimus in illo pio Patre agere, in vobis
perficere studeamus. Illique omnia injunxit, quae
vel nobis voluntaria, vel vobis necessaria esse vide-
bantur: ut ex consolatione mutuali conferatis, quid-
quid ad exaltationem sanctarum Dei Ecclesie, vel ad
stabilitatem honoris vestri, vel patriciatus nostri
firmitatem necessarium intellegeretur. Dein polle-
tetur Ecclesie ac religioni arma sua servatura, ac Leo-
num horlatetur, ut Canones ubique se putant, quatenus
totius sanctitatis exempla in eis fulgeant conver-
satione.*

29 *Scriptis et Alcuinus ad Leonem epistolam, quae est 72, qui illa et ipse pontificatum gratulatur, ac
fons precatur, salutibusque cum consilis instruit: et
sub finem Angilbertum conuenit has verbis: His filiis
meis carissimis Angilbertus vobis patefacere
valet nostræ parvitas erga Apostolicam. Sedem
devotionem, etiam et voluntatis nostræ petitiones,
Quem vestra Paternitati valde fidelem esse agnoxi: et ideo nostra necessitatibus eum*injungimus*, ut per os illius, pietatis vestre aures mei cordis
audiant obsecrationes.*

30 *Quid per Angilbertum oblinere Romam cuperet,
indicit epistola 92 ad dulcissimum filium Homerum,
id est, ipsiusmet Angilbertum, ubi ista habet: Patro-
cinia Sanctorum non ollivis cere. Res Ecclesiastice qui per eum
pulchritudine oralis occurrentes noli neglegere ut
acquiras. Nostra rusticitas avara est de talibus:
vestra nobilitas larga est de omnibus. Memor esto
poeticæ præsagii:*

Si nihil attuleris, ibis Homeræ feras.

*Hoc de te tuoque itinere prophetatum esse quis du-
bitat? Si Christum Sibylla, eju-que labores, prædi-
xit venturum, cur non Naso Homerum, ejusque iti-
nera præcererint? denum ita concludit:*

*Prospera cuncta, prævor, faciat tibi Christus, Ho-
meræ,*

Qui te conservet semper, ubique. Vale.

*Eius absens desiderium declarat epistola 93, quae est
ad Damascum filium, id est, Riculfum, sive Riculfum,
Episcopum Moguntium, ad quem et 41 scripta ab eo
epistola est. In illa ergo posteriore ita Angilberti, sive tuus*

D
**AUTORES ET
de quibus inter
se contulerant
Rex et legatus**

**natus litteris
auctoritas ei
a qua Papam
comparata,**
E

**et fides pro
ydis truc-
tandis.**

**commendatus
eudem Pontifi-
ci ab Alcuini,
P**

**Reliquias pe-
nit, et alias
res vocatas,**

*Quando ea
scripta episo-
ti?*

*Anno 706 ad
Leonom Pa-
pam,*

*ut tri Romanos
subiecta,*

*ac numeris de-
ficiat*

*et thesau-
ro Hunnico,*

*C
modiculare Angil-
bertus delectus
Regi Abbas,*

*justitia: vita
honestatem au-
toritate*

Kaia,

A *Homeri sui meminit Alcuinus*: Ego pene quasi orba-tus filius remaneo domi; Dameta Saxoniam, Home-rus Italiam, Candidus Britanniam recessit.

B *31 Diversitate videtur ex itinere Angilbertus ad S. Paulum Aquitensem Patriarcham, de quo fusa egyp-tius x Januarii. Ita enim ep. 73 ad ipsorum Paulinum scribit: Majorem nostrae salutationis seriem Angilbertus filius communis noster Romam iterum, va-lente Deo, vobis dirigit. Fuisse Paulino junctum ami-citia Angilbertum, patet ex eius commentario de reliqua-num. G.*

C *32 Inter alia quae Romae egit Angilbertus, diuinauit Maltruncus, omnium Pontificis preparasse, sultem enim, ad defensum Carolo decus Imperii. Nescio an id agi aperte ipsius pontificatus exordio apte potuerit. Opportunitas ut postea factum, cum maxima extaret Caroli in ipsiusque Leonem, non solum in Ecclesiam plurimam, beneficia. Hubere tamen etiam hoc in re locu-mus potius Caroli munera, cum ante relatum, ut cum Pontifice negotia tractaret secundum opportunitatem collationis inter ipsos, et numeri illius convenientiam: quaque ad patriciatus ipsius firmitatem pertinuerat, ut est in epistola Caroli ad Leonem.*

D *33 Anno iuxta redeunte verna tempore, ut in annalib. scribit Eginhardus, media fere Martio Rex Aquisgrani digressus, littus Oceanii Galhei perlustravit: et in ipso mari, ubi tone piraticam Nord-iniani exercabant, classem instituit, praesidia dis-ponit, sanctum Pascha apud S. Richarium cele-bravit. Inde iterum per littus maris iter agens, Rotomagensi civitatem venit.... Et mense Augusto inchoante Moguntiacum veniens, generali con-ventum ibidem habuit, et iter in Italianum indixit. Tandemque vii Kal. Decembrii Romam pervenit, et die Natalis Christi u Leonu Papu coronatus est, ac deinceps, omisso Patricii nomine, Imperator et Au-gustus est appellatus. Advenit et S. Angilbertus, qui, ut habetur in immori Chronico Centulensi, impetravit exemptionem eorumq; Centulensis.*

E *Centulensis coronatus est in Imperatore per predictum Leonem Papam, et eodem die quo Carolus Magnus coronatus est in Imperatorem per predictum Leonem Papam, et nuncupatus est Caesar Augustus. Et fuit hoc actum circa annum Dominicccc, in presenti S. Angilberti et Iesse tunc temporis Ambianensis Episcopi. Qui numerum Iesse anno lxxxv ad Ireneum Augustum cum Helgunda Comite missus est ad pacem constituendam.*

F *34 In eodem recentiori ac breviori Chronico Centu-leensi Joannis Capelle ista leguntur: Eodem die (quo coronatus est Imperator) dictus Carolus Magnus ad-junxit huic Ecclesie S. Richarii eumobium et mo-nasterium Forestomonasterii cum suis appendicibus universis, specialetque quondam institutionem et electio-nem Pastorum et Abbatum: sicut latius patet per scripta Apostolica super illis confecta, sama et inte-gra in thesauraria huius eumobi.*

G *35 Ignatius Josephus u Jean Marin Carmelita Dul-calceatus lib. 1 historie Abbatis-villae cap. 83 pag. 461 scribit, Foresto monasterium, vulgo Forest-mousterier, situm esse in saltu Cressoniensi, ubi S. Richarius cum discipulo suo Sigibaldo reliqua Centula, annis aliquot in vita et exiguo tigurio vitam anchoriticam regit: quod tigurium visitur etiamen, paullum a monasterio semitoru, sed sensim in ruinam prolabens, ut et ipsius monasterium, nemine illius sorta testa, ut oportet, curvare, nec splendorem altarium, ne ne sa-crorum quidem ordinem vita que monachies disciplinam, prout illa quadam in rigore. Ita ille, qui se nullas leges testatur Alexandrii, Innocentii, Iovanni in, e quibus constet, ejus eumobii Abbatem ex Centulensi eligi consuevit, ac proventus quoque monasteriu a quo-piam e Centulensibus administrari,*

H *36 De eodem Foreste-monasterio status Joannes*

Capella in Jagelardo xxi Abbate ista traxit: Iste Rex Hugo Capet dedit privilegium villas nostras fortificandi, aedificandi castra murata; et nomine Advocacionis, et ad protegendum nos et nostros subditos ab iniuriis nostris, dedit predictus Rex Hugo Capet eundam Militi, nomine Hugo de Abbatis villa generoso et nobili, sub illo titulo villam Abbatissimam et Foreste-monasterii: sub conditione tamen, quod Abbas in eodem loco, tempore necessario et opportuno, per Abbatem S. Richarii notabatur, et in suo grege et gremio sue Ecclesie eligebatur, sicut patet per litteras Apostolicas super illis consecutas. Item ea ecclavri consuetudo ac potestus Centule-norum in Foreste-monasteriis, ut citatus Josephus Ignatius tradit.

I *37 Altera a Leone in privilegia obtinuit S. Angilber-tus, de quibus idem Joannes Capella: Eodem die (quo scilicet coronatus Carolus est) et in dicta solemnitate dictus S. Angilbertus impetravit exemptionem et privilegium mitre, sandaliorum, annuli, et aliorum Pontificalium, ex concessione Jesse tunc Episcopi Ambianensis. Item in Faltro de Guassart xxxviii Abbate, hoc scribit: Immediate accepit pedum, et impetravit (saltem confirmari fecit de novo) privile-gium exemptionis, mitre, annuli, et sandaliorum, in curia Romana, et decessit ab hoc secundo anno Do-minicccc in vigilia Assumptionis B. Mariae Virginis.*

J *38 De privilegiis iterum idem Joannes in Germe sive Germoni, qui et Episcopus Ambianensis fuit S. Godfridi successor, ista memorat: Et quia scriebat Guidonem Episcopum, (xxxii) suum predecessorem, esse... huic Ecclesie per asportationem et subtractionem nostra-rum litterarum et chartularum exemptionis, quas furtive secum clavis deportaverat: studuit hanc E-cclesie esse Episcopatum Ambianensi subjectum etc. Aucherrus autem xxv Abbas recuperavit privilegia et chartas hujus Ecclesie.*

K *39 Anno Dominiccccxvi, v Kal. Augusti, Hugo Campaldinensis Comes S. Pauli, quod intus quibus-dam suis Centulese concessum esset asylum, sibi vero, ne id profanu furore violuerit, portu obseruox, igne Græco-tum oppidum succedit: tali modo (inquit idem compilator Chrouci minoris) quod religiosus Missam magna celebrans contra magis altare fuit combustus, et cum eo tum in ecclesia quam in villa subiecte pro-miscui generis igne et flamma mortui sunt. Et in illa destructione perdidimus omnes chartas et pri-ilegia nostra, ornamenti et omnia bona mobilia F combusta sunt: nihil penitus remansit, exceptis sanctuariori reliquiis omnibus projectis et salvatis in puteis aquarum.*

L *40 At postea Richarius xxx Abbas... misit Ro-mum versum Papam Alexandrum in anno Dominiccccxxi copiam exemptionis nostrae, quam impetraverat S. Angilbertus die coronacionis Caroli Ma-gni Imperatoris Romanorum et Regis Francorum, cuius perdidimus originalia in primu destructione hujus ecclesie per... infideles: et super ipsam co-piam jussit nobis describere exemptionem, quam de praesenti habemus.*

M *S. V. S. Angilberti aedificia Centular. Sancto-rum reliquias ab eo ornatae*

N *Quod tantis ac tam multis privilegiis Imperatoris ac Pontificum munivit Angilbertus eumobium, ut predictis quoque aedificis auxit, Sanctorum reliquias ornavit, do-lavit possessionibus. Trut cumpromis templo construxit, primum ac maximum Salvatori Divoque Richario sa-crum fuit, alterum Virgini Deipara, S. Benedicto ter-tium. De his Joannes Capella in Chronico: Qui qui-dom Angilbertus tempore suo potenter et honorifice, cum*

caudam ab Hu-gone Capeto datam tunc iudec-tationis, sub eo iure Cen-tulensium.

obtinet et iudicata, an-nulata etc.

*qnt post con-
trahuta.*

E

*instrumenta
horum privi-
legiorum abla-
tag*

recuperata,

*an. 1131 cora-
bula cum toto
oppido,*

*1172 confir-
mata recum-
bant exemplar
S. Angilberti.*

ubi id datum?

quale nunc?

*S. Angilbertus
Centulensis or-
nat 3 templis,*

A cum adjutorio dicti Caroli Magni, prædictum cœnobium Centulense decoravit magnis ædificiis, reliquiis, jocalibus, et quampluribus aliis bonis, et dedit magnis redditibus et divitiis. *Ac paucis interjectis*: Fecit dedicare hoc cœnobium per xii Archiepiscopos, quorum nomina inferius scribentur.

et alias adiunctas,

42 Et, ut narrat Cbronica, in primo cœnobio fundato in nomine Domini Salvatoris nostri, et B. Richarrii, fundavit etiam duas turres, in parte Occidentis unam summam, et alteram excellentem in parte Orientis, sub qua erat sepulchrum beatissimi Richarrii: et in distantia istarum stabat ecclesia cum Choro. Ac subtus turrim orientalem circa pedes S. Richarrii erat altare nomine suo consecratum: et circa caput altare B. Pauli. Et circa turrem occidentalem erat dedicatum altare sancti Salvatoris. Fecitque scribere circa sepulchrum S. Richarrii versus sequentes.

altus turribus,

inscriptione ad sepulchrum S. Richarrii.

B

Omnipotens Dominus, qui celsa vel ima gubernas,
Majestate potens, semper ubique Deus,
Respic de solio, Sanctorum gloria, summo,
Auxiliumque tuis, Rex bone, da famulis,
Principibus pacem, subjectis adde salutem,
Hostis pelle minas, et fera bella preme.
Hic quoque quæ statui fulgentia culmina templi
Angilbertus ego, sint tibi grata Deo.
Augusto Carolo, cuius virtute peregi,
Concede Imperii gaudia magna tui.
Quisquis et hic summas precibus pulsaverit aures,
Effectum tribuas semper habere Deus.

in igni partimento,

43 Immediate post S. Angilbertus inter illas turres orientalem et occidentalem ex artificio Virgilii Mantuani, summi poetie, divini artificis, recuperavit pavimentum porphyrelicum, rubei et viridis coloris, quod de presenti est et futura Ecclesia, ita pretiosum, ut in toto orbe terrarum non est visum simile, et experientia docet. Fecit scribi in tabula marmorea versus sequentes:

Hoc pavimentum humilis Abbas componere feci
Angilbertus ego, ductus amore Dei:
Ut mihi post obitum sanctam donare quietem
Dignetur Christus vita salusque mea.

C

44 Utrumque hoc epigramma recitat etiam Peyrat lib. I cap. 28. *Prgit Capella in Chronico*: Et sicut scriptura est superius, ipse fecit aedificare tres ecclesias, videlicet ecclesiam S. Richarrii in Occidente, ecclesiam S. Mariae in meridiano, et minorem ecclesiam S. Benedicti in Oriente. Et sic sane intelligendum est claustrum triangulare in honore Trinitatis, sub uno et eodem lecto. Et in medio fons, suo fluuisse domum rigans, et serviens Fratribus, cum uno molendino stante in loco fossatorum modernorum. Et istae tres ecclesiae dedicatio sunt, si-
cut dictum est, per xii Archiepiscopos, quorum nomina sequuntur: Meginhardus Rotomagensis, Georgius, Absalon, Pleo, Childegardus, Theodotheus, Udeharus, Benedictus, Brellens, Joannes, Passinus, et duodecimus ignoratur.

45 Sequuntur Capellas quas fundavit. *Harulphus altaria vocat*. In ecclesia Sancti Salvatoris, habebatur in ea de veste inconsutili Domini nostri, de Cruce, de sepulchro, de filo B. MARIE, de Innocentibus. Capella S. Richarrii, in qua quiescebat totum corpus eius, cum aliquibus sanctuarioribus B. Marie Virginis. Capella S. Joannis Baptiste, in qua erant ossa B. Zacharie ejus patris. Capella S. Petri, in qua erant ossa BB. Petri et Pauli, et S. Clementis: et nunc dicitur CAPSA SANCTE PRIMÆ. Capella S. Stephani, in qua erant ossa S. Simeonis prophetæ. Capella S. Quintini, in qua erant ossa SS. Crispini et Crispiniani sociorum Suessionensium. Capella sanctæ Crucis, in qua erat de sancta Cruce. Capella S. Dionysii in qua erant reliquiae SS. Rus-

Februarii T. III.

tici (*MS. habebat Justi*) et Eleutherii sociorum ejus. D Capella S. Mauricij, in qua erant reliquiae ejus et suorum sociorum in agone certaminis. Capella S. Laurentii, in qua erant reliquiae ejus et SS. Sebastiani et Valerii. Capella S. Martini, in qua erant reliquiae ejus, et SS. Remigii, Vedasti, Walerici, Lupi, Servatii, Germani. Et hæc omnia pridie Kalend. Jannarii.

46 Item eadem die in ecclesia B. Benedicti consecratae sunt Capellæ quæ sequuntur. Capella S. Benedicti ad majus altare, in qua quiescebat ejus ossa, et SS. Antonii et Columbani. *Atque illa sunt, de quibus etiam alibi* in nostra exemplari desiderari, folio avulso. Sequuntur enim quæ ibidem num. 13 extant: Et altare S. Hieronymi etc. Quod autem hic num. 45 dicitur fuisse in altari seu capella S. Petri, in ecclesia Salvatoris, Capsa Sanctæ Primæ; id Joannes Capella, in xxxviii Abbate Hugone de Chenincourt, qui temporibus S. Ludorvi Regis vixit, ita explicat: Iste Hugo de Chenincourt visitavit feretrum, quod dicimus SANCTE PRIMÆ, id est, primitivæ fundationis Ecclesiæ militantis, quia in eodem requiescent quamplurima corpora Sanctorum, Petri, Pauli, Joannis Baptiste, et aliorum Confessorum et sanctorum Virginaum.

47 Enumerat *infra ipsam S. Angilbertus*, quas undique corraserit reliquias Sanctorum: quarum et in dicem ex Centulensis monumentis te. *rit Joannes Capella*, qui et ista subiecta, ab Sancto quoque Angilberto ex parte indicata: *Quoniam* istas reliquias incapsari fecit (*S. Angilbertus*) in tredecim capsas aureis, et argenteis, gemmis pretiosis adornatis. Imposuit predictas capsas super unum altare argenteum, dedicatum in honore B. Mariae Virginis. Et in qualibet predictarum trium ecclesiarum construxit unum pulpitrum marmoreum, decoratum et figuratum variatibus. In prima ecclesia edificavit tria campanilia, et in quolibet posuit xv campanas: in secunda ecclesia unum campanile et xv campanas: et in tertia ecclesia totidem. Et quamplurima ornamenta aerea aureata, expressa et declarata in Chronica papyrea.

48 *Dum autem atlatas aliunde reliquias ita exornat Angilbertus*, multo etiam majorem domesticis splendorum addidit, eorum, inquam, Sanctorum, qui Centulæ et varerunt et hunati erant, S. Richarrii, Sanctorumque Cauloci et Adriani; ut cap. 3 num. 19 et 20 narratur. De S. Richario idem hisce verbis testatur Joannes Capella: Carolus Magnus Imperator et Rex, et dictus Angilbertus Abbas, in propriis personis studuerunt translatare corpus S. Richarrii a tumulo terreo in ferebro seu capsula aurea lapidibusque pretiosis adornata. Et ipsum corpus S. Richarrii incorruptum, quod jacuerat et quieverat clx annis in sepulchro, honorifice et cum magna devotione elevaverunt, ex licentia Adriani tunc Papæ. Versus, qui cap. 3 num. 19 duntur a S. Angilberto compoſiti, et tumulo S. Richarrii inscripti, dixit idem Capella in 4 tetrasticha et distichon unum, hoc modo: In sepulchro, ut ait, erant versus sequentes: Aurea colestem etc. Circa dextram partem: Posthabito mundi etc. In caerulea arcie et suprema parte: Hic vitam funetis etc. Circa sinistram partem: Huic Carolus Princeps etc. Ad denum circu pedes: Ipsius ut meritis capiat etc.

49 *De Vita ejusdem S. Richarrii ab Alcuno Flacco expolita*, quod breviter indicatur num. 18, ita ipsam scripta ad Carolum Alcunum: Domino semper venerabili semperque desiderabilis, piissimo sanctæ Ecclesiæ tutori, gratia Dei semper Augusto Carolo, vestrae salutis perpes amicus Albinus. Re mem orante vestrae Excellentiae pietate, in loco sancto et merito venerabili Centula, cum et ego vestrae gloria servus, vestre pietatis vestigia ibidem prosecutus aliquantisper commorarer, oraverat meam parvitatem viri ejus Vitam curat per Alcnum explorari.

ACTORES J. B.

A magnus in Christo. Dominus et venerabilis Abbas Angilbertus, quo in laudem Conditoris, qui mirabilis semper apparuit in electis suis, quendam libellum stylo simpliciori digestum de vita sanctissimi ac vere magnifici Confessoris Richarii cultius annotarem. Dumque exauditis continuo preribus ejus, que ipsi Divinae majestati exaudibiles et cara: noscentur, eundem mihi exlibri libellum petuisse, non parum miratus sum, cur tanti nominis Confessor, quem tantorum virtutum operatorem esse constabat, quenque praecefa fama miraculorum patratione post ipsos Apostolos nulli cerebat secundum, tam modico gestorum volumine potiretur. Idque mihi stupescenti innouit jam dictus memorabilis vir Angilbertus, ac spirituales fratres ejusdem sancti loci, haberi apud se, quin etiam apud diversas Ecclesias, codicem alium grandioris quantitatis, in quo scilicet illa miracula legebantur, quibus non immixta sanctum Christi Confessorem omnis Gallia attollebat: cuius simplex et minus pudica locutio quia Fratribus ad incitandum in populo apertior videbatur, sufficeret sibi eandem descriptionem consenserunt. Dumque in his, que rogabant, praenotandis jamjamque animos applicarem, repente vestre pietatis nuntio sum conventus, uticaque tractabant sic annotarem, sicut revera vestre sapientiae auribus inferenda. Hinc ergo vocato notario, ne fixo praec oculis jam dicto libello, ea que referre videlatur de conversione, de moribus... dictatu admodum compendioso, titulo *Vita beatissimi Richarii alii Patris aplavimus.*

B 50 Sanctorum quaque Caidoci et Adriani, a quibus est S. Richarius conversus, renovavit ornauitque tumulos, addito singulis octasticho. De S. Caidoco agitur in *Vita* num. 20. Joannes Capella scripta illa fuisse tradit a destris et sinistris utrumque. De S. Adriano ista habet: Circumfera feretrum S. Adriani descripsit (S. Angilbertus) versus sequentes:

Corpo terrenus qui cernitur atque sepultus,
Claudia pro meritis coeli lacus habet.

Iste fuit Franco Caidoco consecutus.

Quem sibi concessum Centula gaudet ovans.

Hic virtute valens despexit prospera mundi,

Et modo viventi gloria magnum patet.

Quique Deo placuit, celorum regna petivit:

Nunc Angilberti carmine fulget. Amen.

Huc ibi. Sed quid sibi vult versu 3 Franco? Non certe S. Caidocum Francum vult fuisse, quem in Suecia genitum asserit. Joannes Capella ambo tintos de Ibernia in partibus occidentalibus scribit. Nomen est forte S. Adriani: nam idem Capella, aut potius uniuersitas

C sis, nunc Territorium, nunc Puevum, apparet; alterutrum rituse, ac facte utrumque: alibi Ericorum. Inscripti umbo Martynulogio Anglicano Wilsoni et generali catalogo NS. Ferrara ad 1 Aprilis, sed utroque Sudor est pro Caidoco. Calgnus maluit ad XXII Martii referre, absque ullis tamen, ut fatetur, scriptoris auctoritate, cum Caidocum antea XXIV Januarii dedisset.

S. VI. S. Angilbertus ac Archicapellanus Palatii? ejus mors, sepultura.

S ensim ut obitum S. Angilberti accedimus, T'ennio ante quam ei vita decederet, nullulus est ab Imperatore, ut testis esset ejus testamento, ut deinde illud obseruari curaret. Ita Eginhardus in *Vita Careli Magni*, xxviii Januarii, cap. 10 num. 38. Divisionem thesaurorum et pecunie ac vestium, alioquin suppelletilis, eorum amicis et ministris suis, annis trilia antequam decederet, fecit, contestans eos, ut post obitum suum a se facta distributione, per illorum suffragium rata permanueret. Ut deinde num. 39 dicitur, Descriptio atque divisio ita, facta est a gloriosis-

simo atque piissimo Domino Karolo Imperatore Augusto, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi ccxxi, anno vero regni ejus in Francia xxi, et in Italia xxxvi, Imperii autem xi, Indictione iv. *etiam altis rara illustribus* Denum num. 44. Hanc constitutionem atque ordinacionem coram Episcopis, Abbatibus, Comitibusque, qui tunc presentes esse poterunt, quorum hic nomina scripta sunt, fecit atque constituit. Episcopi Hildebaldu, Richulfus, Arn, Wolfarius, Bernoldus, Laius, Joannes, Theodulphus, Jesse, Netto, Waligaudus, Abbatibus, Fridoligus, Adalongus, Eu-
gilbertus, Irmino, Comites, Walah, Megingerius etc.

32 *Hunc alia oritur quæstio, fuerit vero Angilbertus Archicapellanus, sive Suminus sacri palata Capellanus, aut Apocrisiarius?* Hinmarus in opusculo ad Proceres regni cap. 19 ita in officio exponit: Apocrisiarius, qui vocatur apud nos Capellanus, vel palati custos, de omnibus negotiis Ecclesiasticis vel ministeriis Ecclesiæ, et Comes palati de omnibus secularibus caussis vel judiciis, suscipiendo curam instanter habebant: ut nec Ecclesiastici, nec seculares, prius Dominum Regem absque eorum consulta inquietare necesse haberent etc. Et cap. 16, Apocrisiarius, inquit, omnem Clerum palati sub cura et dispositione sua regebat. Guilielmus Peyratus, ut xvii Februario ad Vitam S. Fultri dictum, tonum integrum de *Capella Regum Christianissimorum* ejusque administris edidit. Angilbertum Archicapellatum, sive Apocrisiarum fuisse, pronuntiant item Peyratus, Paulus Petrus, Suamarthani. Citant Chronicon Centulense, sive quam datus S. Angilberti Vitam, enus antorem faciunt Harrulphum, ut infra dicimus. Et in ea quidem dicitur Primas Capellanorum, quod idem est ac *Summus Capellanus*. *V*erum ea *V*itu fere ecc post Angilberti obitum unius scripta videtur, ut infra ostendemus. Citant et S. Adriannum Papam, qui in epistola cap. 1 num. 3, et cap. 3 num. 22 a nobis cœtato eum ministrum Capellie vocat: quod de omnibus dei Capellans poterat. Neque vel Carolus vel Alcius, cum eum Adriano aut Leonem cœmentibus, illu uniuersa nomina Archicappellani aut Apocrisiarii usurparunt. *Hinmarus* quoque in opusculo auctore citato, minime inter Caroli Magni Archicappellanos Angilbertum numerat. Ita enim cap. 13 sicut: Tempore Pipini et Caroli hoc ministerium consensu Episcoporum per Fulradum Presbyterum, tempore etiam Caroli per Engelramum et Hildeboldum Episcopos, tempore denique Hindoviæ per Hilduinum Presbyterum, et post eum per Faleonem item Presbyterum, deinde per Drogonem Episcopum, existit hoc ministerium executum.

F 53 Quod aut Hinmarus, consensu Episcoporum legislatore Archicappellanam, confirmatur ut in uno 53 Concilio Francofurtensi, celebatur anno MECXCV, qui Canon ita habet: Dixit etiam Dominus Rex in eandem Synodo, se a Sede Apostolica, id est, ab Hadriano Pontifice, licentiam habuisse, ut Angiramum Episcopum in suo palatio assidue haberet propter utilitates Ecclesiasticas. Deprecatus est eandem syodium, ut eo modo, sicut Angiramum haberet, ita etiam Hildeboldum Episcopum habere deluisset; quia et de eodem, sicut et de Angirammo, Apostolicam licentiam habeat. Omnis synodus consensit, et placuit eis eum in palatio esse debere propter utilitates Ecclesiasticas. Declarat est igitur tunc Hildeboldus, sive Hildebaldu, Archicappellanus palatu: quod minus gressus usque ad tempora Ludovici Pri. Patet ex Ludovici Vita ab auctore invertto scripta, ubi ad unum Christi locum, qui erat Ludovici tertius, narrato Leon in Papar obitu, qui contigit eo anno, vicesimo primo Episcopatus sui, vii Kal. Junii, successorem ejus Stephanum venisse int in Galias: Cui etiam, inquit, obviam Hildeboldum Archicappellanum sacri palati, Theodulphus Episcopus Aurelianensem,

non cotui.
Alii tunc id
minutus gesse-
runt.

S. Fulradus,

F

Angiramum
Ep. vel. Hilde-
boldus Ep.
Col.

usque post
mors.

Johannem

Caroli Magni
testamento
executor fatus

an. 811

A Johannem Arelatensem, aliorumque ministrorum, Ecclesiae copiam, procedere jussit, insulis induitos sacerdotalibus.

34 Quando ergo tandem Archicapellanus fuit S. Angilbertus? Sub Pipino ac deinde Carolo fuit Fulradus, ut xvi Februarii ad eum Vitam dictum est. Ei suffec-
tus est Ingilrammus, sive Ingelrammus, Metensis Episcopus, vel mortuo, vel ob senium missionem petenti. Angilrammo mortuo lectus est ad id munus Hildeboldus. Ex verbis Canonis citati, Angilramnum habuerat, colligere est, cum tunc mortnum fuisse, cum aliis relint
dui post annum 1000 adhuc superstitem fuisse. Nam si vel enim Imperator eo munere abdicabat, od id fortassis consensum quoque Episcoporum et Pontificis flagitasset, aut certe causam dedisset facti sui. Hildeboldus adhuc post S. Angilberti mortem in eadem erat dignitate. An-
gilbertus ergo ab Hugolpho Primus Capellorum est appellatus, vel quia quem Ministrum Capelle fuisse legerat, neutquam unum ex minoribus Capellans fuisse creditit, tanta nobilitate, scientia, pietate, atque apud Regem et Pontifices auctoritate; vel quia inter ceteros Capellanos eximius fuerat, ideo Primate corum dixit, et si nullum in eos obtinaret auctoritatem, quae quo tempore ipse Abbas fuit, et ad illud munus gerendum idoneus, B penes Ingelramnum et Hildeboldum erat.

35 Mortuus est tandem Ingilbertus xxi Februarii, anno 1000, diebus post Caroli Magni obitum xxii, Sanmarthani scribunt, anno 1000, aut biennio prius: imo integro triennio. Non tamen, ut in Vita num. 21 habetur Indictione vi, sed vii. Sepultus est ante portam majoris ecclesie, ubi requievit xxviii annis.

36 Luculentus mortem illius ac sepulturam commemorat Joannes Capella, his verbis: Viginti duobus diebus elapsis post mortem dieti Caroli Magni, anno 1000, xii Kal. Martii S. Angilbertus migravit a seculo, et, ut Chronica solis 44 et 45 praelare narrat illis xxii diebus durantibus, die et nocte semper et continue existens in orationibus de nece et morte Domini sui, plorans et ieiunans, humiliiter sacramenta Ecclesiastica et necessaria requirens et suscipiens, omnibus suis Fratribus in signum humiliatis et paupertatis sepulturam Ecclesiasticam ante portam majoris ecclesie requisivit, ut per omnes intrantes pedibus conculcarentur.

37 Et ibidem requievit ejus sanctissimum corpus xxvii annis, et super ejus tumulum discipuli ejus inseruerunt, et in epitaphium composuerunt versus sequentes:

C Extulit egregie quem mundo gratia vita,
Angilbertus in hoc membra locat tumulo.
Usque viam Domini tenuit quo corpore vixit,
Et modo caelesti spiritus areo nitet.
Promeruit coelum, pietatis jura tenendo,
Et templum Sancti Richarri renovans.
Quidquid amat Dominus, eum toto corde re legit.
Pauperibus largus, debilibus medicus,
Contulit Ecclesie multum famulando decorem,
Et famulus Christi se dedit in famulum.
Ecclesie regnum coluit virtutis amore:
Pro quibus aeternum laetus habet bravium.
Martii bis senis successit morte Kalendis,
Et Domino flatum reddidit, astra petens.
REX Regum Angilberto da Pater atque pnis REX,
LEX Legum vitam eternam illi da, quia tu LEX:
LUX lucem semper concede illi, quia tu LUX:
PAX pacem illi perpetuam dona, quia tu PAX.

§ VII. S. Angilberti translatio prima an.
1000, secunda seculo xi. Vita. Anniver-
saria celebratur.

T Translatum deinde in honorificentiorum locum S. An-
gilberti corpus a Riboldone Abate, qui tertius ab eo

Centulam rexit. Translatio autem ea contigit eo anno D
quo Feociales, seu Missi, trium fratrum, Lotharii Imp.
Auctore J. S.
Ludovici et Coroli, de pace inter eos sancienda egerunt
Confusione in basilica S. Castoris, ut scribit Nithardus lib. 4. Is autem 1000 Christi annus fuit, ut ex
retustis Francorum annalibus patet. Nam Fulenses
qui vocantur, ait in anno eclipsim Lunae factam in
Kal. April. v feria ante Pascha, que perperam in
editionibus Freheri et Chesiæ facta dicitur in Kal.
April. v feria, nam Kalendas Aprilis anno incidentur
in Sabbatum sanctum. Et discrete habet Chronicum Fon-
tanellense: Anno Domini uice incarnationis 1000
Ind. v... tercio Kalendas Aprilis ipso die Coenæ
Domini, antequam aurora finem daret. Luna de-
fectionem passa est. Et plures habent consentientes in
eum annum characteres. Sed legerunt illi in Kal. pro
in Kal.

39 De ipsa translatione ita scribit idem Nithardus
lib. 5 sub finem: Et hoc fieri posse in Nonis Novem-
bris visum est: usquequo pacis termino constituto
discedunt. Quia quidem die terrae motus magnus per
omnem penitus hanc Galliam factus est. Eademque
die Angilbertus vir memorabilis Centulo transla-
tus, et anno post decessum ejus xxviii (in margine
appositum erat xxvii) corpore absque aromatibus in-
dissoluto repertus est. Fuit hic vir ortus eo in tem-
pore haud ignotæ familie. Madhelgaudus antem,
Richardus et hic, ex una progenie fuere, et apud
Magnum Kirolum merito magni habebantur. Qui ex
eiusdem magni Regis filia, nomine Berchta, Harni-
dum fratrem meum et me Nithardum genuit. Cen-
tulo opus mirificum in honore omnipotentis Dei
Sanctique Ricarii construxit familiam sibi commis-
sam mirifice rexit. Hinc vita cum omni felicitate
defuncta. Centulo in pace quievit. His paucis de ori-
gine mea delibatis, ad historie seriem redire libet.
Ista Nithardus.

40 Translationem cum curarit Riboldus, sive Ribaldo,
decimus Abbas Centulensis. De re Joannis Capella:

Illi xxvii annis elapsis, Fratres et religiosi hujus
conclavi, consilio habitu a prudentibus viris, et
maxime a Radberto Abate Corbeiensi, deportatum
est ejus sanctissimum corpus et sepultum in capsula
plumbata in ostio seu porta Chori majoris ecclesie,
Colitur S. Paschasius Radbertus eodem quo S. Richar-
rus die, xxvi Aprilis, ut idem testatur Capella. Idem
Capella postea agens de Ribaldo Abbat. Iste Riboldus,
inquit, transtulit corpus S. Angilberti a loco ubi
iacuerat xxviii annis, scilicet ante portam majoris
ecclesie, ad alium locum, scilicet in porta Chori, ac
postulo post: Iste Riboldus super cryptam aut tumu-
lum S. Angilberti fecit describere versus sequentes:

Hoc recubat busto memorabilis Angilbertus,
Almificans hujus spiritus astra colit.

Bissenis obiit mensis Martii ipsi Kalendis:

Construxit templum quod retinet tumulum.

Et fuit Augusti Caroli sub tempore Magni,

Dogmatibus clarus, Principibus socius,

Ante fores templi qui jussit se tumulari,

Riboldo hue Abbas transtulit ac posuit.

Post annos obitus bis denos vjns et octo

Corpo re con. tis integer insolito est.

41 Saepius deinde populatione hostili, atque aliis

casibus labefactata eversaque Centula est: restaurata

dein illa quidem, sed non ea amplitudine ne splendore,

quo eam exornarat Angilbertus. De Engelorda xxi

Abbate, qui Hugo Capellus Regis temporibus viri,

ista habet Joannes Capella: Dietus Ingelardus juve-

nus et Diaconus licet Abbas, caput readificare ecclesi-

siam istam, non tanti ambitus quanti fuerat, sed

restringendo eo modo, quo est in quantitate de pre-

senti: quod placuit omnibus, et maxime Hugoni

Capet Regi.

Auctore J. S.

Translatio an.

842

3 Novemb.
corpore in dis-
solute reporto.

E

curante Ribol-
do ab.
studiente S.
Paschasio
Radberto,

aditâ epigra-
phe.

F

vastata et rex-
dicata ecclæ-
sia,

ACTORE I. B.
obligatione in
doto ejus se-
pulchro.

a S. Gervino
Ab.

* an non mar-
moreo?

reperitum ejus
corpus,

eum celesti
odore.

Vita Gorius
reperita.

ab Harialfo
interpolata,
vel nova com-
posita.

Acta de eo
scripta in
Chronico re-
centiori.

A 62 Inter ea et ipsum S. Angilberti sepulchrum sensim obtrutum oblivione. S. Gervinus i. Abbas xxii, qui S. Leoni ix sanguine erat ac familiaritate virtutumque amulatio conjunctus, illud seculo Christi undecimo inventus, et reliquias honorem, ut merebantur, habuit, quem Deus amplificavit, multis ad eos factis prodigis. Ut ea sui gesta res, narrat sapientius citatus Capella in hunc modum: *Iste Gervinus translatavit corpora sancta SS. Caidoci et Fricorii, seu Adriani, Confessorum et S. Angilberti; quia in quadam Ecclesie, nominata Gorze, in Lotharingia, dictus Gervinus repererat gesta S. Angilberti; et in scriptis viderat, quod causa magna humilitatis sepultrorum elegerat in porta aut introitu ecclesie; et sciebat ipsum motum a primo loco; fodere et inquirere fecit in introitu Chori hujus cenobii. Et fodiendo et inquirendo repertum est corpus Domini Nithardi xii Abbatis, et filii dicti Angilberti, sepulti in sepulchro non moreo cum sale; et plane apparebat de vulnere et plaga in capite, quod receperat in bello contra Danos, quo magis gravata secundo. Et hoc viso reponi fecit, et in loco antiquo versus Occidentem fodere fecit. Et ministri fodendo sarcinis repererunt super pavimentum quatuor monosyllaba, REX, LEX, LUX, PAX. Et illa nomina erant prima et ultima sui primi epita- phii; et hoc ex consilio cuiusdam antiqui religiosi, nomine Tendelvaldi, repererunt absque morsa sanctissimum corpus: et cuius sepulchri apertione omnis suavissimus odor, non solum praesentibus, sed in omni ambitu loci sparsus. Invenieruntque omnia ossa in massa et confusione posita, et involuta in pallio serico viridis coloris, non putrefacta, sed recondita et translata per Dominum Riboldum, x Abbatem, de loco ad hecum. Et ex illa investigatione fuit certus dictus Gervinus. Unde instituit secundum translationem solemnizari dicti S. Angilberti, quia per ipsum Abbatem prie timore immicorum, Saracenorum et pugnorum, fuerat ibidem reposatum. Et quia dictus Riboldus in sepulchro plumbum posuerat schedulum, in qua continebatur quod ibidem quiescebat corpus S. Angilberti. Et in instanti elevavit corpora SS. Caidoci et Adriani, et ea impo- suit in capsu seu feretro argenteo, lapidibus pretiosis ornato.*

B 63 Quam S. Gervinus in cenobio Gorisensi repe- risse S. Angilberti Filiam dicitur, ea an uspius extet haud recte. Ita certe, quam nuae datus, cum ipsius S. Gervini meminimus, sub ratione nat. ejus successore composito est. Eius auctorem Paulus Petavius et Pey- ratus, Harialfum Centulensem monachum vocant, opus que ipsum citant unne Vitam S. Angilberti, nunc li- bros de reb. gest. Ecol. Centulu, et capita nonnum- quam caprunt Peyratus. Eam nos descriptissimam ex codice Centulensi, quem nobiscum communorat D. Joannes a S. Martino monachus Congregacionis Fo- liensis, Petri Loveti IC. Belloracensis germinus. Sed amba erant aliquot folia, ut pravae multa sit Fita: neque uno stylo tenore deducta, sed nunc quedam ipsius scriptoris, alia S. Angilberti verbis referuntur.

64 Alium indicem nacti sumus librum hoc exordio: Chronica abbreviata super gestis et factis Dominoru- m et Sanctorum Abbatum huius saeculi cenobii et sacratissimae ecclesiae Patroni nostri S. Richarri, Ambianensis dioecesis, ordinis S. Benedicti; edita, compilata, et extrineta, ex consensu, voluntate deli- berata, innudato et iussu Reverendi in Christo Pa- tris ne Domini D. Eustachii, Divina permissione ejusdem Ecclesie et cenobii Abbatis, anno Dominicccccxii, menso Maii, per me Joannem de Capella Presbyterum humilium, in artibus Magistrum, Curator de Nonnert, Capellano S. Benedicti, Notariumque Apostolicum, oriundum de dicto loco, e diversis libris, codicibus, instrumentis publicis,

letteris, chartis, et aliis monumentis etc. Quo nos D commentario iam sapientius usi sumus.

65 Citat Peyratius lib. I cap. 30 Anscherum Ab- batem Centulensem MS. lib. de miraculis S. Angil- bertii ad Radulphum Remorum Archiepiscopum. Ea Miracula ab Anscher Ab. scripta post sunt, opinor, miracula, quae Vitæ subiectemus ex eodem au. 1110.

Centulensi codice. Non eundem esse Vitæ S. Angil- bertii et miraculorum scriptorem colligere est ex us quæ- num. I habet: Dignum est paucis perstringere, quis, quantusve in vita mortali fuerit. Eudem miracula a Joanne de Capella jam citato narrantur.

et lectoria auro, argento et marmoribus parata duo.
In ecclesia sancte Dei Genitricis MARIE et sanctorum
Apostolorum altaria fabrieata tredecim, ciborium
unum, et lectorium optime paratum unum. In ecclesiis vero
sanctorum Angelorum Gabrielis, Michaelis, et Ra-
phaelis altaria tria, quæ sunt simul altaria triginta,
ciboria et lectoria tria.

22 Nam de aliis vasis et supellectilibus, habentur
Cruces auro, argentoque paratae septendecim, co-
ronae aureæ duæ, lampades argenteæ sex, cuprinae
auro argentoque decoratae duodecim, poma aurea
tria, calices aurei magni cum patenis duo : item calix
unus aureus magnus cum imaginibus, simulcum paten-
ta sua : alii calices argentei duodecim, cum suis
patenis, s Offertoria argentea decem. Ad caput S. Ri-
charii tabula auro et argento parata una, ostia ma-
jora auro et argento parata duo, alia minora duo :
alia ostiola similiiter parata duo, hæc heus aureus
unus : atramentarium optimum argenteum auro pa-
ratum unum, cultellus auro et margaritis paratus
unus : codex eburneus auro, argento et gemmis op-
timum paratus unus : et concha auro parata una : in-
censaria argentea auro parata quatuor : et hæc appari-
argentei superraurati tredecim : concha argentea
major cum imaginibus argenteis una : horularis ar-
genteus unus, urcei argentei cum aquamanilibus suis
duo : Canna argentea una, eburnea una. Situlae ar-
gentæ duæ, sinones argentei duo, clavis aurea una,
schila argentea una, corona argenteæ cum luminiis
tredecim, columnæ eoram altari S. Richarri auro
et argento paratae sex : trabes minores cum arcibus
euis argento paratae tres : cochlearia auro parata
tria, et cloccæ optima quindecim cum earum circulis
quindecim : et schilla tres : imagines æneæ sex, ebur-
nea una : candelabrum auro parata duo, ostia auro
parata septem.

23 Insuper donavimus ibi pallia optima septuaginta
et octo, cappas ducentas, dalmaticas sericas
viginti quatuor, albæ Romanæ cum amictis suis
auro paratas sex, albæ lineaæ ducentas sexaginta,
stolas auro paratas quinque, et fanones de pallio auro
paratos decem, et cussinos de pallio quinque, saga
de pallio quinque, easule de pallio tringita, de pur-
pora dorem, de storice sex, de pisca una, de platia
quindecim, de vundato quinque. Evangelium auro
scriptum, cum tabulis argenteis auro et lapidibus
pretiosis mirifice paratum unum. Aliud Evangelium
plenarium unum : de aliis libris volumina ducenta.
Insuper etiam plurima ornamenta in fabricaturis et
in diversis utilitatibus, in plumbis, vitro, marmore,
seu cetera instrumenta, que longum fuit numerare,
prolixius scribere : que tamen tunc temporis appre-
ciata sunt, a fideliis Dei et S. Richarri, qui nobis-
en Dei servitio laborantes extiterant, haec omnia valere
potuisse libras quindecim millia, vel eo amplius.

^a Videtur hinc liquere, ab eodem scripta hinc esse vel d. vata, a
quo et vita — b Cameraensis Episcopus hic fuit. — c Hec ex

autographo S. Angilberti transcripta videntur. El quod ait supra
scriptum, ad cap. 2 num. 12 forsitan respicit. — d Scripta, aut
syngrapha, vel schedulæ, ac brevia de reliquiis testimonia intel-
liguntur : sive, vi habeat Capella, instrumenta, Chartæ, documenta
et approbationes fidei dignæ. — e Festa Apostolorum, quorum re-
liquæ hic recensentur, indicamus ad cap. 2 vñz, vel vulgo
notæ sunt. — f Colitur S. Zacharias 8 Novembre — g S. Simeon
8 Octobr. — h Segnunt his diebus coluntur; Symphorianus Au-
gustodunensis Martyr 22 Aug. Capella addit. Eu de vestimentis
ejus matris De ossibus Sanctorum sequentium Pancratii etc.
Pancratii 12 Julii S. Vigilius Ep. M. 26 Jan. Sisianus
Martyrus, Alexander 29 Moysi Pamphilus, 1 Junii, et aliis
dibibis alti episcopis nominis Tergeminus 17 Jan. Fabianus 20
Jan. Valerius 14 Junii Licienus 7 Aug. Pergentius 3 Junii Cosmas
et Damiani 27 Sept. Anasias plures variis diebus, Georgius 23
Apr. Cassianus 13 Iunii Magnus 19 Aug. quamquam sunt et aliæ
q uæ notæ. Vitalis 28 Apr. Nazarius et Celsius 28 Jul. Gervasius
et Protasius 19 Junii Laurentius 10 Ing. Tiburtius et Valerianus
14 Apr. Linus 23 Sept. Cletus 26 Apr. Clemens 23 Nov. Hippoly-
tus 13 Aug. Christophorus 25 Jul. Felix 30 Aug. Mauricius, Can-
didus, Exuperius Victor Innocentius, 23 Sept. Benignus 13 Febr.
alii 1 Nov. Sebastianus 20 Junii Dionysius, Rusticus, Eleutherius 9
Oct. Cornelius 10 Sept. Leodegarius 2 Oct. Firmianus 25 Sept.
Nyxus Ep. Remen. M. 1 Sept. Sixtus I Papa M. 6 April. 11 Aug.
Saturninus 29 Nov. Quintinus 31 Oct. Valentinus 14 Febr. Marcellus
10 Junii. Lucianus 8 Junii Crispinus et Crispinianus 23 Oct. xl
Martyres antehac 9, nunc 10 Martii — i Horum isti sunt natales;
Hilaria 13 Junii Martinii 11 Nov. Germani Antissiones, 31 Jul.
Lupi 29 Jul. Audomari 24 Aug. Eligii 1 Dec. Amundi 6 Febr.
Aventini 4 Feb. Lupicli 17 Junii Remigii 1 Oct. vel 13 Junii
Maurilis, sive Maurili. 13 Nov. Albinus 1 Martii, Servitii 13 Martii,
Hieronymi 30 Sept. Egidii 11 Aug. Effrem 1 Febr. Gregorii 12
Martii, Augustini 28 Aug. Silvestri 31 Dec. Leonis in Apr. Felicis
28 Febr. Isidorii 15 Junii Donati 19 Aug. Benedicti 21 Martii, Columbae
21 Nov. Antonii 17 Junii Isaac 19 Aug. Vincentii 22 Aug. Guaraci
Walacri 1 Apr. Vodosi 6 Febr. — k Arborum hinc esse a Pou-
lum Patriarcham Aquitensem, S. Angilberti aquileam, et fa-
minarem — l Hic Præsus fortassis unus ex Præscis qui a Sept.
coluntur. Eugenius vero 15 Nov. Frontus 1 Oct. Fidelis 23 Apr.
Simplicianus 22 Aug. Gislaus forte Gislaus, 9 Oct. Speratus
M. 17 Jul. — m Bi for an est 3. Osvaldus Rex. n Coluntur
hic sancti Virgines, Felicitas 3 Junii, Agatha 8 Febr. Perpetua 4
Aug. Eugenius 28 Oct. Thecla 23 Sept. Cecilia 22 Nov. Petronilla
31 Martii, Euphemia 10 Sept. Fausta 4 Junii. Eustasia 10 Febr.
— o Capella habet, trecentos Presbyteros — p Item, centum
alios videlicet Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Acolythes, et
alios in scholis etc. — q Ciborium ne liquent, adlarvi ad utrumque
superpositum, esse videatur — r Lectoriuum, pulpitum est ad pul-
petum, super quo legitur Scriptura aut Patrum homiliae : vel to-
pus ipse, in quo ea legitur : pro quo utilia analogia ponuntur.
Tunc Possum de varis glossematicis hb. 3 cap. 19 — s An id pol-
ubrum est, ut aqua excipiatur quia in Missa Sacerdos manus
taveri? in lazaropoli, cui donaria auri, argentei, aut eris, in
ea sacri parte quæ dictur Offertorium, impomanitur, aut quæ
eiusmodi ante Sanctuariorum reliquias offeruntur? — t per nim-
ium illius continet, — u Id est, scyphi, aut crateres. — x Clocca,
et cloccum, aut cloca, cyanum significat. — y Schilla, vel
schello, tintinnabulum est Teutonibus, quorum lingua nlobantur
tuni, frondivales, et Belgæ puerique. — z Quod Fano significet, eru-
deate capitale Vossius hb. 2 cap. 7 pag. 201 — aa Cusso hic est
putunar, a Trinitate Kussen, unde ei nunc Gofficum Coussin.

E Ciborum.
Lectorium.
Offertorium.
Honoppi.

F proventus qui
ab oppidis
monasterio
solventur.

b

c

SCRIPTUM a HENRICI ABB.

de proveniibus monasterii S. Richarli ex ipso
oppido Centula.

In ipsa Centula habentur mansiones homium se-
cularium duo millia quingenta : unaquaque persol-
vit denarios duodecim, pullos quatuor, ova triginta.
Servitium Domini Abbatis et Fratrum semper de-
bent, ubicunque necesse fuerit. Molendina quatuor :
unde redditur b annuatæ permixtæ sexcenti modii,
porcos octo, vaccas duodecim. De mercato per heb-
domadam xl solidos. De coineatu per hebdomadam
viginti solidos. Sunt ibi elibana tredecim, quæ red-
dunt unumquodque per annum decem solidos, et panes
trecentos. et flatones in Litanis unumquodque
triginta. Cura animarum in portico S. Michaelis de-
servit eleemosynis Fratrum, valens per annum quin-
gentos solidos. Sepultura pauperum et advenarum in
nova-villa in S. Albino reddit per annum centum
solidos, ad portam Nobilium, ad faciendam inde ele-
mosynam. Eleemosyna Abbatis per unumquemque
diem quinque solidi : pauperes quotidiani trecenti,
vidua: centum quinquaginta : Clerici sexaginta. Man-
sorum unusquisque per annum solvit sextarium
unum frumenti, similiter avene unum, et fabæ unum.
De matrimonio per annum viginti libras. Judicium
forensium sexaginta octo libras per annum. Item
ibidem virus negotiantum omni anno pallium unum
valens centum solidos. Vieus fabrorum cuncta per-
solvit

A solvit ferramenta : valet per annum libras tres. Vicus scutariorum omnia voluminum indumenta tribuit, conficit, consuit : valet triginta solidos. Vicus sellariorum cunctas Abbati et Fratribus ibi degentibus obsoniat sellas. Vicus pistorum centum panes per hebdomadam. Vicus servientium per omnia liber est. Vicus sutorum cuncta familiarum et cocorum calceamenta tribuit. Vicus lanistarum, omni anno quindecim sextarios sagininis persolvit. Vicus fulionum cuncta Fratribus filtra administrat. Vicus pellificum cunctas Fratribus pelleret, conficit et consuit. Vicus vinitorum, sexdecim sextarios vini, unumquaque olei persolvit per hebdomadam. Vicus canponum unaquaque die triginta sextarios cervisie. Vicus militum centum et decem, unusquisque semper equum, scutum, gladium, lanceam, ceteraque arma

exhibet. Capella Nobilium solvit omni anno libras D duodecim thuris, et thymiamatis. Capella populi vulgaris quatuor, unaquaque solvit centum libras cerae, incensi tres. Oblatio ad sepulchrum S. Riebarii valet omni hebdomada marcas ducentas, aut trecentas libras, praeter alia douaria. d

a Supra dictum, Henricum fuisse S. Angilberti successorem, is, ut Capella scribit, fuit coactus a Ludovico Pio Rege, exilis villas, possessiones, et numerum subditorum hujus Ecclesie, et hoc anno Domini mcccxxxi. Erat hoc scriptum abique novo titulo reliquis adiunctione. — b Capella, cxx modis bladi — c Placentia genit, vulgo Gallis fan vel flan; Tewomibus ulacien. An forte Fliones hic legendu? Capella habet flanos seu tartas. Sequentia plateraque omnit, aliquo contrahit, Capella. — d subiectit hic Capella appida ei vires et villas, quae ad Ecclesiast. Centulensem jure advocacyonis pertinebant, cxx Quia omnia ait eundem Henricum Abbatem descripsisse. Eadem Gallice describit Iugatius Josephus.

DE S. THEOTONIO PRESBYTERO, PRIOR. MON. S. CRUCIS CANON. REG. CONIMBRICÆ IN LUSITAN.

a. B.

Commentarius prævious.

§ 1. Prioratus sancte Crucis. Veneratio sacra S. Theotonii. Artu ejus conscripta.

Conimbricensia Lusitanorum urbs ab antiquis memoriata scriptoribus, sed ab Alani sita diruta, ut nihil propter miserandas antiquitatis ruinas locis, hodie Condexi vetus dictus, ostendit. Ex his Cunimbricensis emeritus alia deinceps urbs illustris, vulgo Coimbra, sive, ut infra scriptoribus Vite S. Theroni ultius placet, Columbrum dicta, Principum ac Regum Lusitanie primorum sedes, utpote amanissimo loco situ ad Mundam fluvium, qui duas urbis partes divisas pulcherrima opera ponte conjungit.

Principis, et Episcopi Comimbricensis incepsum a S. Theotonio usque undecim viris illustribus, quibus intra annum ad septuaginta duos auctis datis Praeses est idem S. Theotonius, qui Prior, non Abbas, appellari voluit, in eoque sancte xviii Februario decessit, inscriptus ad eum diem variis Martyrologiis. Ferrarius in Catalogo generali hunc de eo huius: Comimbricensis in Lusitania S. Theotonii Presbyteri Ordinis Canoniconicorum Regularium. Ita Glauco in Notitibus Sancti. Canon. longorum exornat elegio et Vita ipsius decrisco. Joannes Taurinus Salazar in Martyrologio Hispaniæ ita illius memoriam consignat: Comimbricensis in Lusitania S. Theotonii, ex Canoniconicorum Regularium Ordine alumnus, qui cum monasteriis sanctæ Crucis illius urbium conditor primus cognoscereatur et Prior, clarus miraculis, moribus illustris, operibus celebris, et pastoralis officiis immenso conspicuus, hanc vitam oximus miseram, placidam Confessor celebris superinduit in evillis. Insertum itulum ejus nomen cum hunc. Martyrologio Lusitanico Comimbricensis anno ccccxxvi edito, et Hagiologia Lusitanica a Georgio Cardoso anno cccccii vulgata: in quibus periegantes epítome gestorum ejus sermones Lusitanico continuerunt.

3 Officium Ecclesiasticum de eodem Sancto cum lectionibus propriis recitat in Ecclesiis Cathedralibus, Bracarense, Eborense, Comimbricensi, Leirensi et Viseensi, quo illo in Diuinam Tutearem assumpto, maiori solennitate eum celebrat diem. Quo extant officia propria Canoniconicorum Regularium Congregationis S. Salvatoris, Ronci, au. ccccxxxii excusa, cumdem prescribunt ritu semipluvii, ut vocant, calendarum, officio communii Confessorum non Pauliscum, Prudentius Sandarallus in Historia Ecclesiæ Tulerensia fol. 124 tradit in Breviario Canoniconicorum S. Augustini gesta S. Theotonio uberrime referri, ubi eos potissimum Canonicos intelligit, qui subsunt Congregationi sanctæ Crucis, in quo Officio Hymni etiam particulares de ejus actis canuntur. Ex eo qui ad Nonam legitur, Tamaius Salazar haec citat verba:

Et Theotonius Crucis ulta sanctæ
Monia ponit.

6 Vitam S. Theotonii exture manus exaratum in perpetuo codice monasterii sanctæ Crucis, et regio archivo, et indiculo foundationis ejusdem monasterii scribit Cardosa in Commentario ad xviii Februario, et Tamaius Salazar, qui se obtinuisse asserti hujus sanctissimi viri Acta integra beneficio Illustrissimi Domini, D. Hieronymi Mascarenhas Lusitanie nobilitatis decoris et studentium tutelaris infatigabilis, ex Ordine Calatravensi, cuius historiam meditatur, Equitis, in Ordinem

scriptus
Martyrologius
18 Feb.

cultur officio
Ecclesiastico

B
AN CB. EDOCLAVI
XVII FEBR.

In Conimbricæ v.
olim urbis reg-
rix

suburbio, mo-
nasterium
sanctæ Crucis,

caput Congre-
gationis Cano-
nicorum Regu-
larium.

Cad hoc ceniobium delata fuere sacra corpora quinque Sanctorum ex Ordine Minorum, qui in Mauritania pro confessione nonius Christi fuso sanguine martyris coronam fuerunt anno ccxcxx addepti xvi Januarii: ad quem diem earum Acta illustraruntur, diximusque S. Antoniū de Padua tum in illo cenobio Canonicum ne Fernandum Martini vocatum, ardore Martyri accen- sum, Ordinem Priorum Minorum S. Francisci ingressum fuisse, ac sancto in eo xii Junii decessisse, ut eo die plenius in ejus Vita refervetur. Dicimus, ut scribit Antonius Vasconcellos in Anacephaloxia Regum Lusitanie in Alphonso i num. 23, cenobium sanctæ Crucis tam amplius cenobis incompletum fuit, ut ex iis postea Conimbricensis Academia, nulli ex iis, quo in His panis sunt, opibus secunda, dotaretur.

4 Id monasterium infra dicitur auctoritate Alphonsi

In eo viris
S. Antonius de
Padua.

ex equipage-
sibus fundata
Academia Co-
nimbricensis:
primus ibi
Prior S. Theo-
tonius,

Vita editur ex
Jo. Tamai
Salazar.

**S. II. Etas S. Theotonii et Reliquie. Annus D
monasterii sanctæ Crucis extructi.**

AUCTORE A.B.

a nobis illus-
trata.scripta a Cano-
nico ejusdem
monasterii.

uite oculato.

A Ordinum regio consessu acerrimi Moderatoris, Philippo iv Regi Catolico cortinae Subministri, Prioris Guimaraensis Ecclesiae et Leiriensis Episcopi electi, qui ex MS. codice pervertusto monasterii sanctæ Crucis Coimbricensis illa fideliter extraxit. *Hæc Tamayus, qui ex illo MS. codice coætaeo, ut appellat, Acta desumpta edidit, quæ nos ex more in capita et numeros distincta damus, et notationibus nostris ac rerum breviorio ad marginem strictim indicato illustramus.* Auctor *I'ita* fuit *Canonicus Regularis ejusdem cœnebii sanctæ Crucis, ac S. Theotonii subditus: ita in Prologo se Clericum esse indicat et part. 2 num. 3 Gratias, inquit, ago, quia nostris temporibus tam Patrem habere meruimus, sed et habemus.* Hinc ut num. 13 dicitur, sæpe ex occasione ad perseverantiam vocationis nostræ et catenam obedientiae pio nos Patris hortabatur affectu. *Et num. 22. Tamquam bonus, ait, pastor animarum, totius gregis sollicitudinem gereus, ipse nobis in communi Capitulo Priorem elegit.* *Et num. 23, nobis reficiens sumebat aliquid.* *Et num. 24, nostrum sanctæ Crucis monasterium appellat.* *Hinc in Prologo, scelus fore dicit, singularem nostris temporibus virum silentio premere, neque lumen, quod inter nos fuit, manifestum reddere.* *Præterea ad certitudinem hystoriarum illarum sunt par. 2 num. 9, multa beneficia et diversorum morborum remedia ab eo experti sumus.* *Et num. 1, quæ in eo vidi vel audiui. Num. 21, vidi plurimos ad ejus genua provolvi.* Ab eodem moribundo aut se benedictionem accepisse, viduisseque late vultu mori. Alia narrat, sicut Sanctus nobis referebat, ita inquit in Prologo, et par. 1 num. 11 et par. 2 num. 21 et 28. *Alia scribit, par. 1 num. 4 a religiosis viris andita, aut num. 11, ut certissime prohahut fuit.* Demum cum Honorius Presbyter de captivitate Saracenorum liberatus esset, quomodo id contigerit, dicere prætermitti, cum in ore totius vulgi pervulgatum sit; ostendens se variora virtutum ac mirarum locorum exempla profirre, quæ vulgo mihi notabantur.

7 *Alius Tamaius Salazar S. Theotonii Acta in antiquo Legendario Eborense conscripti, aut se accepisse ab Emmanuele Faria de Sousa Equite Christifero, et totius Lusitanie historiae Primate, eaque edere, quia plurimam redolent antiquitatem. Eadem nos, non, ut ille, primo loco, sed aliis antiquioribus subiungimus: ac tertio loco addimus, quæ extat Vita episcopi in Breviario Eborense, anno CMLXXXVIII excuso, in Lectiones novem distincta. Similes Lectiones, sed aliquanto breviores, ex Breviario Bracarensi vulgari Sandovallius in historia Ecclesiæ Tudensis fol. 125 et seqq.*

C Hisce ampliores esse Lectiones nit, quæ in breviario Canonico S. Augustini continentur, quorum exordium fol. 129 profert ejusmodi: *Vir vite valde venerabilis Bonus Theotonius, Colimbricensis monasterii sanctæ Crucis primus Prior Pater, fuit de province quidem Gallaciae, civitate Tudensi, vico Gamsey uiundus.*

8 *Eadem Vita extat in Historia Vitarum SS. a Diaco de Rosario Ordinis Prædicatorum Lusitanie anno CMLXXXV edita, asseritque auctor se illam ex Breviario monasterii sanctæ Crucis Bracarensi, et Eborense colligisse. Aliquam Vitæ ejusdem Sancti epitomen edidere Joannes Marieta in Histor. Eccl. SS. Hispanie lib. 6 cap. 42, Alphonsus Villegas in Flore Suntorum, in Appendix de SS. Hispanie, Thomas de Trugillo tome 2 Thesauri concionatorum ad xviii Februarie. Agunt de eodem passim alti rerum Lusitanicarum scriptores. Et Vasconcellus quidem in descriptione regni Lusitanie pag. 322 ista pronuntiat: Regularium Ordinum Prælatis egregia reliqui sanctitatis monumenta D. Theotonius Prior sanctæ Crucis illustrissimi cœnobij ad Coimbricam.*

Vasconcellus auspicatus Inacephaloses Regum Lusitanie ab Henrico Comite et Regum parente, deplorat caliginosam eorum temporum historiam, cum majoribus Maurorum bello intentis, impensior fuerit cura gladii, quam calamii; et illustria gerere, quam scribere maluerint. Plurima quæ ad hunc Comitem Henricum, ejusque filium Alphonsum primum Lusitanie Regem spectant, suggester auctor coœrva Vita S. Theotonii, quorum regimus tempora cohærent, hic eodem calculo subducenda: eoque accuratiori, quod numeri aliqui tam annorum quam personarum sint hinc inde culpa amanuensium in Actis interturbati. Ita par. 2 num. 3 dum intra primum capti monasterii annum, anctus Canonorum numerus indicatur, leguntur hac reba: Non jam duodecim (uti caperant) sed ferme undecim armati Christi milites Apostolorum proposito simul vivere professi sunt, ubi loco undecim habet Dulacus de Rosario septuaginta duos, ut ad Apostolorum ac Discipulorum numerum alludatur. Eum autem ex Breviario sanctæ Crucis unmerum Didacus hau- sit: qui nusquam in aliis Breviariis expressus.

10 Natus est in Gallacia S. Theotonius circa annum

Christianæ Eræ CMLXXX, aut aliquanto serius, uti

infra, cum de obitu ejus agemus, constabit: adolescentem cum

eo regnum Lusitanie. Ei enim titulus Comitis præfuit

Henricus ab anno circiter CMLXXXIX, cuius uxor Tha-

rasia infra in Actis Regina nobilissima appellatur,

quod esset Alphonso vi Hispanie Rege prognata. Nap-

pox haec indicantur in Fragmento Historie Francie ex veteri MS. Floricensi ubano MCCCLXXVII ad annum

ccccix deducto, et primum a Pitheo, deinde a Chesueo

tomo 4 historie Francorum a pag. 83 edito, ubi haec

pag. 89 de Alphonso, sive Indephone Rege leguntur:

Hic filiam Rotberti Ducis Burgundionum duxit in

uxorem, nomine Constantiam, de qua suscepit

filiam, quam in matrimonium dedit Rainaldo Comi-

ti, qui Comitatum trans Ararim tenebat. Altera-

ram filiam, sed non ex conjugali thoro natam, Airirico

uni filiorum filii ejusdem Ducis Rotberti dedit. Hos-

que ambos in ipsis finibus Hispanie contra Agarenos

collocavit imperium. Hic autem Rotbertus Dux Bur-

gundionum, et avus Henricus, fuit filius Rotberti Regis

Francorum, et nepos Hugonis Cupeti.

11 Præxerat tunc Ecclesia Catholice Urbanus Papa II,

consecratus anno CMLXXXVIII, IV Idus Martii, die Do-

minica, qui deinde anno CMLXXV in Gallias veniens, cele-

bermanni habitum Synclitum Claromonte xviii Novemb.

pro recuperatione Terra sanctæ. Tum, inquit Rotber-

tus Toletanus lib. 6 Rev. Hispan. cap. 27, ejus indul-

gentis provocatus Bernardus Archiepiscopus Tole-

tanus, Crucis signaculo insignitus, ut in Syriam

transfretaret, Rouam ivit. Sed prohibuit eum Do-

minus Papa Urbanus (qui anno CMLXXVI in Gallia

Romam redierat) ne Pastoris absentia novella planta-

tio periculo subjaceret. Per partes Galliarum redit,

ubi eligens de diversis locis viros honestos et litteratos,

in Hispaniam secum duxit. Et ut cap. 28 addit,

duxit etiam de Lemovicis Burdinum, quem primo

fecit Archidiaconum Toletanum, postea Episcopum

Coimbrensem, postea Archiepiscopum Bracaren-

sem: qui factus Episcopus fecit se Mauritium appelle-

lari. Hic postea assumptio uomine Gregorii vii. Antipapa

ab Henrico v Imperatore creatus est: dicitur a Rode-

rico lib. 7 cap. 5 Coimbrae primus Episcopus conse-

cratus. Verum ante eum Episcopus Coimbricensis

fuit Cresconius, avunculus S. Theotonii, mortuus Era

Hispanica CMLXXXVI, die xxii Junii, ut ex colicibus

pervertustis monasterii sanctæ Crucis tradit Sandovallius

in Historia Tudensi fol. 128. Est is annus Christi

CMLXXXVII, quando non potuit Burdinus nisi altero jam

anno

in Actis S.
Theotonii il-
lustratur:in his aliqui
numeri inter-
turbati.e Ducibus Bur-
gundionumet Regibus
Francorum
prægnatus.e Gallia ad-
ductus ab
Arch. Toleta-
no Burdinus,filius Episco-
pus Coimbr-
ensis, ai non
perimus.præcessit
Cresconius,
mortuus an.

1093.

AUCTORE G. S.

A anno fuisse Archidiaconus Toletanus, ac tum, ut legi debet apud Rodericum, primo factus est Episcopus Coimbrae, deinde Bracarensis Archiepiscopus: cui Gundisalvus successor, cuius infra par. I num. 6 fit mentio.

12 At quandom Cresconius sederit, aut quando sit Episcopus creatus, nequum legimus. Fuerat ante magister S. Theotonii in spiritualibus litterarum studiis.

cum quo Com
nibricam re
nit S. Theoto
nius:

fit Sacerdos

et Prior Visen
tiapropiscitur
Hierosolym
am.Episcopatum
recusat obla
tum ab Com.
Henrico,sub Alphonso
Imore Apula
lucis vivit:monasterium
sancte Crucis
captum exensi
non an. 1132
sed 1134.

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*brachium
unum Ulyssip-*

*atud Viact est.
not 4.*

not 4.

A lere sepulchrum. *Cardosus appellat* Mausoleum supra altare positum, additque ad latus Evangelii colloquatum esse corpus B. Telli illius monasterii fundatoris, ad latus vero epistolæ corpus D. Joannis Theotonij, secundi Prioris ejusdem monasterii. *De utroque in Actis agitur. Idem Cardosus aliquas S. Theotonii reliquias fuisse alii eorumdem Caunoicorum canobis donatas asserti, cjsusque brachium unum adservari Ulyssipone in monasterio S. Vincentii: aliud vero ad Ecclesianum Visensem, quam Prior olim, seu Decanus, aut Parochus, rexerat, a Canonieis missum fuisse scribit Tamaius Salazar, ad quam translationem hourandam addit duo poemata ab Emanuele Pimenta composita, ut alia duo attestantia singularem erga Christi Crucem S. Theotonii affectum, quæ Lector ibidem videre poterit.*

VITA

auctore coævo Canonico Regulari monasterii sanctæ Crucis, illius discipulo,
*eruta ex MSS. ab Hieronymo Mascarena, edita
a Jo. Tamayo Salazario.*

PROLOGUS

*Auctor ob mor-
tem S. Theoto-
nii mortus,*

Cum in minimis etiam rebus, ut Philosophus ait, B Dominus sit invocandus, multo magis nobis invocandus est in materia sublimiori virorum, qui calcato diabolo jam coronam securitatis acceperunt: de quorum numero D. Theotonium esse quis dubitat? Hic autem nos modo relinquens, et ad coelestem Jerusalēm, quam tota devotione quærebatur et mirabatur in terris, jam descendens, desiderij sni jaculo nos intolerabili dolore conficit. Inde est, quod, quotiescumque nitor in verba prorumpere, toties implentur oculi lacrymis, hæret vox, sed divina prohibet Scriptura. Non itaque plangam morientem, quia cum Christo suscipiam resurgentem. Scio equidem illum cum Christo esse: later ergo et gaudeam, quia raptus est, ne malitia mutaret mentem illius, quia placuerat Deo anima illius: sed absentiam ejus ferre non possum, et affectus tanti viri frangit mentem meam. Nequo enim dolorem dissimulare, quia quanto ille felicior, tanto amplius ego in dolore, quod tali careo bono. Recolam memoriam illius litteris: verumtamen tanti viri materiae adeo me imparem judico, ut consultius mihi sit talem virum mirari quam loqui. Grandes enim materiae ingenia parva non sufficiunt, et quanto majus et excellentius fuerit quod dicendum est, tanto magis obruitur, qui magnitudinem rerum verbis non potest explicare: et timeo ne fortassis illi impendam injuriam, de quo non digne loquerer tam mirabilem vitam. Quid enim inter Sacerdotes Domino meo excellentius? Qui suis virtutibus, quasi quibusdam stellis, partes nostras occidens illustravit. Quid vero inter Clericos meipso imbecillus? Qui nullius scientiae irrigua fluenta consuxi: quem vix stillicidi pauperi attenuata gutta perfudit, nihil de proprio fonte respirans.

2 Sed quanvis me idoneum ad ista despero, cum in Largitorem innumerum oculos mentis attollo, per quem aperta est lingua mutorum, qui linguas infanticum facit esse disertas, quique veritatem suam, cum voluerit, etiam per ora jumentorum narrat, ad recollectum illius memoriam protinus robustior fit. Scelus namque fore et iudicium judico, de tanto Patre omnino reticere, et singularem nostris temporibus virum infructuoso silentio premere. Dono igitur gratiae, per quam ille Sanctorum chorus admixtus est, paucus de ejus mortibus scribere tentabo, transcurrente scilicet. Nam proprie inertiae conscientis, et ingenii mei brevitatem mensurans, sanctissimos illius actus sermonibus meis, per hoc sapientioribus

plenarie describendos, relinquuo. Hoc autem Christo D duce ideo scribere, tametsi inculto sermone, dispono, ut et dolori modo satisfaciem, cuius solatio magna et principalis est suscepti operis causa: et erit consolatio quidem, ut opinor, non contemneanda: cum lumen, quod inter nos fuit, praesentibus et futuris hac lectioœ manifestum fiat. Mens occupata magnitudine doloris, fortassis non tenuit ordinem pœfationis, de qua ounc tantum dixisse sufficiat.

AUCTORE COÆVO

DISCIPULO

*ad tentanda
tristitiam.*

PARS I
*Gesta S. Theotonii ante constructionem mo-
nasterii sanctæ Crucis.*

CAPUT I.

S. Theotonii ortus, studia, sacerdotium, præ-
fectura Ecclesie Viseensis.

Vir venerabilis Theotonius Columbriensis monas- terii sanctæ Crucis primus Pater fuit. Ut autem, qualiter ad regularem professionem ejusdemque monasterii procurationem, non sine multorum salute, cum Divina gratia, ad quod futurum erat, vocante, accesserit erudiendus, cognoscere possimus: prius necesse est, unde quo natus loco, quibusve Doctoribus eruditus fuit litteris, quomodo etiam in seculo conversatus fuerit, paullisper attentius consideremus. Fuit itaque de provincia Gallæcia, civitate a Tudeensi, vice b Ganfey oriundus, honestis quidem justisque parentibus, patre scilicet Oveco et Eugenia matre progenitus: quorum genealogia religio assissimam lineam ille piis moribus extulit, probis ac- tibus exornavit, adeo ut non sine magno quodam sancti Spiritus præsagio, Græce c Theotonius, quod Latine Divinus resonat, vocaretur. Vere divinus ille fuit et sanctus, qui quoicumque ab ineunte etate conversatus fuerit loco, semper Catholicæ fidei firmitate fundatus extitit: vitam quoque suam sanctissimis moribus et virtutibus plenau habuit, qui diligentissima parentum cura religiose nutritus, cum ad octatam disciplinas congruam pervenit, spiritualibus litterarum studiis traditus est: deinde intervallo temporis exacto, cum jam inter pueritiam adolescentiamque medius esset, cum avunculo suo d Columbriensi Episcopo D. Cresconio, qui magister ejus fuit, Columbriam venit: ibique sub e Tello Ar chidacono ejusdem civitatis, prudentissimo et discreto viro, legendi similiter et cantandi usum ecclesiasticum pro statu temporis plenaria didicit.

4 Postea memorato Episcopo f defuncto, g Viseensi petiit urbem: qui pro sua simplicitate et Episcopi defuncti gratia recipitur in sede B. Marie semper Virginis, que tunc temporis erat sub Colimbrice diocesi, ubi se quidem contulit. Libet nunc auxiliatrice superni Numinis gratia, paulisper demonstrare, qualem in suis Ordinibus habuit sollicitudinem, et in ipsa Ecclesia conversationem. Liceat ergo mibi a religiosis viris audita narrare. Imprimis ordinatur Ostiarus, traduntur ei claves Ecclesie, quani ille pio studio claudelat, et item horis competenteribus aperiebat, et infideles zelo Christiano rejeciebat. Propheticas, et Apostolicas lectiones fideliter et utiliter recitabat; faciebat per catechumenos sacramentum adspersionis: faciebat exorcismos super spiritus immundos, et eos per Dei gratiam et suum Ordinem de corporibus obsessis ejiciebat: quia Spiritum Dei io se habebat, et vita ab officio non discordabat, et ideo malignum de corpore alieno expellebat, quia jam per munditiam vite illumexpulerat de corde suo. Lumen ad Evangelium deferebat, et opera lucis proximis ostendebat, et talem se exhibebat in Ostiariorum officio, qualis futurus erat in Sacerdotio, hincque semper erat sollicitus.

5 Deinde Subdiaconus ordinatus, quis valet ex-
plicare

E

a

*S. Theotonius
in Gallæcia
natus,*

*litterarum
studis imbui-
tur*

*d
sub avunculo
Episc. Colim-
briensi, et B.
Tello:*

*e
f
g
Visei dignit:
inscipti sacros
ordines;*

F

*h
diligens
Ostiarus,*

Lector,

Exorcista,

Acolitus,

CAPUT II.

*Ier I Hierosolymitanum S. Theotonii. Vita
a reditu privata. Conciones. Emendatio
morum in populo. Castitatis exempla.*

Sed quia temporalis honor nullum sibi conferebat oblectamentum (neque enim honorem intelligebat esse, sed onus) quomodo inde Sacerdos Dei se posset expedire, saluberrimam fraudem quæsivit. Nam Je-
rosolymam abhinc, consorti suo Honorio Presbytero Prioratum in pace dimisi: sed inde rediens, eum amplius recipere noluit, quamvis precibus et ipsius Honori obsecrationibus plurimum rogaretur: sed nee aliud seculi hujus fastigium deinceps habere volevit. Seipissime namque Henrici Comitis, et uxoris eius nobilissime Regine Tharsus precibus et exor-
ationibus exhortatus fuit, consentiente Clero, et omni populo, ut Pastoralis officium cura, hoc est, a Episcopatum susiceret, sed numquam assensum præbere viduit. Vilia et raduca, pariter et nociva, intima omnia reputabat, idoque temporales ho-
mores quasi pestum fugiens, in quadam humilitatis aree se spectabiliter conservabat. Mantis et corporis virginitatem, et delictorum plementiam custodiens,
prædicabat: siquidem numquam cessabat in plebe verba veritatis fructu Idei redundantia seminare. Nunc omnes de confessione sanctæ Trinitatis confirmabant, num reliquias de promissione regni coelestis invitabant. Fornicatores vero et adulteros ceterosque malefactores anathematis gladio feriebat. Qui autem statim non se encandalant, aut si forte se emendare aliquando nolent, longius a conspecie-
tu ejus recedebant. Tanto enim erat auctoritas Sa-
cerdotis, quod etiam Princes terras eum verehun-
turi offendere; siquidem fama resert, quadam die in ecclisia Viseensi, eo predicante, memoratam b Regi-
nam et Comitem e Fernandum, qui eo tempore contubernialis ejus, non vir legitimus erat, rimbore verecundie suflusos de ecclisia festinante exiisse, ne tamen per hoc ab eis unquam notatus fuerit.

B 6. Praeterea spernabat luxus et lenocinia perenu-
tis seculi: non hunc extollebatur, non pampinariae
contrafecebat, per diem sol non urebat eum, neque luna per noctem. Landalibant alii in eo, quod num-
quam studiit curiositatibus, numquam servit voluptati, numquam inhumanitate: ergo amplius prodi-
dendo, quod in omnibus suis actionibus circum-
spectus, et providus semper pendente habitu polle-
bat. Habebat quippe, ut aut S. Gregorius, sancti viri
hoc proponit, num ut semper ab illicitis longe sunt,
a se plerisque etiam licet incedunt: ergo, ne ali-
quam per feminam incurrit culpam, numquam
eum eis remoto teste colloquium vel etiam priuantur
confessionem habere volebat. Quibus tamen fami-
liis ut sorores diligebat; sed eis, ut diximus, quasi
hostes cavae, ingensmodi familiaritates ab se abci-
derat, quibus rebus non solum Principes, cunctosque
cives, verum etiam comprovinciales omnes Ita
sibi adiuxerat, ut cum mero affectu venerarentur,
utpote Patrem et reverendum Magistrum anima-
rum utriusque sexus. Omnim igitur clivium pre-
cibus, et maxime D. Gundalsi Colimbiensis Epis-
copi jussione, ad quem, ut diximus, Viseensis perti-
nebat Ecclesia, devicta, minimeque, ut postea clari-
runt, invitans, ipsius Ecclesia h Prioratum suscepit,
quoniam sua prudenti discretione temporalibus bonis,
videlicet libris, vestibus sacris, signis, crucibus, et
calicibus, testamentis quoque pluribus ampliavit, et
ad cultum honoris, quod in presentiarum possidet,
mirabiliter exxit. Clericos juvando et honorando
sublimeavit, et quod his omnibus magis est, honestis
vite moribus ditavit.

C 7. Tudo, Placentio sedet, Urbs antiqua et Sede Episcopali exora-
nata ad Minum fluvium, qui Portugalliam hodiernam a Galli-
cou distinguit, et 40 circiter milibus passuum ab hac urbe in
Oceano occidentalem dilabatur. Antiquissima urbs et Ecclesia
Cathedralis Tudemis cum ejusdem Episcopatu, desuperat Prudentius
Sandoratus, et ipse Tudemus Episcopus. — E Gandyi situs,
Sandoratus referit etiam celebre Ursula S. Genesii monasteriu-
m colo esse, ubi S. Theotonius ductus natu fuisse.

Theotonius priore parte dyblum signavit. Quid vero Tonias,
sive Omelius, an ab Antonio vir derivata? — d he Episcopatu
Crescenti supra actum. — e hic est. Trulus primus fundator
monasterii sanctæ Ursulae, cuius corpus in altari adversarii dixi-
mus Gabriel Penitus lib. 2. titl. Canon. Regul. cap. 32 num.
6 sanctissimum virum Tellonem appellat. — (Anno 1098, ut su-
pra dictum. — g Viseum in Berenice ditione cum Coimbra, a
qua versus Orientem distat circiter 40 mil. pasi. — h Sandor-

Prioratu abdi-
cato, it Hiero-
solyman:

Episcopatum
recusat:

E

utiles concto-
nas habet:

in repat pecca-
tores,

b
c
etiam coram
Regina

nee ea rogante
Missam festi-
nante cele-
brat:

F

penitentem
redo monet;

9. Sed nec ipso verbi Dei oblivious relator erat,
subveniebatque

AUCTORE
CERVO DISC-
PULO.
Subdiaconus,

Diaconus,

munia sua
sancte exercit:

immissus
estatis,

Villæ conser-
tum famina-
rum:

creature Prior
seu Decanus
Viseensis.

Tude
urbs,
ANIMADV. PAR 10
ANIMADV.
PAR. 11.

misericors in pauperes.

A subveniebatque pauperibus, visitabat languentes, provocabat hospitio, leniebat blanditiis, flere cum fluentibus, gaudere cum gaudientibus studebat, et maiorem partem sui laboris, et totius quod habebat indigentibus tribuebat, reliquam vero partem in usus vestimentorum sibi moderate retinebat, ipsa postmodum vestimenta intinta miserationis maxime viduis tribuebat. In omnique feria vi ex more suo in Ecclesia S. Michaelis Arcangeli, quae foras murum in cemeterio ejusdem civitatis est, pro cunctis fidelibus defunctis Missam celebrabat: ad quam eo die, et pro reverentia Sacerdotis, et pro carorum suorum memoria, solennes totius urbis populorum conventus confluabant, plurima et diversa, ut illius regionis moris est, devote offerebant: de quibus omnibus D. Theotonius nihil omnino sibi reservans, post Missam et generalem coemeterii processionem cunctis indigentibus omnia distribuebat, qui mos illi semper fuit. In bonis operibus exercendis, totis etiam viribus elaborabat, ut posset esse occultum, quod faciebat.

10 Si inter tales sanctasque virtutes castitatem in illo praedicare volnero, fortasse superfluus videar, cum in eo exemplar castitatis semper fuerit. Quemadmodum tantum vel pauca, quae castimoniam illius commendare videntur, praeterire non debo. Quaedam igitur mulier, que juxta carnis putredinem speciosa videbatur, ab eo privatam amicitiam expetit, atque ad hoc satis accurate blandum sermonem confinxit: sed, postquam famulus Dei per satellitem diaboli laqueum sibi deceptionis parari cognovit, infervescente in eo spiritu, cum quanto nixu potuit, in faciem illius miserrime mulieris salivam projecit. Multas ei humani generis inimicis propter speciem corporis sapissime extendit insidias. Statura quippe ejus tam bene formata erat, ut cum decenti quadam et mirabili moderatione videretur esse deducta: corpore magnus valdeque pulcherrimus erat, facie venustus et alacrior vultu honestatem magis quam lasciviam ostentans. Per idem tempus ab altera nihilominus muliere, qua magna dignitatis fœmina erat, sub rationali, ut credebat, occasione ad domum vocatus venit, vinctus obsequio Clericorum.

ab alia ad peccatum alludente fugit, reliqua calcu:

B illa vero tamquam bestia libidinis, seorsum eum quasi sub obtenuit religionis in interiori cubiculum evocatum, blanditiis libidinosis cepit lenipe, de ore eius pendere, obsequium exhibere, calceamenta dissolvere, et quasi pro fervore Dei temperando, pedes abluere: revera autem ad rem illicitam eum volebat impellere. D. Theotonius autem, quem nulla unquam

C fœmina contigerat, imo cui nulla propius accesserat, miratus impudentis mulieris instantiam, cum tandem, quide a fœmina quereret, intellexisset, in signo Crucis revocatus, nudis jam pedibus, magno conamine foras sese præcipitem effenserens, calceamentum reliquit, et deinceps illam execerando, vocatus Clericis, qui cum eo venerant, ad ecclesiam se contulit. Aliquis Rethoricae artis menor comparat istum cum castissimo Joseph, et si mihi licet dixisse, eo inferiore non inveniri. Nam ille pallium, iste ex simili causa per Dei gratiam evadens, calceamentum dereliquit. Ille tritico temporali imparrito, perenuentem quandam Egypti nationem servavit, iste bonam verbi Dei fidemque mensuram populis ergando, multis a fane spirituali liberavit. Illi filios earum habuit, iste, ut fertur, al. utero matris immaculatus extitit, unde nulla unquam culpae suspicio in eo de rebus hojusmodi reperi potuit, et ita se gessit in mundo, ut non iam de mundo, sed vere Regularis esse videretur. Quis autem posset explicare bonorum operum suorum magnitudinem, et quomodo in eadem civitate murorum ornamentiis polens pervixerit? Ego pro brevitate ingenii mei

fateor ea evolvere non posse, in ipso conatu succumbens, ad præsens prætermittam, et ad secundam profectionem in Jerosolymam iam nunc manu convortam.

AC TURE COETO DISCIPULO.

a Vincensem Episcopatum explicant ali. Inse namque Henricus Comes ut ait Rodervus cap. 3 lib. 7 Viseo, et Lanoco et Portugali Sedes restituit Cathedrales et a Toletano Primate earum Episcopi fuerunt consecrati. — b Vtib[us] in oratio Henrico Comite facta est an. 1112 — c Ferdinandus Puerus Transitoria: Comes appellatur a Mariana lib. 10. cap. 18. H[ab]et Ferdinandi fratri Feremundo, seu Vermoluo nupsit Ursula Beatrix Tharsia filia.

CAPUT III.

Iter II Hierosolymitanum S. Theotonii. Tempestas precibus sedata. Sacra loca pie lustrata. Reditus in Lusitaniam.

Igitur successus virtutibus et desiderio sanctorum locorum, non domus, non propinquorum, non possessionum, non alicuius rei, que ad seculum pertinaret, memor, cum non inodora peregrinorum turba patria egrediens, dum desideratam Jerosolymorum viam denuo arripuit. Iam enim eamdem devotus vir

Secundo it Hierosolymam:

peregerat viam. Cum autem post decem hebdomadas ad portum a S Nicolai, Deo ducente, venisset, prospero ventorum cessante commentu, sex ibi letem continuis hebdomadibus moratus est, non tamen otiosus, sed, ut certissime probatam fuit, tam illi positus, quam in tota sua peregrinatione, pauperibus beneficentiam exhibuit, atque exemplo suo pariter et verbo cives Jerosolymam euntes ad misericordiae opera provocavit. Omnes enim eum justum et sanctum esse sciebant. Tandem itaque aura flante secunda navem concendit. Posthaec autem naucleri vela ventis commisere, Jerosolymum petentes: sed cum post dies aliquos navigasset, cuncti subita maris tempestate periclitari coeperunt. Qualiter autem gestum sit memorie commendare cupio, ut ex hoc periculo agnoscantur, quanta et quam gravia in terra marique tantus vir pericula pro Christi nomine sustinuerit. Igitur carina per b Collum Maleæ navigante, subito cœlum contenebratum es^t; et ecce *jactatur marina tempestatis:*

b subito cœlum contenebratum es^t; et ecce *jactatur marina tempestatis:* nubes cum violentia ventorum desuper obumbraverunt, quibus verso funditus sequore, procellas instar aquosi montis dependentes exagitabant, et modo navem undarum motibus conturbatam in profundum demorabant, modo de precipiti profundo cursus ad superiores vertices extollabant: iterumque apertis nudiis in ima dejiciebant, atque, quod dictu mirabile est, aquam de mari, tamquam manifestum canale, quid nautæ cœsum vocant, in sublime trahabant. Sed et nautæ jam antea cognita tempestate, cum primum navis inter procellas fluctuum notari ceperint, cum saeva veloxitate arbore absissa et in undis projecta, coepérunt vela depondere, antennæque ligare, cunctaque navicularum et navis armamenta, ne a vi mari absorberentur, componere, et ut navis allevaretur, jacturam vasorum facere, nec tamen vel modicam quietem habere poterant. Ibat enim mare et intumescebat super eos, timore mortis perterritos: sed et terribilibus terribiliora succedebant: nam præter ea, quæ metum mortis angebant, visa fuit a cunctis, in eodem mari periculo existentibus, monstruosa quædam et valde terribilis bestia, adeo formidolosa, ut nautæ nulli eam bestie comparare possent, cujus oculi (sicut nobis Sanctus, referebat) apparebant quasi tede ignis accensio; alii eam draconem, alii monstrum, alii daemonem esse dicebant.

F 12 Quid dui moror? Jam jam ablata erat spes omnis salutis, cum in eorum morte fortes fluctus sevirarent, ac resoluti timore membris jam cuncti, *cum reliquis orat:* aut ex ipsa presentia mortis, aut ex visione bestie fuissent turbati, et mori parati omnes sibi pacem dedere. Omnipotentis auxilium cum lacrymis deprecantes: ut, qui eorum corpora in tam pavenda

13 *morte*

AECTORE COEVO
DISCIPULO;

consolatur
alios

sedata tempe-
state,

gratias Deo-
rigit:

d

e
in pulchri-
chrum S.
Georgii, Na-
zareth, Tha-
bor,

f
Samarlam,

mouton Cal-
taris,

sepulchrum
Christi,

A morte tradiderat, eorum animas benignissime suscipieret, aut eis openi liberationis misericorditer impenderet. D. Theotonius autem in oratione quoque cum lacrymis prostratus, ac totus ad Deum conversus, post psalmos et litanias Dominatorem invocavit hoc modo: Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, Fili S. Marie; qui cum Patre et Spiritu sancto unus es, in summa Trinitate Deus et vera unitate, succurre nobis in supremo periculo constitutis, gloriosum ut sepulchrum tue sanctar Resurrectionis, pro quo venerando et osculando de filiis mundi venimus, vide mereamur, et tua liberationi gratias agamus. Hortabatur etiam runcos, et quibus verbis poterat consolando adhortabatur, ut alterutrū confitentes, sibi ex corde delata dimitterent, et totam in Deum credentes et orantes spem suam ponentes, denunciavans eis, quod si perseverarent, in proximo clementiam Redemptoris afflaturam: quod et factum est. Nam, dum huc in mari agerentur, omnipotens Deus mirabiliter eis suam misericordiam exhibuit. Ece enim ex insperato flatus aure curp̄ placidior fieri, et paulatim elisis aquarum molibus, redditur mare tranquillum. Nova igitur lux cepit oriri: mirantur omnes morti iam dediti, et eoli Deum exultantes benedixerunt, laudes eidem debitas referentes, et Gloria in excelcis Deo nobiliter decantantes, quod eis misericorditer dignatus est du eo mortis articulo liberare.

B Liberatus itaque de pelago Malae cum omnibus, qui secum erant in navi, post trum lucidiorum dies, ex quo in portu Barenensis civitatis namiam adscendit, mare transivit appulsus ad urbem d' Joppen, et longissimis maris amfractibus circumvivit per e sepolchrum B. Georgii Martyris, quoquo pervenit Nazareth, quae nutritivit Dominum Salvatorem. Inde abiit per viam, qua ducit in Thabor, quo Dominus transfiguratus est, in cuius verticem ascendens aspiciens diligentissimo loca plurima, que Dominus suo itinere sanctificaverat. Unde descendens festus porrexit Samariam, vidit f sepolchrum B. Joannis Baptiste: conitoque gradu proficisciuit ad putum, super quem Dominus residens, esuriens quo et sitiens, Samaritanam mulieris illae roboratus est: et adorato per singula loca mundi Redemptore, in collum celeberrimum, e quo diu desiderata conspicitur Jerosolyma, hucus ascendit. Hieblexis genibus, quanta exultavorit letitia, quantasque Deo gratias egavit, admixta gaudio lacrymae declarant. Hilaris itaque sanctam civitatem ingressus, deliberauit prius videlicet Crucem in monte Calvario, ubi pretium mundi Christus in statu Crucis appensus fuit, antea quam toto corde et corpo prostratus, quasi pendente Dominum cerneret, adorabat: recordabatur mortis suo maledictionis sententiam in se et in omnem hominem prolatam per inebdicionem primi hominis, sed et clementiam propitiationis Filii Dei, qui loco eodem spuma, abbas, spinam coronam, flagella, crux, clavos, fel, acetum, luncem, mortuorum pertulerat. Factaque oratione descendit paululum in Golgotha locum, ubi sicuti fama est, de latere Christi sanguis docurrens petram dorissimam perrupit: deinde hinc brevi spatio ad sepolchrum Resurrectionis conversus, et videens ipsum corporis lenum, in quo Dominus jacuerat, quasi sitionis desideratas aquas illae lambiebat. Occurrerat sibi congre- de Domino Salvatore meditandi memoria: quomodo scilicet post tanta qua pertulerat, in ipso sepolchro requieverat, ac per illius discessum ad inferos, infidile magnumque gaudium cogitabat miserorum, quos captivos mortis imperio Christus ab inferis solu- em eduxerat. Inde jam ad medium mundi deductus, quo videlicet Ioseph ab Arimathea corpus Domini, cum de Cruce deponeret, antequam sepolchro locaretur posuerat, attentius orabat, memorans illud D. Davidicum: Deus autem noster ante secula operatus est saltem in medio terrae. Tandem venit ubi Helena invenit Crucem, enique aliquando, prout devotus dictasset, per memorata oratoria vir sanctus orassell, postremo se in hospitium recepit, licet, cum iens eius tota die et nocte per ea qua viderat duceretur, in pace in idipsum dormivit et respievit.

C Altera vero die eum quanto studio ac desiderio sancta Jerosolymorum loca orando cursus ierit, dicere quis poterit? Nam ingressus in templum Domini, et post orationem per portam, quae dicitur Speciosa, egrediens, ascendit Sion ad locum dumtaxat caue, ubi pedes discipulorum Dominus lavit, et Pax vobis, dixit, dubitantediscipulo latus palpandum praebuit, ibi etiam super centum milles credentium animas Spiritus sanctus descendit. Et conversus per viam sacram, qua Dei Genitricis corpus Apostoli detulere, intravit et ecclesiam h. B. Petri de galli cantu, et ad i sepolchrum Jacobi fratris Domini, descenditque in vallem Josaphat, oravit ad sepolchrum B. Virginis Mariae, de quo ascendens transivit ad oratorium Gethsemani, ubi Dominus in radice montis Oliveti oravit ad Patrem: inde progressus venit in locum, de quo ait Lucas Evangelista: Aulus est autem ab eo quantum iactus lapidis: retoque itinere subiit in verticem ejusdem montis Oliveti, de quo Salvator celos ascendit: inde per viam Bethphage, et hucum, in quo lasciviens pullus asinum Domini frena suscepit, descendit in Bethaniam ad sepolchrum Lazari, et hospitium sororis eius. Posthac pergit Bethlehem, intrans sacrum Virginis diversorum, que Christus natus est, stabulum ubi agnovit hos possessorem suum, et asinus presepo Domini sui, tamquam prudens animal humiliter adoravit. Vidi et locum, quo sevens Herodes pro Christo paryulos interfecit. Quidnam rem cum quanta devotione ad Jordanis aquas, totius humani generis labe maculatas, et a Christi baptimate mundatas, encurrerit? Nec protermisit locum h. Quarentense, ubi Salvator mundi tentatus a sathan, totum militare nostrae tempus (quoniamque tentari desistens) quadragenario suo voluit confirmare. Inde per annarissimum soutionem, quem olim Eliseus sua decoravit sapientia, i Jericho pertransiens, vidit juxta viam eae- corum loca, qui rocepsit luminibus utriusque populi credentis in Dominum sacramenta promiserant.

a Cöltur S. Epaphras 19 Iuli, ut videre est in Martyrol. Rom. ubi tamē Colossi iusse Episcopus dicitur, hic Papia. Nisi forte alterutrum locum solum ad tempus reixerit. — b S. Tychicus a Latinis 29 April. cöltur, a Græciis 8 Decembri. In Martyrol. Rom. dicitur Papia Episcopus fuisse, hic Neapolis in Cypro. In Notitia triplex Ecclesiæ Episcopatus Cypræ a Carolo de S. Paulo edita, nulla Neapolis est. Egoīus tamen 23 Januarii § 2 ad Vitam S. Joannis Eleonoris de Leontio Neopoleos in Cypro Episcopo. Num quod quidam ibidem civili scriptum Constantiæ Episcopum fuisse (sic fortassis appellatam rati, quod olim Salanis fuerit, sed post exordium reparata, Neapolis, quas nova ciuitas, ab aliis, ab alia Constantia dicta) ibidem refutat Constantinus Cypræ Episcopum fuisse; diversas a Constantia indicant. — c Græci, τοις επεντεστοις. Hervetus, habet Cruciis. — d Hervetus, pondere.

CAPUT III.

S. Auxibii miracula, templum ub eo ædi-
ficutum.

Hac autem oratione peracta, e solo surgens in publicum urbis locum se contulit, eccepsque docere regnum Dei. Cumque magna ad eum turba confluxisset, hæc B. Auxibius eloquentus est: Viri fratres et patres, audite me, et credite in Dominum nostrum Jesum Christum, quem ego vobis annuntio: ipse enim omnium in ipsum credentium salvator est. Admittite lucem cognitionis, in altum mentis vestrae oculos erigate, a majoribus tradita ratione abstinete, verumque Deum agnoscite, conditorem omnium, qui potest animas vestras servare. Hæc docens, publice prædicans, multis ut stultum illum de idolis errorem abjecerent, et in Dominum nostrum Jesum Christum crederent, præstanti sua instructione persuasit. Data vero ei etiam est a Deo gratia infirmos curandi, spiritusque expelliendi. In dies autem adjungebatur credeutum Domino multitudo, et baptizabantur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, confitentes percata sua. Quicunque vero habebant infirmos, afflerebant eos ad B. Auxibim, qui manus eius imponens sanabat eos in nomine Domini nostri Jesu Christi. Quod cum universa circumiectæ regionis plebs rusticana didicisset, ad urbem ægros secum asportans veniebat: qui omnes invocatione interemerat vivificæque Trinitatis curati, baptismo credentes instrabantur.

12 Erat autem *a* e loco qui Solopotamus dicitur, vir quidam, Auxibius nomine. Is cum de B. Auxibio, ejusque doctrina, ac viri virtute inandisset, eum convenit, seque ad ejus pedes abjectit, his eum verbis rogauit: Pater, impertire mihi signaculum Christi.

C Hic sanctus Autistes aliqua e Scripturis sanctis deponens, illum quæ spectant ad Patrem et Filium et Spiritum sanctum edocuit, atque in nomine consubstantialis Trinitatis baptizavit. Mansit autem ille e Solopotamia Auxibius toto vite sue tempore cum beato Patre Auxibio, eoque magistro utebatur. Porro et ipse in viru admirabilem evasit, proficiens in Dei sapientia et gratia, egregii magistri insistens vestigis, et ambulans in timore Dei in omnibus.

13 Quodam vero die meditandi gratia extra civitatem orientem versus progressus est sancti viri discipulus Auxibius, in locum qui *b* a salsamentis Tarichodes dicitur: cumque venisset ad quendam arborum, sub ejus umbra sedit, et procumbens obdormiuit. Et ecce ibi formicarum multitudo caput ejus corone instar cingere. Quodcumq[ue] superveniens B. Auxibius spectasset, demiratus est, et que visderat, in corde suo se posuit. Formicarum enim genus ignavorum mentes ad bonorum operum studium excitandas esse significabat, ut ait Salomon: *Vade ad formicam, c piger, et amulare vias illius. Corona vero sacerdotii dignitatem præmonstrabat: erat quippe discipulus in throno præclarri magistri sessu-*

rus. Eo itaque excitato, ambo in ecclesiam se conserunt: sicutque deinceps subjectus magistro discipulus, eique in omnibus serviens, ac velut probus fanulus hero proprio ministrans. Beatus vero Auxibius noctes atque dies orare non cessabat pro salute et conversione populi, docebatque assidue. Et quidem gressus Domini crescebat et multiplicabatur in dies, inimici vero in dies minuebatur.

14 Post hæc fama permotus S. Auxibii frater Themistagoras Solos pervenit, una cum conjugi B. Timo: quo ipsa quoque erat et admiratione digna, et virtute prædicta. Hi cum in ecclesiam se contulissent, complexu se invicem salutarunt: ex eaque amborum congressione magna lætitia provenit. Et fuere deinceps in sedibus Episcopi, ubi a Pontifice erudiebantur: suntque baptismi ab eodem initiati in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ordinavit autem beatum Themistagoram Ecclesia Diaconum S. Auxibius, uxoremque ejus inibi similiter Diaconissam: nam ex quo sacram baptismis suscepere, e se ipsi a peccandi occasione se junxerunt, et ambo deinceps fratrum instar erant ad statum perturbationis expertem progressi.

15 Cum ergo in urbem Solos Dei se gratia infundisset, atque omnes fere crederent in Dominum nostrum Jesum Christum per instructionem sancti Patris nostri, cooperante Spiritu sancto; perpendens secum ipse, minorem esse ecclesiam, quam quæ venientes caperet, templum magnum Dei nomini extruere cogitavit, positisque humi genibus, Deo, ut manum secum adinoveret, supplicavit. Erectus deinde in pedes, fusisque denuo precibus, formam sanctæ ecclesie descripsit. Deo bene favente, eodemque anno, magnam hanc, et admirabilem, sanctamque ac Catholicam ecclesiam excitavit, eamque omnibus ornamentis tamquam sposo Jesu Christo Deo nostro instruxit. O præclarum pastorem et magistrum, Christi gregem egregie pascentem! o splendidum luminare in errorum caligine sedentes illustrans! o peritum medicum, qui a demone sauciatos sanctæ Trinitatis invocatione sanat! Neque enim corporis dumtaxat ægritudines, sed etiam secreta animi vulnera curavit per Spiritum sanctum, purgans videbile ea ratione, et deprimens omnem altitudinem elevante se contra scientiam Dei: Paulum imitatus, qui omnibus omnia factus est, ut omnes salvaret, quotidie moriens propter Christum, qui pro ipsis mortuus erat, et resurrexerat.

16 Beatus hic vir *d* Eliæ cursum sistens, virginitatem coluit: quam auxit oratione et jejunio, fidei vero confirmatus, spe duce eam caritate consummativavit. Hanc dilexit Auxibius: hanc ornavit, ab eaque ornatus est, et laborum fructus in praesenti vita colligit. Cum enim sacerdotium honorasset, sublimis hic ei thronus creditus est: tamquam famulus et Dei cultor indutus est podere, sive talari tunica, caputque ejus corona decoris ornatum est. Spousa ei virgo, nempe Ecclesia, committitur: ipseque per gratiam sponsus ejus appellatur: cumq[ue] in Spiritu sancto seminaverit, ex spiritu metit vitam eternam. Quis igitur non miretur et laudet generosum Christi athletam, quomodo solus pugnarit, viceritque iniucium, atque ex ejus manibus magnam prædam eriperit? Omnes enim sibi mancipatos habebat inimicos. Nam ingrediens civitatem vir sanctus, Christianum secum habuit neinueni: et omnes per Christi gratiam effecit Christianos. Quemadmodum enim dux exercitus a Rege adversus rebellem ipsi civitatem missus, prius quidem præmitit speculatores, deinde extra urbem castra collocat, omnes ejus aditus explorans, donec eam capiat. Régique subiecta ita fecit B. Auxibius. Missus enim in hanc urbem a ecclesi Rege ad bellum hosti inferendum, nouissima Solenes converstis magna industria

D
AUCTORE ANONYMO. EX MS.
GRECO.

Themistago-
ram cum uxore
baptizat:

c

norum tem-
plum magnum
adficat:

d

S. Auxibius
palam predi-
cans, multos
converst:

hæc miracu-
la:

a

Auxibium So-
lopotamien-
rem baptizat:

b
ex corona, ore-
num fulvi-
rum præ-
sum cognos-
ci

Prov. 6. 6

AUCTORE ANONYMO
AD. EX MS.
GRECO.

et fortitudine :

A palam, neque aperte civitatem primum ingressus est, sed tamquam explorator, intus quidem Christum habens, extra vero gentilium habitum preferens, eorumque simulacula intuens, rursus extra civitatem secedebat. Id autem fecit non modico tempore, et, quod est admirabilis, in ipso hostis, nimirum Jovis, templo habitans, inde primum auspiciatus est vicitorum. Nam et Jovis flaminem ecclesiæ initiatum baptismo latenter tinxit, et idolorum delubrum evertit : tuncque demum liber deinceps ingressus civitatem, tamquam fortis miles, sublatis in columnis manibus seipsum venerandæ Crucis figuram exhibens, instar magni Moysis spiritualem Amalec, diabolum nempe, fudit, eosque qui sub ejus potestate tenebantur vindicavit, atque in libertatem assernit, traducens eos a tenebris in admirabile lumen agnitionis Filii Dei ac colesti Regi subjiciens.

B *¶ Grace unde zogrei Sacerdotem electo solleptare. Paulus post, & hoc & sacerdotem, Heretico veritatem agere quendam, qui vocatur Solopolomius, ad posta: hic Auxibius e Solopolonio — B. Heretico ad locum, qui vocatur Torich. Hic, in hoc solleptare capitulo hoc regum salutem. — C. Grate & papa leonis unde & aperte Crucis dictum de maternitate. Leonis queque interpretatio Heretico ne se involevint separant ex consueto, proper regnum cœlorum, et ambo ceteri languijantes processerant ad impaviditatem — d. Iulianus est, rex & papa Julianus auctor. Heretico veritatem virginis exhorto in tenua utile, illæ cursum persequens. Ubi autem & tu persequi synquid, ut arbas in persequendo? An ad Eusebium regum qui dominum Corrus Israel eu, intram. Fuit pector ad tempus istos? Num forte & tu legendum, ut eu, Solla, ad Jovem comparetur Auxibius?*

CAPUT IV.

S. Auribii mors, sepultura, miraculu.

Post 30 annos
Episcopatus,
mortalitatem

suo monach.

Rebus itaque cunctis bene gestis, cum praecoxis veritatis munus sustinuisset, et sacerdotium quinquaginta plus minus anni decorasset, compluribus Christiana fide illustratis, tandem ad vitam finem pervenit, universo ne venerabilis Clericorum convocato collegio, sic eos afflatus est : Patres, ac fratres, et illi desiderati, inclinata oreum vestram in verba oris mei ; ecce ego vado ad Patronum meum per viam universæ terre. Filii attendite vobis : statim firmi in filio, et nemo vos sollicitu innibis verbis. Vos scitis, quantas tribulationes hoc in urbo sustinui, nocte dieque orans Deum, ut aperiret mihi ostium verbi ad manifestandum libere mysterium Dei. Nec despexit me qui non mentitur Deus, sed manum mihi porroxit. Et nunc, Fratres, commendabo vos Deo, et verbo gratiae ejus, quid potest redditum, et dare hereditatem in somnientibus omnibus. Statim igitur, et retinetis traditiones, quas a me accepistis. Et quem elegit Deus Sacerdotem, ex vobis est, et volumus manet, et per ipsum vos curat.

18 Atque hunc et his plurimocutus, S. Auxibium discipulum suum apprehendens, osculatus est, et, Te, inquit, elegit Deus Sacerdotem : tu pascas gregem Christi, quem proprio sanguino nequisivisti. Singulus deinde complexus est : ne domini tertia totam ilium regionem faciat per vagabunda est, quod Pater eorum Auxibius esset et vita migraturus. omnesque in ecclesia non sine flenti et planetu convennero : quos ille omnes amplectatus, in pace Dominum spiritum tradidit.

19 Viri autem pii acceptus perbeati Pontificis

reliquias deposuerunt in sepulcro, quod ipse sibi ante paraverat, addita loculo hac epigraphe exteris : Adjuro vos per sanctum corpus et sanguinem Christi et Dei, ut hanc nemo aream aperiat, donec consummatus sit frater meus Themistagoras.

20 Post depositas viri sancti reliquias, continuo illapse in eas Deigratia, curationum fontes aperuit. Illa enim hora multi a variis morbis, et immundis spiritibus curati sunt. Quod cum audivissent accolæ, gratiam, inquit, curationum, quæ ad sancti Patris reliquias siebant, magno ad urbanum studio veniebant, eosque exosculati per Deigratiam sanabantur.

21 Cum ipsi autem Paphi accepissent multos per sacrorum Antistitem Auxibium sanari, viri numeri quadraginta, a spiritibus immundis turbati, uno agmine Papho profecti Solos via recta incedentes veniebant : cumque ad locum decimoquinto ab urbe lapide situm pervenissent, occurrit ipsis *etiam in via* *is apparent.* S. Auxibius, cumque ab eis demones expellet, omnes per gratiam Dei sibi datam sanavit. Viri autem cum sensissent curationem, quodque obumbratione Auxibii essent ab immundis spiritibus mundati, venerant Solos, et quæcumque sibi in via evenierant, exposuerunt. Quibus auditis Deum omnes laudavere, qui dedit potestatem talen servo suo. **E** Illi porro eo progressi, ubi sacra jacebant reliquie, seipso ante sepulcrum in faciem abjicentes adorauit. Deoque qui famulum suum gloria affecterat, hymnis in gratiarum actionem fusis, in suam se civitatem repperunt. Unde Paphi S. Auxibii memoriam in hunc diem celebrant.

22 Videns vero B. Themistagoras, quæ in loco, ubi jacent viri sancti reliquie, liebant miracula; quodque perennis instar fontis, sanctum ejus monumentum et locum scateret, seipsum judicans indignum, qui cum B. Auxibio in sepulchro condederat, sanctæ Ecclesie Clericos in hæc verba adjuravit : Post obitum meum nemo mei gratia S. Auxibii sepulcrum aperire audeat. Quare in hunc diem clausum manuit, et Christi, qui ipsum glorificavit, signo obsignavit. O felicem capsam, in qua jacet thesaurus, qui non potest eripi ! ex qua jugis curationum fontes prosiliunt ! O sanctum tumulum, qui fidelem populum congerit ad honorem et gloriam Dei, memoriam pretiosarum, quæ in eo continentur, reliquiarum, gloriam Dei, qui ipsas illustres reddidit. O patrem, pastorem, magistrum et medicum Christi, cuius memoria cum laudibus in aeternum con�ungetur ! O civitas Soliorum, qualem habes propugnatorem, et thesaurum, qui consumi nequit, in te depositum, luminare quod extingui non potest, solo splendidius ! Sol enim nubibus et nocte persepe obtegitur : Beati vero Auxibii Luminare, lucem habet quæ neque interdiu neque noctu destitit, degentes in tenebris illustrans, exilarans universam civitatem, et infirmos sanans per Jesum Christum, qui Sanctis suis gloriam importat. Ego vero quousque quibus sanctum laudibus affliccam ! Quicquid enim dixerit, sanctum Patrem pro meritis laudare non valebo. Hic igitur finiam oratione glorificans Patrem et Filium et Spiritum sanctum, cui gloria in secula seculorum Amen.

Frater velat tumulum aperte :

nec adhuc aperitus :

F *tempor clamor miraculus,*

successorem
designat.

*magni omni-
nium fuctu
mortur :*

DE S. GABINIO PRESB. MART. ROMÆ.

AN. CCXCVI.
XII. FEVR.
S. Gabinius
dolorina.

Invictus Virginis ac Martyris Susanna pater Gabinius fuit, frater S. Caius Papa, Diocletiani Imp. consanguineus, ac sub eo martyri laureum adeptus. Erat porro humanus divinisque litteris egregie cultus, quas et filium perdavit : sed præcipue eam ad pietatem, virginitatis amore, veterarumque studiorum virtutum informavit. Ipse quoque libros Trac-

totum contra Paganos composuisse traditur : qui tandem si absoluti ab eo fuere, postea intercederunt. Post conjugis ultum Presbyter erat ordinatus. Claudius, Maximus, Præpedignus, Alexandrus, Cutilius, ultimus ipse et Susanna filia, atque Cains frater, religiosis Christianæ mysteriis edocere, uti narratum est xxi. Februario ex Actis S. Susanne varque alia de S. Gabino

A binio extore arbitror, quam quæ illic habentur: neque hic repete ea opus est. In MSS. breviter quæ ad illum pertinent enarrantur. Joannes Tomaius Salazar Sanctis Hispanis Gabinius annumerat, ex Sereno nescio quo ortum, Philippi Imp. filia, origine (ut assertit) Hispania. Probat ea natum, quod S. Susanna V. uspiam neptis vocetur S. Serenæ Augustæ. Non id inde sequitur.

2 Ejus anniversaria memoria in Martyrologio signata xix Februarii. Et ab Usuardo quidem his verbis: Romæ natalis S. Gabini Presbyteri et Martyris, qui a Diocletiano diu in custodia vinculis afflictus, pretiosa morte cœli gaudia comparavit. Post Martyris, intericit Martyrol. Romanum: fratris B. Caii Papie. Brdu, Notherus aliique: patris beatissime Susannæ. Quædam Martyrologia Gabinum cum Romano appellant, plura Gaviniunum quædam MSS. et excusa Savinum: quod librariorum erratum est. MSS. canoniorum Marchianensis, Aquincum, S. Martini Treviri, xviii Februarii ejus notaalem statuunt. Vetus quodam Martyrologium pro Presbytero Episcopum facit.

nomen in Mar-
tyrologio 19
Febr.

et 18

annus mortis

B Caus post S. Susannæ necem, in ejus ædibus sacra agere non exiguo tempore sit solitus, qui deinde

latere in cryptis coactus, anno tandem ccxvi, xxx D Aprilis martyrio perfunctus est, videri S. Susannam interficcam xii Augusti anni ccxcv, cum xviii Februarii ejusdem anni ultii Martyres, ejus consanguinei, Claudius, Maximus et socii occubuerint. S. Gabinius existimari potest eodem anno, die xix Februarii decessisse, sive ergastuli æxumis confectus, seu ferro peremptus. Malum tomen suspicari, quoniam tyranno spes affulit posse Susannæ constantium infringi, patri inferri necem non jussisse, sed solum in custodia attineri, ne filiam in proposito confirmaret, sed ipse potius a suo, si fieri posset, dimoveretur, pedore et incommodis carceris: sicque tandem anno ccxvi, xviii Februarii in cohortem migrasse, 206, dnobus mensibus, diebus quatuor ante Caïum fratrem.

4 Octavias Panciroli in Thesauris absconditis altæ Urbis scribit in ecclesia S. Susannæ Romæ asservari reliquæ Romæ corpus quoque S. Gabini ejus parentis, tibæ partem in æde S. Mariae de populo dicta. At Saussius in Supplemento Martyrologii Gallicani de S. Gabino ita scribit: Ipsius sacratissimum corpus demum a Paulo v summo Pontifice, Christianissimi Regis internumto in pignus datum est; a quo Lugdunum Celticæ Galliae metropolim translatum, in ecclesia Patrum Societatis Jesu hac ipsa die collocatum fuit summa cum celebritate.

et Lugdun.

ANIMADV. PAP. 14
E

DE S. ZAMBDA, VEL ZABDA, EPISCOPO HIEROSOLYMITANO.

G. B.

AN. CHR. CCCIV
XIX FEBR.

S. Zambdas
S. Epiphantio
dicitur Bazas,

Euseb. Zob-
das, factus
Epuc. an. 299.

mortuus
an 304.

Eidem Euseb.
Zambda,

Sancti hujus Episcopij tempus Sedit et successio certa: nomen varie scriptum, Zambdas, Zabidas, Labdas, Bazas. S. Epiphanius in Panario hæresi 66 num. 20 enumerat omnes urbis Hierosolymitanæ Episcopos ad sua usque tempora, et Hymenæum collocat xxxvii Episcopum sub imperio Aureliani, quando heres Manichæorum, de qua ibidem agit, erorta est, ac dein subdit: Καὶ ἀπὸ τοῦτο ἔως δεῦρο ἡλιοῦ Επίσκοποι Βάζας Εὐσέβιος etc. A quo tempore ad hodiernum diem reliqui Episcopi, Bazas, ille idem qui Zambda, Hermon, Macarius, Maximus, Cyrillus, Herennius, Cyrillus alter, Hilarius, qui nunc Ecclesiæ presidet. Ita illud nomen post variis editiones cum MSS. Vaticano Pontificio, Parisiensi Regio et Basiliensi, collatas, et Græce et Latine servavit Dionysius Petavius noster. Eusebius Pamphilus auctor coevers in Chronica, Fausto n. et Gallo Coss., anno Chr. ccxcix isti scribit: Ηγετούμενον Εκκλησιαῖς ιουστοῖς έδόσεις κατέταστον Επίσκοπος Σάβδας. Quæ n. S. Hieronimo apud Scaligerum, Pontacum, Miracum, ita extant translata: Ecclesiæ Hierosolymitorum vicesimus septimus ordinatus Episcopus Zabdus. Vixit autem ad annum ccxxii, quando Diocletiano Augusto viii et Maximiano Augusto vii Coss. Εὐάγγελοις Επίσκοποι προτετάνειστος θύραιος, Εὐρραι, Ecclesiæ Hierosolymitorum vicesimus octavus praefuit Hermon. Eundem supra S. Epiphanius Zabda, quem inversus syllabis, ac littera d in una Baza dicit, etiam successorem statuit, Codex MS. noster, olim Abrahoni Ortetui, et aliis Serenissima Regina Suecia, hunc Theronem, illum cum ante indicatus editionibus Zabdum appellant: at Labdum et Theronem chronicæ excusa Parisiis anno 1518 et Bustorū 1529.

2 Idem Eusebius lib. 7 Histor. Eccl. cap. 26 de S. Zabda, ejusque decessore et successore, agit his verbis: Τίς δέν Ερεσσάληρος εκκλησίας περὶ τὸν σπινχό πρόθινο διδύλιμον Επίσκοπον Γενεάτινον Σαρέδας: τὴν διεπορρήσιν παραλαμβάνει. Μετόνομα δι τούτον κατηγορίου Ερραιον θεστατος τῶν μέγιστων καὶ ἡμέρας διωργεῖ τὸν επίστριτον οὐντινόν περικλαυσονόν ἀποτοπολικὸν διαδίχεταιθεόν. Hierosolymitorum Ecclesiæ ministerium post paulo ante indicatum Hymenæum Episcopum

Zambdas capessit. Hoc autem non post multos annos mortuo, Hermon postremus eorum, qui usque ad persecutionem contra nos excitatam sederunt, Sedem illam Apostolicam ad hoc usque tempus reservatam suscepit. Quæ rādem sive leguntur apud Ruffinum lib. 7 cap. 29. qui tamē hic Græce Σάβδας est, apud eum Zaldas et Zapdas appellatur. Idem etiam a Nicophoro Episcopo in Chronologia de Episcopis Hierosolymitinis Σάβδας nuncupatur, et anni Sedi illius tribuuntur decem, qui sane multi dicuntur forent. Eum non nisi ad quinrum Episcopatus unum pervenisse ex Chronico Eusebii jam diximus. At Nicophoro Cutilio lib. 6 Hist. Eccl. cap. 34 dicitur Σάβδας, οὗτοι γρίνις τοι τὸν πρίνον διατελεῖ, οὗτοι ἀναπόστολοι, Zabdus appellatur, et post aliquot Sedis annos, somno eo, qui Justos deceat, obdormivisse: ubi Langus veritatem post annos plures, quod jam ob Chronicon Eusebii recemimus.

3 Hunc Episcopum referunt tabulari Martyrologii Romani xix Februarii his verbis: Hierosolymis S. Zambilæ Episcopi: a quo fudit Gatesimus Thebæi milites, nobiles Martyres baptismum suscepunt. In Actus horum Martyrum, quæ ex antiquioribus monumentis recensuit S. Eucherius Episcopus Lugdunensis, ista solum leguntur: Legio Thebæi sex millia, sexcentos, sexaginta sex viros, validos animis et instructos armis, antiquorum Romanorum habebat exemplo. Hi igitur milites Christianæ religionis ritum Orientali traditione a Hierosolymitanæ urbis Episcopio suscepserunt, sicutemque sacram virtutis et armis omnibus præponebant. Hec in Vita ex variis codicibus MSS. et excusiis ad xxii Septembriis illustranda. Observat Baroniū ad an. 297 num. 5 hoc idecirco accidisse, ut Thebæi milites a Zambda Episcopo Hierosolymitano Christiana fide imbuuerentur, quod eadem legio in hibernis esse soleret in Palæstina, ubi ad Parthorum atque Persarum tumultus comprehendens cum aliis legionibus in Syria agentibus presto esset. Eidem Zambilæ, seu Zabda, quem et Labdum appellant, hanc Thebæi legionis conversionem adscribunt Petrus Stercius in notis ad Vitam Martyrum Thebæorum cap. I num. 3 et Rosignolius noster in

Nicophoro Zab-
das.tante mor-
tuus,F
colitur 19 Feb.an legionem
Thebæam
S. Mauricii,
convertebit

A in Historia sacra Thebaea Italice sub nomine *Gulielmi Baldesani* edita lib. 1 pag. 13, 16 et 67, ubi addit eos milites a sancto Episcopo Zabda fuisse baptizatos. Quæ exactius erunt xxii Septembris discutienda. Ludo-

vicus Zaconus in *Vitis SS.* Italice scriptis breve ejus D elogum concinnavit, in quo ejus festum xix Februarie celebrari etiam scribit.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

**PUBLIO, JULIANO, MARCELLO, MARUBIO, ITEM JULIANO,
BARACEO, TULLIO, LAMPASIO, MAJULO, JULIO,
PAULO, MAXIMILLA,**

G. H.

XIX FEBR.

*Martyres 12
in Africa, Pu-
blius, Julianus,*

Illustris hæc est corona duodecim pugilum Christi, qui palmani martyrum in Africa promeriti sunt. Martyrologium MS. Ecclesiar. S. Marci Ultra-jecti eos has verbis proponit: In Africa SS. Publii et Juliani Martyrum et aliorum decem. Duos illam reliquorum antequam memorunt pervertusta Martyrologia MSS. S. Richarri, S. Maximini, S. Lamberti Leoditi, et ipse Ursuarius in præcipuis manu exaratis et excusis exemplaribus: In Africa, inquit, SS. Publii et Julianus. Eisdem assentitur Wandellertus hoc versu:

B Publius undecimum simul et Julianus adorant. Undecimum Kalendas Marti intelligit. At prudè eosdem duos exhibet MS. monasterii Marchuanensis.

2 MS. Calamense Carmelitarum missio Juliano atum Publio jungit socium his verbis: In Africa SS. Publii et Marcelli. Qui cum S. Julianu referuntur in MSS. Trevrensi et Bruxellensi, et pluribus exemplaribus MSS. Usuardi ad usum Ecclesiarum Belgicarum aucta, Adone MS. Regiae Sueciae, qui sicut Ecclesia Tolonensis in Provincia, pluraro MS. item in Bellino, Felicio, Molino, Greven: In Africæ SS. Publii, Juliani et Marcelli, qui Martyres appellantur a Petro Equiano lib. 11 num. 72, et in Martyrologio Maurolyci, alioque Coloniz 1490 excuso. In Martyrol. Romano plures, quorum unum non exprimitur, istis verbis indicantur. In Africa sanctorum Martyrum Publii, Juliani et Marcelli et aliorum

3 Quarti nomina a variis diverso modo exprimitur: In MS. S. Maximini parvo, sed pervertusto, ita legitur: In Africa Publii, Juliani, Marcelli, Lampassi. Ferum hoc missio alias substitutur in MSN. Iactensi et Tornacensi S. Martini: xi Kal. Martii, in Africæ natalis SS. Publii, Juliani, Marubii et Marcelli: qui tamen in MS. Iactensi rituore Marcellinus scribitur.

C Hisce quatuor in MS. Aquisgranci junxit quintus Julianus alter, et commissio Tullius in MS. Coloniensi S. Marci ad Gradus, in qua Marubius dicitur, qui alias Marubius est: quia omisso, alium cum Tullio socium jungit Galesinus ex eundem MS. cumque secundus Canisius in Martyrol. Germanico. In Africæ, inquit, SS. Publii, Juliani, Marcelli, Tullii, et Julli, qui confessionis certamine confecto, vel coronam migrarunt in eborum. Idem quinque una cum Marubio uniuersa manu adscripti sunt Adonis MS. Martyrologia in Leonensi S. Laurentii canona.

4 Septem inscripti sunt MS. S. Cyriaci hoc ordine: xi Kalend. Martii. In Africæ Marubii, Publii, Juliani, Marcelli, Tullii, Jamnassii (aliis Lampasi) Julli. Jungebantur nomina Victoris et Coenatio, quorum natalis est xx Februario, hæc ad hunc etiam diem in nonnullis Fastis referuntur. Hisce septem alterum supra

Julianum adjunximus. At Julio prætermisso ali octo exprimuntur in Bedo excusa, hoc modo: In Africæ natæ SS. Publii, Juliani, Marubii, item Juliani, Marcelli, Tulli, Lampasi, Ianuli: qui in MS. Beda conobi Subenckis in Barario Majulus dicitur, sed Majulus legendus. Hermannus Greven præter citatos Publii, Julianum et Marcellum, dein adjungit Marubium et alterum Julianum, et die proxime precedentis habuit Tullum, Lampasium et Majolum, et in distincta classe Berathoum ac Marcellum, quorum ille videtur Bara-

Majulus,
not. 6

not. 7

Baraens

cons esse. 5 Rabanus in Martyrologio novem exprimit hoc ordine: xi Cal. Nativitas Sanctorum in Africa, Publii, Juliani, Marubii (aliis Marubij) item Juliani, Marcelli, Tulli, Lampassi, Majuli et Juliani. Hic alijs Julius dicitur, errore libcurorum Julianus scriptus, non alioquin Rabanus vocabulum item, ut ante, reputasset. In antiquo MS. Martyrologium Romanum, quod nomine S. Hieronymi signatur, decem Martyres enumerantur his verbis: xi Kal. Martii. In Africæ Publii, Marubii, Juliani, Baracei, item Juliani, Mar- celli, Tullii, Lampassi, Majuli, Julii.

6 Hisce unicimum junxit Notkerus, et Beda MS. monasterii Richebergrensis in Bavaria hoc ordine: In Africæ nativitas B. Publii, Juliani, Marubii, item Pauli, Juliani, Barabeii, Pauli, Marcelli, Tulli, Lampassi, Majuli et Julii: Majulus transpositis litteris Mavilus in nostro apographo Bede legitur. Martyrologium Trevrense S. Martini has undecim inuitis his verbis. In Africæ Publii Martyris, et aliorum decem. Verum præter Publium et Julianum alias decem fuisse diximus ex codice Ultrajetino MS. Richenovicense, sive Augie divisus prope Constantinum, dictum numerum compleat, dum Maximilianus illis Martyribus addit his verbis: In Africæ Publii, Marcelli, Juliani, Baracei, item Juliani, Tullii, Lampassi, Mavili, Maximilla. Desunt ita et Marubius, Paulus, Julius ab aliis recensit. In Festibugio Hibernico MS. Mariani Gormani referuntur Publius, Gabinius, Julianus, Julius. Sed Gabinius hoc non spectat, nam de eoscum egimus.

7 Masinus in Bononia perlustrata ad hanc diem trudit in ecclesiis S. Francisci, uti et S. Gabrieles, adserere aliquas reliquias S. Marcelli: et Gerardum Romanensem Episcopum anno circiter die xix Junii reliquias S. Marcelli et multorum aliorum sanctorum Martyrum stuprante Crucis erexit ante ecclesiam S. Pauli Barnabitarum, ideoque appellatam esse Crucem Sanctarum. Quæ ultima etiam habentur par. A Historie Bononensis Cherubini Gharraduci lib. 5 pag. 102, et ruter alios sanctos Martires nominantur SS. Theodorus et Marcellus, sed absque ulla diei xix Februario mentione.

Marcellus,

Lampasius,
not. 5.

Marubius,

Julianus
alter,
Tullius,

Julius,

S. Marcelli re-
liquias Boni-
nenses

DE S. LEGONTIO EPISCOPO TREVIRENSI IN BELGICA I.

J. B.

CIRCA AN.
OCCL. XII. FEVR.
S. Legontio
nomen,
patria.

Trevorum Episcopus xxxiv fuit S. Legontius, annis centum junior eo Legontio, quem xviii Februaru diximus Metensem in eadem Belgica fuisse Episcopum. An eadem ortus prosapia, aliare ratione ab eo nomine adeptus, haud divinum. Browerus lib. 5 Annat. Trevirem. Leontium vocat, conjecture ex Aquitania orinum, ubi celebres Leouti, Fortunato Sidoniisque loutati : neque aliam assert rationem cur ita sentiat. Eodem tempore, inquit ad nn. 407. Mauritius Trevorum diem suum sanctum, Leontium nactus est successorem, quem posteri Legontium appellant. In margine ita adnotat : Legontius vulgo, sed Leontium praefero. Quia addit de patria, et stirpe Pontia, ut incerta omittit. In codice quadam Serenissima Regina Succinctat indicatus Episcoporum Trevensium antiquus, nam postremus est Egilbertus, alius Engilbertus dictus, qui obiisse dicitur an. ccxci. In eo indiculo Ligontius appellatur.

B 2 Ad annum 409, quando contigisse Browerus existimat, quod ex Renato Profuturo Frigerula, antiquore scriptore, narrat lib. 2 histor. Franc. cap. 9 Gregorius Turonensis, ut Trevorum civitas a Francis directa incensa sit, secunda irruptione ; ita subiectum idem Browerus : Leontius per ea tempora ad xix Februarii diem, terris relictis, Confessorum auxerat numerum in celis. Browerum secutus Gelenius ita scribit in Fastis Agrippinensis ad hunc diem : S. Leontii Ep. Treverensis, genere nobilis, coloni Romani, ex educta antiqua stirpe : qui anno Christi 409 hoc die, temporibus Vandalicis inundata.

tionis celitum numerum auxit. Saussaius in Martyrol. Gallicano quadam liberaliori stylo amplificat, quam ut fidem iis certam habram : Treviris Galliae, inquit, I Belgice Metropoli, S. Legonti Episcopi ejusdem Sedis et Confess. qui post extictos in Gallia Ethnicae persecutionis ignes, pace Ecclesiae restituta, Christianam pietatem mirifice eo in solo excoluit : tandemque spectata sanctitate insignis, bene multiplicatis Domini talentis in celum evocatus, abiit ad praemium : sepulturam in ecclesia S. Mariae ad Martyres ideo consecutus, quod ingenti in Martyres zelo semper evestiarunt, et Martyrum memoriam, hoc, quod ipse erexit tropae illustraverit. Alio quoque in aede S. Mariae ad Martyres conditum traditum : canksam retinet. Eratne autem pax Ecclesie in Gallia, quam tot sunt barbarae nationes invadabant, a quibus multi possim pri homines trucidati ! Qibus aliquo non amplius Romani Magistratus negotium, causis religionis, successabant.

E 3 His solum verbis ejus memoriam consecrat MSS. memoria in Martyrologium Trevirensi : Treviris S. Legontii Ep. et Conf. Eadem habent, nisi quod pro Leyontia Legontius vocent, plurima Uuardi nomine insignita MSS. et Parisis editum anno ccccxxxvi exemplar, itemque Hermannus Greven et Molanus in Auctario ad Uuardum, MS. Florarum, Ferrarum, Canisius atque. In Martyrologio Ordinis S. Benedicti, antiquis typis olim ante annum ccccxxix excuso cum Regula S. Benedicti ita habetur : Treberis S. Licencii Ep. et Conf.

DE S. ODRANO MARTYRE AURIGA S. PATRICII IN IBERNIA.

G. H.

SECUNDU V
III FEBR.

S. Odranus
Mar.

colitur 10
Febr.

8 Miss et 27
Octobris :

cum S. Odranus
Episc.

Auctor Vitae tripartita S. Patricii lib. 3 cap. 98 apud Colganum ista scribit : Inter alia charismatum dona, quibus eum (S. Patricium) omnis prudentiae et providentiae fons et auctor Deus ditavit, tanta eum beavit discretionis gratia et felicitate in rebus agendis, ut sere nulli curam aliquam animarum, regimen Ecclesie, vel aliud sacrum officium comiserit, qui non fuerit sanctitate conspiciens, et albo Sanctorum postea adscriptus. Et hoc liquidum manet de ejus ministris et officiis domesticis : inter quos deinceps memoratur S. Odranus de Disert-Odrain in Hifalgia, auriga, quem locum in Lagenia esse, ubi passus fuerit, ac sacra ejus reliquia in veneratione habeantur, tradit Colganus ad Vitam tertium S. Patricii num. 49, et xix Februarie, quo die epis Acta a se collecta erit, ascriptaque inscriptum esse Martyrologium Hibernicum Tam-luchteensi, Dungallensi, et Marinum Germanum, appellariique S. Odranum de Tir-oenach : secundum aliquos tamen suram ejus memoriorum uagi vim Maii, et xxvii Octobris, ad quem diem hec verba ex Martyrologio Subsensi in Bavaria profert : vi Kalend. Novemb. in Hibernia S. Odranus Martyris, discipuli magni predicatoris Patricii. Ad eundem diem S. Oranus Episcopus et Confessor inscriptus est Fluvario MS. et Auctario Hermanni Greven. Verum S. Odraum Episcopum coli vim Julii in Fastis Hibernicis tradit Colganus, at xxvi Septemb. Fitzmon in Calendario SS. Hiberniarum, sed citato Martyrologio Carthusianum, quod est Hermanni Greven, a quo refertur non xxvi Septembri, sed Octobris. Alius est Abbas seu Presbyter, comes S. Columbae, et is in fastis Hibernicis cele-

bratur xxvii Octobris : quem Presbyterum et hunc aurigam Martyrem, de quo iam agimus, in unum cum denique videntur conflasse Ferravus et Dempsterus presb. eodem xxvii Octobris. Ferravus in generali Catalogo : In Hibernia S. Odranus Presbyter et Martyris. Dempsterus in Menologio Scotia, quod Ferravus allegat, haec addit : Qui S. Patricium e Scotia eo sequens, ab Hibernia idololatriis pro Christo enectus. Quia oleum opivosc scribit lib. 14 Histor. Eccl. Scot. cap 986, ac scriptoriem Eclesiasticum more suo efficit, ejusque reliquias Glasco adservari notat. Sed omissis iis, quas ad Oranum, sive Odraum Episcopum aut Presbyterum spectant, que de S. Odranus auriga S. Patricii in hujus Actus leguntur, damus.

2 Quae extitit Vita S. Patricii, ex vetustis membranis Biburgensis in Stephano Vito Societatis nostrae eruta, inter miracula S. Patricii haec refert : Invenit autem S. Patricius virum pessimum, nomine Foilge, a quo orti sunt alii Foilgi : qui aurigam Patricij jugulavit coram eo in curru suo, et statim in isto menso mortuus est Foilge, et anima ejus portata est in infernum : et intravit diabolus in corpus illius, et habitavit in eo, quasi homo vivens inter homines. Post multum autem tempus venit Patricius ad domum Foilge : cumque sedisset ante januam, interrogavit unum de servis ejus dicens, ubi est Foilge ? Respondit : Nunc reliqui eum in domo sua. Dixitque Patricius : Voca illum ad me. Cum autem intrasset domum, invenit ossa arida Foilge in domo sua, et reversus cum tristitia nuntiavit hoc Patricio. Dixitque Patricius : Ex eo tempore, quo jugulavit Foilge aurigam meum coram me, ille positus est in inferno, et divina in hominem ultio .

veniente

A venitque diabolus, ut ludificaret in corpore ejus, ut non tantum anima ejus cruciaretur in inferno, sed etiam corpus dampno repleretur. *Hac ibi.*

B 3 Alii causam martyrii evidenter aperunt, ex quibus Eleranus Sapientius, aut quisquis *Vita S. Patricii* e MS. *Illiensi* in Belgio edita auctor fuit, in qua cap. 77 apud Colganum hoc leguntur: Erat vir quidam nobilis, Falge nomine, qui minando sepe dicelat, ubicumque beatum virum inveniret, sine ulla dubitatione occideret. Ille nimis ira instigatus, quoniam B. Patricius idolum, quod ille pro Deo colebat, destruxit et ad mulsum redegit. Quosdam vero de familia S. Patricii latere non potuit, quod Falge S. Patricium interficere minabatur: sed Sancto non revelabatur. Quadam vero die cum B. Patricius per viam juxta castellum illius hominis transire voluisse, dixit beato viro suus auriga. Per multos dies tuus auriga sum, hodie esto meus. Hoc autem ideo dixit, quoniam sciebat, quod ille tyrannus beatum virum interficere decreverat. Beatus ergo Patricius, sicut auriga deprecabatur, de curru descendens, officium aurige tenuit. Odranus autem auriga ejus in curru sedet. Venit autem ille Falge tyrannus, et lancea, quam tenebat, Odramum transluxit. Opinabatur enim, quod S. Patricius in curru sederet. Ille autem tyrannus divina ultiione persecutus ante Sancti obtutus cecidit illio: anima autem unserrata ad loca infernalia a demonibus perducta est. Bontus vero Odramum cum corona martyrii ad Dominum migravit, qui iuxta Apostolicum praecepit, animam suam pro fratre posuit. *Hoc ille.*

attribuente ei coronam martyrii:

B 4 Jocelmo monachus in *Vita S. Patricii* eandem historiam describit, et Odramum Martyribus annumerat, quaque animam ipsam ab Angelis in celum deferri his verbis enarrat: Fuit in Iribus Lagome idololatra quidam, vir Belial, Falgio, Rufus nomine, incomparabilis adversarius nominis Christi secundum sonum posse. Hie quererat credito opportunitatem intenendi manus nefarias in Christum Domum Patricium, en quod esset ei gravis, non sedum ad videndum, verum etiam ad audiendum. Inveterato namque odio erga virum Dei instimulabatur, eo quod idolum Cennerythi superioris nominatum destruxerat, cuius cultus detestabiliter specialiter mancipatus extiterat. Sed cum illo nequissimum nequivisset affectum effectui mancipare, die quendam in S. Patricii aurigena, Odramum nomine, redentem in curru, irruens, jugulavit eum in oculis ignis, ut aeriusa

C

langororis levio, propter necem interfecti, instimularetur cor ojus. Sanctus sanctius corde, maledictionis jaculum in ipsum illum gehenneum intorsit, tali telo confosus, eodem die vice sua minaret curru. Hoc ideo fecit, ut in loro sedens animam suam pro eo porreret, ne, tali lucernae extincta, populus Hiberniae in tenebris iterum ambularet. Sanctus animam ejus in celum ab Angelis conspexit deferri, et inter Martyres locum sortiri. Antiquus autem hostis, corporis mortui habitaculum ingredions, quasi redivivum illum hominibus exhibuit, ipsoque fallax et phantasticus Foylgo, quasi ad sui suosque regressus in domo propria habitavit. Evolutis aliquantis diebus prope dominum illum S. Patricius transsum faciens, quemdam de familia ad se accessivit, et ubi Foylgo esset inquisivit. Illo vero respondentio virum domi esse. Sanctus fertur assertive dixisse: Anima Foylgo, ex quo interfecit aurigam meam injuste, justiente ac vindicante justo emissum meam Domino, statim exiens de corpore, sepulta est in inferno. Sathanas autem cadaver ejus ad illusionem ac seductionem hominum occupavit ingressu suo, usque adhuc manens in eo, volut in vaseculo pro-

prio. Interdixit denique sanctus vir Satanæ, ne ulterius demoraretur in illo vase, ne amplius ludificaretur homines tam pefando phantasmatu. Continuo ad imperium viri Dei, seductorius spiritus luteum domiciliū deseruit: illudque scaturiens veribus, videlicet factorem et horrorem incusit; et, ut ab oculis oranium tolleretur, sepulturae celeri mandator. Nec nimis mirandum, si se diamon demonstraret consueti instrumenti sui visibili forma, ipso Foylgo hoc promerente, ac Donino permittente, eius judicia abyssus multa; sed potius timeatur ille, qui potest perdere corpus et animam in gehennam.

C 5 Demum eadem historia luculentiter narratur in *Vita S. Patricii tripartita*, e sermone Hibernico Latine edita a Colgano, ac *tyrannus supra a Jocelino* Foylgo Rufus appellatus, dicitur Failge Berraide: ut contra unum et honore prosecutus S. Patricium fertur Failge Ros, qui Rufus uidetur esse, Hibernice Rolo, Saxonice Ros. Ceterum res gesta ita legitur par. 3 num. 56. Post hanc, inquit, prodigia valedixit vir suetus, et iterato benedixit Munonis; et contulit se in regionem Lagenie, que Hi-Pailge appellatur. Duo viri potentes in ea regione tunc principatum tenuerunt: Failge Berraide, alter Failge Ros appellabatur: qui longe dispari affectu in Sanctum Dei cerebantur. Ille enim odio implacabili, hic unore et honore cum persecutus est. Failge enim Berraide ab eo die, quo S. Patricius delevit idolum Crom-cruach vocatum, quod ipse vir Belial summa devotione adinstar niminis colebat; virum Dei odio persecutus, statuit eum e medio tollere. Hoc malignum consilium venit in aures discipulorum Patricii, et presertim S. Odrami, qui aurigam viri Dei agebat. Unde cum pertransiret regionem, in qua tyrannus ille principiabatur, metuens capiti sancti Antistitis, et, ne si tanta lucerna extinguatur, tota Hibernia irreparabilem pateretur jacturam, statuit se ipsum capitum periculo pro ipso exponere. Unde sancto dolo circumveniens suum Patrem, precibus ab eo obtinuit, ut eo die ipse sedeat in principaliori eurus loco, tamquam fatigatus: quod sanctus Antistes nesciis ejus intentionis libenter annuit. Cum ergo sic procederent, occurrens et accurrrens Sathanas subtiles praedictus Falgins S. Odram, quem Patricium esse existimabat, lanceo transfixit. Et enim S. Patricius hoc advertens, vellet maledictionis sententiam in tyrannum proferre, verbaque sue imprecationis sic inchoaret, Maledictio descendat, S. Odramus verum caritatis specimen, anteverit sententiam prosecutionem, quam prissime intercedendo, ali inimico et interfectore conatus est averte, humilius potens et preciosus, ut non super Falginum, ejusve senem, sed super procerum quamdam arborum vicini montis, Brig-dunli dicti, descendat, ejus pio petitioni licet amnerit sanctus Pater, nefarios presentes et subitanæ morte justam perpetrati sacrilegi poena huius, ejusque senem et principatus mox in mala radice interiit, Patricius autem benedixit progeniem Falgii Rossii, quae in hunc usque diem in illa regione tenet principatum.

ex Vita tripartita,

referente S. Odramus pro S. Patricio et eiusdem,

F impeditasse hujus maledictionem contra hominem condamnam;

D 6 Hactenus auctores *Vita S. Patricii de martyrio S. Odrami et sumpta divinitus de Folgio tyranno*, sive *Falgio*, pœna, deque corpore ejus examini tantisper viro vegetari per insidentem demonem. Quo autem modo damnum aliquando permittatur, docet *Martinus Delleri lib. 2 Disquisitionum magicarum cap. 29*, ubi narrat scilicet: 2 sombre historiam Dalhemii in Lotharingia anno circulxxxi accidisse, ac puerum occisum, integrum anno a demone in eum corpore commorante exhibitum vivo similem, dum cadaver subito constitutum fuisse.

ex corona martyrii:

exulta auctore Jocelino,

asserente animam ejus pisanam latere

Martyres ab Angella collato-

carci:

et tyrannum in corpore ei anima punitu-

DE SANCTIS MARTYRIBUS
IN PALESTINA SUB ALAMUNDARO SARACENO,
Sylloge historiae.

SECOLO (BB. VI
25 FEBR.)

Dedimus vñ Februario ex variis auctoribus digestam a nobis Fitam S. Moysis, qui seculo Christi iv datus fuit Saracenus in Arabia Episcopus: diximusque hos Saracenos ἑράζοντες; potius, quam ab Ismaelis posteris proguatos, corumque ostendimus Sedes ac bella cum vicinis gentibus, quae sub Imperio Romano conturbabantur, frequenter gesta. Multi horum Saracenorum saepe fuerant fidem Christianam ampleri, sed faciliter in gentilios errores relapsi. Inter horum Saracenorum Regulos celebrius est Alamundarus, qui irruptione sub Anastasio Imperatore in Palestini facta, plurimos Christianos aut occidit, aut in servitutem obduxit, quorum ita meminit Martyrologium Romanum xix Februario: In Palaestina commemoratione sanctorum monachorum et aliorum Martyrum, qui a Saracenis sub Duce Alamundaro ob fidem Christi saevissime caesi sunt.

Martyrum sub
Alamundaro
Saraceno cr-
serunt natus
19 Febr.

2 Illustris existit sub Imperatore Justiniano scriptor Cyrillos monachus, a cuius calamo habemus Vitas SS. Euthymii et Sabae Abbatum, ac S. Joannis Silentiarum. Admissit eum in discipulum S. Sabas anno 10XXI, quo hic deinde mortuus est v Decembrio, Indictione x. At Cyrrillus a S. Joanne Silentiarum missus est ad Leontinum Hegumeum S. Euthymii, atque inter hujus monachos meuse Julio Indictione vi anno 10XLIII admissus: inde post v Synodum OEcumenicam Constantiopolitana habita anno 10LVI discessit ad Lauram novam, ac biennium iussimis in Vita SS. Euthymii et Sabae conscribens: postea circa annum 10LV publicavit Vitam S. Joannis Silentiarum, cum hic anno statim suæ civi adhuc riceret. Quæ aliaque de Cyrrillo diximus xx Jauarii ante Vitam S. Euthymii, num. 8, 9 et 13. Hic autem Cyrrillus, que in Alamundari incursione conteruntur, accuratius narrat in Vita S. Joannis Silentiarum, o quo se etiam de illa eductum esse testatur. Est illa Vita a nobis illustranda ut xiii Maii, edita etiam a Lipomano et Surio et cap. xi haec leguntur:

3 Eodem tempore Alamundarus Siceies, qui acceptit Regis auctoritatem in Saracenos subjectos Persis, invasit Arabiam et Palaestinam cum magna ira in Romanos, omnia diripiens, et multa hominum millia abducens in servitutem, et multa faciens nefaria, postquam capta fuerat Amina. Cumque multitudine barbarorum dispersa esset per hanc solitudinem, siue quibus mandata fuerat cura solitudinis, denuntiarent, ut caveretur barbarorum irruptione in monasteria; maxima: Laure Patres significarunt venerando Patri, ut desisteret quidem in Ruba vita degere, veniret autem ad Lauram, et quiesceret in sua cella. Et divinus quidem Joannes, qui per quietem, divinam gustarat dulcedinem, eam libenter sequebatur, et non poterat in animum inducere, ut eam relinquere, apud se boc reputans et dicens: Si Deus mei curam non gerit, quid vivo? Et sic altissimum sum ponevis refugium, mansit minime obstupescens. Deus autem, qui semper curam gerit suorum famulorum, Angelis quidem suis mandavit, ut dicit Scriptura, ut Sanctum suum conservarent. Volens autem cum securum reddere, ut, qui paululum esset territus, misit sensilem custodem, leonem maximum et terribilissimum, qui eum diu et noctu custodiret ab inumanum barbarorum insidiis. Atque prima quidem nocte cum leonem adspexisset prope dormientem, parvus extinxuit, ut ipse milii narravit: cum autem vidisset diu nocturnaque sequentem leonem, et ab eo non avelli, et propulsare barbaros, quibus ageret gratias Deo, emisit cantica, qui non dimittit

virgam peccatorum super sortem justorum. Atque beatus quidem Pater noster Sabba cum venisset Nicopoli, et novam Lauram constituisset, et venisset ad speluncæ adiunctum, ut a me dictum est secunda oratione, et in mentem revocasset eam, quæ in ipso fuit aliquando, visionem de S. Joanne, invitad eum in Rubam, et dicit ei: Ecce Deus te servabit in incursione barbarorum, teque reddit securuim, ad te missus sensili custode. Surge, et tu quoque fac id, quod est humanum, et fuge sicut Patres. Multisque alii ad eum usus admonitionibus, deduxit eum ad maximam Lauram secunda Indictione, et inclusit eum in cella, cum ageret quinquagesimum sextum anum suæ ætatis. *Hæc ibi. Annus is est 10X.* Secesserat autem in desertum Ruba quinquagesimo anno suæ ætatis, undecima Indictione, uti cap. 9 legitur. *Annus is est 10M, et hæc Alamundari persecutio intra sex dictos annos contigit: Baronus eum in Annalibus ad 10X annotavit, quo certe aut proxime precedentibus annis facta est. De solitudine Ruba egimus ad Fitam S. Euthymii cap. 5 ltt. b, diximusque ruderis desertum esse in quo Christus jejunavit quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, dicique a recentiariis desertum Quarantanæ.*

asit a S. Sabba
eductus
aa. 309.

4 De eadem irruptione Alamundari et Saracenorum, quos solum barbaros tum appellat, agit idem Cyrrillus in Vita S. Euthymii cap. 22, num. 123. Sequentibus vero annis, inquit, cum Anastasius post ipsum acceptisset imperium, incursionem autem fecissent barbari, et magnam partem solitudinis vastasse, et depopulati essent, everterunt ipsa quoque Agarenorum tabernacula, quæ eis nuper magnus fixerat Euthymius. Deinde qui ex his quidem erant insigniores, alia sibi excitant in Martyrii monachi monasterio et templis erigunt. Barbari autem eum rursus eos essent aggressi, alios quidem interiourant, alios vero captivos abducunt, aliquos autem in alios vicos compellunt, nempe eos, qui ex inopinato hoc periculo evasero superiores, cum magna et gravissima fuisset hæc illæ barbarorum incursio. *Hæc ibi Cyrrillus monachus, qui mox narrat subsecutum obitum Eliae Hegumeni monasterii S. Euthymii, mortui anno 10xi, cum triginta octo annis eam praefecturam administrasset, ab anno scilicet ccclxxiiii, quo S. Euthymius vita functus.*

relatio idem a
Cyrrillo in Vita
S. Euthymii

5 Post hujus obitum S. Sabbus decessit in solitudine circa Jordaniem, et habitavit cum S. Gerasimo, quando quatuor Agarenos (hoc etiam nomine Saracenos appellare consuererunt) admodum famelicos excepti, ab ristemi postea caseis et dactylis donatus. *Accepto deuī vite solitaria comite, Antho monacho, permanens ab illo inseparabilis, quo tempore eos invaserunt quidam Agareni pluri barbari et animo infesto, quorunq; annua ita insultantem terra veluti Dathon absorbut in conspicuitorum, qui magno timore concussi, arrepta fuga recesserunt. Hæc uberior narrat Cyrrillus in dicta S. Sabbe Vita cap. 13 et 16, et tamquam spectanta ad Alamundarum citantur a Buronio in Notis Martyrologii ad 19 Febr. et in Annual. ad an. 309 num. 9, cum triginta ante annos aut circiter pervera sint. Imo imprudente Anastasio aliæ incursiones factæ sunt sub Regulis Agarico et Iadicurimo, de quibus lib. 15 Historia miscellæ Pauli Diaconi num. 10 ista traditur: Interea Saracenorum incursus in Phoenicem et Syriam rursus effectus est, post mortem Agari, Iadicurimo fratre ejus instar turbius, et adhuc velocius, discurrente per loca: idque, ut subiungitur, anno xi Imperii Anastasi*

et rupes
tempora Al-
mundari huc
non spectant

hic tempore
irruptionis

persicula in so-
lidudine,

Pst. 11

centra Sarace-
norum deinceps

A tunc Christi iou, quo eadem apud Cedrenum leguntur.
SECTIONE 2. 6 Sed ad Alamundarum, qui subsecutis annis Saraceni praeiuit, revertamur. Post memoriam mensurionem in Pælestina, et cardeni monachis aliisque illatam, fidem Christianam amplexus Alamundarus aliquis, et ab orthodoxis baptizatus est. Rem gestam ad annum XXV Anastasi, Christi IXIII narrant Theopha-

*Alamundarus
et quis an-
tius baptiza-
tur.*

*Anastasius et Paulus Diaconus, Cenobites, et
Theophanis h.ec est relatio : Alamundaro Princeps
Saracenorum gentis baptizatus. Severus impius duos
Episcopos macula sur gentis insectos direxit ei com-
municandi gratia. Dei autem providentia ille ab or-
thodoxis baptizatus fuerat, qui recipiebant Concilium.
Cumque Severi Episcopi subvertere Principem a ve-
ro dogmate machinarentur, arte mira eos arguit
Alamundarus, commento hoc proposito. Hodie, in-
quit ad illos, litteras accepi, quibus Michaelum Ar-
changelum mortuum esse hoc eodem die nuntiatur.
Illi vero dicentibus, hoc fieri non posse, ait Prin-
ceps : Et quomodo secundum vos erocifixus est pu-
rus merusque Deus, nisi duabus ex naturis consti-
terit Christus, quandoquidem neque Angelus mori-
tur? Et ita cum confusione Severiani discesserunt
Episcopi. *H.e ibi. De Seviro Accephalorum autes-
gano, et Concilio Chalcedonensi alibi saepius a nobis
actum.**

B. acutum. — *Bacillus acutus* Lauterborn. — *Bacillus acutus* ab. *Abrasus*.

7 Iterum nora sub Justiniano Imperatore ab Alamanudore directo ac ex eis refertur a Theophane, Anas-tasio et Paulo Diacono, sed non unius idemque sit Alamanudore, dicitur. Verba Theophani ad annum II Justiniani, Christi LXXIX sunt eismodi: Porro xxi die Martii vii Indictione irruit Alamanudore Zecices Regulus Saracenum, et depravatus est primam Syriam usque ad ipsius Antiochiae loca contermina ad Liturgiam dictum, et occidit multos, incenditque suburbium Chaledonion, et Serminium praeedium atque Cynegiam regionem. Haec audientes Optimates Ro-manorum exterriti adversus eum. Quo cognito Sa-raceni una cum Persis sumptu preda cum captivis per interiorum Iuntem fugerunt. Hac Theophanes, apud quem aliquis cognomine dicitur Alamanudore Christi fidem amplexus, hic vero agnominatur Zecices, Grace δ Σεριζης, a Paulo Diacono Zetices, ab Anas-tasio Zetius, qui vero Palestinam sub Anastasio vastar-uit, a Cyrillo Alamanudore Sicices, tum regens Saracenorum subiectos Persis, et modo cum Persis fugit. Alteram ab Alamanudore in Palestinem factam vident adhuc anno irruptionem, eisque deinde ad Indicem partes fugare narrat idem Theophanes.

8 Ad ultimas has inuestiones referri posse videntur,
quæ a Iustino Moschæ in Prædicto spirituali lib. 10 de
Sitis Patrum cap. 21 narrantur his verbis: Abbas

Gerontius Praepositus monasterii sancti Patris nostri Euthymii narravit mihi et Sophistæ Sophronio, dicens: Tres simul eramus trans mare mortuum, ambulantibusque nobis in monte, anachoreta quidam alius circa maris ripam deambulabat. Contigit autem Saracenos transire per loca illa et occurrere ipsis. Cum ergo præterissent illum, reversus unus ex eis, anachoretæ capit abscidit, nobis de longinquo spectantibus: jam enim conscenderamus montem. Cum vero lacrymarentur tristes propter anachoretæ casum, repente cernimus avem superne venientem, raptum Saracenum in sublime tulisse, atque inde in terram illum dinississe, ex quoque lapsu Saracenum interiisse. *Hec ibi. Creatus est Gerontius Hegumenus, sine P̄cipi p̄positus monasteri S. Euthymii, circa annum MCLXVII, ut ad hujus Vitam § 4 num. 13 dicimus. Roswedyus noster in Notatimabus ad dictum caput 21 Moschi referat et verba Martyrologii Romani de interfictis a Saracenis sub Duce Alamundaro monachis, et que ad illa obseruant Baronus, asserens conseruisse, quae habentur in Prato spirituali cap. 21 et 99. Qued hoc ideo etiam transscribimus.*

9 Narraverunt nobis Patres ejusdem monasterii sancti Patris nostri Theodosii, dicentes : Ante hos annos defunctus est hic senex quidam, Antonius nomine. Is in vita sua maxime jejuniis operam dans, prefectus est in locum, qui Cotulas dicitur. Quadam ergo die cum esset in eremo, ecce Saraceni in partes illas venientes viderunt senem, unusquisque ex eis educto gladio venit contra senem volens necare illum. Senex autem ut vidit Saracenum contra se venientem, intuens in colum ait : Domine Jesu Christe, voluntas tua fiat. Statimque aperta est terra, et absorbiuit Saracenum illum, senexque salvatus est, et gloriosus Deum in monasterium ingressus est. *Hac cap. 99, quod Roswylanus etiam ad xix Februarii pertinere annuntiat cum Baroniis, qui tamen ad xvi Maii ejusdem meminit in notis ad sanctos monachos in Laura S. Sabae tempore Heraclii Imperatoris interemptos. De S. Theodosio Cenobiartha, ejusque monasterio iuxta Hierosolymam in Iudea silo, egiunus xi Januarii, uti et de alio S. Theodosio Abate monasterii in Scopulo, quod hic in titulo capitus 99, sed perperam, indicatur : non ante cap. 97 S. Theodosius, de qua deinde agitur, magnus monachorum Princeps, id est, Cenobiartha appellatur. Horum porro, inquit Buronus an. 309 num. 9, gloriose memoriae saeculorum monachorum, qui sub Saracenorium Rege Alamundaro occisi sunt, dies xix Februarii consecrata est, quia omnes tunc passi Martys in sacris adscripti tabulis, anniversario praeconio celebrantur.*

*Sarcococcus
ciso onachore-
la punnur*

10

*alius, ne ana-
choretam occi-
dit a terra ab-
sorbetur.*

Martyrum annua celestibus.

DE S. RABULA
ABBATE IN ORIENTE.

G. H.

CIRCA AN. 1033
III FLOR.
Babulus Episcopus Edesse-
nus.

Nomen Rabuke vir notum Latinis, Graecis sat
frequens. Fuit autem Rabulas, Princeps pri-
mum, deinde Episcopus Edessensis, is sedicet,
qui, quod Nestorius restitisset, plurimum est
a S. Cyrillo Alexandrino laudatus, sed ab Iba successo-
re suo aggreditus. Mortuum eum fuisse circa un.
ccccxxxviii, thrimas xv Januari ad Fidan S. Alexan-
dri Ordinis Acicometorum fundatoris § 3 nnn. 12. a
quo is fuerat ad fidem Christianam conversus. Non pro-
cul ab Edessa, sed cis Euphratem flumen, Samosatis
natus est circa annum ecccl. S. Rabulas Abbas ac
plurimorum monasteriorum fundator, quem Graci xix Fe-
bruarii celebrant in magnis Menatis, et apud Cythe-
rum iij bios, ἀγίων. Ac primo facta ad nomen ejus al-
lusione hoc distichon reliquis actis preponitur :

Βουλὰς Π' αἰσθαντο; Ήτι; ἀπράξεως ὅχιμόνων,
Απῆλθε βουλὴ τοῦ Θεοῦ τῶν ἐνδίνει.
Rahulas redditis daemonum insidiis inotilibus,
Procul ab illis discessit e consilio Dei.
Tunc haec Acta ejus narrant eadem Menza et Cythe-
rus.

2 Memoriam sancti Patris nostri Rabulae.
Natus est sanctus Pater noster Rabulus Samosatis: institutus a quodam Barupsu, viro clarissimo, quod et nomine hujus lingua Syrorum sonat: a tenera aetate omnem amplexum virtutem, vitam solitariam duxit, atque ad magni Elias et Joannis Baptis- tam exemplum in montibus ac speluncis solus vixit. Aliquot elapsis annis, assumpto socio in Phoeniciam se contulit, ubi mirum in modum virtutibus inclaruit,

monasterium
extruit in
Phanicia :

paganorum con-
verterit :

monasteria
condit Byzant-
ini et alii :

virtutem
omni

B
CIRCA AN LV
XII FEBR
S. Conon de-
git prope Jord-
anum,

tempore Petri
Archep. Bles-
soli.

meritis circa
an 658.

a prima uno-
lescentia impo-
nachus.

Fra
ter App-
aratus

et una
monachus a S.
Iohanne Bap-
tista.

A et summis etiam viris, quod tamen nolebat, innotuit. Quapropter opem auxiliumque conferentibus et Zenne Imperatore et Joanne Berythensi Praeside ingens monasterium in medio monte extruxit. Tum vero velut Paulus et Barnabas, aut potius velut Petrus et Joannes, in medium paganorum, qui idola colunt, cum suis progressus Rabulas, cum iis disputabat, et nunc errores illorum redarguendo, nunc vero adhortando, tantum profecit, ut paucis demptis, omnes ad agnitionem Dei traduxerit. Atque hoc primum beati viri opus fuit merito praedicandum.

3 Zenone mortuo, Anastasius in sceptrum imperii successit. Hoc igitur rursus auxilium praebente, alterum monasterium, quod ab ipso Rabula cognomen accepit, Byzantii molitus est. His ita gestis, multa alia monasteria in diversis locis constituit.

4 Erat hic beatus in omnibus sobrius, modestus, mitis, submissus, promptus ad docendum, non iracundus, sed lenis ac clemens, amantissimus fratum, et ad omnes misericors. Quando vero impro-

bus diabolus in eum irruebat, multis injuriis laces-
sendo, tum illic munitus Scripturis sacris e vetero
et novo testamento petitis, eum pari pondere repre-
sedit, operibusque ipsis in fugam conjecit. Atque ejus-
modi erat B. Rabulas. Vixit vero usque ad tempora
Justiniani Imperatoris, qui Justinus successit, et Ma-
gnus cognominatur, et S. Sophia ecclesiam adifi-
cavit. Cum annos octogenaria explevisset, aut
aliquanto superasset, audivit e caelo vocem dicen-
tem sibi: Venite ad me omnes, qui laboratis et one-
rati estis, et ego reficiam vos. Cum post hanc vocem
auditam parvo tempore ægrotasset, migravit ad Do-
minum.

5 *Hactenus Græci in Menæis et apud Cytheraum.*
Imperatores, qui ejus tempore floruisse dicuntur, sunt
Zeno, imperio olim motu anno CCCCLXXIV, quo mortuo
illud suscepit Anastasius anno CCCXL, cui anno LXVIII
successit Justinus, huic Justinianus anno LXVII. *Hinc*
obitum S. Rabulæ ad annum circiter LXXX colloca-
circa an. 530.

DE S. CONONE PRESBYTERO

ABBATE MONASTERII PENTHUCLE IN PALESTINA.

E G. II.

Vixit S. Conon seculo Christi sexto prope Jordaniem, et, quantum ex adjunctis monasteriorum colligimus, in cromo sanctæ civitatis, aut loco aliquo vicino. De variis illi erectis monasteriorum egiuntur XX Januarie ad Vitam S. Euthymii, inter quæ etiam situm fuit monasterium Penthuela, seu Penthuclæ, cuius meminit Joannes Moschus cap. 3, 13, 14, 15 Prati spiritualis, ne dicitur Græce οὐρανὸς, ἢ ποντὸς Πεντουχλῆ, in Menæis Πεντουχλῆ. In eo ergo rau-
nopho floruit S. Conon, cum Petrus, ut infra dicitur, esset Archiepiscopus Hierosolymorum; ad eam digni-
tatem promotus anno Chr. LXXXV, mortuus an. LXVI. Post hujus obitum aliquamduo superfuit S. Conon, qui post baptismum puellæ, quæ ex Perside venerat, quando virtutem ejus obstupuit Archiepiscopus, alios vixisse vi-
ginti annos dicitur, forsitan circa annum LXVII vita fun-
ctus: cuius res tum gestas melius potuerit Joannes Moschus et Sophronius addiscere ob oculato teste, qui securi in monasterio S. Sabæ degebat, et narravit cap. 3, quæ descripsere, paucis mutatis, auctor Menæorum et Cytheraum XIX Februarii, qui sic incipiunt.

2 Eodem die sancti Patris nostri Cononis.

Is genere Cilix, rebus humanis ab ipsa adolescentia valedixit, ingressus monasterium, Pentucla dictum, prope Jordaniem situm. Presbyter postea consecratus, apicemque vite religiosæ assecutus est. Postquam vero ob admirandam virtutem Petro Achiepusco per famam innotuit, officium illi imposuit, ut omnes, qui baptismi causa peregre ad Jordaniem adventarent, sacro fonte ablueret. *Hac Menæa.* Verum Moschus non Cilicem, sed Alexandrinum facit, atque hoc de ro refert, et Græco accurate versa.

3 Cum in Lauram sancti Patris nostri Salbae profecti fuissent ad Abbatem Athauasium, narravit nobis senex, dicens: Cum esse in monasterio Pentucla, Presbyter quidam erat ad baptismi mi-
nisterium. Conon nomine, genere Alexandrinus: quem jusserunt, utpote virum magnæ et venerabilis
atatis, conferre baptismum. Ipse vero ungebatur et baptizabat eos, qui ad hoc veniebant. Quoties ergo inholderem inunguerit, scandalizabatur, atque ideo ex monasterio abscedere volebat. Cum autem eam dis-
cedendi cogitationem haberet, assistebat ei S. Joannes Baptista, dicens: Tolera et persevera, et ego te ubi hoc bello liberabo.

4 Qualam vero die venit puella ex Perside, ut baptizetur, quæ ita speciosa erat ac tanta pulchri-

tudinis, ut non posset Presbyter eam saneto oleo inungere. Cum sic vero puella mansisset duos dies, audiens hoc Archiepiscopus Petrus, obstupuit de se, voluitque ad hoc opus delegare Diaconissam mulierem: sed it non fecit, ne contra Canones delinqueret. Conon vero Presbyter, sumptamelote sua, recessit, dicens: Non manebo amplius in loco isto. Cum ergo exiisset ad colles, ecce S. Joannes Baptista occurrit illi, ac voce tranquilla dicit ei: Revertiere in monasterium tuum, et hoc te bello liberabo. Tunc Abbas Conon cum quadam indignatione respondit ei: Crede mihi, non revertar. Sæpe enim pollicitus es mihi, et nihil fecisti. Cum ergo eum appre-
bendisset S. Joannes, supra unum e collibus sedere fecit, vestibusque ejus remotis, siguavit eum tertio signo Crucis sub umbilico, dixitque ei: Crede mihi Presbyter Conon, volebam te pro hac pugna mercede donari: sed quia non vis, snstuli bellum, et mercede in iugis operis non habebis. Reversus Presbyter Conon in monasterium, ubi baptizare consueverat, sequenti die puellam, quæ e Perside venerat, unxit et baptizavit, neque penitus advergit eam esse natura puellam.

5 Implevit autem et alios annos duodecim in bap-
tizandi ministerio, neque ullum sensit corporis mo-
tum, neque mulierem intuitus, reflexit eam natura ejusmodi esse: atque ita in pace consummatus est. *Hactenus Moschus.* Quæ ultima ita in Menæis effun-
ditur: Vixit vero postea Sanctus alios adhuc viginti annos, et ad summum animi sedati gradum progressus, ac quasi omni humano sensu exutus, tandem in pace quievit. Ex his annis impletis duodecim in mi-
nisterio baptizandi reliquias octo videntur monasterii Heg-
yagenensis sive præses fuisse, ut infra ex aho Moschi loco dicitur.

6 Præterea ubi supra dicitur non potuisse puellam, quod ideo spaciose esset, sancto oliva inungere, ita Græce legitur: ὅτε μὲν δυνθηται τὸν Πρεσβύτερον κατένει πρίσαι τῷ ἀγνῷ ζωσι. In Menæis additur, γυναικὶ αὐτῷ nudum eam inungere, quæ etiam Latine apud Rosweydum aliasque excusa sunt. De hoc nulatione ad baptismum disputat idem Rosweydus in Onomostico ad Vitam Patrum, et censet nudos censeri, quibus super-
iori vestis, qua in publicum procedere solebant ideo-
traheretur. Iu David Ephod linea nudus erat et tu-
men nudus ante arcam saltasse dicitur 2 Regum 6. Eodem modo baptizandos aut interulau vel aliquod

ne speciosam
puellam inun-
gal, fugit :

a S. Joan.
Bapt. impe-
rial donum
continuitate :

baptizat puel-
lam,

et alios adhuc
per 12 annos.
F

ACTORE 6. II

Valentes S.
Cononem occi-
dere, sunt im-
mobiles,

A praeinceptorum lineum ad honestatem servasse.
7 Idem Moschus cap. 13 hæc quorum non meminere
Menæ, de eodem, uti arbitramur, Couone narrat:
Dicebant de Abbe Conone Hegumeno monasterii
Penthuela, quod die quadam, cum iret Betamarim,
obvios habuit Hebreos. Qui cum eum occidere, vel-
lent, districtis gladiis occurserunt contra senem-

Cumque appropinquassent, vibrarentque in eum gla-
dios, manus eorum in sublime suspensæ persisterunt
immobiles. Facta vero pro eis a sene oratione, ab-
ierunt gaudentes et gloriam Deo tribuentes. Hæc
ibi, inter quæ pro rore Betamarim, *Græce est ēni Bī-
tarōs ἄγον τὸ γαπτόν*, in sanctam Bitorum regionem.

dein ejus pre-
cibus liberan-
tur.

DE S. MANSUETO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

II. II.

POST AN. DCL.
XXX
XIX FEBR.
S. Mansuetus
colitur 19 Febr.

et 2 Sept.

a variis scrip-
toribus memo-
ratur:ANIMADV.
PAP. 10contra Mon-
othelitascogit syno-
dum.epistolam syn-
nodalem militat
Imperator,a S. Damiano
compositam,cum hoc exor-
dio sub nomi-
ne S. Mansue-
ti:

Intra sanctos Ecclesias Mediolauensis Episcopos
xxxii, Martyrologio Romano adscriptos, colitur
XIX Februarii Mansuetus, de quo hoc extat in eo
testimonium: Mediolani S. Mansueti Episcopi
et Confessoris. Eadem habentur apud Galensem cun
hoc parvo eloquio: Cujus cum in omni actione eloxit
pietas, tum in Synodo oecumenica sexta Constanti-
nopolitana, cui interfuit: ejus ultima pars, ut mox
dicitur, melius obraset. Majori encomio celebratur a
Ferrario in Catalogo Sanctorum Italix, a Ludovico
Zaccone in Vitis Sanctorum Italice editis, et in Lvectionib
propriis ad illorum usum, qui in Ecclesia Medio-
lanensi utinat ritu Romano, approbat, et u Septembri
in Breviorie Ambrosiorum auctio et recognoscit. Agunt de
eodem Donatus Bossius in Chrouico, Joannis de Diva de
successoribus S. Barnabæ apud Mediolanenses, Joannes
Franciscus Besutius in Pontificali Mediolanensi, Jose-
phus Riponius in Decade I Historiarum Ecclesiæ Medi-
olanensis lib. 9, Ughellus tom. 4 Italix sacra, denum
Tabula Archiepiscoporum Mediolanensium seorsum, et
inter Acta Synodalia a S. Carolo Borromio habitu par.
2 a pag. 833 excusa. Apud plerosque harum rerum
ancatores festum ejus celebrari xix Februarii assertur.

2 Extant Sedes S. Mansueti et rerum ab eo yestu-
rum duo antiqua monumenta, alterum habitu ab eo sy-
nodi Mediolanensis, alterum collectæ a S. Agathou
Papa synodi Romana, cui etiam S. Mansuetus adfuit.
Pullulabat jam primum heresis Monothelitarum, cuius
principium anno 12XXIII a Cyro Episcopo Alexandruo
positum fuisse tradit Baronius ad illum annum num. 3.
Qua de causa cum inter Constantium Pogonatum Imperatorem et Pontifices Romanos de cogenda Synodo
universaliter actum esset, et S. Agathou Papa ab Imperatore
ad Donum decessorum scriptam eu de re accepisset
epistolam, jussit in variis regiis synodis congregari,
quibus heresis Monothelitarum condemnata est, in Italia, Gallia, Anglia, ut ejusdem Agathouis litteris ad
Imperatorem datis constat. Parmit tum l'ontifici S. Mansuetus, et coœcta Mediolani synodo Insubrium
Episcoporum, Monothelitarum heresi condenauit,
fideique orthodoxe edidit professionem: qua synodal
epistola comprehensa ad Constantium Imperatorem
missa est, ut cum Episcopi illi ad Concilium oecumeni-
cum Constantinopolitanum proficeret non possent, saltem
scripto illo suffragio percutiosa heresis condamnaretur.

3 Epistolam hanc synodalem nomine S. Mansueti
scriptam fuisse a S. Damiano Episcopo Ticinensi testa-
tur Paulus Warnefridus lib. 6 de Gestis Longobardorum
cap. 4 his verbis: Eo tempore Damianus Ticinensis Episcopus sub nomine Mansueti Mediolanensis
Archiepiscopi, hoc de causa satis utiliter rectaque
fidei epistolam composuit, qua in prætata synodo
Constantinopolitanæ non mediocre suffragium tulit.
Colitur S. Damianus xii Aprilis. Epistola autem syno-
dalnis hæc est inscriptione: Domino serenissimo atque
tranquillissimo, et a Deo carissimo, religiosissimo
Constantino Imperatori Mansuetus Mediolanensis Metropolitano Ecclesiæ indignus Episcopus, vel universa
sancta Episcoporum fraternitas, qua in hæc magna

regia urbe convenit, æternam in Domino salutem.
Incipit dein epistola his verbis: Si apicem imperialis
fastigii et insulas sacratissimæ potestatis avis et
provis vestris cœlitus attributum cognovimus, et
præ meritorum actibus ad vos propagatum scimus,
dignum est his vos æquiparare vestigiis, quorum,
et celsitudinem obtinetis etc. Extat ea epistola ante
Concilium vi OEcumenicum, seu Constantinopolitanum,
post Diualem sacram ab Imperatore directam ad Donum
Popam, aliamque ad Georgium Archiepiscopum Constan-
tinopolitanum. In ea epistola sub finem hæc fidei
professio contra Monothelitos continetur: Duas naturas
in una subsistens divinitatis et humanitatis incon-
fuse, incomutabiliter Dominum nostrum Jesum
Christum habere veraciter confitemur: ita quoque
et duas naturales voluntates et duas naturales ope-
rationes habere, utpote perfectum Deum et perfectum
hominem, unum eundemque ipsum Dominum nos-
trum Jesum Christum pietatis regula nos per-
struit etc. *Habita ea synodus est anno 12CLXXIX.*

4 S. Agathou Popa, quod juri in variis provinciis fac-
tum fuerat, synodum anno 12CLXXIX Roma collegit cent-
rum et viginti quinque Episcoporum, inter quos S. Mansu-
etus liv loco subscriptus hac formula: Mansuetus,
Dei gratia Episcopus sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ
in hanc suggestionem, quam pro Apostolica nostra
fide unanimiter construximus, similiter subscripti.
In hoc synodo dominata eterna est Monothelitarum her-
esis, et orthodoxa fides eycrigie corroborata: tres item
Legati, Joannes Portuensis, Abundantius Paternensis,
et Joannes Regius Episcopi, ut Constitutinopolitanum ad
Concilium universale proficerentur, electi sunt, qui-
bus dato est epistola S. Agathouis Papæ et Romanæ
synodi cxxv Episcoporum, qua dicti Legati plene ins-
tructi, injunctum munus fideleriter exercuti sunt. Extat ea
epistola sub finem Actuonis quartæ ejusdem Concilii
universalis, cum omnium ferr Episcoporum subscriptio-
ibus, atque ipsius, ut diximus, S. Mansueti. Qua re a
no quinallis oscitantur inspecta creditus est ipsi Concilio,
et non tantum epistole Actus insertæ, subscriptissæ: eu-
jus aliud non subesse fundamentum arbitramur. Verba
Martyrologij Ambrosiani et Lctionum propriarum hæc
sunt: Mansuetus Romanus præcipue claruit in sexta
synodo Constantinopolitanæ, eoi interfuit, sequo
subscriptis. Quem errare etiam advertit Ferrarius
in Notis ad xix Februarii.

5 Ad codrum Ferraru hæc de re affirmantur: Mansu-
etus Romanus ex Sabella familia, ad Episcopatum
Mediolanensem post S. Ampelium, Agathione summo
Pontifice, ob ejus sumnum eruditissimum et morum
præstantiam evectus est. Praesertim antem Ecclesiæ
sibi commissa annos novem summam cum laude et
ejusdem Ecclesiæ utilitate. E. Sabella gente oriundum
esse assertunt etiam Tabula Archiepiscoporum Medio-
lanensium, et cum iis Joannes de Deis, Besutius, Zuc-
conius, Ughellus. Annos sedi ejus quoque tribuit Joanne
de Deis, at Roma e Synodo reversum, paulo post
in coniugio illo, quod Insubria affixit, decessisse
tradunt Ripamontius et Ughellus. Sed tum, quamvis
tantum

subscriptis Sy-
nodis Romanis
an. 680contra eosdem
Monothelitas :non interfuit
Concilio Con-
stantinopolitan-
ano;

F:

quot annis di-
cauerit
Episcopus?

Auctore G. B. A tantum quinque annos sedisset, non potuit Agathone ista leguntur: Sancte constanterque administrata D Papa, qui ab anno 10CLXXIX solum sedet, Episcopus Ecclesia moriens, in basilica Ambrosiana sepultus Corpus in S. creatus fuisse. Stephani Majoris, et ibi reverenter colitur.

6 De obitu ejus et sepultura in Breviario Ambrosiano

DE S. BARBATO EPISCOPO BENEVENTANO IN ITALIA, Commentarius praevious.

1. B.

§ I. S. Barbati publica veneratio. Vita duplex. Gesta ante Episcopatum.

AN. 10CLXXXII
SEX FEBR.
S. Barbati pu-
blica venera-
tio,

Antiquissima Hirpinorum civitas Beneventum, inter Sabati Calorisque amnum confluente, olim Ducum Longobardorum sedes, nunc ad Pontificis Romani spectans ditionem, xi Kaland. Marti S. Barbatus, Antistitem olim suum, veneratur. Testis Maris de Vipera Archidiaconus Beneventanus in Catalogo Sanctorum, quos Ecclesia Beneventana duplici ac semiduplici celebrat ritu; ubi de Barbato ista scribit: Ejus dies festus, uti precepui ejus urbis Patroni, maxima celebritate agitur, etiam ab operibus servilibus desistendo. Quoniam antiqua ea, loterque fusa ceterabat fuerit, perspicere licet ex antiquis Martyrologiis et Kalendariis, quæ infra tabamus, aliusque monumentis.

2 Duplicemdabimus hic Vita illius historiam, utramque a V. CL. Silvestro Atossa nobis Capua transmissam. Priorum ex veteri codice monasterii S. Joannis sonctionum alium Benedictini in ea urbe, characteribus Longobardicis exarato, descripsivat. Altera ex codicibus Ecclesiarum Beneventanarum accepit, ex priore ut appareat, conformatam ac lacunosa phrasi dilatata. De priore ita loquitur in Notationibus ad Martyrologium Baronius: Habemus ejus Acta sincere scripta, est eorum exordium: Sicut evidentissime etc. Citat eadem Michael Monachus, Atossæ avunculus, in Sanctuario Capuano pag. 464 his verbis: In officio sunt de S. Barbato tres Lectiones, accepte ex Actis, quæ MSS. habemus in C. Longobardo, et ita se habent: Sicut evidentissime fidelium relatione comperimus. Ita Monachus.

3 Aliam habemus S. Barbati Vitam, a Nicolao Belfortio Cononicō Regulari monasterii S. Joannis de Vinea apud Suessionem, descriptam ex MS. Cœlestinorum Suessionensium. Verum non fuit opera pretium illum hic dare, cum ex priori illa, sive Capuana, contracta sit, vel ab ipso Belfortio, vel quopian alio antiquore. Brevis ejusdem Vitam habet in jam citato Catalogo Marius Vipera. Aliam Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italia. Agit de eo Joannes Vincentius Ciarlantus Archipresbyter Ecclesiarum Ascensionis in Commentariis historicis de Sunnis lib. 3 cap. 16, qui Vitam citat ab Ovidio de Luce monacho Montis-Virginis editam, quam non vidimus. S. Barbati alii quoque meminimus scriptores.

4 Beneventanum fuisse asserit Vipera. Ciarlantus ex Ovidio monacho, natum honestissimis parentibus incolis vici Vandari, ut nunc appellatur, in Comitatu Cerretino: a prima aetate educatum Beneventi, sacrisque litteris egregie eruditum, mox ad publicas de rebus divinis conciones admotum. Quare tandem Ecclesiarum S. Basilii in oppido Moreone constitutus Curia est: sed cum aerius in scelera inveniretur, odio primum esse capit, dein et falsi criminis infamo perstrictus, idoque reveratus Beneventum est: ubi ejus comperta innocentia zelo divini honoris, sanctimonia vita, cunctis deinceps venerationi fuit.

5 Nec Longobardis pepereut, qui Beneventum duro premebant dominata, et licet sub Archiso Duce secundo, quem ix Februarii ad Vitam S. Sabinus § 10 num. 8

diximus Catholicum fuisse et S. Gregorio Magno amicum, plerique fidem viderentur amplexi; tamen adhuc superstitionis quosdam Gentilium ritus usurpabant, non solum vulnus militum, sed primarii quique, et ipse quoque Princeps Romualdus, Grimoaldi Regis filius. Nam et viperæ aureum simulacrum colebant, et arbori cuiam profanos honores exhibebant, suspenso ad eam corio animali cuiquam detracto: in quod drinde, quis concitatis ab arbore recedentes, sagitus aversi contorquebant, et avulsam ab eo particulariter edebant: ut in ultraque Vita cap. 1 num. 2 narratur.

6 Quæ eos causa ad viperæ efformandam effigiem ac venerandam impulvit, non traditur. Diximus xvii Februario, cum de S. Marianna ageremus, consueverit Hirrapolcos Phrygia urbis incolas vivam viperam atere ac divinis prosequi honoribus. An tule quid olim octatarint horum Longobardorum majores, unde posteris mos ille adhuc seruit aurum ejus effigiem honorandi; an ita consecrare memoriam voluerit cuiuspiam virtutis aut faemoris Ducum priscorum, hanc facile est conjectare. Videntur ad annos ccx post S. Barbati aetatem aliquod adhuc Beneventi existisse viperæ illius monumentum, cui tamen nullus haberetur amplius honos: forte ut hic Autiæpæz (quod ultibi diximus) Priapi, alibi alia extant Gentilium idola. Leo Ostiensis lib. 2 Chronicæ Casinensis cap. 11 ita scribit: Ante hoc ferme biennium terræ motus ingens factus est Capuae atque Beneventi: ita ut Capua domus multæ corruerent, ejusdemque civitatis campanæ ea vi perse sonarent. Beneventi autem viperam dejecit et turres quindecim stravit. Id circa annum 10CLXXXIII videtur contigisse.

7 Plura extant passim exempla dicatarum dñmonibus arborum, apud profanos ac sacros scriptores. Ex el arboreum ei genere illa apud Virgilium lib. 2 Encidos. antiqua cupressus

Relligione patrum multis sacra per annos.

Illa item in Actis SS. Felicis et Adaucti, xxx Augusti, excelsa arbor, via Ostiensi, secundo millario ab Urbe, quam S. Felix, in eam insufflans, a radicibus

evertit, ut amplius per eam animæ nullatenus deciperentur. Talis et illa in Vita S. Martini Turonensis,

xii Novembri, pius, quam curavat exaudi, quia esset diemoni dedicata. Nec de his mirum, quæ ambæ fano

idolorum propinquæ erant. Sed quid erat hic superstitionis, equestres ludos instituere, atque ab arbo, velut

carecre, decurrendo, jacula in appetas ei pellebant Particula rite mittere? Quid illa pyrus habebat impietas?

de qua Constantius Presbyter in Vita S. Germani Antissiodorensi xxxxi Julii? Ad ejus ramusculos ferarum ab eo deprehensarum capita, pro admiratione

venationis nimis, dependebant. Quem celebs vir, ejusdem tunc civitatis Amator Episcopus, his fre-

queus compellabat eloquiis: Desine, queso, vir ho-

norum splendorissime, hæc jocularia, quæ Christianis offensa, paganis vero imitanda sunt, exerce-

cere. Hoc opus idolatriæ culturæ est, non Christianæ

elegantissimæ disciplinæ. Hæc aliaque S. Amator, qui tandem, absente Germano, sacrilegum arborum

cum caudicibus abscondit, et, ne aliqua ejus incredu-

lis esset memoria, igni concremandam illico depu-

tavit: ut i. Maii ad S. Amatoris Vitam, et ad S. Ger-

mani dicemus.

reprehensi ab eo ritus pagani Longobardorum,

adorantium auream Vip-

rom,

(cujuis diu post Beneventi mo-

numentum)

(quales multæ a SS. excise,

etiam ob solum scandatum)

A

*ACTORES I. B.
et tertium ad
eum superen-
trare.*

*fors capra,
cursus caput
demonis ante
offerabant.*

Major etiam in isto Longobardorum ludo levitas inerat, minime toleranda in Christianis petulantia, et manifeste reliqua profanorum sacrificiorum. Id enim barbarae gentes soleme memorat S. Gregorius lib. 3 *Dial. cap. 28.* Eodem quoque tempore, inquit, dum fere quadraginta captivos alios Longobardi tenuissent, mons sua immolaverunt caput caprae diabolo, hoc ei per circuitu[m] currentes, et carmine inlando dedicantes. Cumque illud ipsi prius subonis-sis cervicibus adorarent, eos quoque quos ceperant, hoc adorare pariter compellebant. Sed ex eisdem captivis maxima multitudo magis eligens moriendo ad vitam immortalē tendere, quam adorando vi-tam mortalem tenere; obtemperare jussis sacri-fugis noluit, et cervicem, quam semper Creatori fle-xerat, creaturae inclinare contempsit. Unde factum est, ut hostes, qui eos ceperant, gravi iracundia accensi, cunctos gladiis interficerent, quos in errore suo participes non haberent. Coluntur hi Martyrs in Martu, quem ad diem similius aliorum gentium sacri-fugis indicat Baronius, monetique fuisse Longobardorum quadam, cum Italiam occuparunt, Gentiles, quadam Aranos, orthodoxos nonnullos. Fuerit forte corum hoc, quod arbori appensum ridicula decursione honora-batur, ab ejusmodi capra, cuius esset caput demoni selam tunc, ne quid ab orthodoxa plebe turbaretur ovalsum.

§ II. Obsessum a Græcis Beneventum, libera-tum precibus S. Barbati. Ejus Episco-patus.

*Constans Imp.
an. 662 in Ra-
tiam vent.*

Cum sanctus Presbyter Barbatus neque verbis i-sthac Longobardorum flagitu castigando, neque editus divina virtute ad eorum flectendos in pietatis uiam amato[m] miraculū, quidquam proficeret; Deus ipse manum admovit, juvenculo Princepe Beneventu a Constante Imp. Heracliu[n] nepate, obpresso, et ad extrema pene de-dicto: e quibus eum Deiparae Virginis patrocinium, a Barbato exorata, eripuit, ut in priori *Vita cap. 1 et 2* narratur, et in posteriori *cap. 2.* Tempus quo hac contingunt, esti obsidionis non numerari, indicat Anastasius Bibliothecarius in *Vita S. Vitaliam Papæ*, quam edidimus *XXVI* Januaria, in qua ita scribit: *Hujus temporibus venit Constantinus Augustus de regia urbe per littoralia in Athenas, et exiude Tarantum, inde Beneventum et Neapolim per Indict. vi. Postmodum uenit Romam, id est, quinta die mensis Juli, feria iv, Indictione supradicta. Annus es erat Ævo vul-garis MCLXIII, quo littera Dominicalis erat A, Kalendas Julii in sabbatum incidabant, dies quinta in ferium quartam.* Sed, ut infra ostendemus, videtur sub exitum anni præcedentis, cum inchoatu a Septembribus sexta Indictio esset, expeditionem hanc Imperator suscepisse.

10 Obsidionem Beneventi narrat Paulus Diaconus lib. 8 de gestis Longobardorum, sed librationem vide-tur in opere ab S. Joanne Baptista genti Longobardo-rum impensum referre, quia que in urbe Brucuento gesta erant, vel ignorabat, vel minus curabat. Ita scribit: *His diebus Constantinus Augustus, qui et Constans est appellatus, Italiam de Longobardorum manu eruere cupiens, Constantinopoli egressus per littoralia iter habens, Athenas uenit: inde per mare transgressus Tarentum applicuit. Græci scrip-tores Cedrenus, Zonaras, et ali[us] annis eam voluisse sedem Imperii Romanorum figere. Sed nempe ut illic esset securus, necesse erat ut prius ab Longobardis purga-retur Italia.*

11 Pergit Paulus cap. 7. Igitur cum Constans Augustus Tarentum uenisset, egressus exinde, Beneventanorum fines invasit, omnesque pene, per quas uenerat, Longobardorum civitates cepit. Liceriam quoque luculentam Apuliae civitatem, ex-

pugnatam fortius invadens diruit, et ad solum usque prostravit. Arentiam sane, propter minitissimum loci positionem, capere minime potuit. Deinde cum omni suo exercitu Beneventum circumdebet, et eam vehementer expugnare coepit, ubi tunc Romoaldus Grimoaldi filius, adhuc juvenculus, ducatum tenebat. Qui statim ut Imperatoris adventum cognovit, nutritum suum, nomine Sesnaldum, ad patrem Grimoaldum trans Padum direxit, obsecrans ut quantocuyus veniret, filio suo ac Beneventanis, quos ipse nutrirerat, potenter succurreret. Quod Grimoaldus Rex audiens, statim cum exercitu filio latrurus auxiliu, Beneventum pergere coepit..... Interim Imperatoris exercitus Beneventum diversis machinis vehementer expugnabat. E contra Romoaldus cum Longobardis fortiter resistebat: qui quamvis cum tanta multitudine congregati manu ad inanum, propter paucitatem exercitus non auderet, frequenter tamen cum expeditis juvenibus horum castra irrumpens, magnas eisdem inferebat undique clades.

12 Hic jam illud accidit, quid utraque Ita narrat, ut a S. Barbato animatus Romoaldus, visa etiū optulatrix Virgine Deipara, serliquis idolatriæ extir-paturum sponderet. Interea adventantis Grimoaldi fama Constantem perpulit, ut quam vi capere urbem non poterat, frande tentaret, et ubi haec quoque non successit, relicta obsidione abscederet. Grimoaldus, inquit Paulus, cum iam jamque properaret, euimdem nutritum ejus, de quo præmissus, ad filium misit, qui ei snum adventum nuntiaret. Qui cum prope Beneventum uenisset, a Græcis captus, Imperatori delatus est. Qui ab eo unde veniret requirens, ille se a Grimoaldo Rege venire, euimdem Regem citius adventare nuntiavit. Statimque Imperator ex-territus consilium cum suis init, quatenus cum Romoaldo pacisceretur, ut Neapolim posset reverti. Accepta ita obside Romoaldi sorore, cui nomen Gisa fuit, cum eodem pacem fecit.

13 Sed et mox, accepta licet obside, pactusque de pace, adhuc tamen dolo capere urbem aggressus est. Nam Romoaldi nutritum Sesnaldum ad muros duci præcepit, morte eisdem minatus, si aliquid Romoaldo aut civibus de Grimoaldi adventu nuntiaret, sed putius asseveraret euimdem minime venire posse. Quod ille ita se facturum, ut ei præcipiebatur, pro-misit. Sed cum prope muros advenisset, velle se Romoaldum videre dixit. Qui Romoaldus cum citius advenisset, sic ad eum locutus est: Constans esto, Domine Romoald, et habens fiduciam noli turbari, quia tuus genitor citius tibi auxilium præbiturus aderit. Nam scias eum hac nocte juxta Sangrum fluvium cum valido exercitu manere. Tantum obserero, ut misericordium exhibeas meae uxori et filiis, quia geus ista perfida me vivere non smet. Cumque hoc dixisset, jussu Imperatoris caput ejus abscissum est, atque cum bello machina, quam Petrarium vocant, in urbem projectum est. Quod caput Romoaldus sibi deferri jussit, idque lacrymans osculatus est, dignoque in loculo tumulari præcepit. Metuens igitur Imperator subitum Grimoaldi Regis adventum, dimissa Beneventi obsidione Neapolim proficisci-tur. Cujus tamen exercitum Mittola Capuanus Comes juxta fluenta Caloris fluminis, in loco qui usque ho-die Pugna dicitur, vehementer attrivit.

14 Atiam mox victoriam retulit de Græcis Romoaldus, precibus, ut certo autuno, S. Barbati, Virginis que Dei Matris præsidio adjutus, quam ita commo-merat idem Paulus Diaconus cap. 10. Postquam idem Imperator Neapolim peruenit, unus ex ejus Opti-matibus, cui nome Saburrus erat, ab Augusto (ut fertur) viginti millia militum expetiit, seque cum Romoaldo pugnaturnum viuoremque spopondit. Qui cum accepto exercitu ad locum, cui Forum nomen est,

*volens Longo-
bardos pelle-
re:*

*milia urba-
capit.*

Beneventum
obsidet,
defendente ita
Romoaldo Du-
ce.

territus ad-
uentante Gri-
moaldo R.

*copus adventus
forti astu ob-
sidiens indica-
tus,*

abit Neapolim.

A est, advenisset, ibique castra posuisset; Grimoaldus, qui jam Beneventum advenerat, haec audiens, contra eum proficisci voluit. Cui filius Romoaldus, Non est opus, inquit: sed tantum partem nobis de exercitu vestro tribuite. Ego, Deo favente, cum eo pugnabo, et cum vicero, major utique gloria vestrae potentiae adscribetur. Factumque est, et accepta aliqua parte de patris exercitu, pariterque cum suis hominibus contra Saburrum proficiscitur. Qui prius quam bellum cum eo iniret, a quatuor partibus tubas insonare praecepit, moxque super eos andenter irruit. Cumque utrèque acies sorti intentione pugnarent, tunc unus de exercitu Regis, nomine Amalangus, qui regium contum ferre erat solitus, quemdam Græculum eodem conto utrisque manibus fortiter persecutens, de sella, super quam equitabat, sustulit, eumque in aera super caput summi levavit. Quod cernens Graecorum exercitus, mox immenso pavore perterritus, in fugam convertitur, ultimaque pernicie cæsus, sibi fugiendo mortem, Romoaldo et Longobardis victoriam peperit. Ita Saburru, qui se Imperatori suo victorie tropæum de Longobardis promiserat patrare, ad eum cum paucis remeans, ignominiam deportavit. Romoaldus vero patrata de inimicis vicit, Beneventum triumphans reversus est, patriaque gaudium et cunctis securitatem, sublato hostium timore, convexit.

S. Barbatus fit
Episcopus
mense Martio
663.

15 Mortuus erat, cum obsecum est Beneventum, Ildevertus XXXII ejus civitatis Episcopus, ut Marcus Vipera scribit. Subrogatus illi est XXXIII Antistes (non ut scribit Ferrarius, xx) Principis voluntate, summaque populi approbatione, S. Barbatus: etiam fortassis ante hunc de Saburro victoriam, statim ut liberata urbs est obsidione. Contigisse uidetur circa XX Martii, cum mortuus dicatur XIX Febr. sedisse in Episcopatu annos XXVII menses XI. Eos enim annos numerari existimo ab eo tempore, quo illi ita delatus Episcopatus est, antequam Pontificis Romani confirmatio accederet. Octobri fortassis mense aut Novembri venit in Italiam Constans: urbes deinde multas cepit, ac Luceriam evertit, Beneventum non parvo tempore oppugnavit, ut accessiri Grimoaldus, cogere ereretur et venire in Sumnum potuerit. Quod dein spati ad quintum Julii fuit, Neapoli et in Campania Constans exigit, ac Romano itinere.

§ III. Gesta a S. Barbato in Episcopatu. Ejus mors, reliquæ.

CEpscopatum adeptus Barbatus, ab Romoaldo Duce posseit ut Ecclesias S. Michaelis in Monte Gargano ac Sipontianam Beneventanam douraret: aut, ut interpretor, si Pontifex Romanus annuisset, earum possessiones ab Antistite Beneventano administrari pateretur: non tam ut in sua, Clerique sui emolumenta cederent eaurum proventus, quam ut in utraque divinum cultum restauraret, quoniam, inquit ipse in priore Vita, absque cultoribus omnia depravantur, unde nec sedulum Deo illic officium persolvi potest, melius a nobis disposita tibi proficiant in salutem. Extare ait Marius Vipera in bibliotheca Ecclesie Beneventanae litteras Vitaliani Papæ, quibus ei concedit Ecclesiam Sipontianam et Montis Gargani. Nou sunt tamen ex nunc Archiepiscopo Beneventano subjectæ, sed unta ambo cum Archiepiscopali Ecclesia Manfredoniarum urbibus, quæ fere ex Siponti ruinis fundata, ut in Februarii ad S. Laurentii Sipontini Episcopi Vitam diximus, ubi et de Montis Gargani Ecclesia egimus, ostendimusque tamen du post S. Barbati tempora Sipontum adhuc non ignobilem urbem extitisse: appellari autem Manfredoniarum Archiepiscopum, etiam S. Angeli et Sipontium Archiepiscopum.

17 Subjectar quoque fuerunt Ecclesias Beneventanæ

a S. Vitaliano Papa fut idem ait Vipera, subscriptioque D. Charlantius Larinensis, Aseulanensis, Bovinensis. Sunt etiam Larinuni, Aseulini Apulini, Bovinum, urbes Episcopales sub Archiepiscopo Beneventano, prior res duæ juxta olim sub Romanis clari nomini. Inter alia quæ pro dilatatione Christianæ religionis egit S. Barbatus, interfuit sub S. Agathone Papa anno 1068 synodo Romanar. rjusque, ut aliorum plurimorum An- tistitum, subscriptio in sexta generali synodo contra Monothelitas eodem anno habita, Actione 5, recitatur, his verbis expressa: Barbatus gratia Dei Episcopus sanctæ Beneventanae Ecclesie, provincie Campanie, in hanc suggestionem, quam pro Apostolica nostra fide unanimiter construximus, similiter subscripti-

18 Sedit in Episcopatu S. Barbatus, ut diximus, anno XVIII, menses XI. Qui ergo anno 1069 circa XX Mortii ad Episcopatum fuerunt electus, anno 1068 mortuus est, XIX Februario, quod etiam Vipera auctoravit. Aliam Chronologiam inuit, qui exemplar Vitæ ejus, quæ est in collectaneis Belfortii, interpolavit: ait enim anno Domini 1066 obiisse.

19 Relatum est postea nomen ejus in sanctorum Confessorum tabulas. Nam antiquissima Kalendaria Longoburdico charactere exarata, editaque a Michaelo Mouacho in Sanctuario Capnano ita habent; primum, XI Kal. Mart. Depositio erit Barbati Beneventani Archiep. tertium et quartum, S. Barbati Episcopi Confess. Lect. 3. quintum, Barbati Ep. et Conf. et Gabini Mart. Vetus Martyrol. MS. quod censemus amplius 15 annorum esse: Eodem die apud Beneventum civitatem natalis B. Barbati Episc. et Confessoris. Consonant iisdem fera verbis, Molanus in Auctario ad Usuardum, Galesinus, et alii, Martyrol. Romanum a Barouio auctum itat habet: Apud Beneventum S. Barbati Episcopi, qui sanctitate celebris, Longobardos et eorum Duce in ad Christum convertit. Quatenus ille verum sit, antea dictum est, et infra dicetur in Vita utraque, quia nimirum Romooldum Duce, etsi titulum jam antea baptismi, et Christiana mysteria frequentantem, retinente tam superstitiones quasdam paganicæ, ab hisce revocavit. Longius a vero aberrat Constantinus Ghinns de S. Barbato in Natalib. SS. Canonice, inter alia sic scribens: Tantæ fuit virtus, tantaque sanctitate celebris, quod Longobardos et eorum Regem (apposuit in margine Partarem puto, qui fuit anno 680) convertit ad Christum.

20 Habuit, ut testis est Marius Vipera, templum extra civitatem sibi excitatum, cuius hodie nulla fere extant vestigia, et ex cuius nomine tota regio illa vocatur. Extat officium particolare, quo Ecclesia Beneventana utebatur ante Breviarium correctionem, quod in bibliotheca Beneventana in MS. Breviario adhuc legitur, ubi sequens antiphona ad Magnificat et al Benedictus, ac oratio habetur. Dein ista subiecta, ex inscriptione, ut ait, in marmore in altari majore Cathedrali existente. ANTIPHONA. Vir Domini Barbatus actionibus celeber, et coruscus miraculis, seetam internicionis pellendo Beneventi effulsi. Versus: Ora pro nobis B. Barbate. Resp. Ut digni etc. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui Sanum populum, B. Barbati Confessoris tui atque Pontificis precibus et doctrinis, ab idolatria revocasti, da nobis ejus meritis ita in fide proficere, ut indulgentiam percipere mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum etc.

21 Post annos ab abitu 1069, Roffridus Archiepiscopus Beneventanus, ut scribit Vipera, ejus sacrum corpus ex altari, in quo jacebat, in alium decentiorem locum transiit anno Domini 1074, die XXVI Maii, intervenientibus duabus Episcopis suffraganeis: quo tempore multa miracula ante sepulchrum corpus effluxere. Ea dabimus et Chromico Beneventano

interest synodo
nom. an. 680.

inscriptus Mar
turopolis.
E

F

templum eridi-
cum:

de eo officium,

Oratio:

1124

AUCTORE J. B.

ubi nunc ejus
reliquias?

A ventano Falconis, qui interfuit, ostenditque non **xxvii**
Maii Translationem illam coetuisse, sed **xxiv**, cum
rectarum diem dicat fuisse Pridie Kalendas Junii. Ad-
dit idem Marius: Cujus corpus deinde urbe bello
sefdata, partim in ecclesia Montis Virginiani ser-
vandum translatum, partim Beneventi in sua Ca-
thedrali custodiendum relictum. **Felix Renda** inter-
reliquias Montis Virginis, quarum catalogum subne-
xit **Vita S. Guilhelmi fundatoris a se edita**, ponit Cor-
pus S. Barbati Archiepiscopi Beneventi.

VITA AUCTORE ANONYMO,

ex MS. cœnobii S. Joannis Capuae eruta a
Silvestro Aiossa V. CL.

CAPUT I.

*Longobardi Benerentani, aspernantes S. Bar-
bati monitu, ab hoste obsidentur.*

PREFATIO.

Sicut evidentissima fidelium relatione comperimus de celeberrimo sanctissimi Patris Barbati more, vel meritis, (quamquam indignus ad tam eximiū Prae-
sulis exponentas laudes, atque omnibus philosophiae
deterior sectantibus, annuente mentium scrutatore,
qui non philosophari, sed simplicibus verbis suis
discipulos evangelizare sacra mysteria incito docet
sermone) gratiam, quæ cœlitus in Beatissimo Barbato
essulsi, propero devotissimus enarrare. Et si quis
fortasse liberalibus disciplinis apprimit imbutis
accruius legerit hæc, quæ de tanti viri gestis reperi-
apacibus annotata, non dictantis perpendat ignaviam,
sed meritorum ejus excellentiam, de quo summo
mentis conanuio, postposita verecundia, ut temerari
loquor.

2 Tempore quo a Grimoald Longobardorum regni
moderabatur habenas, ejusque filius Romuald Sam-
nitibus imperabat, insignis Sacerdos, Barbatus no-
mine, Redemptoris nutu claruit Beneventi, actio-
bus celebris, miraculisque coruscus. His vero die-
bus quamvis sacri baptismatis unda Longobardi
abluerentur, tamen priscum gentilitatis ritum tenen-
tes, sive bestiali mente degebant, bestiar simulachro,
quæ vulgo Vipera nominatur, flectebant colla, b
quæ debito suo debebant flectere Creatori. Quin etiam
non longe a Beneventi moenibus devotissime sacri-
legam colebant arborē, in qua suspenso corio,
cuncti qui aderant tergo vertentes arbori, celerius
equitabant, calcaribus cruentantes equos; ut unus
alterum posset praire: atque in eodem cursu re-
troversi manibus in corium jaculabantur. Siequo
particulam modicam ex eo concedendam superstitione
accipiebant. Et quia stulta illuc persolverbant vota,
ab actione nome loco illi, sicut haec tenet dicitur,
Votum imposuerunt.

3 Quæ vir Domini Barbatus cernens, incessabili-
ter eis annuntiabat, duobus dominis servientes
non posse salvari; et nequaquam inter filiorum Dei
numerum aggregari, qui se apostatas angeli ditioni
subdidissent. Hæc et alia illis indesinenter Beatissi-
mus Barbatus, hoc atque illuc discurrens, anxie
predicabat, cupiens eos Creatori suo pungitibus er-
roribus presentare. At illi ferina exerciti dementia,
nil aliud, nisi sessorum meditantes usus, optimum
esse fatebant cultum legio majorum suorum, quos
nominatum bellicosissimos asserabant.

4 Sed omnipotens utque ineffabilis Deus, qui pro
humanis erroribus formam servi accipiens, sanguine-
num suum fudit, et qui neminem vult perire, non
desinat etiam ingratos aut se congruentibus modis
perducere, ut salvari queant. Hic piissimus medi-
cus improvisus æstro assistit, cumque compellit, ut
de sua poscat salute. Cumque caritatem B. Barbati,
illorumque perpenderet infirmitatem, concessit, ut

sicut sanctissimus vir divinis medicaminibus cona-
batur eos a peccatorum febris, ut ex intimis
squilibra profunde sanie emundaret, atque a pro-
toplasti subversori servitio ad filiorum Dei perdu-
ceret libertatem, mirabilibus etiam signis sue præ-
dicationis verba firmaret: ut si non verbis, ad
suam salutem visis miraculis fletenterentur. Nam dæ-
monia ex obsessis corporibus aliquando fusis ad
Dominum precibus, aliquando minis tantum ejicie-
bat. Et nunc usque ad corporis ejus reliquias, co-
operante Domino, sepius a dæmonio plures salvari c
conspicimus. Nec non expletis Missarum solennibus,
lotisque viri Dei manibus, hausta d aqua, que de
illis manibus defluuebat, continuo a quacumque de-
tentis essent infirmitate, saluti pristinæ restitu-
bantur.

5 Sed quoniam longo senio saucia membra non
possunt sostenitis, vel unctione levi curari, nisi me-
dicaminibus durisque ex alto vulneris, et ex vetus-
tate indurata sanie ad superficiem cutis perducat,
ac deinde avulsa putredine concite queant sanari;
idecirco misericors Deus cum cerneret quod nil ef-
fectus haberet in eorum salute servi sui prædicatio,
vel innumera signorum ostensio, condolens eorum
internectioni, suarum miserationum oblitus non est,
et fortia inundi regna super eos adduxit, ut qui pacis
tempore salutaria monita abiectebant, recte suum
creatorem sequi nolentes, tandem necessitate, ab his
quibus nequivant obsistere viribus, ad suum Re-
demptorem conversi, divinis opitulationibus erue-
rentur.

6 Constantinus tum, qui et Constans est appellatus, eo tempore Constantinopolitanum regebat im-
perium. Qui e Longobardorum manibus Italiam eu-
piens, suæque reducere ditioni, sicut olim in præ-
cedentium se fuerat potestate, innumera suorum col-
lecta multitudine, mare transgressus, Tarentum pe-
netravit: indeque profectus pene omnes Apuliae
urbes depopulatus est, pergensque opulentissimam
urbem Luceriam gravissimis præliis cepit, eique
omnibus prædonum directis manibus eam ad solum
usque prostravit. De ejus excidio alacer effectus
Augustus, concile sua castra movens juxta Bene-
venti mœnia collocavit. Nec mora: concervato exer-
citu ad oppugnandam urbem cum diversis bellorum
maciluis nos magnates instituit. In qua urbe Ro-
muald, de quo supra retulimus, cum paucis, sed
validissimis, inerat Longobardis, ibique sanctissimus
Pater Barbatus morabatur cum illis. Circundata
igitur urbo, terribiliter atque inaudite ad capiendum
can novis certiminiis per plurimum temporis pu-
gnaverunt. At contra Romuald, ut erat magnanimus,
et imperterritus, eis fortiter resistens, nunc ex mu-
ris, nunc per improvisam r interruptione, plurimi
suorum hostium parte in attrivit. Nam pro
paucitate sui exercitus acies contra eas in patulis
pavebat dirigere. Tamen cum expeditis incessabiliter
hinc atque inde subito inimicorum f prostrabat ca-
tervas. Sed præfatus Augustus quanto plus sibi illum
attentus cernelat obsistere, tanto ei serventius nova
certamina objecebat.

a *De Grimoaldi regno, et Romualdi ejus filii ducatu equum 0*
*Feuerament ad Vitam S. Sabini § 10. — b Ferrarius, et extra ur-
bis mœnia vota noncupasse. Quod de arbore quidem max dictur,
non de ipsa. — c Natus hujus generis mœnicul in translatione
facta memor Fadu, qui invigilat. *Vita hujus scriptorem*
*extremum, ut qui translati non meminerit. — d hujus ge-
nitus possit occurruerit in Vita SS. plurima miracula. — e In-
ceptionem. Malum, eruptionem. — f Intra prosternebat.**

CAPUT II.

Beneventum obsidione liberatum per Deipa-
rum. S. Barbati Episcopatus: pia ejus
opera.

Cumque se jam presatus Princeps ejusque con-
cives,

c
*etiam miracu-
lis quæ et diu-
ad tumulum
facta.*

d

*Beavenient
ideo, divino
nutu.*

*a Constantie
Imp.*

*post alias vic-
torias,*

*acriter oppu-
gnatum,*

*F strenue ali-
quando de-
fensum.*

*S. Barbatus
Longobardo-
rum ritus
Ethnico*

*b**reprehendit.**frustra:*

Romualdo
Principi et ci-
vibus ad extre-
ma redactis

pollicetur
salutem S.
Barbatus.

n. respicant.

spondente id
Principe.

erat in ade
Deporta:

Luc. 15. 7:

Ezech. 18. 22

divinitus dicit
D. Virg. citam
orasse et exau-
datum.

a

b

rom el Princi-
pi ostendit.

A cives undique arctatos consiperet, ita ut extra munrum egredi non valerent, et frequenter st̄evissimis præliis lacerrentur, penitusque ab eis spes salutis esset ablata, et capiendo se fore universi, prædonibusque dirimendos, valido ejulatu ferent; decreverunt, ut urbis patefierent portæ, et egressi uterque sexus nuanimes interirent pugnando. Mox sanctissimus Pater Barbatus assistit inter eos, et ait: Convertimini, filii, ad Creatorem vestrum, ut salvemini. Ipse enim conterit bella, ducit ad inferos et reducit, humiliat et sublimat. Relinquit ergo vanitatem, quæ suggestere diabolo nunc estis secuti, unde quantocuyus ad animæ et corporis interitum propriatis: et soli Deo Patri et Filio sancto Spiritui, trino in personis, sed uni Deo, coetero et consubstantiali, canora voce concinante laudes, precesque ad eum fundite, qui seruat renes et corda, et ipsi soli vos servituros devotissime pollicemini: et liberabit vos ab his, qui querunt animas vestras.

B 8 Hoc auditio Romuald ait: Sicut asseris, ita est: Ut ab hostibus non capiamur, abjeciamus omnia, quæ ritu gentis colueramus: et soli Deo me servitum promitto, atque per omnes meæ provinciæ urbes prædiis, coloniisque ditabo, atque civitatis hujus te Præsulm effici concedo, ut mei curam velut optimus Pater habere digneris. Instar autem ejusdem sermonum, omnes se velle dixerunt. Et qui prius Beatissimum Barbatum vociferantem spernabant, deinceps necessitate compulsi, catervatim confluentes, obnixe ab eo salutis sue documenta captabant. Continuo pius Pater Barbatus, non honoris, aut divitiarum avidus, sed anxius de illorum salute, Genitricis Bei ingressus ecclesiam, humoque prostratus, cum lacrymis genitibusque deprecabatur eam, ut magnificus ejus suffragijs Redemptor omnium eruere Longobardos de exterioris hostis manibus disgnaretur, ut per temporalem erceptionem a malignorum spirituum servitute erexit, æternæ gloriæ participes fieri mererentur. Sed omnipotens Deus, qui ore proprio profiteri dignatus est, quod magis gaudium sit in supernis super uno poenitente, quam supra nonaginta novem justis, qui non indigent poenitentia; atque alibitestatur ut qua hora conuersus fuerit ab initio peccator, oblivioni præterita ei delicta tradantur, et vivat in sua justitia quæ fuerit operatus; preces famuli sui non sprexit, eumque, ut poposcerat, exaudiuit.

C 9 Beatissimus quoque Barbatus, divina sibi revealante misericordia, se exauditus agnoscens, ad Romualdum reversus ait: Perpende, o Princeps, ne tu, et universi qui soli Christo Iesu Homo Beo, erexit a vestris insidiatoribus, servire pollicisti estis, pactum promissionis irritum faciatis, et deteriora post haec vobis contingant: ut relicti a Domino, non sit, qui eripiat vos. Nam pro certo scitote, quia Christus, ad quem conversi estis, liberabit vos. Cesaris quoque et ejus populi aggressus, Beneventi auditus non penetrabunt, sed concite revoluti, a suis adeunt fines. Et ut scias me incuenter vera prædicere, pariter subeamus murum: ibi piissimam Dei Genitricem Virginem Mariam tibi ostendam, quæ ad Deum salutares pro vobis preces effudit, et nunc exaudita ad adjuvandum nos venit. Quo auditio lacrymas præ gaudio fudit: pariterque subeuntes murum, visa Dei Genitrici, in faciem decidit Princeps, nimioque pavore perterritus, et pene examinis, solo consternatus jacebat. Quem vir Dei Barbatus confortans a terra levavit: qui illico ad se reversus, gratias egit Deo, qui dignatus est eum ad sui mysterii cognitionem perducere.

D 10 Sequenti verodie, divinis opitulationibus, is qui usque ad internectionem moliebatur urbem cum suis habitatoribus perdere, et quem nequibant ad men-

tem flectere immensi ponderis argentum vel aurum, D atque innumera multitudo pretiosorum lapidum et margaritarum; accepta solunmodo sorore ejusdem Romuald, Beneventum deserens, Neapolim est ingressus. Repente Beatissimus Barbatus securim accepit, et ad Votum pergens, suis manibus nefandam arborem, in qua per tot temporis spatia Longobardi exitiale sacrilegium perficiebant, defossa humo a radicibus incidit, ac desuper terre congerie fecit, ut nec indicium ex ea quis postea valuerit profane cultum arborem excidit.

E 11 Recedente igitur hoste, omnis sexus, et ætas ad Beatissimi Barbati Episcopatus electionem unanimiter confluxerunt, lastantes eo quod talen mererentur habere patrem, qui suis precibus hostem repellet. Quo electo in ordine Episcopatus, voluit eum fili Episcopus: Romuald, sicut pollicitus fuerat, per singulas provinciæ urbes prædiis coloniisque ditare: quæ vir Domini Barbatus accipere renuit. At ille cogebat eum, dicens: Non me inter filiorum tuorum numerum aggregari credo, si munis, quod ob meam salutem offerre studeo, recusas. Coactus itaque ejusdem precibus ait Beatissimus Barbatus: si munus tuæ salutis offerre studies, unum impende sacrificium, ut beati Michaelis Archangeli dominum, quæ in Gargano sita est, et omnia, quæ sub dictione Sipontini Episcopatus sunt, sedi beatissimæ Genitricis Dei, cui nunc indignè presum, in omnibus subidas. Et quoniam absque cultoribus omnia depravantur, unde nec sedulum Deo illic officium persolvi potest, melius a nobis disposita tibi proficiunt in salutem. Illico Princeps viri Dei consentit petitionibus, et eo ordine quo paetus est, sicut mos est, per præceptum Genitricis Dei sedi universa concessit, et, ut resonat, in futuro anathematizaverunt qui contra bac agens irritam hanc facere voluerit concessionem.

F 12 Impetratis igitur omnibus, ut poposcerat, vir Dei, non est oblitus mandatorum Dei, atque in quatuor partes cunctum Ecclesie redditum omni tempore sanxit fideliter dispartiri: unam videlicet egentibus, sequentem his, qui Deo sedulas in Ecclesiis exhibent laudes, tertiam pro ecclesiæ restoratione distribui jussit, quartam vero suis peragendis utilitatibus ut Episcopus habeat decretum. Et hactenus, sicut ab eo disposita sunt, impartiri cuncta videntur.

G a Nam Neapolit et alia plures civitates ait huc Imperatori adhærebant. — b Vipera scribit, Romualdo cum omniis civibus ad menia civitatis deducto sanctam Bei Matrem pro Benevento, contra hostes pugnantem, claro aspectu, aperiisque oculis demonstrasse.

H CAPUT III.
Viperæ aureum simulachrum a S. Barbato
conflatum in calicem: ritus impii sublati:
puniti improbi.

I P ræterea Romuald ejusque sodales prisco cœcati errore, quamquam mirabiliter eos Dominus omnipotens de laqueis inimicorum suorum per famuli sui preces eripisset, palam se solum Deum secundum beatissimi Barbati prædicationem colere fatebantur: et in abditis viperæ simulachrum ad suam perniciem adorabant. Quod virum Dei non latuit: compertoque hoc exitiali contagio, eo quod caritas Bei erat in eo, istorum facinus ad suam internectionem deputans esse futurum, immensas coram Deo lacrymas fudit, ut sicut illius potentia nihil est impossibile ad faciendum, quo ordine illi placitum esset, ab hac mensitis vesania eos eripere dignaretur, et non eos humani generis insidiatoris errore captos ad æternæ gehennæ incendium deputaret. Hoc tum ideo faciebat, quoniam eo Spiritu replebatur, quo Paulus egregius prædictor et doctor gentium repletus dicebat: Quis

AUCTORIS AND-
NYMO, EX MSS.
abiente Imp.

profane cul-
tam arborem
excidit.

multis posses-
sionibus dona-
tur:

E sacra restitu-
t Gargani et Si-
ponti:

quadrifariam
dividit redi-
tus.

I F
Principi ad
idolatricos
ritus reverso
cum suis.

pro his orat.

Auctore anonymo ex MSS.
2 Cor. 11. 29.
a Theodorada
Principis uxori.

pia feminina.

aureum Viper-
ez simulacrum petit :timere mortem
velat spe certe :

1 Cor. 2. 9

nec ejus ta-
men perien-
tum esse
4. Cor. 7. 14ex eo simula-
cro cuiuscum-
et paternam fa-
ctri curatin quibus divi-
na peragit co-
ram Principicumque obser-
got :

A Quis informatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non ueror?

14 Interea uxor praefati Romuald, Theodorada nomine, omni abjecto errore, verum Dominum nostrum Jesum Christum secundum canoniceam sanctiōnem colebat, omnino viri sui errorem abjiciens, cumque venatum Romuald pergeret, vir Domini Barbatus visitandi gratia ad eam pervenit, cœpitque cum ea de viri ejus nequitia colloqui. At illa ex alto suspiria trahens, his est exorsa sermonibus: Utinam pro eo ad Omnipotētem preces fudisses! Evidenter scio, quod tuis cum interventionibus Dominus per viam virtutis incedere concessisset. Cui vir Domini Barbatus respondit: si veraciter in Domino, ut aſtim, habes fiduciam, ne formules; sed consilium meis acquiesce, ut Vipera in ihi tribus simulachrum, et salvabitur vir tuus. Illaque respondit: Si hoc perpetravero, Pater, veraciter scio me moritaram. Beatus autem Barbatus ait ei: Memento aeternae vita remunerationem, filia, Quoniam non mors, sed magnū est præcium, ut profide Christi ab hac instabilī luce subtracta, ad eum pertingas, ubi ipse Christus cum Angelis, et Sanctorum multitodine gloriatur. In qua gloria nemo rigore vel aucto coangustatur, non morborum accedit ruina, non ęgestas quemquam dilacerat: non molestia illi accidit, aut fessa membra quietem requirunt; non lividus, aut invidiosus, vel murmurans reperitur in ea. Evulsa est ab ea suspicio mortis, et amissio glorie. Et quid per singula discurrere conor, cum dicatur de ea quid oculus non vidit, nec auris audivit, nec in eorū hominis ascendit, que præparavit Deos diligenterbas se? Et cum hæc omni, ut fati sumus, indubitanter credis; accedo ovans, si expedit, ut relieta hæc aeronossa vita ad eum ducaris, in qua sine fine et insatiablem gloriari. Tamen confidenter mens crede promissionibus, quia nil adversi de hoc tibi continget. Tantum bestie mihi simulacrum offer, ut perficiatur in te, quod scriptum est. Salvabitur vir infidelis per misericordiam Deum.

15 Illa vero viri Dei promissionibus nimium credula, concite ad eum attulit simulachrum. Quod acceptum Episcopus statim igne dissolvit, plurimisque auri opificis adversus dispositus, ut ante adventum Principis, ad offendendum corpus et sanguinem Christi mira magnitudinis atque decoris patenam et calicem operarentur ex eo. Neconon instar Beneventi, quam ab iniunctis eruerat Deus, ex eodem auro civitatem perficerent, ut in Dei Genitricis ecclesia, qualiter ejus intercessionibus Beneventi eruperat, futuris temporibus in memoria reservarent.

16 Expletis omnibus, ut vir Dei Barbatus præcesserat, contigit ut sancto Resurrectionis dia Romuald venatu revertens ingredi Beneventum deberet. Cui sanctissimus Barbatus in itinero direxit, ut ante ad Dei Genitricis ecclesiam pergeret, Missarumque solemnia celebraret, postmodum vero ad regiam pergeret domum. At ille vir Dei jussis obtinerans, cum universo comitatu suo ingressus est ecclesiam, ad Dominicam celebrandam solemnitatem. In hora autem, que expedierat, albata sunt vasa ex bestie simulacra putrata, ferentia Dominicum corpus et sanguinem, per manus viri Dei Barbati altissimo Domino offerendum, et super Dominicum corpus instar Beneventi ex eodem auro perfecta civitas coniungebatur.

17 Expletis itaque Mis arum solemnis, cunctisque divinis refectis numeribus, accedens vir Dei ad Principem cum pugno ait: Conn, o Princeps, in Dei et in eipsi Clemencie astamus presentia, menor es tu, quia te vidente per lugos Genitricis sue intercessione te Deus ab iniunctis tuis eripiuit. Et tu abjectis omnibus idolis, uoxeras soli Deo catholice

deservire. At nunc in domus tuę penetralibus bestiæ simulachrum colitur. Putasne si hominibus latentes, ut Deo quidquam abscondere queas? Numquid parum tibi videtur, tot vicibus tentare Deum? Et si conversus fuerit, ut de iniquitatibus tuis uilescatur, ante faciem ejus te potegit Vipera simulachrum, aut dicet ei, Ne percutias eum, aut te eruet de manibus ejus? Perpende, ne veniat ultionis dies, et non sit qui eripiat te, nectui clamoris audiat vocem.

18 Auditis his Romuald, humiliiter tulit, sequerum et graviter delinquisse confessus est, petens ut sibi a Domino veniam posceret: et statim suę perditionis simulachrum pollicitus est abjicere, et in manus ejus tradere ad perficiendum quod vellet. Cui vir Dei, Non opus est, inquit, ut illud tribuas mihi, quoniam, favente Deo, haec, in quibus Dominicum corpus et sanguinem sumpsimus, ex eo compacta sunt: et quod prius ad vestrum interitum suggestente diabolo consistebat, nunc in eo Deus omnian operatur salutem. Ad haec Romuald ait: Peto, dilectissime Pater, ut mihi insinues, quo ordine tibi allatum est. Fateor, ait B. Barbatus, me cum tua conjugé cum mo-rore nimio de tuo interitu colloquenter ab ea expetivisse et accepisse.

19 Repete unus ex circumstantibus ait: Si mea uxor talia perpetrat, nullo interposito momento abscederem caput illius. Ad quem B. Barbatus conversus ait: Quia diabolum adjuvare niteris, diabolo manciparis. Qui continuo a Diabolo corruptus, acrinus cepit torqueri. Addensque, Ut indicium, ait, sit in posterum Longobardorum genti, quod tu diabolo concessisses, usque ad tot generationes ex te procedentes, non sit tempus quo de tuo genere quispiam a diabolo non vexetur. Non enim recolitar quot generationes instituit: tamen nunc usque qui de illo sunt propagati, quilibet ex eis semper a maligno spiritu agitari conspicuntur. Ceteri quidem timore nimio territi, repulsis omnibus, que superstitione coluerant, totis viribus ad Deum conversi, deinceps per viri Dei documenta Catholicam fidem pleniter instruti, usque nunc eam Deo favente custodiunt.

20 Ille autem puissimus Pater, Omnipotens solanum fretus, simpliciter, atque prudenter deguit in sui Episcopatus honore annos decem et octo, et mense undecim. Qui divina evocatus misericordia ad præmio suorum operum capienda, hac instabilī luce privatus, ad celestia regula underimo Kalendas Martii, a nativitate sua octogesimo, est advectus: ubi sine fine cum sanctis Angelis gloriatur, in quibus nunc alacer et per caritatem amplectitur, non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem, quæ in mortali carne consistens per fidem et spem in ænigmate quotidie amplexabatur: favente Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

a Theodoradæ hujus mentio fit 9 Ferrariorum in Vita S. Sabini Episcopi cap. 6 pag. 327.

VITA II AUCTORE ANONYMO,
ex MSS. Ecclesia: Beneventanae cruta a Silvestro Atossa V. CL.

CAPUT I.

Longobardorum superstitiones impugnatæ a S. Barbato.

Considerandum nobis est, dilectissimi fratres, quomodo mater Ecclesia nunc infra thalamum Spensi, et libris convallium, rosariumque ornata candoribus, snosque renatos filios, quo ad hanc pulchritudinem thalami ut transcant, omnes invitat: suorumque uerum laete aggregatos filios sub gremio sue adoptionis

*meliora spon-
denti, et se id
simulachrum
datarum, in-
dicat id con-
statum.*

*E quendam ma-
tu suendem
imperat obli-
deri a demo-
ne.*

*cum posteris;
19 Episop-
tor, 80 vix.*

F

A tiosis lactat, et suæ pubertatis mamillas omnibus resundit Christicolis : simulque fragrantia gratiae spiritualis ejus invisibilis Sponsus, admirabili diademate coronatus, illius in amplexibus requiescit. Quam ineffabilis est amor et dilectio Sponsi, ut sponsa non maneat sterilis, filios aggredens ejus ad aulam perducit, et ut sponsa pullulent greges, præcipios requirit colonos : ut ex multitudine colonorum boni eligantur pastores, qui erraticas oves suavissimo retrudant ovili. Et sicut ex omni gentium natione plurimi renati sunt in Christo coloni, ita et gens Longobardorum dum quondam esset renata in Domino, inventus est a in ea colonus Ecclesie, et ovinus pastor mirificus, laudabile nomen Barbatus, clarescens eniitue Benebenti. Eo videlicet tempore, quo Grimoalt Longobardorum suscepit regali solio regebat, herilis illiusque Romualt Filius, patris per imperium Samnio praeerat ordinatus.

*a
S. Barbatus a
Deo paratus
Piusior Longo-
bardis.*

lagine suæ cæcitatibus. Ergo æterni luminis auctor, illorum considerans amentiam, ut propheticus ait sermo, Expecta, reexpecta, manda, remanda; mandavit predicatorum, et iterum remandavit. Expectavit conversionem illorum, et non sunt conversi : et iterum reexpectavit, ut converterentur a via erroris sui, qui eos salvos fieri cupiebat, et ad cognitio-nem divinae veritatis perlucere. Imo et prodigia miraculorum felix pietas Dei ledet potestatem faciens sanctissimum Patri Barbato, ut qui exhortationibus non flectebantur, saltem visis miraculis ad viam rectitudinis reflecterentur. Nam daemonicis, alisque patientibus ægris meritum sanitatis illius, et aqua post Missarum solemnia ex ejus manibus distillata proderat, fateor, ad affectum salutis. Nec non et usque nunc divina largitate favente, ubi reconditum est venerabile corpus illius, multis variisque cornucœta miraculis. His denique nec miraculorum prodigiis, nec prædicationibus sanctissimi Barbati aliquod sufragium sua redemptio sentire voluerunt.

*AUCTORE ANONYMO, EX MSS.
Esa. 28. 10*

sine fructu,

*etiam miracu-
lis factis,*

*quonia et ad
tumulum post-
ea.*

B Sed quamquam Longobardi præfatis temporibus lavacro baptisatis se simularent perfundi, tamen despiciens error illorum amentia corda satis suffocata tenebat. Nato quid despiciens credendum est, quam ex mortuis animalibus non carnem, sed corium accipere ad esum comedionis, ut pravo errore subjecti Longobardi fecerunt? Qui suarum festa solennitatum equis præcurrentibus, unus altero præcedente, sicut mos erat Gentilium, arbori ludicrae procul non satis Benevento sua vota solvebant.

*quo curi par-
ticularis super-
numerose den-
tes,*

Suspensa itaque putredo corii in hanc arboreum divam, equorum sessores versis post tergum brachis ignominiam corii certabant lanceolis vibrare. Cumque lanceolis esse vibrata pellis mortua cerneretur, veluti pro remedio animæ ex hac illusione corii partis mediae factam recessionem gustabant. Ecce quali ridiculo vanæ mentis homines errori subjacebant pestifero. Quin etiam et viperam auri metallo formata, summi pro magnitudine Dei, supplici devotione venerari videbantur. Unde usque hodie, sicut pro voto arboris, Votum, ita locus ille, b Census devotionis, ubi viperæ reddebantur, dignoscitur appellari.

*b
el vapor et sta-
tuom colentes,*

C 3 Visa itaque postmodum tanti amentia concordi, B. Barbatus, venerabilis Pater, et cernens illorum ruinam, doluit super eos, et velut pater unicum habens filium viam salutis suavissimis blandimenti illum instruere certat, vir Domini simili modo Barbatus affectu benignitatis illos ammunit, dicens : Obsecro vos, filii carissimi, abjicite idolorum culturam, et omnipotenti Deo, qui unus et verus est Deus, honoris famulatum præbete, et fidei sacrificium, reliquo vanitatis errore in ara ejus impone. Ipso namque est, qui regit orbem terrarum, qui jura Imperatorum disponit, et ambitum creli, gyrumque terrarum sub pugno potentie sue velut simapis gramm recludit. Nam serpens, qui honorifice a volvis colitur, quid agit? quid sapit, vel sentit? Ergo superbus est et inflatus, venenosus et turgidus. Cum tangitur venena pestifera rejicit. Fraudulentiis ejus mores ingressa est dudum in mundum. Terminus iniunctio positus est inter illum et hominem. Et vos Viperam ex auri pulchritudine fabricatis, assiduisse ceremonias velut invisibilem Deum. Viperam placare studetis? De hoc etenim gentilitatis errore Psalmista exposuit, Omnes, inquieti, dii gentium, daemona: Dominus autem cœlos fecit. Unde et subdividitur: Confundantur omnes qui adorant sculptilia, et qui gloriantur in simulacris suis. Item subsequenter adjunxit: Similes illis flaut, qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis.

Ps. 93. 8

*Ps. 66. 7 et
113. 8*

D Cuinque divinæ legis præcepto illos instrueret Barbati clementia, ipsi, ut erant pessimis moribus dediti, non acqueverunt præceptis doctrinæ illius, sed errantes a via rectitudinis permanserunt in ea-

a Non est tamen verisimile, 8. Barbatum, circiter annum 602 natum, genere fuisse Longobardum: nec enim aut nomen Longobardum, nisi satis genus erat annorum 34 spatio in illa crudelissima grassatione et flagitorum omnium impiitate, ad Christianum modestum conducefacta, ut ex se prouidisse germen ejusmodi videtur possit. — b At hic locus est, turrisque aut domus, quam supra ex Lome Ostrensi rethimus terrænotu sub fine 10 secuti fuisse dejecutum?

E

CAPUT II.

Obsessum Beneventum, ope D. Virg. liberatur, orante S. Barbato.

Quid ergo de istis insipientibus agendum est, qui dicunt in cordibus suis, non est Deus; sed serpentem morbidum, et maledictum ab origine mundi, et corium tineis dissipatum, et, quod verecundia sonat dicendi, fortibus adæquatum, colere satagunt? Veniat itaque super eos gladius validissimæ gentis. Forsitan pavore exterriti disrumpent frænum, quod est in maxillis eorum, ut Deum invisibilem cognoscere possint. Igitur illis temporibus Constantinus, qui et Constans, praeerat solio : qui multitudinem populi sui aggregans, Taranti pertinxit ad littus : receilens ab hoc littore fertilem Apuliam calcavit, et suis cum predonibus adiit petens Luceriam urbem. Tandem pro salute Samnitum tetigit Deus ejusdem Augusti corda, ut sui tentoria exercitus figerentur erga Benebenti urbana. Sed præfatus Romualt, suo dum sederet in solio, audiens exercitum Augusti jam esse propinquum, quamquam perterritus, subito ilborum castra ingressus, multasque per vices, multos ex eis trucidavit. Cumque Constantinus diversis insidiis se cognovisset illusum, tactus dolore nimio, gravia bella præparans, terminos Benebenti obsedit, F ut captam civitatem usque ad solum duceret.

G 6 Tunc vero Romualt, dum gravia bellorum machinamenta sensisset, cum exercitatis aliquantis juvenibus pergens Graecorum faciebat interitum, multosque ex eis audacter capiens viros, remebat vicit ad urbem. Sed cum intolerabilis esset jam labor pugnandi, hanc exhortationem suis cum civibus dedit: Melius est nobis cum pugna succumbere, quam Graecorum manibus rapti omnes cum ignominia perireamus. Portæ idcirco urbis patetiant, et durissimo prælio illis pugnam paremus. Cernens autem B. Barbatus hanc sermocinationem, ait ad illos : Tantorum juventutes ingenuæ tradantur uniuersam opprobriis, ne morte moriantur pereant. Bona etenim vestre virtutis esset audacia, si inaniam mentis debilitasque animi non astisset vobis. Cui Romualt ait: Quæ est inaniam mentis, aut que debilitas animi? Obsecro indicet nobis. Venerabilis Pater Barbatus respondit: Si meis obaudieritis consiliis, et audaciam vestre virtutis demonstro, et inaniam mentis

*Divino nutu
obsecro Bene-
vento a Con-
stante Imp.*

*de præterita Ro-
manis consi-
deratio, et
reprehendit,*

A ostendo, et victoriae palmam promitto. Acquieverunt omnes, et pauci sunt ejus obaudire consiliis.

AUCTORE ANO-
RVM, EX MSS.

7 Tunc omnibus congregatis, stans in medio eorum, ait: Miror vos homines tantis dignitatibus praerum, eur non deditamini tantæ vilissima rei vestra submittere colla. Cum hominibus non comeditis esam, cum lupis et corvis corum manducatis: et, quod Iesus est, honore deifico celebratur a vobis. Cum Catholicis omnium Creatorem non adoratis, et cum hereticis et gentilibus sculptile daemonium celebratis. Ecce in hoc est inania mentis, debilitasque animi designata. Nam imbreuillis anima, et sine anbelu mens illius esse dignoscitur, qui tota fortitudine mentis nec recolit nec diligit sui Redemptoris preepta. Proinde ergo contrito corde, humiliata mente, voce, ad poenitentia lamentum concurrete, idolorum simulachra despicite, ne tantam polychritudinem vestri frontispicci tenebrarum auctor valeat possidere. Abjecite, quem amauistis: recipite, quem odistis: respuite, quem hactenus venerati estis: amate feliciter, quem despexitis; ut et illius amor introducat vos ad sue perceptionis consortium, et portionem perpetue glorie vobis in regno suo concedat: ipsum adorate, et corde diligite puro, qui pro salute nostra fragilitatis de sinu Patris descendit, pedibus suis hunc mundum calcavit, Crucis martyrium sumpsit, mortem non reuersavit, descendit ad inferni claustra, tertius die resurgens, parentes nostros inde secum abstraxit, postmodum videntibus Discipulis, famulantibus Angelis, eorum remeavit ad regnum, et adhuc venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos. Sed cum venerit terror judicii, non super eos illius respicit oculus, qui praeceptis illius fuerunt contemptores, sed respiciens illos dicit: Amen dico vobis, nescio vos. Quia si quis me erubuerit, et meos sermones, et ego erubescam eum coram Patre meo, qui in eolis est. Quos autem oculos illius maiestatis conspexerit bonos, ad convivium sui gloriam ita illos invitat, dicens: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Et subsequenter adjungit: Ego serve bone et illdeis, intra in gaudium Domini tui. Ad quod gaudium vos Dominus sub sua protectione perducat. Ille omnipotens Deus conteret et destructa bella, elatas dissipabit mentes, humiles exstabit et mansuetos, et suos efficiet salvos. Verumtamen si poenitentia pervenerit ad culmen, Augustinus sive cum agnitu gentis modo a finibus vestris expellat, et pacificum prosperitatis tempus ad possidendum concedet.

B Matth. 23. 12
Luc. 9. 19
Math. 23. 34
et 21

victoriani pol-
licetur, si re-
plicetur.

id spoudenti-
bus,

C oral pro his
D. Virg.

7 fidelitatem ido-
latræ ostendit:

hortatur ad
Christianum seruo-
colendum:

versio meruit percipere delicias paradisi perennes: D similiter, propitiante Deo, vobis eveniet omnibus: tamen tantum fides tua cave ne arguatur mendacio, præcipue ut aggregetur universa populi tui multitudo, et assiduis precibus tota populi turba opem pietatis non desinat implorare, ut vos omnipotens Deus ad perceptionem sue veritatis conjungat, et cognitionem tranquillitatis ostendat, de his qui querunt facultates et animas vestras. Factum est ita, et compunctus populus compunctione divina, mysterium Letanice allevans pervenit ad portam, quæ hactenus dicitur Summa. Et facto silentio dixit B. Barbatus: Proternite vos ad sedum pulveris, et sic sacrificium vestrae devotionis supplieiter finiatur, quia cor con- tritum et humiliatum benigne suscepit Deus.

10 Huic autem præcepto acquiescente populo, venerabilis Pater Barbatus gratia spiritali colloqui cum Romuald subiit civitatis murum, et ecce apparuit subito candida nubis fusio præcipuo plena splendore, quæ confixa per gyrum turris obumbrabat cacumen, quod eminebat super ipsam portam presutam: et in medio nubis delectabilis visio persuso lumine rutilabat Virginis pueræ vultus, et cœlorum Reginæ perennis. Stupescuit Romuald, et nimio pavore conterritus corruit pronus ad terram. Quem apprehendens B. Barbatus per vestimenti molthiem, dixit: Surge, surge Christianissime fili, confortare, et validus esto. Hoc terribilis visio, quæ tuis ostensa est oculis, sancta est et venerabilis Virgo Maria, cujus intercessionibus et auxibis suffragati meruistis pervenire ad victoriae dignitatem. Post hac igitur Constantinus, qui ornatibus gemmarum præcipuis, et ponderibus auri volebat sarcinatos reredere, postmodum pro omnibus gemmarum facultatibus ipsius Romuald sororem accipiens; tandem cum suis exercitibus comitatus Neapolitanæ urbis ad territorium properavit.

CAPUT III.

S. Barbatus Episcopatus. Extirpatæ ab eo reliquæ idolatriæ.

Hoc expleto gavisus Romuald sua prosperitatis beneficio, beatissimum Barbatum constituit illio S. Barbatus fit Episcopus. Presaleo Benicenti, eumque deprecatus est, ut promissa colonorum xenia ad honorem gloriæ sue non reconsaret recipere. At ille, Non, inquit, innigeris tui recipienda sunt dona, nisi prius largitas confessa extiterit, ut omne iudicium arboris ludificæ destruantur. Tunc Romuald et omnes astantes dixerunt: Pax et securitas merito beatitudinis tuae finibus nostris advenit: omnia idecirco, que tuae complacent F mentu, ut satagis, ita peruge serurus. Hoc itaque audito, præcinctus se viriliter, ut bonus juvenis, Votum properans, securim manibus gestans, cepit omne indumentum arboris phantasticæ ad nihilum re- vocare.

12 Expletioque opere Benebeatum rediens, colonum xenia respuit suis utilitatibus peragenda. Congrua tamen munera petens, scilicet B. Michaelis Archangel domum, facultatemque Sipontini Episcopatus ad honorem Dei Genitricis Mariae traditam per chirographum habuit: et in quatuor partes votivum Ecclesie reddit studuit fideliter dispensare: indigentibus unam, Ecclesiar servitoribus aliâ, Eccllesiastico usui concessit et tertiam, quartam denique suis utilitatibus reservavit: et haec dispensatio bona numquam recessit ab usu.

13 Sed quamquam B. Barbatus virtute venerabilis haec ad possidendum per chirographum innumera suscepisset, contigit eum tandem ad retro acta redire certamina, quia non ex abundantia fidei verie, sed laborum ex studio donati ut concesserat vota Romualdum intelligentem peroram adorari, bona Ecclesie provide di- pensat.

A est : Quia non in oblationibus iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum propitiabitur Deus. Oblatio autem justi impinguat altare, et odor suavitatis est in conspectu Altissimi, et oblationibus justi. Nam quid proderat Romuald si infidelia vota offerret, et fieret imitator veritatis foris, cum esset amictus velamine obscuræ cæcitatibus intus? In aspectu nitem omnium populorum Deum omnipotentem se colere fatebatur, et sub aditu clauso serpentes adorabat simulachrum aliquantis cum fidelibus suis. Hujus rei notitia ad beatissimum pervenit Barbatum, qui nimio morore succumbens, cœpit faciem suam lacrymis rigare superfluis, quia qui seminat in lacrymis, in gaudio metet, et in exultatione manipulos suos aggregans ad aream salutis componit. O quam venerabilis et piissimus Pater, qui pro lapsorum ruina decidit in lamentum tristitiae, et cum Paulo Apostolo factus est pro infirmis infirmus, ut infirmos lucraret, et sua beatitudine compassus omnibus omnia factus est, ut omnes salvos faceret in nomine Christi!

B 14 Igitur opitulante gratiæ spiritualis largitate, uxor ipsius prefati Romualdi, Theodorada nomine, funditus gentilitatis errorem contempnens, verum Dominum Jesum Christum ex toto animo confitens, tota mente dilexit. Vir autem ejus dum esset in sua perfidia effrenatus, venatum properans, ut cervos aprosque sua venatione captaret; vir Iei Barbatus, causa visitationis, ejus ad conjugem veuit: quo dum venisset, cœpit eum ea de celestis regni beatitudine habere colloquium. At illa pro viri sui jactantia, ex habitaculo cordis alta suspiria trahebat. Ille autem conversus dixit ad eam. Cur, inquit, tam alta suspiria trahis? Cui illa respondit: Pater clementissime, multis occupationibus angustiatur spiritus meus: timeo enim ne viro meo repentinus superveniat interitus, quia revelatur ira Dei super impietas et injustiniam eorum hominum, qui veritatem in injustiam definent. Obsecratus est enim vir meus, et obscuratum cor ejus. Ideo fornidine sum plena, et nimis afflictior lamentis. Scriptum est enim: Tollitur impius de medio justorum, ne videat gloriam Dei, Timeo denique, ne vir meus particeps impiorum fiat, et a consortio gloriose Dei separetur.

C 15 Beatus autem Barbatus, divina inspiratione afflatus, respondit: Absit hujuscemodi res, non erit ita ut asseris: consilii meis acquiesce, et mihi viceperum tribue simulachrum, et sine ambiguitatis dubio poterit vir tuus ad consortium gloriae Dei pervenire. Ad hac illa respondit: Si enim hoc ego, scio me succumbere morti. Beatus inquit Barbatus: Ut sermo Evangelicus perhiheatur, carissima filia, capilli capitii tui omnes numerati sunt, et ne unus ex his capillis absque nutu Dei in terram cadere potest. Cur ergo mortis penuria times, quando capillos tuos numerat Deus? Noli despiciere pro Christi nomine mortem, quia pretiosa est in conspectu Iosephi mors morientium pro eo: et bonum tibi esse videatur pro Dei cui nominis temporalem vitam contemnere, ut perpetuam vincere possis. Si pro Christi nomine mortem suscepis, interficitur corpus, sed Dominus susceptor et anime tue, et ipse restaurator est corporis tui. Hæc temporalis vita caducra est, multisque suffulta periculis: æternæ autem vita gloria nullo clauditur fine, sed est in ea incomparabilis thesaurus. Ibi sunt divitiae, quæ numquam decrescent, ibi vernantia lilia mixta rosis coruscant, ibi regnat ineffabilis pulchritudo, quam et ipsi Angeli conspicere desiderant: ibi pax et securitas, gaudium, iunctitias, concordia.

D 16 Bona doctrina fornidiinem perdidit mortis, et illico viceperum simulachrum beatissimo tradidit Barbatum. Cumque traditum fuisse, artifices venire præ-

cepit, qui ex metallo vicepero ad honorem Dei Genitricis Marie precipita pulchritudine patenam fabricaret, et calicem, et memoriale ad instar civitatis exinde ponerent. Hæc autem Dominicæ vigori vasum fuissent parata, Dominicus illuxerat dies, in quo Ronuald venatu rediens introire Beneventum deberet. Nuntius ei obviam missus est, ut prius Virginis et Dei Genitricis ad eadem pro sacro mysterio veniret devotus. Missarumque celebratione explata, postmodum palatii vigore præcipuo hilaris rediret ad solium.

E 17 Hoc itaque expletum est: et peracta devotione mysterii, secrete vocatus Romualdus ab Antistite sacro. Qui dum inchoassent simul habere colloquium, beatissimus dixit Barbatus: Ignoras, carissime fili, quod Apostolus de sacramento dominici corporis intulit dicens: Quicunque manducaverit panem, vel bibet calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Tu hodie spiritualibus refectus es alimentis, sed callido desiderio, non devotione præcipua. Testatur id Scriptura, dicens, quia callidi et simulatores provocant iram Dei super terram, et abominationem Domini omnis illusor: sola puritas in conspectu Domini placet. Cur te manifestas fidei teneri consortium, cum sola fallacia regnet in pectore tuo et versutia? Qui autem dicit se esse, quod non est, ipse sibi injuria facit. Dilectionis tuae dulcedo verecundetur tantis opprobriis audire calumniam: esto sollicitus, ne tibi opponatur sententia Domini, qua dicit, Vocavi, et remunisti; extendi manum Pro. 1. 24 meam, et non fuit qui aspiceret, despexisti omne consilium meum, et increpationes meas neglexisti, et cetera quæ sequuntur.

F 18 Audiens hæc Romuald nimia verecundia obnubilatus, ait: Peccavi, beatissime Pater, et non sum dignus faciem beatitudinis tuae conspicere. Speciem serpentis in manibus tuis ponam, secundum desiderium clementiae tuae perficiantur ex ea quæ vis. At compuncto indicat quod riperfactum.

ille ait. Cave ne irrita reperiatur devotio verecundiae tuae, quia ex vicepera specie vasa dominiceæ sanctificationis jam patrata gestamus, et in eadem vasa consecratum est sanguis, et mysterium Domini corporis hodie. Romuald autem pristinam deponens ferocitatem, ad hæc verba respondit: Quomodo, beatissime Pater, absque nutu deiiderii mei vestrae potestatis advenit? Obsecro, Pater, insinua mihi. Vir Domini Barbatus respondit. Tua serenissima conjux nimio morore afflita, cum doluisse haec tenus de tui erroris calagine, visitationis pro causa perrexii ad illam, et inter colloquia multa meis dictionibus concessit simulacrum serpentis.

G 19 Unus autem ex circumstantibus audiens talia, F dixit: Si præsumptio talis in mea esset uxore, profecto amputaveram caput ejus. Quem intuens beatissimus Barbatus, ait: Quia hoc dixisti maledictum Mala suadent maledicunt, verbum in ore tuo, et tibi tuoque futuro semini vexatio spiritus maligni adveniet. Statimque homo ille spiritu nequissimo captus, nimia cœpit vexatione tortueri. Unde nunc usque hodie ex genere illo non restat vel unus qui maligne vexationis spiritui non trahatur. qui a darrone ut el posteri Visa itaque hujuscemodi re, universa populi turba, nimio pavore perterrita, ad verum fidei veritatem pertingens, crevit in rectitudine Catholicae veritatis.

H 20 S. Barbatus a vicesimus Episcopus Beneventi. Sedit vero hic venerabilis Presul, de quo supra diximus, in Sede Episcopali Beneventana civitatis annos decem et octo, menses undecim. Vixit autem annos octoginta. Obiit autem sub die undecimo Kalendiarum Martiarum, id est nonodecimo die intrante mense Februario, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit usus. et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

^a Idem habet Ferrarius. Marius Vicepera aut 38 fuisse.

A TRANSLATIO S. BARBATI EP.

auctore Faleone in Chron. Benev.

ANNOV.
PAP. 17

A anno CXXIV Dominicae incarnationis, et vi anno pontificatus Domini a Callisti Papae. Hoc anno prefatus Rosfridus Beneventanus Antistes, consilio accepto, corpus sonetissimi Patris nostri Barbati, Beneventani Praesulis, ex altaris tumba, qua per multa annorum curricula quieverat, abstraxit. Altare vero illud non honeste, prout deerbat, habebatur, præcipe quia structura novi Episcopi ad locum ipsius altaris producetur: idcirco inde annoveri juxta fabricæ sententiam oportebat. Archiepiscopus itaque prænominatus Episcopos duos suos suffraganeos vocari præcepit, quatenus eorum consilio et auxilio talis tantusque copiosus thesaurus inveniatur.

S. Barbati de-
creta Transla-
tio:

B Continuo quibusdam civibus advocatis et Clero, medio noctis silentio, Archipresul Rosfridus ecclesiam ingrediens, ad altare superius nominatum adiavit, et coram omnibus Episcoporum sedatio, illud confregit: et altare fracto Sanctorum reliquias, quorum nomina nesciuntur, invente sunt. Quibus educatis, in altum fodi præcipitur, ut diu desideatum

Reliquæ SS.
anonymorum
inveniuntur.dein S. Barba-
ti sepulchrum,tum ossa cor-
poris ejus:gux delata ad
altare S. Se-
bastiani.ac per 8 dies
religiose custo-
dia.b
reposita imb-
novo altare de-
dicato ab Epis-
copodatu ad id in-
dulgentias:

pignus prefati corporis vulneretur. Nec mora: lapis quidem pretiosus inventur, ex omni parte acerter miroque laboris opere conclusus, quem vectes ferrei sustinabant. Et eo invento, letitia eos invasit immensa, qui ad tollendum lapidem viribus omnibus conabantur. Sed quia fortiter ob duritatem operis tenebatur lapis ille, assensu omnium, frustatim confringitur. Quo sublevato, divina gratia favente, beatissimum Barbati corpus inventum est. Prefatus itaque Archiepiscopus, primus omnium locum ingreditur, et ossa cinereum adolvens, gaudio magno, laudiosque sonantibus, ad medium proqualuit. O quale gaudium, lector, asperies et alacritatem, cum longe margaritas optatas temporibus nostris invenimus!

C 3 Ossa autem collecta ad altare S. Sebastiani, Clericis cantantibus hymnos, producuntur. Mane autem facto, tota civitas ceterum prorupit, et Deum omnium conditorem laudabant, qui eis tale tantumque beati corpus Barbati largiri dignatus est. De ossibus namque ipsius violitus quedam, et osculati sumus. Quibus ita peractis, præcipit Archiepiscopus, ut primum Presbyteri Portas Summae, et Clerici simul cum laicis, ad Episcopum descendentes, et eorum sacrissimum Barbati corpore vigilias celebrarent. Confestim ex jussu Archipresulis. Sacerdotes convenient, et cereis lampadibusque accensis, simulque magno laicorum concitatu utrinque sexus et aetas, jubilando descendimus. Sieque unaque civitatis portu diebus singulis usque ad octavum diem peregit.

D 4 Die itaque octavo adveniente, b pridie Kalendas Junii sub altari lapideo corpus B. Barbati prefatus Archiepiscopus, duobus secum Episcopis adhibitis, locavit: et eo taliter locato, altare in honore B. Barbati dedicavit, ad eius dedicationis solemnitatem turba multa civitatis convenit, quatenus eorum debetis Deus omnipotens indulget. Archiepiscopus itaque jum fatus loco eminentiori ascendens, ut vide ri et audiри ab omnibus posset, peccatorum partem, divina favente clementia, condonavit. Donavit item aliis omnibus, qui usque ad octavum diem festivitatis sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ad dedicationem illam devote concurrunt.

5 De miraculis autem, quo ob predicti Patris nostri Barbati merita honoreisque, Jesus Christus humani generis amator, nobis omnibus aspicientibus, ostendere dignatus est, hæc sermone inculto,

Paternitatè vestræ explicando. Cum enim, sicut supra scriptum est, B. Barbati corpus venerabile in conspectu omnium ad altare S. Sebastiani per dies octo teneretur, vir quidam, Joannes Sutor vocabulo, episcopum ingreditur, et ante sanctissimi Barbati corpus terratenus lacrymis rigantibus prostermitur: qui continuo a Clero populoque astante, qua de causa deficeret, interrogatur. Et ille cuncta, quæ reciderant, a vestigio patefecit. Dum ego noctis silentio, in stratu quiescerem, meo corpori somno debito soporatus: en adest ante oculos vir quidam canitie venerandus, vestimentis indutus dealbatis: qui vero paullatim accedens, strati meo appropinquavit. et, Quare, inquit, cum ceteris ad vigilias canendas coram ossibus præterito die non advenisti meis? Et ego: Pater, quoniam dolore gravi, uti constat, brachium meum cum dextera tenebatur: sex etenim mensis spatio miser ego tali languore perturbor. Addidique: Dicito mihi, quo nomine, Pater, vocaris? Et ille, Barbatus, ait, Beneventanus: quondam civitas Episcopus. Subiunxit item: Brachium et manum ipsam cite mihi ostendas. Tandem ego, quia dolore torquebar, non citissime manum extendi: extensam tamen tetigit eam, et ita cursu rapido dolor ille dilabitur, ne si numquam manum cum brachio dolor ipse tenuisset. Protinus manu factu surrexi, et sanitatem cito exortam mirabar. Adveni itaque gratias et laudes Creatori omnium Deo et Barbato sanctissimo Praesuli, cuius meritis evasi, redditurus. His ita actis atque narratis, tintinnabula omnia Episcopii pulsari jubentur, ut civitatis populus ad audiendum videndumque tale tantumque miraculum convenient. Prorupit continuo tota fere civitas, et medicorum omnium medicum gloriostorem benedicendo laudavimus: manum illius cum brachio curatam scriptor ego palpavi: vicini namque illius testabantur, quod tempore longo eum infirmari cognovissent. Quo viso ad propria, laetitia referti, reversi sumus.

6 Ahud quoque miraculum, quod Redemptor generis humani Christus Jesus diebus ipsis operatus est, ad prefati Patris nostri Barbati gloriam, enarrabo. Rusticus quidam de castello Montis-fusci habitator, tantique viri famam sanctitatis audiens, Beneventum venit, qui per longa annorum curricula nervis cruris pedisque aresfactis claudicaverat; tenebatur quidam jugiter dolore terribili, et quasi pede ad clunes ligato nuser ille omnibus horis cruciabatur. Continuo ante basilicam S. Barbati prostermitur, Redemptorem omnium Deum efflagitans, quatenus ei pristinam restituerit sanitatem. Et eo taliter orante, soporis gravitate arripitor, et eum semivivus noctis unius spatio ibi moratus est. Noctis igitur ipsius silentio, en adest vir quidam aetate senili productus, canitie veneranda loquacius, qui, sicut ex ejus lingua audivimus, eum taliter expergesfactus est: Surge, ait, festinus, et propera altare nomini meo consecratum exquirens, ibique favente Salvatoris clementia, sanitatis gaudia longe lateque optata conseperis. Et ille: Qnis es, inquit, qui mihi tanti thesauri pondus promittis? Barbatus, ait, Beneventanae civitatis Episcopus. Confestim claudus ille audaciam sumens loquendi. Non possum, ait, infelix ego sic pergere. Vides me, qualiter pede siccato cruciatus hic ego permaneo. Tunc namque sanctitatis famam persentiens, cursu rapido asculo supersoleus adveni, ut tuis intercessionibus salutis optata letitiam adipiscar. Nec mora: Pater ille Barbatus manum extendens, pedem aridum, et tibiam tangit, inquiens: Festina celeriter, et sanitatem accepta ante altare te prostermito. His auditis, surrexit sanus, qui fuerat claudus, et alta voce Deum laudat, per quem sibi dona salutis talia donantur, per quem sibi gaudia dantur. Et mane

miracula tunc
factabrachium ac
manus in forma
ab eo in som-
nis apparente

E

tacitu sanata,

scriptori ipsi
visiitem alterius
civis ac pes,
Ptunc alterius
civis ac pes

A mane facto ecclesiam ingreditur Deo et Patri Barbato gratiarum actiones redditurus. Narrat itaque, qui claudus fuerat, e vestigio cuncta, quae sibi acciderant populo advenienti, et qualiter longo ex tempore claudicaverat nervis contractis. Fatebatur etiam prefatum Episcopum Barbatum sibi apparuisse, et ejus interventu sanitatem accepisse desideratam. Fragar interea tanti miraculi civitatis partes, partitione angulos invadit, et ceteratum ad videndum hominem cives properaverunt. Quo viso factorem omnium laudantes, ad propria remanevimus.

7 Diebus autem non multis elapsis, mulier quedam manus aridas, nervosique obductos ferens, ad beneficia Praesulii Barbati c accucurrit, que eorum altaris praesentia accubuit, et lacrymis manantibus

Saluatoris misericordiam invocabat. Lacrymas autem ejus omnipotens Dominus ex alto aspiciens, et Confessoris sui Barbati gloriam ostendere volens, qualis, quautique apud eum triumphi consistit, coram omnibus, qui couvenerant, manus sic aresfacta cepit mulier illa ad colum erigere: deinde voce clara prorupti, sanitatis auxilium in manibus et nervis circumflexis, sensisse, digitos revera curvatos apernit, et compages digitorum omnium, gratia diuinâ favente, solutas sunt. Ad hanc populus fere totus festinat et cœlorum Regem, Patremque nostrum Barbatum, benedicendo magnificavimus.

D
AUCTORE FALCO-
NE IN CRRON.
alterius uridæ
manus sanatæ
ante altare.

a Elecitus est Pontifex ann. 1119 post Gelasii 2. obitum. — **b** Non ergo 27. Maia facta translatio, at scribit Marcius Vipera supra citatus, sed 24 effusum corpus, 31 reconditum. — **c** Ita editum ab Antonio Caracciolo.

DE S. BEATO PRESBYTERO VALLE-CAVA IN HISPANIA, Commentarius prævius.

G. R.

AN CBR. 1000
XXVIII
XIX FEBR.

B
Prope Asturias
montes Livanenses,

in Valle-Cava
colitur S. Beatus Presbyter.

10 Febr.

C
An monachum
cum Benedictum
fuisse

Tn Asturia conservatam olim et Christianam reliquiem et avitam Gothier sanguinis nobilitatem agnoscunt Hispani, dum eo maiores profugere, atque inter montes illic Maurorum prima impetus fregerunt, ac jugo pannellum excessu, eos tandem ex Hispania ejeccerunt. Quia Asturiam olim in Transmontanam et Augustanam dividere montes, Ladicus et Vindius fuere appellati; a posteris Livanenses dicti, aut certe eorum aliqua pars: ad quarum radices locus est Vallis-Cava, Hispanis Valcabado, hanc procul a Sullana magis nota oppido in diocesi Legianensi. In Vallecavensi ecclesia adservari magna cum veneratio corpus S. Beati Presbyteri, quem invoke nomine corrupto, S. Bieco appellant, illustres tradunt antiquitatum Hispanicarum indagatores, Ambrosius Morales lib. 13 Chronici generalis cap. 27, Athanasius Lobera in Historia Legionensi cap. 33, Joannis Tamaius Salazar in Martyrologio Hispanico ad xix Februario, cuius hoc ibidem elogium est: Apud Legionenses depositio S. Beati Presbyteri, qui una cum B. Etherio, post Oxomensis Ecclesiæ Antistite, cum ab Belipando Toletano et Felice Urgellensi Episcopis Hispaniae, fœdam per illius orbis circulos heresim disseminari cognosceret, qua Dei Unigenitum, adoptivum scriptis et concionibus prædicabant, adversus illos impia persuasione deceptos, libellum Catholica dissertatione compactum conscripsit. Postmodum doctrina celebris et eruditio, librorum editione mirabilis, æternam requiem est assecutus Confessor: cuius corpus apud Vallem-Cuvam honorifica theca inclusum, debita veneratione recolitur.

2 Arnoldus Wion et Hugo Menardus in Appendice ad Martyrologium Benedictum, agunt ordine litterarum de Sanctis Benedictis, quorum dum naten ignorarunt, inter quos recensent S. Beatus, cuius hor terunt elogium: S. Beatus monachus de Valeavado Hispanus, et hereticorum acerrimus hostis, doctrina et sanctitate claruit anno 1000, quem annum omisit Menardus. Clarnit autem aliquanto serius, post unum 1000, quando heresim Feliciana emersit. De S. Beato eisque socio Etherio agit etiam Antonius Yipes tomo 3 Chronici Ord. S. Benedicti ad an. 783 et 784, eoque duos monachos illustres doctrina et sanctitate appellat. Confugiunt ad auctoritatem Ambrosii Morales suspicantis S. Beatum et Etherium fuisse monachos, quod et qui eo tempore et doctrina et sanctitate effulserunt, plerique monachi fuerint, et potissimum S. Beatus in præfatione Commentariorum suorum in S. Joannis Apocalypsin his verbis alloquatur

Etherium: Haec ego, sancte Pater Etheri, te petente, ob aedificationem studi Fratrum tibi dedicavi, ut quem consortem perfruerit Ordinis, coheredem etiam faciam mei laboris. Quæ commentaria asserit Mortes se in ecclesia Vallcavensi vidisse, ubi cum sacro ejus corpore in veneratione sunt, descripta Era crux, sive anno Chr. 1000. Verum non ideo Ordini Benedictino adscribi continuo possunt, cum plura eo tempore fuerint in Hispanis monasteria, quæ Regulari non erant Benedictinum amplecti. Ipse Menardus, qui hic Ambrosium Mortalem citat, in præfatione ad Concordiam Regularum compositam a S. Benedicto Annae et Indæ Abbatæ, cuius Vitam dedimus xii Februarii, refert Regularum S. Isidori Episcopi Hispalensis, aliam S. Fructuosi Episcopi Bracarensis, aliam alterius item Fructuosi. Sed et Gabriel Pennottius 2 par. historia Clericorum Canonorum cap. 31 tradit ex relatione Jacobi Ayerri, Prioris S. Marii de Pilari apud Cesaraugustanos, Ecclesias, quæ inter Saracenorū ruinis remanerunt, vel que ad illocum manus non pervenerunt, omnes Regulares fuisse, talenque Geslakensem, sive S. Petri de Taherna fuisse, monumenta vctustissima testari.

3 Antonius Yipes alias pro suo Ordine adjicit conjecturas, scilicet Etherium Abbatem fuisse antiqui monasterii S. Turibii de Livania, quod tradit nunc ab Onua monasterio dependere, ibique multas chartas reperiiri, quæ ad S. Turibium spectant. Aliqua ex his, inquit, charta ad Eram 1000 Lxvi memorat Popedium Presbyterum, ac Dominam Nonitam Deo devotam, struxisse templum honori S. Petri in Binonia, multisque fortunis instructum huic monasterio, quod tunc S. Martini nomen ferebat, condonasse. Et huc libri illius verba addit: Qui est in loco, qui vocatur Torenza, et religioso Presbytero Domino Etherio, et monachis in Agone ipsum habitantibus regnante Ildefonso in Asturias. E quibus concludit Yipes, insigne decus monasterio addi ab Etherio, quem, ut creditur, habuit Abbatem. Nam S. Beati socius fuit, cuius celebri fama pleni sunt omnes Hispaniæ Annales, quod Belipando Archiepiscopo Toletano, novam heresim molienti, forti animo constantiæ obviam ierit, Hæc Yipes tomo 1. ad an. 537 cap. 3, uia de origine monasterii S. Turibii agit: quam etiam singulare tractatu illustrat Prudentius Sandmantius 3 parte Foundationum monasteriorum Ord. S. Benedicti in Hispania. Colitur S. Turibius, ulti et supra relatus Fructuosus, xvi Aprilis.

4 Ceterum miratur Tamaius Salazar, quo titulo Menardus

probetur ex
Commentariis
iu Apocalyp-
sim?
E

F
An ex antiquo
scriptio apud
Yipes?

AUCTORE FALCO
NE IN CHORO

Vita ex Le-
gendario MS
Asturicensi,

auctore non
corro.

6 Interea B. Eleutherius regrediens, magis mortis illius periculio, quam suo pudori condolens, lugubri patrem puella accersiri præcepit: et si Christo cum omni cognatione sua crederet, eam resuscitam-

dam promisit. Quod ille audiens, alacer abscessit, et iterum vocatis paganis se omnia facturum promisit. Tunc B. Eleutherius, postquam missarum solennia frequentavit, cum omni Clero suo cœlestibus armis munitus, ad sepulchrum venit, baculo latum terræ percussit. Sed subito per Spiritum sanctum incredulitatem Tribuni agnovit. Mirares! Subito enim terra motus magnus factus est.

Igitur omnes mente consternati, ad propria latenter reversi sunt. Sed tota nocte beatissimus Eleutherius persistens orationibus, Davidicis insistens versibus, iterum facto mane cum Christianis ad sepulchrum redit, et secundo incredulitatem Tribuni agnovit. Terra d quidem motus magnus factus est. Item omnes pavidi fignerunt. Tertia autem die Tribunus adveniens, ad pedes beatissimi Eleutherii procidit, ac se e reum in omnibus prodidit. Tunc vir Bei f comperiens eum compunctum penitentia, ad sepulchrum redit et omnibus astantibus lapidem submoverti præcepit. Iude eum ter vocavit dicens: De luto plasmatas, in cinerem reversa es: surge, ad pristinum statum revertere. Exemplo B. Petri Apostolorum Principis, qui Tabitham mortuam resuscitavit, manum ejus apprehendit, illa in nomine Jesu surrexit. Tunc indixit ei jejuniu sex dierum: septima autem die eam baptizavit, quam Blanda mater Episcopi de sacro fonte suscepit. g Prius haec Pagana, nunc autem in nomine Christi Christiana effecta est. Cui suum nonnen addens mater Episcopi, eam Blandam vocavit. Ab illa itaque Blandinium locus appellatus est.

7 Tribunus autem nondum eredeus, filiam suam iracunde abstraxit, et ei omnem possessionem, et Paganorum divitias, si non suo pareret consilio, interdixit. Quid faceret? Divitias et possessionem patris rejeciebat: Christum latenter humli mente dis ac nocte depositose. h Interea pestis mortifera Paganos invasit, ita ut per plateas et vicos mortui invenirentur. Sed nec vulnus apparebat, nec aliqua plaga mortis imminebat. Igitur Pagani videntes mortes snorum inimicere, et B. Eleutherii sanctitatem ampliare, mente pavidi consilium inerunt: quid de eo facerent exquistierunt. i Itaque mito consilio decreverunt, ut in crepusculo noctis Blandinium adirent, et Censorino Cæsarem Tribuno B. Eleutherium vincitum in nocte catenis praesentarent. Qued ita factum est. In crepusculo enim noctis Blandinium iverunt cum fusibus et lanceis, et Pastorem Christianæ plebis orantem comprehendentes, deinde vinum catenis ad Censorinum Cæsarem adduxerunt. Quem ter virgis cesum in carcere retrudi precepit. Nocte vero eadem Angelus Domini affuit, deinde fores aperuit, et ei viam, quæ ducit Blandinum, insinuavit. Igitur regrediens Deo gratias egit.

8 Dunque Missarum solennia frequentaret, divinam elementiam exoravit, ut Tribunum a superstitione idolorum revocaret, et Catholica fide confirmaret. Itaque iterum Angelus Domini affuit, et k panem obtulit dicens: Ecce Eleutheri exaudita est oratio tua. Videbis enim illum genibus tuis procumbentem, deinde eum catechizabas et baptizabas. Igitur his dictis Angelus Domini discens a loco, unde descendebat, ascendit. Beatus autem Dei Sacerdos invictissimus iterum divinam flagitat clementiam, ut civitatem a superstitione idolorum revocaret. Itaque pestis iterum paganos oppressit, ut eiam habitacula sua relinquenter, et occultis locis sese abscondentes. Igitur quid facerent? idola peribant; responsa etiam dare suis cultoribus recusabant.

9 Interea multo tempore evoluto decreverunt Tribunum occidere, si non in omnibus B. Eleutherio consentiret. Tandein coactus a palatio exivit, B. Eleutherium sequenti omni cognatione sua adiit, ad

*AUTORIS ANTI-
QUO MS.
c
precibus S.
Eleutherit*

d

e f

*spondente pa-
tre se Christa-
num fore,*

Act. 9 40

E

insinuatur.

g

*h Tempore pes-
ta a Pagani
comprehendi-
tur S. Eleu-
therius :*

i

*ter virgi-
ci v.
ditur.*

F

*ab Angelo libe-
ratur:*

g

*oritur pro con-
versione Tri-
bunum*

el civium Tor-
nacensium :

*Tribunum
supplicem ad-
mittit,*

pedes

ARCTORE ANTI-
QUO, ex MSS.

l
baptizat

m
cum aliis :

venit Torna-
cum,

n

o
ab omnibus
amatior :

p
excum illumi-
nat :

A pedes ejus corruit, se cum lacrymis catechumenum fieri postulavit. Beatus autem Antistes ejus precibus congratulans, omni populo jejunium septem dierum indixit. *t* Factum est autem die octava, ut Tribunus cum omni sua cognitione et omnibus Paganis, tam potentibus quam egenis, indutus sacco, a Tornaco urbe exiret, et se fieri Christianum cum omni populo *m* postulavit. Qui B. Eleutherius eum baptizavit, et Catholicam fidem ei et omnibus Paganis seriatim aperuit.

10 Igitur post hac B. Eleutherius in civitatem cum magno honore et non minima Christiani populi constipatus multitudine, deductus est. Omnes autem, qui crediderant, diem solemnum in qua *u* baptizati erant constituerunt, id est, quinto Kal. Octobris. Beatus autem Eleutherius maximis o clares virtutibus ab omnibus amabatur, ab omnibus intantum colebatur, ut tamquam Angelum aspiceret, et defensorem p tobus civitatis Tornacensis agnoscerent.

11 Interea quidam cucus ad eum adductus est, visum recepit, Christo creditus, fructum vere penitentie promeruit.

a *Vita auctor.* Ut sibi descenderit. — *b* Tornacensis lib. 2 *Ms.* Fran. cap. 27 Campum Mortuum etiam prope Sicciones fuisse tradit, quanta molta, ubi Romani dominabantur in praecipuis urbibus, extorris obliteraverunt. *c* B. reveri Undicarum, Cognitus lib. 1 Histor. Tornac. cap. 43. — *d* B. reveri huc 3 verba in MS. nostro. — *e* *Vita auctor.* quippe et in MS. Bayni, recte coram omnibus MS. nostris, ferunt he omnibus. — *f* *Vita auctor.* preservare. — *g* In eodem *Vita his omnis contractus ista habeatur:* sicutque et nomen imponebat, Blandon nominabat. — *h* In *Vita nocturne additur mors Blandae,* quia hic infra nom. 12 noctibus referitur de postea in MS. Bayni ista leguntur. Tribunus de illa sua rediviva alacris, promissionis sine tonum immixtum, non secum idola sua non objecti nec in Christum creditit, scilicet promisit, verum etiam ipsam Blandam suam via legeri abstulerit a religione Christiana emissus est, sed et omnes facultates quia ejus consilio parere noluit, interravit. Unde non immixtum nomine Domini gravissima super civitatem Tornacensem est subseruit. Nam postea iter. — *i* *Sequentia usque ad num. 9* desunt in MS. nostro. — *k* B. reveri huc duo verba in *Vita nocturne.* — *l* *Vita auctor.* Hoc vero dia Tribunus ... exiit. — *m* Eadem deprecatus est. MS. Bayni, deprecatus. — *n* *Intra dictum* plusquam 1000 baptizati, et anno 30 ordinationis, quo Tornac. sedi. — *o* MS. nostrum, pollo MS. Bayni, clausum. — *p* MS. Bayni, tollit clausum.

CAPUT III.

Obitus S. Eleutherii, ejusque parentum, et Blandæ.

Parcules repe-
lli S. Eleuth-
erii,

q Interim, ut dicitur Abraham, in bona senectute morieris, pater ejus Sereenus plenus dierum cum Blanda uxore sua migravit ad Boninum. Illos autem S. Eleutherius cum maximo honore sepelivit ante portam B. Petri Blandiniensis. Pater autem adiutum Ecclesias requiescit, mater vero ultra in coemeterio sepulta est quinto Idus Januarii. Filia autem Tribunii sancta et immaculata permanxit, et cursu brachio finito ad ecclesiis transmigravit. Haec autem prudie b Idus Junii sepulta est in mortuaria Apostolorum principis. Titulus autem super sepulchrum Virginis conscriptus est huc continebat: *Hic sepulta est Virgo filia Tribuni a patre suo, nomine Blanda; a qua Blandinum nuncupatum est.* Sed postquam miseri rapportores reliquias S. Eleutherii invaserunt, et thesaurum suum eriperunt, ne alii e reliquis Sanctus videretur, titulum pueri deleverunt, et insuper opera ejusdem Sancti igni dederunt.

13 d Igitur filius dierum beatissimum Eleutherii appropriavit: qui fratres suos, et veri religiosi cultores advocans, e coram eis Corpus et Sanguinem Christi perceperit: se endem habitatione a carcere corporeo transmigratorum praedixit. Quid fuerint? Patrem suum eadestare desiderare videbant, ipsumque jam deseror Christianos f detinebat. Quos blande allocutus Episcopos ait: *Pinam universa carnis ingressurus, a domino promissu mihi gaudia aeterna percepturus, hortor vos, carissimi, odia fugite, concordiam seminate, schismata dissipate, virtutes exquiramini, mala temporanea pro judice vestro patia-*

mini, quatinus dignum penitentie fructum Christo D exhibere mereamini. Omnis etenim homo solum, caro autem ejus ut stipula agri; in matutino vires florescit, in vespero arida labitur et vilescit. Patientes igitur estote, casti permanete. Deum timete, in omnibus bonis perseverate. Audistis etenim David dicentem: *Homo vanitati similis factus est.* Itaque pulvis sumus, in iudicio resurgentis, ante tribunal Christi teste Scriptura eunes astabimus. *g*

14 His dictis tanta claritas oppidanum locum, in quo natus erat, affulsit, ut omnes, qui ad exequias tanti Patris venerant, facti quasi in excessu mentis spiritum ejus ab Angelo elevari in nube viderent, et cunctaritate nubis caelos penetrare, et claritatem cum ipso volante h nullatenus apparere. Igitur S. Medardus advenit, et sanctum corpus mortuum invenit, et plorans pre gaudio super illud Missarum solennia i celebravit, et in ecclesia B. Marie sepulchrum novum parari precepit. Communi autem consilio decrevit, quatinus eum in ecclesia B. Petri Blandiniensis sepelirent: nimur quia ibidem ab urbe cum omni cognitione sua fugatus, praesulatum tenuerat, et super his praeclaris nominis miracula patraverat, h regnante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat Deus per omnia secula. Amen. *l*

a *Hoc usque sunt omnia cum Vita nocturne communia hinc autem placit diversa, varia illi appositis, aut hinc detracto ut infra putabit. — b* In *Vita nocturne.* Kalendas quod etiam apud Guibertum et in aliis propriis legitur. — *c* In MS. Bayni hæc tamquam a S. Eleutherio probata ad primam personam referuntur. Bellicos incus, nubi thesaurum meum, viderer, opera mea. — *d* Hoc habuitur infra in *Vita nocturne* num. 23. — *e* In MS. Bayni, palam. — *f* Ut enim, dolebam. — *g* Reliquas habentur in *Vita nocturne* num. 30 et 31. — *h* In MS. nostrum, dissipare. — *i* In MS. Bayni, frequentavit. — *j* In *Vita auctor.* in MSS. nostro et Bayni hæc quia post a S. Eleutherio pronominata interponuntur: Igitur. Fratres, de prius te corporis mei, gaudete qui usque modo in Irtoitu fuitis. Exultate, myrensis enim Patronum vestrum cliviti qui gaudent cum Angelis, exultat in astris. *k* Hic additur in Irtoitu MSS. Ego autem Eleutherius servus Sanctorum vel, in sarcophago novo in Ecclesia B. Petri Blandiniensis depositus sum pincile Kalend, July Voleto in pace. *l* item aitque ubi inquit Dominus Iesus, here Divina manu scripta sunt. ANNAHAD.

Primo Capitulo. In nomine Iesu Christi per via cœcus Illuminatus est, in illo, Mantilius Iesu Christo cœlitum.

Item Capitulo secundo. In nomine Iesu Christi, claudius grossum recepti, idem claudius Christo nolunt credere.

Item Capitulo tertio. In nomine Iesu Christi leprosus a lepra curatus est, id est Perthus; isti liberatus est.

Item Capitulo 4. Terre rotu magnus fuctus est.

Item Capitulo 5. Terrenus terre rotu magnus fuctus est.

Item Capitulo 6. Terrena Blanda resuscitata est.

Item Capitulo 7. Fabrice Apollinis destructa est, et ideo solennem alienum Christianum, in quo baptizati erant, constituerunt, et quia per hoc civitas liberata est.

Incepit de tributis ejusdem Pontificis

Capitulo primo. *Quoniam victum innenni proprium, in loco qui dicitur Martis, per minus unum habebamus.* *h* id est, centum talenta item capitulo secundo. *Vestimenta meis transitoria necessaria in loco, in quo minus ful id est, in oppidano loco, et in adhuc rem platonis sequuntur totam.*

Item capitulo tertio. *In vico qui dicebatur platea.* id est, in toto vico ante dominum Scandinaviam Tribuni, ad necessaria divulgatum octoginta talenta.

Item capitulo 4. *Ad necessaria equorum meorum, mille talenta in vico, qui dicitur Martis.* Multi enim dicitur in loco illo habituca non constituerunt, et maxime quia pabula equis opportuna erant.

Item capitulo vicesimo octavo. *summa meorum tributorum mille ducienta et quadraginta talenta.*

Igo haec Eleutherius, confrater confratrum vestrorum, qui dispergit maximum honorem inter vos fui, hortor vos, cogitate, et in bonis operibus perseverate, ut qui valdecum sit patrem, non gloriaris deseruit vos spiritualiter. Festum autem sepulture mere commemoratione pridie Kal. Iulii, ut nec illi boni Patrem bonum derelinquant nec pater bonus illius orphines de presenta corporis sui inertos faciat. Rerum valet omnes in pace.

ALIA VITA AUCTIOR

ex MSS. Cornelii Bayni, et Tornacensi

CAPUT I ET CAPUT II

cum primis capitibus jam relata *Vita consen-*
tituit, exceptis pauculis ibidem unnotatis.

CAPUT III.

Cœcus, claudus, leporus u. S. Eleutherio sa-
natus.

I In illis diebus quidam cœsus, Mantilius nomine, in die

f
Subditus pre-
adhortatur S.
Eleutherius
ager.

Psal. 143. 4
Rom. 14. 10

vibus deferri
in calum :

sepelitur a S.
Medardo.

E

ANNAHAD.
CAP. 26

F

A die sancto Natali Domini ad Confessorem Christi adductus est, ut aliquid acciperet ab illo. Omnes enim fere totius civitatis pauperes congregati erant ad elemosynam recipiendam. Peractis igitur Missarum solenniis, copiam facultatum suarum afferri praecepit, et fere omnia pauperibus distribuit. Mantilius autem retro relictus amissio ductore, clamabat: O pie Pater, cœcum responce egenum, aliqua dando erige: ductorem enim viæ perdi: et quis me ab hac ecclœsia abducere valeat, non inveni. Tunc quidam discipulorum ejus rogabant eum, ut sileret. Intuens autem illos Confessor Christi, dixit eis: Dominica verba patent, et nescitis: Evangelia per singulos dies leguntur, nec intelligitis. Legitur enim quod Dominus noster Jesus Christus dum verbum Diei predicaret, cœcus sedebat secus viam, et clamabat: Fili David, miserere mei. Illum autem cum discipuli increpabant, et dicerent: Domine, dinnite illum, quia clamat post nos; Dominus Jesus videns fidem ejus, illum vocavit, et illi oculos illuminavit. His dictis, intuens beatus Pontifex Mantilius, dixit suis: Ite, et cœcum ad me ducite. Qui cum adductus fuisset. S. Eleutherius dixit: Aperiat oculos tuos Jesus Christus Domini noster, qui aperuit oculos cœci nati. Et signum Crucis oculis ejus impressit dicens: Mantili credis in filium Dei Patris omnipotentis? Qui respondit: Credo. Tunc Episcopus respondit: Secundum voluntatem ejus, et fidem tuam fiat tibi. Et confessi aperti sunt oculi ejus et vidi, et b in Deo perfecte credidit, et recedebat Christum laudans, nec ulterius ducem via quærensis.

B 13 Illud vero adjungere volui, qualiter claudum, qui ab utero matris suea claudus erat, Pontifex Dei dum viveret, sanavit; et quia sanatus in Deum credere voluit. Quid enim increduli iuter credulos, quid habent operari boni inter malos?

C 14 Alter quidam, Peritus nomine, leprosus, dum omnes ad baptismum convolarent, et ad januam templi, que illis diebus vocabatur Mantilia, que respicit fluentia Scaldi, jacebat clamans et dicens: Quoniodio introibo ecclesiam? Audite filii Dei: erigit egenum de pulvere et pauperem vobissem ad lavaerum regenerationis ducite. Nemo autem in eum respiciebat, sed unus homo intueri faciem ejus respuebat. Constatuit autem, ut quadam die B. Eleutherius eum universo Clero suo præteriret. Quem videns leprosus, acclamavit, dicens: Pater sancte, habe in me pietatem: sum enim quadraginta diebus expectans te, ut cum aliis, quamvis indignis, consequar lavaeri regenerationem. Tunc quidam ex Clero ejus, nomine Andoneus, ait Episcopo: Domine, ecce leprosus: dimitte illum clamantem post te. Tunc vir Dei illi ait: Modice filie quid diei? Talium est enim regnum celorum. His dictis aquam afferri præcepit, et coram omni populo eum baptizavit. Ille autem de aqua prossiliens, Deo gratias agebat. Et quod mirum est, ita ejus cutis restituta est, ut caro pueri quindecim annorum: qui in Dei mandatis permanens, a S. Medardo Episcopo Abbas primus in eadem urbe constitutus est.

D 15 Eodem tempore cum filiam Tribuni resuscitaset, innonesque Paganos cuiuslibet generis ad fidem convertisset, et in oppidis et vicinis locis Flandrensi aquam uniuscunctorum laboraret; auditio præclaro ejus deinde nomine, Rex d. Ludovicus, quem Beatus baptizavit Remigius, ingressus est civitatem. Et cum in prædicione B. Eleutherius delectaretur, sentiens per Spiritum sanctum, quare Rex advenisset, ait: Scio, Domine mihi Rex, qua de causa ad nos venire non distulisti? Cui cum Rex contradiceret (peccaverat enim post baptismum, quod non licet publice confiteri) Sacerdos Dei ait: Peccasti, nec audies, Domine Rex, confiteri. Tunc Rex plorans verum hoc

esse asserebat, et oravit ut solennia Missarum pro Deo celebraret, et clementiam Dei Patris imploraret. Vir Dei filium videns Regis, non absumit, et præparans se Domino, totam noctem in lumentis per vigilem duxit. Mane autem facto dum Missarum solennia frequentaret, præparatus ad percipiendum Agni mundi Corpus sacramissimum, Angelus Domini affuit, et claritas magna facta est per totam ecclœsiam B. Virginis Mariae sub unius horæ momento, et Angelus ait: Eleutheri serve Dei, exaltata sunt preces tue, et ostendit ei scriptum, ipsique dedit, quod comiserat Rex, quod non licet publice fieri. Tunc exauditus Rex Deo et E. Eleutherio gratias retulit, multaque relinquens dona Presuli sancto, ad sua feliciter reneavit.

a In Historia MS. Miraculorum hæc præponuntur. Quedam item miracula Itælio Episcopus Tornacensis mibi retulit, dicentes: In illis diebus dum Beatus adveniret Eleutherius, quidam cœcus, Mantilius nomine, ad eum venerat: qui in die etc. De Beatitude supra actum. — b Ms. Turnæ ideo. — c Ms. Duyunt. Qui sanatus in Deum credere voluit. Desunt ea in Historia miraculorum. — d Idem Ms. Ludovicus. antiquoribus Scriptoribus Chlodoveus, baptizatus anno 494, mortuus an 509.

CAPUT IV.

Fides orthodoxa a S. Eleutherio propugnata. Ejus Romana itinera: Synodus habita. Verbera et ab hereticis inflicta.

E 1 In illis temporibus dum B. Eleutherius Tornacensi Ecclesiæ præcesset secundus, litigatio magna inter Tornacenses Clericos exorta est. Quidam enim haeretici quasdam propriæ haereseos novitates præferebant, et prædicationem veritatis destruere conabantur, audentes mysterium Divinae dispensationis corrumpere, et negantes Paronymphum cœlestem partum Virginis nunciasse. Alii autem haeretici confusionem inducentes et unan carnis et deitatis naturam esse male componentes, divulgabant tali confusione diuinam naturam Unigeniti passibilem, et purum hominem esse, qui ex beatissima Virgine Maria natus est, napudenter asserebant. Alii vero Spiritui sancto adversabantur. Alii autem Deo devoti et servientes credebat veritati, non obedientes falsitati. Tanta autem litigatio inter illos erat, ut etiam haeretici Catholicos Ecclesiæ Tornacensis filios invaderent, et in fluvio, qui dicitur Scalla, multos obtruncatos submergerent.

F 17 b Vir autem Dei Eleutherius Catholice defensor fidei animos filiorum suorum alios exhortando, aliis prædicando, in Christi fide firmissime robabar. Qui quarto decimo præsulatus sui anno videns in his partibus Ecclesiæ de misericordia Dei pene desperatas, sermonem de Divinitate Christi unigeniti Domini nostri composuit, et posthac ad Romanum Pontificem c. Synuaculum detulit: a quo honorifice susceptus est. Hunc a Roma regressus, omnes haereticos convictus; Deo tamen miserante illos postea ad fidem convertit. Decimo etiam ordinacionis anno præsidente Papa Anastasio, Tornacenses omnibus Christianis rebellibus ad fidem reduxit, et in eadem hebdomada plusquam undecim millia d. baptizavit. Anno quoque Pontificatus vicesimo quinto Roma regressus est.

G 18 Item nova haeresi pulchante, sermonem de Incarnatione Christi adversus haereticos scripsit, in quo illos vicit; neminem tamen ad Christianitatem titulum convertit. Igitur Romanum Papam c. Horisdam expetiit, quem cum magno honore prædictus Papa erexit. A quo, dum S. Eleutherius aliquid petisset, reliquias B. Marie f. Egyptiacæ obtulit, et humerum B. Stephani Proto-Martyris, et secum Tornacum deportavit. Igitur vir Dei a Roma regressus cum magna exultatione universi populi suscipitur. Exultant Clerici et Dalmaticis induiti, beato Pastori suo obviam procedunt. Sed ex improviso

25 gaudium

Haereticis de mysterio incarnationis male sentientibus

catholicos occidentibus,

Homan: rplus proficiscitur:

F

e
f
f
f
f

recipit ab
Hormida reliquias:

auctore isti-
quo ex uss.sis ostensis lat-
affulgetg
pelitur ignis
sacer :mutus loquili-
tut,S. Eleutherius
jam 40 annos
Episcopussynodum col-
git :h
professionem
fidel prescri-
bit :

Psal. 39. 7

et 9

A gaudium omnium geminatur. Ipse enim Pontifex reliquias B. Mariæ, que tot et tanta pro Domino sustinuit, afferebat. Cum autem Nerviam portam intraret, in eodem loco miraculum magnum a Deo manifestatum est. Occurrentibus enim populis gaudientibus, similiter Clericorum agminibus palliatis, beatus Antistes consendens montem, qui dicebatur mons Thesauri-absconditi, nunc autem dicitur mons S. Andreae, reliquias S. Mariae Aegyptiacæ, et humerum S. Stephani Protomartyr omni populo ostendit. Subito autem circa reliquias capitis S. Mariæ quedam claritas de cœlo adveniens apparuit, que etiam ab omnibus visa est, donec intraret Ecclesiam Christi Genitricis. Supra humerum autem B. Stephani Iucidor claritas in modum circuli quasi argentei visa est.

19 Cum vero Ecclesiam totius populi vallatus caterva intraret, quatuor viri, duæ mulieres magna infirmitate perclitabantur, que vocatur *g Ignis gehennæ*. Tunc vir pietate motus est, caput ante mulieres, humerum autem ante viros posuit, dicens : Oremus omnes. Procumbentibus autem et orantibus illis, ait : S. Stephane Protomartyr succurre his hominibus. S. Maria succurre, et miserere hujus feminæ sexus. Non enim profecto surgemus ab oratione, donec sani efficiantur. Adhuc vocem omnes liberati sunt : caro autem, quam in ipsa infirmitate perdididerat, restituisti est in ipsa hora. Mutus quoque assistens, locutus est dicens : Ecce reliquie B. Stephani, et S. Mariae. Tunc omnes obstupesci admirabantur. Illis temporibus reliquiae Sanctorum, nee in auro, nee in argento ponebantur. Haec acta sunt Nostri Octobri.

20 Beatus siquidem Eleutherius jam Tornacensem Ecclesiam triginta annis et uno reverat : Blandiueriem vero novem. Quia diuersi filios Ecclesie perturbatos, indubio. Deinde auctoritate Romani Papæ decravit, quatenus omnes haeretici ab ipsa civitate ejicerentur, vel Christum Dei Patrem Filium omnimodo confiterentur. Igitur a Presule coeti, deinceps competentem elegerunt, in qua Synodus sumi Antistes Christi Eleutherius convocaret. Advenit dies in quo Synodus convocata erat. Advenirent etiam filii Catholicorum hereticorum sectam confundentes ; adseruerunt nonnihil haereticorum illis contradicentes. Exurgens autem vir Dei Eleutherius et manus faciens silentium ait : Unus Deum Patrem, et Filium ejus cum Spiritu sancto confitentes amite.

21 h Credide in monum Deum, Patrem omnipotenter, et in filium ejus unicum Dominum nostrum Iesum Christum, qui ex Deo patre natus est Iesus unigenitus, immensus de immenso, immortalis de immortali, invisibilis de invisibili, sempiterna sempertero, per quem et eam quo omnia, quae continentur in celo vel in terra aut in mari, fecit Pater. Hoc igitur vos, dilectissimi credite Iesum Christum Dominum nostrum, propter salutem hominum et seruvi liberationem de eisdem descendisse, incarnatum et hominem esse possum subdicto Præside : præterea die tertia a mortuis resurrexisse, et iterum in celo, unde descendens, ascensisse. Haec de cœlo, illi mei carissimi, tenorem observare debetis : his vos devote oportet obtemperare, si gaudia vultus promoveri celestia. His dignitatibus et decretis antiquorum Patronum obedit, considerante et lucidissime influentes, quid sit incarnatum esse, et hominem factum Dei Verbum. Præterea fides vestra credere debet, quod Christus Dominus noster, mediator Dei et hominum factus est, et reconciliator ad pacem, Deo Patribus pro nobis offerens se in odorem suavitatis, ideo enim dicebat per Prophetam : Sacrificum et oblationem noluisti, holocausti pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfecisti mihi. In capite libri scriptum est

de me, ut facerem voluntatem tuam Deus. Proprium enim corpus non pro sis ipso obtulit, sed pro nobis in odorem suavitatis. Fratres mei, quis vestrum ultra dubitet, agnum verum et immaculatum pro salute humani generis immolatum, et ab impiis Judæis crucifixum. Ipse est qui nos per admirabilem virtutem et ineffabilem potentiam Divinitatis suæ redemit, rebellesque et superbos Judæos devicit, et claustra gehennæ expoliavit educens de vinculis captivos, emittens de tenebrarum locis carceratos clamantes ac dicentes : O triumphator bone seculi! O pie bellator diabolæ fraudis : te nostra, clementissime Jesu, in his tormentorum poenit expectabam lamen- ta : te, misericors Christe, flebilium in caliginosis clamabam suspiria : ecce advenisti quem ab antiquis temporibus exspectavimus : libera nos quem in terra positi olim devote columbus. Ipse est qui post destructionem diaboli et liberationem Sanctorum de tenebris clamantium die tertia resurrexit, et ascendens regnum coeleste, sedet ad dexteram Dei Patris. Unum igitur in substantia, trinum in personis con- fitemamini, ut ad coeleste regnum pervenire et æternis bonis perenniter gaudere mereamini, ubi gaudent Angeli, letantur Apostoli, exultat Marlyrum turba gloriosa, plaudit Confessorum ac Virginum caterva, quos Redemptor mundi perenni laurea corona- rit, qui vivit et regnat Deus omnipotens, invisibilis, aeternus, incorruptibilis, cui est honor, laus, decus, imperium, potestas indeficiens, majestas in- marecessibilis, gloria puræ, et virtus inefabilis, cum Patre et Spiritu sancto per infinita secula seculorum. Amen. Si quis autem hiis decretis contradixerit, a Patre et Filio et Spiritu sancto anathema sit.

22 His dictis Beatus Pontifex Eleutherius sedi- Catholici autem viri, qui ad dictam Synodum convo- cati erant, vocem cum gaudio levantes, glorificabant Deum, dicentes : Trinitatem in unitate veneramus et colimus : unitatem in substantia profitemur, et devote adoramus. Econtra confunduntur haeretici, deinde a sancta Synodo recessunt confusi. Synodo autem propria revertente, S. Eleutherius similiter ad aliam suam, que in oppido loco continebatur, eum Catholicis viris jan septuaginta et uno existens anno regressus est. Inter ea per quinque annos Tornacensis Ecclesia, quibus Sacerdos supervixit, invictissime a Catholicis viris sublimatur.

23 Interim autem haereticorum pars confunditor. Quid facerent? consilium inierunt, et quid de illo fieri exquiriunt, et diculant. Si ita prævaluerit apud nos, vita nostra contemnetur : si autem prævaluerimus, victoriæ laudis adepti erimus. Sic illis in iuna diuinæ colloquentibus, ecce beatus Pon- tifex cum b. Athanasio Diaconi et Andoneo fidelis discipulo ab ecclesia B. Marie Tornacensi egredie- batur. Quem videntes haeretici post angulum occulati (multis enim modis insidiabantur ei) dicebant : Ecce destrutor legis nostræ : venite occidamus eum. Igitur fustibus arreptis duriter ceciderunt eum, et reliquo semivivo ante ecclesiam plagiis impositis occulte abierunt. Discipuli similiter, reliquo Pastore suo, aufugerunt. Quod audiens Censorinus Cæsar, omnes patibulo crucis afflixisset, nisi oratio viri Dei prævalueret. Fit per urbem tumultus populi, clama- ment juvenes, lugent matrone et Virgines, ciu- asperguntur senes. Præsulem semivivum videre certantes : ipse autem exanimis jacebat.

24 Tunc a civibus orbis parato, ut ipse roga- verat, strati cilieno intra domum suam delatus est, qui in quinque postea vivens per lebdomadis in ipsa infirmitate eacum illuminavit et nouullos infirmos enarravit.

a Alter tractatus sub hoc titulo Transitus S. Eleutherii Episcopi editus in Bibliotheca Patrum, in quo eadem continen- tur.

a Synodoad-
missionem :i
k
ab haereticis
dilectis fustibus
eruntur.semivivo ja-
ceret :l
excum illumina-
tione :

A tur. — b MS. Dunnii hæc solum habet : Eodem tempore beatus Tornacensis Antistes quarto decimo etc — c Sedis S. Symmachus ab an. 498 ad 814 et ejus successor Anastasius in ab an. 498 ad 498. — d Sollemnem memoriam hujus baptismi celebrari V. Lent. Octub. dictum supra num. 10. — e Symmacho successor Hornimoda ar. 514 moribus un. 523. — f Hic mendicus fortan suest et veruam Egyptiacam irreputat, si Maria. Egyptiaca non Hornimoda Popa adhuc viscerit, quad 2 Aprilis et communidum. Fuerunt plures Sancte, nomine Maris, et prioribus seruit, alii ex Evangelio noti, alii Martires, alii enim peccatrix neptis Abrahæ: In tractato MS. de Transitu S. Eleutheri, par 2 hæc sic leguntur: Reliquias B. Marie illi obtulit, et iti occule ab ecclesia B. Petri Apostoli secum Tornacum deportata: it, Memori hornia reliquiarum Rousus in Hermonophylacum Belgicum pag. 313 — g. In sequenti Via Iugis sacer dictum de eo equino 3 Januarii ad Idam S. Genovefæ, et 17 Januarii ad Miracula S. Antonii § 1. — h. Et hic sermo de Trinitate in Bibliotheca Palmarum varius, qui integer inseritus erat in MS. Tornacense, pars iudicium, que hic datur, reperitur in MS. Bayyni. — i. vi Kalendas Junii, ut sub finem Sermonis S. Eleutheri de Trinitate vocata legitur. — k. In MS. Tornac. Anastasio. — l. A 26 Ma. in 30 Junii.

AUCTORE ANTI-
QUO, EX MSS.

voce carissi-
mata invictatur ad
gaudium inter-
num :

cineri. In te confido, Deus meus, te quero, te vi-

dere desidero, quem semper in terris positus colui,

cui me tota dilectione devovi: libera me, qui es be-

nictus in secula seculorum.

27 His dictis vox tamquam sonitus alarum aquilæ in claritate magna facta est dicens: Eleutheri serve meus, exaudita est oratio tua: superest, ut quod incepisti perficias, et qui Trinitatem maxime collaudasti, haec tens, beatus Trinitatis conspectibus, praesenteris: dignus est enim operarius mercede sua. Quia vero pro fide Catholica viriliter decertasti, preces tuas exaudiri meruisti, et postulationis tuæ efficacia obtinuisti. Perfice, perfice, serve mens, ne post bonum fine in bonis liber evanescet. Hunc evanescit, sed restaurabitur: cheu in ignem projicitur, sed post hoc revelabitur! His dictis vox cum claritate recessit. Pontifex autem exhilaratus, collaudans Deum ait: Gratias ago tibi, omnipotens Deus, qui me consolari dignatus es, qui eras, et qui es, et qui in iudicium venturus es. Volens autem perficere quod intendebat, iterum prorumpens in laudibus Dei ait: Filium esse perhibet fides Catholica, cui per Prophetam clamat pater: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et iterum: Tecum principium in die virtutis tuas in splendoribus Sanctorum, ex utero ante luciferum genui te etc. f

Psal. 27.
Psal. 109.

28 Post haec verba dolore animi compulsus ait: Ecce defient virtus mea; ecce præteritur linguaoris mei. Quis mihi det paullulum ut ab infirmitate mea hac quiescam? Vidensque venas corporis sui relaxari, et se magna infirmitate nimis aggravari dixit: Deus meus te videre desidero, et in manus tuas commendō spiritum meum. g Andoneumque advocans ait illi: Fili, ne recuses obediens patri tuo. Rogo itaque, ut Romam quantocuyus eas, et thesaurum Christi a me compositum h Bonifacio Pontifici Romano transmittas, ut caput hereticorum in puteum abyssi demergatur, et ecclesia Christi per universa orbis spatia crescat, et defendatur. Vir autem Dei assidue orabat, et spiritum suum in manus Christi commendabat.

g Andoneum Ro-
manum mittit:

h

29 Accidit vero dum oraret, satanas a sinistris ejus adstitit insultans ei. Cui beatus vir inquit: Nequissime satana, hæc orationem loci intrare præsumpsisti? Cui diabolus: Vellein eliminare sermonem tuum, vel saltem visione vultus mei exeuntem a corpore tuum conturbare spiritum: me etenim torqueri diversi tormenti penarum facis, cum de te nil malum meo possim denunciare judici. Tunc hilari vultu Confessor Dei ait: Exi hinc, satana, nulla a Christo F tibi adversum me concessa est protestas. Hæc dicens signum vivificare Crucis inter se et satanam opposuit. Ille autem nihil sum videns, intolerabilia post se reliquias vestigia, tristis et confusus recessit.

i dæmon in ap-
parentem si-
gno fugat:

30 Percepta enim participatione Corporis et Sanguinis Domini, beatus vir, ut ejusdem Vita narrat i historia, feliciter migravit ad Dominum invitatus ad epulas colestes, quas omni corde cupierat, omni corde desideraverat, consors æternæ felicitatis Angelis Dei gaudentibus, perenni et immutabiliter laetitia coronatus. Eadem hora k tanti claritas oppidanum locum, in quo natus erat, affulsa, ut otentes, quasi in excessu mentis, spiritum ejus ab Angelo elevari in nube viderent, et cum claritate nubis coelos penetrare, et postmodum claritatem cum ipso volantem nullatenus apparere. l Sic unda sacri sanguinis profusa verus Martyr et Confessor in pace obiit pridie Kal. Iuli.

k laetitia locum circum-
fulgentem,

l mortuus:

mepeltur a S.
Medardo.

31 Igitur B. Medardus advenit, et sonctum corpus mortuum inventum, et plorans præ gaudio Missarum solennia celebravit, et in Ecclesia B. Mariæ sepulchrum novum partiri præcepit. Communi autem consilio

AUCTORE ANTI-
QUO, EX MSS.

A consilio decretum est, quatenus eum in Ecclesia B. Petri Blandiniensis sepelirent, nimurum quia ibidem ab urbe cum omni cognatione sua fugatus praesulatum tenuerat, et super his praelari nomini miracula patraverat, regnante Domino nostro, Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum Amen.

m 32 m Obediens igitur discipulus Magistro, contigit, dum iret, et Papam Bonificium expeteret, Ravennam venit, ibique seputus in vico, qui vocabatur Vicus-leprororum, in pace obdormivit. Sequenti vero nocte Iudeus, apud quem discipulus morabatur, post corporis sepulturam invenit libellum, inveniensque scriptum, qualiter Virgo Maria Dei filium genuit, et post partum Virgo permanuit, iracundiae zelo accensus gladium latenter accepit, ferroque omnia disrupt, deinde in igne indignatius proicit. Eadem vero nocte gloriata Virgo Iudeum volens ad fidem convertere, et suavi jugo Filii sui mancipare, veste candidissima induit, facie autem velut discissa, comaque sanctissimi capitatisquam lacerata, eidem dormienti dignata est apparere, mirantique Judeo dicere: O infidelis et injuste, quid hesterna die fecisti? Ecce, tollere volunt annuum tuum als te. Igitur quis erit refugium tuum, et spes tua? Num quid ego? Ego flos campi, lilyum candens, et rosa forens, que filium Dei gestare merui, quae Virgo post partum remansi. Vade ideo fili, et quod egisti confitere, ut merearis baptismum fidei accipere, et expoliato veteri honore valeas novum Adam induere. His dictis beata mater disparuit. Ille autem quod viderat admirans in eiusdem hora ecclesiam petiti, confessus est quod perpetravit; deinde Christianus fieri promeruit: collaudansque Dei Genitricem, omni vita sua illi honeste ministravit, que cum Filio suo perennibus repletus grandis, cuius imperium permanet in secula seculorum. Amen.

B D Hoc fere eadem priore Vita habentur num. 13. — b In MS. Dugnius deest haec predictio. — c Longus sermo, sive catechetica disputatione interponitur in MS. Tornac., quae edita in Bibliotheca Patriar., auct. a MS. Bayni. — d Iterum nonnulla, in MS. Tornac., averta, cum MS. Bayni continetur. — e MS. Bayni addit., et ultimam eternam, in reliqua usque ad num. 28 omnium. — f Nonnullum reliqua circa codicem MS. — g In MS. Bayni destat reliqua huius numeri. — h Est hoc Bondonius u. creatio 18 Augusti 1530, mortuus 17 Octob. anno 1531. — i Habetur in prima Pila num. 18, cuius numeri reliqua supra habentur num. 25, omisso hinc de sumptuosa saeculariis Euchurist. Quae in trajecto de Transitu ejus habentur. — k Reliqua usque ad num. 33 habentur fere in fine precedentis vita. — l Fons huc de martyrio et die obitus in MS. Bayni et priore Vita. — m Hac solam habentur in Ms. Tornacensi.

CAPUT VI.

Apparitio S. Eleutherii: corporis ejus elevatio.

Igitur in una diem præsulatum Tornacensis Ecclesie Heydilone viro prudenti et justo possidente, quadam matrona, nomine Thecla, nobilis genere, nobilior autem merum dignitate, b honestate vigens, humilitate pollens, electromysis larga, hominem dealbatum in somnis eorum se adstare vidit, eusque denique habitum notavit, vultu alacrem, visu modestum, dure ornamaditem, blandumque nimis alloquo. Beatus enim Eleutherius Tornacensis Ecclesiae munitor erat, e qui matronam intuitus, blande ac leniter ait: Thecla, d vade in locum, qui nunc Blandinum appellatur, ibique invenies multa corpora Sanctorum in Christo quiescentium: inter quos invenies a dextra parte altaris B. Petri Apostoli corpus S. Eleutherii: deinde orabis; postea quae vidisti e Heydilone Episcopo manifestabis. His dictis ab oculis ejus evanuit. Thecla autem tacto manu surgens que viderat intra se recolligere coepit. f Sequenti itaque nocte B. Eleutherius iterum ei adstitit, et pastorali eam vrga contingens, ait: Benedicta tu a Domino. Quare autem quod tibi jussum erat

non fecisti? Vide ne me ad iracundiam provokes. D His dictis iterum ab oculis elapsus est. Tertia autem nocte regrediebus eumdem sermonem ait, sed aliquantulum superaddidit dicens: Filia celestis Hierusalem, quare nostris non obtemperasti jussionibus? Cras in crepusculo diei ad Heydilonem Episcopum ibis: deinde quanta vidisti, praesentias ejus manifestabis. His dictis tertio ab oculis evanuit.

34 Thecla autem facto mane consurgens, Blandinum adiit, deinde oratione data ad Episcopum, qui tunc in his locis commorabatur, venit: et quae videbat praesentias ejus manifestavit. Sequenti itaque Dominica Episcopus Heydilo convocatis vicinarum urbium Episcopis, Blandinium adiit, deinde Missarum solennia frequentavit, et data oratione, pavidius ad sepulchrum accessit. Monachi, Clerici et laici orationem dederunt: Episcopi vero fodientes sarcophago manus injecerunt. Igitur cum magno tremore corpus B. Eleutherii per manus sanctorum Episcoporum elevatum est.

35 In ipsa autem hora Thecla orans, a Praesule percepto Corpore et Sanguine Christi, coram omnibus ante sepulchrum exspiravit. Illa autem in media ecclesia sepulta requievit: at vero translata est in secretiori parte ecclesie, de cuius felici anima Virginis gaudet chorea, viduarum etiam multitudo invitat gloriosa. g

36 Eadem etiam die in qua corpus B. Eleutherii elevatum est, mulier vidua se miseram clamitans, ad ecclesiam accurrit. Ejusdem enim filius dum causa custodiendi pecoris in agrum missus iret, de eadem silva diemon in similitudinem leonis rugiens accurrit, puerum devoravit, deinde in silvam velocissimo cursu se retulit. Pastores autem, qui videbant et fegerant, paupercula mulieri quid gestum esset indicaverunt. Tunc illa plorans ad ecclesiam confugit, et B. Eleutherium, ut unicum sibi filium redderet, cum omni populo deprecata est. Flens orabat mulier, flebant etiam adstantes Episcopi, flebat Clericorum caterva palliata, gemebat populi multitudo copiosa. Deinde locus, in quo puer jacebat, motus est, cumque tanta claritas de celo adveniens circumfolsit, ut nemo illum etiam resurgentem aliquatenus compiceret: deinde virus puer surrexit, et quante misericordie et pietatis idem memorabilis Pater esset, omnibus indicavit.

37 Duo etiam ceci in illa die visum acceperunt: tres paralyticci curati sunt: mulier a fluxu sanguinis liberata: claudus quoque in pristino gradu restitutus est. Multa etiam miracula in illis diebus patrata sunt, quoniam quamvis hominibus incognita, Divinitus tamen magiestri sunt aperta. h Elevatio autem corporis beatissimi Eleutherii facta est 14 Kal. Octob. Qui æqualis est Martyribus: quia ten flagellis fuit cesus, par Confessorum agminibus, quia verus Confessor, et miraculorum patrator exstitit; gloriosus eousors Virginum, quia Virgo permanuit et ideo floret ante Deum ut cedrus Libani et flos liliorum. i

a In elevatione corporis B. Eleutherii erat a posteriori auctor fractum in MS. monasterii Tornacensis S. Martinum cum hoc proposito: Præsulatum Tornacensis Ecclesia: Heydilone viro prudenti et postu ponente, basiliæ B. Stephanus Protomartyris, quem sita est post ecclesiam Christi genitricis omnipotere Virginis Marie, destruxit est. Ob hanc causam illius Dei molles tempore cives urbis opprimebat, conque terrae opibus vacillat, adeo ut etiam habitantiæ eorum destrueret, ipsorumque domus et prædia in ultimum prædictam basiliæ destratae. Beatus autem Eleutherius pro ecclesia et civitate oravit, et a Christo cum Sanctis, qui in ecclesia B. Marie eumuntrant, indutus impetravit, quoniam ipso restauraret, dicas ultimum advenire, et voces Martirum de stirpo Dei etiamnam Jesus Christus exaudiens Loden vero tempore in villa quia diebus Rustaci, quoniam illa est ab arce quasi dubius locus, et in vicinis locis iudei colebantur et a corporis multitudine popolorum sacrificia demonia offerebantur. Igitur in una diem illi eis quae hic habentur. — d Sequens Thecla epiphela dissunt in MS. Bayni. — e In MSS. Tornacensis haec adduntur. Idem Præsul existens, qui etiam a passione B. Piste Marrym usque ad transsum corporis sui ducens et quadraginta qualiter omnes et novem milibus transactis populum Tornacensem ad fidem rotobaserat. Quoniam haec prædicta dissunt

corpus S. Eleutherii ab Heydilone Episcopo elevatur.

Thecla sancte exspirat.

g

puera de monstre specie leonis truculenta.

reverent

vix agri o-
natur

F

h

Judeus, com
busto libello
S. Eleutheri,

a Depara Per-
glue apparente

convertis ad
fidem.

b Post triplum
apparitionem
factam crudam
Theclæ.

c

d

e

f

Adecunt in MS. *Duynii*, incepit hic intrusa: cum supra num. 22 solum anni vite centaurum 7 com. quinque, quibus diebus adhuc rizuisse. — **I**la scriptio *Elevationis longum collatum inducitur*: *S. Eleutherius cum Theolo, ubi it arguit idolatriam reductam, ac post hujus processu inter alia dicit ita: Felix, per quem corporis mei depositio et vita mea restauratio revivificatur, qui quem etiam anno incarnationis tibi corporis mei elevatio declarabitur. Inductus reverenter fidei *Hearico Cononice*, de quo mox agemus. — *e De Heidilone, anno et die Elevationis hujus supra evimus.* — *I* Sequentia de 2 et 3 apparetur in MS. *Duynii* contrafuit nisi verbis: Sequentia itaque nocte et tercia eiusdem sermonem repetens beatissimorum et apparuit, et post ab oculis ejus elapsus est. — *g In his toria elevationis hoc adduntur: Ad caput igitur Theolo quidam fons inundatus emanans, qui dolores caput et paralyticorum membrorum mitigabat: quem quidam miser dum vellet pede obstruere, Divina uultus adiunxit: pedis enim uite praeerunt, que etiam non multo post tempore corporis sui mortui declinavit.* — *h Reliquia hujus corporis decunt in MS. *Duynii*. In tractatu particulari de Elevatione corporis ista habentur: Post multum vero temporis cum videlicet nobiles hujus regionis se servantes huic Ecclesie debere iudiciorum sunt: quorum nomina non revelata, quia damnatorum nomina divina non potest contineat pagina. Inter illas tanquam tributa et possessiones legrebat, quidam miser aduentus, clarissimi latentes accepit, deinde cum arcuenda in ignem projecti. Charia autem de igne prosternens, nulli comparari: quoniam manus rapta Angelis, Deo vero et immortalis presentantur, est, et usque in diem iudicii reservata. Illa autem miser, Alardus nomine, in eodem loco suffosus a domino, exspiravit. Post aliquot etiam annos alter in charia tributa et divisa presulatus servans, affrictus, et in ignem projecti, quae igne complusa est. Elevato autem corporis extremitate, — *i* In tractatu de *Elevatione hoc quasi a S. Eleutherio* reuelatur, addebetur, quae licet una omnia fidem merentur, tamen representare volumus. Ab ipso autem die, in qua ejus rapta est historia, miracula quo singulis diebus faciebat cessaverunt. De captiuitate autem sollicitos vos esse vole. Vita ab illis die, in qua depositus sum, scripta est. Capitulo autem manu divina scripsa sunt: et hoc spacio divisa sunt, in ecclesia decreta mens possit comprehendere humana. Posquam autem quod apud eos perficerat inventum est, memorialis pater vester, misericordia interpretetur, et sic operando desideri usque in secula seculorum. Elevatus autem corporis mei a Blandiano in ecclesia B. Mariae facta est in kalendis Aprilis. Gratias autem ago ei Deo immortalis et uobis, fratres carissimi, qui festum depositionis meae condigne celebratis: ut et istud de elevatione corporis mei similiiter celebretis. In nec filii boni, honoris patrem derelinquant, ne honor pater filios orphanos de praeservatis corporis sui mortuis faciat. Illud autem festum, quod in Iulianis Martini celebratur, nequic sci, neque noxi, neque in eiusdem Kalendis quece uires vestras exaudiuntur. Ille ad utilitatem vestram, non ad gloriam meam revelavi: non ut gloria mea amplietur, sed ut tristitia cordis vestri in gaudium converteretur. Filius autem honoris, B. Mariae semper Virgine, et B. Nicasio Pontifice et B. Pio Apostoli vestro et M. Nire, et brauissimo Eleutherio Presule et Confessore Christi, et reliqui Sanctis, qui in ecclesia ipsius Virginis continuenter, cooperantibus, eruerunt vos a malis et in eis mandatis perseveraverunt, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.**

CAPUT VII.

Miracula post elevationem corporis S. Eleutherii facta.

Anno autem secundo post hanc in ecclesia B. Petri Apostoli, in qua corpus B. Eleutherii a populo frequentabatur, a Deo miracula, que sequuntur, per merita ejusdem Presulnis facta sunt. Libertinus Tornacensis Tribunus quemadmodum morti deputatum cum populo ad supplicium trahebat. Interea quidam Presbyter nomine b Feriolus a Vienna Tornacum venerat peregrinus. Qui cum Tribunum rogaret, ut misericordiam homini condemnato impenderet, ille, ut erat magna feritatis, gravira accensus, ait suis: Ite, et arripite hunc sacrificium. Sacerdotem, et vincitum catenam ducite ad patibulum. Tunc ille iniuste duris compedibus ligatus, dum ante Blandiensem ecclesiam præteriret, populo memoriam Martyris, seu Confessoris frequentante, omnique Clero in laudibus Dei perseverante, exclamans cum gemitu ait: O sancte Presul Dei Eleutheri, qui cœlestium bonorum particeps fieri meruisti, per orbem Martyr gloriose, meritusque Confessor egregie, qui dum vierves, mira sanctitatis existens Virgo permansisti; si vera sunt, que de tuis gloriis meritis audivi, audi mitis immitem, subveni benignus oppresso, et duris compedibus injuste ligato. His dictis, de manibus sequentium elapsus, ad ecclesiam confugit. Cumque ante sepulchrum advenisset, repente disrupta sunt vincula, catena quoque utrumque divisa est.

39 Illum autem milites dum fractis compedibus liberum adstare consiperent, furore accensi catenam collo ejus iterum injecerunt pedesque validis compedibus ligaverunt, ab ecclesia volentes unanimiter

ejicere, deinde patibulo crucis affigere. Presbyter D autem Feriolus supplex ac tremens ad sepulchrum oculis elevatis ait: O gloriose Dei Pontifex Eleutheri, tuam iterum invoco elementiam, ne despicias humilem servi tui orationem. Per te enim Jesus Christus filius Dei Blandam filium Tribuni de morte ad vitam reduxit, et Tornacensem populum cum patre Virgiis ad fidem convertit: tu filium mulieris vidua resuscitasti et mutis arcana d benignas linguae reserasti. Ad hanc vocem repente catena confracta prosiluit, et Tribunum in media facie percussit; qui cadens in terram semianinis factus ad urbem cum magno clamore populi delatus est. Omnes inde exterriti, et ante sepulchrum provoluti, veniam peccatorum fideliter precubantur. In ipsa autem die Libertinus exspiravit.

40 Tunc uxor ejus, ead memoriam Martyris Eleutherii eum extinctum afferri præcepit. Dum autem omnes flerent, et misericordiam Martyris implorarent, magna claritas de cœlo adveniens circumfusit, et vox audita est dicens: Orate Presbyterum, ut roget Dominum nostrum Jesum pro Libertino. Tunc omnes obstupefacti (vocabi enim inaudientes, neminem autem videntes) orabant, ut cum ipsis imploraret misericordiam Confessoris. Quod ita factum est. Et oratione finita, reliquias Presulnis accepit, et super mortuum iniecit. Mira res. Post undecimam enim horam vivus surrexit, et collamphat magnalia sui conditoris. Ipse etiam nobis solebat referre, qualiter diabolus et angelus ejus in occensus anime ejus advenisset, sed Angelus Domini Michael cum B. Eleutherio a dextra parte advenisset, et animam in corpore reverti præcepisset. Præterea nobis referbat, qualiter omnis notitia S. Eleutherii destruerebatur: sed in novissimis temporibus per eundem Praesul certificaretur, qui poster felicem, ut nobis relatum est, agens vitam in pace obliormivit, et in ecclesia B. Mariae Virginis cum Censorino Cesare Tribuno Scandiniensi requiescit. / Catena quoque in testimonium miraculi Viennæ est delata.

41 g Hoc etiam silentum non arbitror, quod ab Episcopo Tornacensi Heidilone mihi relatum est. Quodam mulier caeca et muta in die depositionis ejus ante altare adducta obdormivit. Sed ecce cum beatis Martyribus Christi h Nicasio et Pio et beatis Confessoribus Christi i Amando et k Eligio, B. Eleutherius ei apparuit, et eam excitavit, dicens: Quid mali patris, filia? Ego pro te divinam impretravi clementiam. His dictis, oculis ejus signum Crucis impressit, et quasi baculum igneum ori ejus iniecit: deinde cum Sanetis ab illa evanuit. Illa autem gavisa oculos aperuit, et circumstantes influens ait: Vere F Presul Dei es Eleutheri, qui Martyr cum Martyribus Nicasio et Pio mihi apparuit. Merito honorandus es vir Dei Eleutheri, qui Confessor cum Confessoribus Dei Amando et Eligio mihi te manifestasti: sed illa clamante, utriusque sexus, virorum videlicet et mulierum, multitudo accurrit, illaque omnia que videbat illis manifestavit.

- S. Eustathius Patriarcha Antiochenus sub Constantio Imperatore Arvano in exilium pulsus, et Trajanopoli in Thracia mortuus, cultur a Grecis hoc die, ut ex Menologio, Menonis, et Maximo Cytherao patet: iterumque vi Junii. In MS. Martyrologio Capitico hoc die ponitur Astanios Patriarcha Antiochenus tempore Constantini Magni: is idem Eustathius est, quem Latinae celebrant xxi Julii.
- S. Symmachus Papa memorantur hoc die in Grecis Auctario ad Usuardum Manuolyte, Galesium, Wittfordi, Canisii Martyrologiis, et Kalendario quoniam Breviarium Eborense anno 1318 excuso praefatum: colitur xxix Julii.
- S. Felicis Presbyteri et Martiris corpus Salerni in Italia asservari, et anniversaria celebitate coli xxi Februario, tradit Baronius in Notis, ad xxvii Augusti liti. E. Verum, ut infra ostendemus, cum de S. Felice Administratio agetur, est is S. Felix socius S. Admeti, culturisque xxx Augstii.
- S. Hilarius, sive Hilarius, Papi, hoc die adscriptus Phoenicis SS. et Manuolyte, Galesina, Canisii Martyrologiis, variisque Kalendaris, et Grecis ad Usuardum Auctario, ubi mendose Martyr indigetur. De eo uenimus x Sept.
- S. Chonialdum, nomine S. Rupertii Episcopi, de quo agemus xxvi Martii, scribit David Camerarius hoc die coli solere in Scotia, acc. ullum uinctorem allegat, Colitur Salisburgi cum S. Gisilario xxiv Septemb. S. Fintanus Corach Abbas et Episcopus Cluain fertensis memoratur hoc die a Colgano ex Fastis Hibernicis, in quibus etiam referuntur Cronanus Killbeggiae, et Culmanus in Ardbo in Ultonia, quos haec unitut Colgannus, sicut Colmanum hoc die coli scripterit ad xviii Februarii, ut supra dictum. Vel non sat memor antea scriptorum hic fuit, vel Fastos illos non tanti fecit, ut sequi in omnibus vellet. Adduxit quoque, nuna forsitan Fintanus hic successor sed S. Fintani Presbyteri et primi Abbatis de Cluain-Ednech, Fintanus Moeldubh dicitur, ut in illius Vita xvii Februarii anni. 26 indicatur, quem Moeldubum Fintannum idem Colgannus coli tradit, quando forsitan certiora proferet monumenta, xx Octobr.
- S. Ambrosii ope fertur Luchinus Ficecomes, Mediolanum copiarum ductor ab Azone patre suo constitutus, victoriam insigcum anno 300CCXXIX xxii Februarii, die Dominica, de Leodrisio Ficeconitate Amoris patruo retulisse: eusque rei anniversaria ad posteros consecrata memoria. Corius scribit, dici ipsam sanctum. Institutum ab omnius conspectum scutica hostes credentem: idque Luchinum ei victoram acceptam tulisse, et iacta in loco Parabiaco dicto templi fundamenta, quod S. Ambrosii de victoria nuncupatum, decretumque ut quotannis eo celebris suppeditatio diceretur, non sine publicis donatis. Bossius solum aut, cum inita pugna maxima utrumque strages ederetur, Luchinum ad religionem conversum, Divum Ambrosium urbis Praesidem suppliciter implorasse... Vix finita prece, velut exaudita orationem sensisset, cohortatum ad audiendum militem, pugnam instaurasse: milites seu numine imbutos, seu cohortatione Duxis animatos, tanto in hostem impetu illatos, ut sustineri nequiverit etc. Ac sublat: Ex eo tempore religiosa civitas hand immemor meritorum, Divum Ambrosium cum flagello depictum in aeternam rei memoriam habere voluit. Molanus in Auctario ad Usuardum ex proprio Ecclesiastico Martyrologio (Mediolanensis, opim) istu habet: Mediolani festum S. Ambrosii, pro victoria ipso invocato adepta ad Parabiacum anni 300CCXXVIII. Ubi Cyclum supervis temporis sequitur Molanus, nam et illo anno ponit Bossius, iustum anni a Paschite repetendo. Sed si Dominica fuit xxi Februario, ergo et littera Dominicalis C, qua ad annum sequentem pertinet. Galesinus sic scribat hoc ipsa die: Mediolani apparitione S. Ambrosii ad vicum Parabiacum. Fatetur in Notationibus, olim celebrata eam solennitatem nomine Victoriae, celesti auxilio parte: sed cum in breviario Ambrosium recognitione versaretur..., de aliorum, qui aderant, consilio, appellari potius censuisse. Apparitionis nomine. De hac ususque victoria eisdem Divi interventu relatibus agere licet ut illius festum vii Decembris.
- S. Uesciuinus monachus hic recessetur in Menologio Benedictino Gabrielis Bucelmi, forsitan quia S. Germanum Abbatum Grandis-ruthis et Martigris, qui hoc die colitur, in Luxoviensi ciuiobus collega. Verum ejus celebritas agitur xxii Dec.

DE S. FELICE EPISCOPO III METENSI IN BELGICA I,

Commentarius historicus.

I. n.

CIR. 4 AN. C.
11. FEBR.

S. Felicis no-
men aureo-
pano ab Au-
gusto exata-
tum,

inscriptio
Bartogatius
21 feb.

Qertrus Mediomaticum civitati in Belgia pri-
ma Intistes S. Felix fuit, cuius mentio est
XVII Januarii in S. Deicoli Abbatis Vita ante
annos fere 1000 scripta: ubi cap. 3 num. 3
ista leguntur: Juxta ordinem situum Metensem opu-
lentissimam urbem video non mediocriter decusa-
tum, cui intantum Divinitas consulere dignata, ut om-
nium Apostolorum suorum vocabula aureis ibi apie-
bus rutilent, Angelica sine dubio manu exaratis.
Promerunt autem felix ipsa primores Patres istos,
Clementem, Felicem, Auctorem, Coelestem, Adel-
phum, Arnulfum; exceptis quos Dominus solus no-
vit remunerandos. Primus fuit S. Clemens, Apostoli
Petri, ut creditur, discipulus, qui XXII Novembris, quo
et S. Clemens i Papa, colitur, Secundus S. Coelestis,
sive Coelestius, XIV Octobris. Tertius deinde S. Felix.

B 2 Huius ad XXI Februario consignata est in pluri-
mis Martyrologiis excusis manuque exaratis memoria.
Metense, a Menrissio citatum, ita habet: Metis depo-
sitio S. Felicis Ep. et Conf. Romanum: Metis S.
Felicis Episc. MS. monasterii S. Martini Treviri:
Mettis Felicis Conf. Hermanni Greven Carthusia-
nus et Joannes Molanus in Acturam ad Usuarium,
aliquid Martyrologium Coloniæ anno 1490 editum, et
MSS. plurimi: Metis civitate natalis S. Febeis
Ep. et Conf. qui sedit annos XLII, et menses VI.
Idem habet MS. Florarium, sed sex illos menses
omittit, additique anno CXXVIII obiisse. Galesinus, ex
Calendario Metensi, ut id: Metis S. Felicis Ep. et
Conf. qui annis XL et mensibus VI cum Ecclesiis
Metensem ad Dei voluntatem vigilanter administra-
set, sanctorum vigiliarum, Episcopatuumque virtutum,
ac divinarum rerum, quas religiose gessit,
laude florens, quievit in Domino. Eadem, sed brevius
aliquanto, prædictæ de eo Canisius. Meminit quoque
illius Maurolycus. Prolixus longe eloquum contentus in
Martyrol. Gallicano Sanssuis, et S. Dionysio Areo-
pagitæ adjutorum fuisse att, rique superstitem, multas
persecutiones superasse, atque annis supra XL illum
Ecclesiam gubernasse. Ac deum addit, ejus calen-
darie dicatam paulle post basilicam fuisse,
in qua Divina majestatis mirabilia claruerunt. Qua-
rum nobis vel certo exploratum: neque eur eum iterum
Sanssuis idem XXV Junnari collocet.

C 3 Annis XLII Episcopi munus gessisse asseritur in

monumentis archivis Metensiæ, ut Menrissius testatur,
qui tamen non usquequoque assentiri audet. Nulli no-
bis suppetunt, quibus utamur, solidi characteres. Unus
eorum Antistitutum fuit Felicis, de quibus Paulus Dia-
nus in libro de Episcopis Metensibus scribit, eorum
studij certum esse crevisse Dei Ecclesiam, quam-
vis eorum nobis specialiter occulta sint gesta. Suc-
cessor illi a S. Jounne Evangelisto missus dicitur S.
Patiens, ut in ejus Vita retulimus VIII Februario; in
qua num. 3 ita cum alloquitur S. Joannes, postquam
e Patmo ad Asiae Ecclesias regreditur. Carissime, in
Spiritu revelatum est mihi, quod Clemens quondam
Patricius Urbis, atque sui successores, qui a Cou-
postolo meo Petro ad primam Galliarum Belgicæ
in civitate Metensi sunt directi, duobus defunctis,
qui superest, ex nostris sibi præstolatur successo-
ren, secundum revelationem. Quia de revelatione
postea iterum agat. Menrissius ex usdem archivis Ec-
clesia Metensis scribit S. Clementem haec post mar-
tyrum S. Petri Apostoli obusse, id est, anno Era
vulgaris LXIX, tertii ipsius LXIX ponat: secunde deinde S.
Coelestium annos XV; ad annum ergo secundum nos-
trum valendum LXIX. Si XIIT Felicis adjiciatur,
effirmentur CXXVI, quem fere numerum anctue Florarii
expressit. Qui ergo potuit ei successor mitti S. Patiens
cum ipse Joannes sexagesimo octavo post passionem
Dominum anno mortuus sit, ut S. Hieronymus libro de
scriptoribus Ecclesiasticis cap. 9 tractat, id est in anno
Christi? Sed cum Vita illa S. Patientis post unum
col scripta sit, nec ullus temporum notas præferat, nihil
de veteris illius Episcopis solidè statuere possumus.
Estidimus illius partem, quam solam nocti tunc eramus.
Reliquum postea ex codice Serenissimæ Regiar. Suecæ
descriptissimus, ubi mentio fit S. Leonis IX Pape, qui
anno CXXLIX ad pontificatum erexitur est.

A Quam ait Saussorus, S. Felicis nominis dicatum
postea busitem fuisse, ea forsitan est, quam Menrissius
pug. 14 S. Felicis Presbyteri Nolani honori positum
scribit, ac deinde S. Clementus dictum. Ille tamen
arcu att extare variis Divorum exuvias referat, tater
quos est brachium unum hujus S. Felicis Episcopi
Metensiæ: fuisse corpus ejus in crypta uul specie S.
Clementis tumulatum, justo S. Coelestium; sed postea
ab S. Henrico Imperatore in Saxoniam translatum

F

G. 10.

DE S. ANTHIMO EPISCOPO INTERAMNATE ET SPOLETINO IN UMBRIA,

Commentarius
historicus.

G. 10.

CIRCA 4 AN. C.
11. FEBR.

Interamna S.
Anthimus
Urbis conditor
21 Februario

Interamna urbs Umbrix Episcopalis vario mense
Februario inquinibus Sanctos celebrat, ac die
quidem XIV S. Valentini Episcopum, a quo ad
pietatem instituta S. Agape colitur postrisce, seu
XV Februario: at qui adjunguntur passim seu S. Val-
entino, sive S. Agape plures Martires, duobus sequentibus diebus ibidem venerationem in officio Ecclesi-
astico habent, uti singulis hunc diebus dicitur. S. Val-
entini successor habetur S. Anthimus, quem Fer-
rariorum, securis monumenta Ecclesia Interamnensis,
refert in Catalogo generali ad XXI Februario his verbis:
Interamna S. Anthimi Episcopi, annotaque floruisse
sub Pio I Pontifice, qui sedit ab anno CLV, ad an-
num CLXV, quo est martyrum affectus, die XI Julii.

Eundem S. Anthimum colit XXI Fulgari translatum An-
gelorum in Vitis Sanctorum Interamnensium Italico
sermone, cum Historia ejusdem urbis editis.

2 Ughellus tomo IV Italico sacra in Episcopatu Interamnensi, secundum ejus Sedis Episcopum collatam
S. Anthimum, et ista narrat: S. Anthimus Interamnensis primus Episcopus, mox Spoletianum rexit
Ecclesiam. Ejus prolestant dies XXI mensis Februario
concelebatur. S. Petri tempore extra moenia Inter-
ramna erexit, ubi Cathedrales Sedes Epi corporum
eminaret, quod postea profanatum fuit. Ejus men-
tio celebris habetur in Vita S. Concordii. Hic per
totum Umbriam Christi Domini Evangelium divulgavit,
et præcipue Fulginii. Idem Ughellus in Epi-
copatu

S. Petri te-
pum erat

A copatu Spoleto cumdem S. Authimum Episcopum
Sectore g. b.
per Umbriam
prædictam.
Sedem Spole-
tina regit :

eficio Eccl-
esiastico col-
latur :

doctrina et
pietate excel-
lit :

oratoria eri-
git :

B S. Concordium
Martyrem pro
tempore libe-
rat :

o. n.

S. MARCIANO
INVEN.
xxi FEBR.
Theodoretus
S. Maurici
memoriæ ante
præceptio
Martyris,

quorum corpo-
ra in venera-
tione sunt,

aut etiam le-
nues reliquie :

A copatu Spoleto cumdem S. Authimum Episcopum Interannensem aut hanc etiam Sedem moderatum fuisse, et in vetustissimis Kalendariis ejus memoria eum Martyris titulo reperiri adscriptam, plures sub ejus nomine Ecclesias et imagines Spoleti et Interannæ reperiuntur, ejusque memoriam in lucem revocasse Laurentium Castricum Episcopum Spoletinum, officiu[m]que, eo petente, a sancta Sede Apostolica concessum fuisse anno CCXXXVIII. Additique ejus Acta a Spoletilna Ecclesia brevi hoc elogio perstrieta :

B S. Anthimus nobili genere ortus, sub gravissima Christi fidelium tempestate, Imperatore Marco Aurelio, primo Interannensem, deinde Spoletinum rexit Ecclesiam, qui cum dexteritate morum ac doctrinae gravitate, sanctitatis vitam aequa conjugaret, mirum in modum populorum calamitates solabatur. Hic quidem in occulta verbi Dei prædicatione, fidelium institutione, atque in Ecclesiis cultu ampliando, sdeque propaganda non posteriores partes ferebat, quandoquidem sua industria ac sumptu plura oratoria, non Spoleti modo, sed etiam Interannæ, dum eam regebat Ecclesiam, alia restituit, alia de novo erexit : in illis Clericos dignis moribus reportos Divino cultui mancipando, Hygini Romani Pontificis, cuius tempore floruit, vestigia secutus, qui primus formam Clerico asseritur imposuisse. Ita apud Torquatum Umbrie Præsidem amicitiæ valuit, ut Concordium Romanorum citem primarium, quem ille Spoleti in vineula pro Christo conjecterat, liberalium apud se multo tempore retinere impetrarit. Cumque virum plane Apostolienni, vita ac morum integritate eximium, compresisset, sacrisque ante a Pio Papa initiatum presbyteratus honore cumulavit. Hie tandem præclarus Autistes multis virtutum præconis cum omnibus diu præfuisset, pluribusque

pro Christo laboribus egregie perfunctus, quinto Idus Maii feliciter in Domino obdormivit circa annum Domini centesimum septuagesimum sextum, cui fideles tantorum meritorum memores tum Spoleti tum Interannæ plures Ecclesias, quæ ad haec usque tempora supersunt, sub S. Anthimi nomine exerunt. *Hæc ibi : quæ eadem habet in ejus Vita Angelonius.*

C Acta supra nominati S. Concordii Presbyteri Martyris dedimus Kalendis Januarii : in his dicuntur Torquatus Comes Thuscus in gravissima persecutione Antonini Imperatoris habitasse in civitate Spoleto, missis et accersivisse ad se S. Concordium, quem post varias de Christo propositas questiones jussit fustibus mactari, et in custodiā publicam recludi. Tunc, ut resurferit num. 3, venit nocte ad eum B. Euthyches cum S. Anthimo Episcopo, et quia Anthimus amicus erat Comitis, rogavit Torquatum Comitem, ut eum sibi concederet paucis diebus. Et permisit eum B. Anthimo, et habitarerunt simul multis diebus. Tempore autem opportuno consecravit eum Presbyterum, et cœperunt orationibus vacare. Post aliquantum vero temporis misit Comes, et tulit eum.

D S. Concordium Presbyterum consecrat :

E Jacobillus in Vitis Sanctorum Umbrie celebat S. Anthimum xi Maii, quo die aliquam corporis translationem arbitratur peractam fuisse, et mortuum tradit die xxi Februarii circa annum CLXXVI, qui annus in elogio citato exprimitur, non dies xxi Februarii, sed xi Maii, quo etiam die alter S. Anthimus colitur, sed Presbyter, et Roma sub Diocletiano Martyr effectus. Quem martyrum titulum ab hoc Presbytero ad S. Anthimum Episcopum perperam a Spoletinis olim delatum fuisse asserit Jacobillus, quod idem de xi die Maii est forsitan dicendum. Denum addit, ut præcipuum Patronum a populo Stronconensi coli, epusque patrocinium contra grauidinem aliasque tempestates invocari.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

MAURICIO, PHOTINO EJUS FILIO, THEODORO, PHILIPPO ET ALIB. LXVII MILITIBUS, APAMEÆ IN SYRIA II,

Commentarius priuus.

autem Martyres non deos facimus, sed tamquam Dei testes servosque amantissimos honoramus, qui tanto amore Creatorem Servatoremq[ue] prosecuti sunt, ut mortem illius causa susceptam optabilem duxerint, snaque ipsi corpora pro eo tradiderunt, qui corpus suum pro nobis cruci tradidit.... Hi sunt vere hominum duces et propugnatores et auxiliatores, malorumque depulsores, damna que a dæmonibus infliguntur, procul arcentes.

F 2 Victorum Martyrum templo clara et conspicua cernuntur, magnitudineque præstantia et omni ornatus genere illustria, et pulchritudinis splendorem late fundentia. Neque ad haec nos semel bisve aut sexies quotannis accedimus, sed frequentes conventus celebramus : sepe etiam diebus singulis horum Dominino lundes decantamus, et qui integra sunt valutidie, hanc sibi conservari, qui autem morbo propinquum conflectantur, hunc depelli petunt. Petunt et liberos qui carent, et que steriles sunt rogant ut matres fiant : qui donum adepti sunt, salvum id sibi servari postulant. Qui peregrinationem aliquam auspicant, ab his petunt, ut via sibi comites sint ducesque itineris : qui sospites redierunt, non illos admittentes ut Deos, sed tamquam divinos homines eos orantes, intercessoresque sibi ut esse velint postulantes. Quod vero votorum compotes fiant, qui fideliter petunt, padam testantur illorum donaria, eurationem indicantia. Alii enim oculorum, aliū pedum, aliū

q[ui]bus illu-
stribus templis

in tisque ad
impetratrum
eorum patro-
rium

doloris obsec-

G S. antissimorum horum militum Duxis Maurici meminit Theodoreus Episcopus Cyri sermone viii de Grecarum affectionum curature, sive Evangelicae veritatis ex Gentilium philosophia cognitione : in cuius operis prologo asserit Graecorum Gentilium fabuli addictos dicere, ridiculum esse, quod honore Martyres prosequantur, et insignis stultitia, quod viventes ab iis, qui vita sancti sunt, ullum sibi commodium comparare contendant, propterea in actuaria disputatione seu sermone inquit, se illum objectiones proferre, qui nos acentant, quod honore Martyres prosequantur, simulque desensionem comprehendit : in qua vario tormentorum generibus propositis, addit immortalem illis Martyribus gloriam collatam, memoriamque nullo tempore effundam. Ac generosa, inquit, arsne triumphantorum columnum nunc obambulant et Angelorum chorus intersunt : rorim vero corpora non singula cuiusque condunt monumenta, sed urbes et vici hæc inter se partiti, animarum illos servatores corporumque medicos appellant, veneranturque tamquam urbium praesides atque custodes, et horum apud Deum universorum interventu divina per eos munera consequuntur. Sectis eorum corporibus integra et indivisa gratia perseverat : et tenues illæ ac tantillæ reliquiae integro nullasque in partes disseco Martyri parens habent virtutem. Quo enim uidat gratia, dona distribuit, et fide supplicantium liberalitatem metitur... Illos

aut etiam le-

nues reliquie :

A ali manuum simulacula suspendunt, ex argento auroque confecta. Accipit enim horum Dominus etiam parva, pretiique exigui, pro ferentis facultate donum metiens. Haec autem morborum depulsionem indicant, cui testandae ab iis posita sunt, qui sanitatem repererunt. Quin et nascentibus filiis Martyrum vocabula imponere student, securitatem inde ipsis tutelamque comparantes.... Demum festis deorum abolitis, nunc Petri et Pauli et Thomae et Sergii et Marcelli et Leontii et Panteleimonis et Antonini et Mauricii aliorumque Martyrum solemnitates peraguntur, et modestae celebrantur festivitates, divina cautia, sacrorumque sermonum auditionem, et preces ornatae laudabilibus lacrymis exhibentes.

3 Hactenus excerpta ex sermone Theodoreti de Martyribus : quæ ad S. Mauricium ejusque socios Martyres pertinere vel ideo magis arbitramur, quod hi gloriosum suum certamen inter maiores astatis calores peregerint, et tamen alios festos dies nacti sint, seu **xxi Februarii**, seu **xxv Decembris**, ut max constabit : forsitan quod reliquæ illis diebus translate sint, aut templo ad illorum honorem dicata. Nam agere Theodoretum de S. Mauricio Apameensi et gentili suo, adjuncti supra eum satis indicant: ex his in eadem Maximiani persecuzione passi sunt, Antoninus cum sociis Cæsareæ in

commemoratio
27 Decemb.

B **Palestina** idibus **Novembris**, Pantaleon seu Pantelemon martyris Nicomediae **xxvi Julii**, Sergius **vii Octobris** in provincia Euphratesia, in qua et **Sergiopolis** ab hujus nomine dicta est, et Cyrus urbs Theodoretum Episcopum habuit. Passus etiam, sed serius, in eadem Apamea est **xiv Augusti** Marcellus Episcopus, ejus nonnulla gesta idem Theodoretus narrat lib. I **Histor. Eccl. cap. 19.** at Leontium supra relatum, esse militem Tripoli in Syria passum **xviii Junii** observat in Notis Martyrologii Baronius, qui **xxii Septembris**, quo die S. Mauricium Agaunensis et Dux Thebæorum militum colitur, satetur se aliquo non invitum adhaesisse sententia illorum, qui utrumque Mauritium, pro uno eodemque Martyre censuerunt. Verum ob auctoritatem Theodoreti se coactum ab illa opinione recedere, neque verisimile videri, hunc in tam parvo Martyrum numero pretermisso innumeros fere perillustres in Syria passos, et extemos tam longe positos in exemplum adducere voluisse.

E Mortui mense
Panem, id est
Julio,

4 Vitam S. Mauriti Apameensis et septuaginta sociorum Græcam ex MS. codice per uniuersum sumus eleganter atque accurate scriptam : quam nonnullis hinc inde immutatis suo operi de *Fitis Sanctorum* inseruit Metaphrastes, ac Latinam a Gentiano Herveto redditam edidit Lipomanus ad **xxi Februarii, et **Surius** mense **Julii**; cum que et nos hanc Græcam Vitam contulimus. Titulus in **MS.** præfigitur ejusmodi : Λ'Οργαστος τοῦ ἡγεμόνος Μαυρικίου τοῖς τῶν ἰδούσιον παθητῶν ἁγίοις. Quæ apud Lipomanum ita Latina leguntur. Martyrium sancti et glorioli Martyris Christi Mauricii et septuaginta militum, qui erant etiam ejus discipuli.**

an. 111

5 Graci principio eos cultu reverantur **xxi Februarii**, et hoc elogio excellentiora eorum gesta attingunt : Eodem die memoria sancti Martyris Mauriti et sociorum septuaginta Martyrum. Vixerunt hūi imperante Maximiano, apud quem, dum urbem Apameam transiret, delatisunt, quod Christiani essent. Adducti ergo ad eum, Christianos se professi sunt : mox zonis militibus privantur, ac carcere includuntur : et post triduum ad tribunal citati examinantur. Cum autem in fide constantes persistenter, graviter casi, in ignem projiciuntur : deinde in equuleo suspenduntur, ac ferro latera eorum raduntur. Cum autem Maximianus S. Mauricium gravius vellet affligere, jubet Photinum ejus filium capite plecti. Postquam vero vidit eos immatos in suscepta fide conservanda, neque imperata facere, misit eos in nemorosum locum

unde adscripti
18 Julii.
F

Februarii T. III.

inter duo flumina et lacum situm, ac vespis, muscis, culicibusque variis refertum. Carnifices ergo cum ad silvam pervenissent, eos vestibus nudatos, ac vinculis constrictos palis alligarent, et melle circum circa unixerunt : ad quam poenam infligendam erat illa anni tempestas maxime opportuna. Corpus etiam S. Pbotini coram oculis patris sui Mauricii jaculis confixerunt, atque ita abiverunt. Sed beati illi ac generosi athletæ deceū diebus et noctibus intolerabilius afflicti cruciatus et tormentis perdurarunt, sed tandem inter preces ad Deum fusas finem vivendi fecerunt.

6 Hac Graci in magnis Menais ad **xxi Februarii**, ad quem diem eadem leguntur apud Maximum Cytheræcum ē βασιλέων. Metaphrastes etiam, ut diximus, Acta horum Martyrum ad eundem **xxi Februarii** retulit, ut apud Lipomanum licet videre. Alter dies eorum venerationi consecratus est **xxv Decembris**, ut liquet ex Menologio a Canisio edito, in quo hoc leguntur : Eodem die commemoratione sancti Martyris Mauricii et septuaginta sociorum, qui sub Maximiano Imperatore apud urbem Apameensem passi sunt. Eodem die in magnis Menais et apud Maximum Cytheræcum elegium supra relatum repetitur, sed valde contractum.

7 De tempore autem anni, quo martyrum passi sunt, hæc num. **18** in *Actus* leguntur : Οὐ πέντε εὐτροποὶ καὶ σωτῆρες, Πάντερες γέροντες τρινακτά καθίστανται. Est hoc quidem tempus maximi vestus, erat enim tunc mensis Panemus, de quo aliisque mensibus Orientalium varii scripserunt, ac post Scaligerum aliquo accurate Petavinius noster lib. I de *Ductrina temporum*, qui cap. 29 menses Græcos seu Syromacedonicos tradit, quos arbitratur fixos a Julianorum Calendis exordium sumposse, ac Panemus apud Syros, quod hic querimus, mensi Julio Romanorum respondisse. Quo mense ad diem **xxvi** in Menais inter alios Santos nominatur Mauricius. Sed difficile sciunt est, de quo ea verba sint accipienda : Eodem die commemoratione sancti Patris nostri Symeonis Stylitæ, Presbyteri et Archimandritæ, et S. Ignati Tzeroneti, et Encaenia Archangeli Gabrielis trans fretum in Chaldis, et S. Joannis Palæolauritæ, et S. Mauricii, et SS. Appionis et Hierusalem. **Hoc ibi.** Colitur Jovannes Palæolauritæ in eisdem Menais **xx Aprilis**, et ubique elogia exornatur. An simili modo Mauricii Apameensis diri untalis uliae solennitas indicetur, ex nudo nomine non liquet.

8 Laurentius Surius, quam repererat martyrii S. Mauricii et sociorum historiam a Lipomanu ad **xxi Februarii**, rejectit in Julium, ac tum post relatō ad **xxvii diem Iulias** S. Philostrii Episcopi Brixensis, et S. Friderici Episcopi Ultrajectini, apposuit Acta S. Mauricii et sociorum cum hac nota marginali : Passi sunt hi Martyres mense Julio, sed incertum quo die. In tertia editione retenta eadem sunt verba, sed adiectus **xvii Julii** : quo die Galesinus ex **MS.** inquit, et Metaphraste, ut est apud Surium, adscriptis suo *Martyrologio his verbis* : Apameæ sanctorum Martyrum Mauricii et septuaginta militum : qui, Maximiano Imperatore, per varia diversaque cruciamentorum stigmata, noble martyrium obierunt, præclaris datis religionis Christianæ testimoniis. Eisdem refert Ferrarius in *Catalogo generali*, allegata Galesini auctoritate.

VITA EX MS. GRÆCO,

collata cum Metaphraste.

CAPUT I.

Iter Maximiani Imperatoris in Syriam. Horum Martyrum captivitas. S. Mauricium cum Imperatore disceptatio.

Ubi Martyrum memoria est, ibi solida in Deum pietas ostenditur, ac meus sapientiae amans Deo

31 conjungitur:

EX MS. GREGO.
Memoria Mart-
yrum utilis.

A conjungit: res etiam corporeae commeant ad haereditatem spiritalem, et pax acquiritur immobilis, quia animorum perturbationes frenantur, dum celestes spiritus et terrena corpora mutuo ferdere conciliantur. Quis enim eorum certamen mentis intuens oculis, non erit remotus carne et mundo, dum e sola in Deum pietate eorum carnem intelligit conciliatam? Non enim caro his concupiscit, neque pulvis terrae contra Dei imaginem rebellat, sed quicunque arbitratur quocunque deterius gubernari ab alio praestantiore, mentem comparat immotam ad colesternam metam.

2 Tale certamen aliquando proponitur septuaginta Martyribus, quorum pretiosum et Christi amantem sanguinem, Apameum excripiens metropolis, sanctum et Deo gratum emisit sacrificium, pro pretioso unguento totum corpus Christi, nempe sanctam Ecclesiam, eorum sanguine inungens. Maximianus enim in prius impius et iniquus Imperator, quamlibet, quatuorvis magna, crudelitate contendens superare, studebat ut omnes, qui subjecti erant ejus Imperio, offerrent execrandis et immundis demonibus: ut per eorum adorationem et deorum, uti falso nominabantur, falsam religionem, suo Imperio acquirerent prasidum et magnificientiam. Cum hoc ergo facere statuisset, ipse seipsum ad hoc sedulum et industrium constitutus ministrum. Nolebat enim, ut Imperatores qui eum precesserant, iubendo scribere ad locorum Praesides, ut idolorum cultus curam gererent: sed ipse impigne et diligenter oblihat orbem terrae, effectus velox minister altarium demonum, sperans infelix per suum adventum se efficieturum, ut, qui defecerant ab ejus superstitione, et aversecerant ad veritatem Christi cognitionem, transfigerent ad errorem suorum immundorum et execrandorum deorum.

3 Tali ergo unimo Romanum relinquens Maximianus impius tyranus, et per Orientis partes iter faciens, pervenit Apameam, que est metropolis secunda provincie Syrorum. Quo in loco idolorum sacerdotes ad eum accedentes, ac usulant Christianos, dicentes ei: O divinissimo Imperator, cum dii nolis dederint loquendi libertatem apud tuam pietatem, deferimus ad tuam invictam potentiam, quod inquisque eorum, qui sunt apud nos, cum timore et desiderio honorat maximos et patrios tuos deos, maxime autem Jovem patrem deorum, et Apollinem admirabilem, qui sunt aliis diis superiores, et imperium tuum valde conservant et tinentur. Mauricius autem et qui sunt cum eo septuaginta milites tuae potentiae, in altum elati honoribus tuis et immundis, et qui ditia et magnifica dona ex te percepunt, deos habent contemptum, et adversus magnum tuum et invictum imperium exercent tyramodem abducti errore Christianorum.

4 Haec ergo cum audisset tyranus Maximianus, animo valde fuit iratus, et præcordiis incensus, mente magis arsus, quam formax, præcipue cum acceptisset, tales in suo exercitu esse milites, die ergo assignato insigni, et loco invento apto ad populi spectaculum, in medio portarum septentrionalium metropolis Apameensium, qua dicitur Vicinia Hamaxien, jussit illuc parari iudicium et duci melytos Martyres. Cum in alto autem tribunali impius sedisset tyranus, concurrisset vero universa civitas et omnis aetas ad eos sportulos, adeo ut nec virgines quidem, que degant in thalibus, remanserint miseri habitantibus; duxerunt satellites septuaginta Christi milites.

5 Hos cum adspexisset Imperator, dixit eorum Duci: Nos sperabamus, o Maurici, quod nostris frumentis donis, et alimento gloriante imperatori, priusque honores et dignitates a nobis consentient, in-

sisteretis vestigiis nostre tranquillitatis, et eos, qui conarentur resilire a nostra ^b religione, diis grata, fortibus laetis et omne genus doctrinis converteretis ^{occuler objur-} ^{gantur.}

6 Dixit Mauricius: Imperator, que a nobis exerceatur tyramnis adversus deos, qui sunt nullo sensu

prælati, nobis a vero Deo validam acquirit victorian et coronam gloriae. Non enim aspernamur et nihil facimus Deum, qui nos fixit, ut stulta est tua traditio: sed glorificamus eum, qui est solus verus Deus, qui fecit cœlum et terram et mare et omnia quia in eis sunt. Daemones autem, qui hominibus affert extium, non couent deos vocare, o Imperator. Duxit Maximianus: Cum honorem a diis sis consecutus, et militiae primum locum sortitus, o Maurici, eis pulchram refers gratiam. Mauricius dixit: Numquam honorem accepi a diis vestris, neque volo eos honorare. Quis enim unquam ex hominibus, qui Dei habet cognitionem, sustinerit honorare materialis nullo sensu preditas? Sed quibus non est mens, quia rectis gubernatur rationibus, propterea quod jumentis comparati sunt insipientibus, et similes facti sint eis, ii lapides et ligna in deos referunt, mentemque eis tribunt, et honorant tanquam deos. Dixit Imperator Maximianus: Quoniam primas partes obtinuisti in ordinibus nostrae administrationis, o Maurici, id tibi magnam præbuit confidentiam, et effectus audaciorem: adeo ut splendide et ritra illam conturbationem respondeas nostru serenitati.

a Grace *Lettres à Paulozz, na derum num. 11 legitur. Gentianus Anacleto, et Amata habeat. — b Apud Hypomnem et Sursum legione, forte errore typographico. Græcæ Beatrips Operaria.*

CAPUT II.

Inquisitio fidei facta. SS. Theodori, Philippi, Photini, aliorumque responsum. Zona militaris ablufo.

Tunc iubet eo separato reliquos interrogari, et prius dicit Imperator: Quis vobis tantum fecit injuriam, o fratres, ut deficeretis a diis servatoribus; accedetis autem errori hominum, qui adorant hominem eruditissima tanquam unum hominem! Non enim sic vos erudimur, neque in tali doctrina educimur. Tunc Theodorus et Philippus, tanquam ex ore sanctorum septuaginta Martyrum, dixerunt: Nos, o tyranne Imperator Maximiane, tautum absimus ab errore, ut te quoque optemus liberari ab errore, a quo nos suimus liberati, unum et solum adorantes verum Deum, Patrem omnipotentem, et unigenitum ejus Filium Iesum Christum Dominum nostrum, qui est Dei virtus et Dei sapientia: et sanctissimum eipsi Spiritum, qui nobis inspiravit cognitionem et intelligentiam, ut a confiteamur quidem Trinitatem que est ejusdem essentie: ab omnibus autem immundam tuam religionem; et hanc quidem abjectiam periturae religionem; militiam vero militemus Deo, qui est Rex exercituum. Dixit Maximianus: Vide, o Philippe, te senectutem quidem habere reverendam, intelligentia autem militum viderem juventibus. Confuge ergo ad deos, et sis bonus consiliarius

*SS. Theodorus
et Philippus
explicant ut
terram SS.
Photini*

**ut 70 Apame-
enatum, posso-
rum sub Maxi-
miano,**

**B addicio cum
demonum:**

**apud quem
Apameam
protectum**

**C accusantur
Mauricius et
milites ejus 70.**

n

**coram tribu-
nali ejus sta-
tuntur.**

Math. 18. 8
A rius reliquis tuis militibus de diis adorandis, ut ma-jora dona et honores a nobis consequaris. Dixit S. Philippus : Ego non sum futurus malus consiliarius iis, qui sua sponte deducti sunt ad timorem veri Dei. Scriptum est enim : Vae ei, per quem malum venit.

*omnes cons-
tationes puden-
tia proficiuntur.*
8 Dixit Maximianus : Lenitas nostræ patientie te audaciorem efficit, Philippe. Nolite ergo in his insistere, ne justas ponas in vos irritatis, et evadatis exemplum nostræ indignationis, audientes nominare hominem, qui a vobis est relatus in deos. Respondentes vero sancti septuaginta Martyres, dixerunt tyranno : Vanæ et inanæ minæ, o Imperator, tua abominationis, virtutem nobis ex alto largiuntur. Non enim ingreditur aut inhabitat metus tormentorum in bona mente et stabili coru, qui diligunt Dominum. Tunc Maximianus Imperator, iussit auferri a sanctis septuaginta militibus habitum militis, et eis abscedi zonas, et adduci eos cum magna ignominia. Cumque huc magna celeritate effecissent satellites, dixit eis tyranus : Videte, quale volvis obtigerit dedecus propter vestram inobedientiam. Sancti dixerunt tyranno : Etiam si tu, ut existimas, nos exististi, sed est Deus noster in celis, quem colimus, qui nos induxit stola æternæ glorie, quam ipse non es dignus audire propter satanam patrem tuum, qui in te loquitur.

*honorem multi-
tatem contem-
nunt :*
9 Tunc valde iratus tyranus, dixit : O execrandi et indigni deorum benevolentia, vos vestram ignominiam vobis conciliasti. A nobis enim honore affici, maximos deos affectis contumelia, et nostram contemptissimam amicitudinem. Respondentes autem Sancti, dixerunt Tyranno : Haec militia tua, ut que nibil sit, præterit : et qui adest honor, est tibi dederus : quoniam ollitus es Dei, qui hanc tibi dedit potestatem. Inanima vero simulacra, quæ te nihil juvant, quod ea non cognoscant eum, qui ipsa honore afficit aut contumelia, in deos stolidæ refers. Dixit tyranus : Propter nostri imperii clementiam vobis parceus, et voleus vitam vobis esse salvam, adhuc vos patior, jussitque eos tres dies includi in carcere, ut caperent consilium, quod eis expediret.

*sancti man-
cipantur :*
*et inveni ex-
stant :*
10 Cum autem satellites implessemus jussum Imperatoris, et eos in custodia inclusissent cum collaribus, Sancti dixerunt inter se : Fratres, paremus omnes una eademque mente nostras animas ad orationem, et intensu ore remus Deum nostrum, ut det nobis sapientiam et cognitionem per sanctum suum Spiritum et injiciat in os nostrum, quid respondeamus : ut admiretur tyranus veritatem nostræ fidei. Et se ad precandum conferentes Sancti septuaginta, tamquam ex una anima dixerunt : Deus omnipotens, cuius potestas aeterna, et regnum non interit, mitte ad nos sanctissimum tuum Spiritum, ut in ipso exultemus et latemur, et vincamus erroris nequitias, et extollamus in vera tua fide per sanctum Spiritum, qui loquitur in nobis, secundum tuam veram promissionem et propter ablatum a nobis mundanam dignitatem efficiamus milites in sancta tua civitate, b in qua tecum venient omnes congregati in fide Christi tui, cum quo tibi Patri debetur gloria et potestus cum sancto et vivifico Spiritu in secula. Amen.

*et aurum
Dei implo-
rant :*
11 Complexis autem tribus diebus, praesidens rursus Maximianus, in eundem locum porta Hammoxa rursus concurrente universi civitate, accessit Sanctos. Hi vero accesserunt traxi a ministris, et stererunt ante impium. Hic autem minas temperans clementia, dixit eis : O viri, discite tandem quid vobis expediatur : et accidentes, dñs sacrificare, et vitam accipere, et non mortem acerbam. Dixerunt Sancti : De hoc bonum consilium cepimus, o Imperator : odio habere hanc vitam, quæ est ad tempus;

diligere vero mortem propositam, propter Christi desiderium. Per ipsum enim vitam æternam speramus lucifacere. Decetero ergo fac breviter, quod vis. Nos enim non negamus Deum nostrum, neque daemones tuos adoramus. Nam in condemnatione hujus mortis, quæ est ad tempus, liberarunt ab æterna condemnatione.

*EX MS. GREGORIO.
coram super-
tore mortem
propter Chris-
tum contem-
nunt :*
12 Hæc cum dixissent Sancti, videns tyranus in medio eorum adolescentem dixit ei : Quod est tibi nomen, et cuius es genere ? Dixit adolescent : Non minor quidem Photinus, a vera luce accepto nomine. Sum autem miles Christi, qui pudore astivit patrem tuum satanam. Et sum genere quidem Romannus, filius vero et carnalis et spiritalis Mauricij clarissimi. Ex eo enim ortus, et ab eo accepta Dei cognitione, in Christi fide sum educatus : quem tu negans, o Imperator, comparatus es jumentis insipientibus, et similis factus es illis. Dixit tyranus : Stultus es adolescent, et sunt tua verba ætate digna. At jam disce, quod tibi conductus : et accidentes, sacrificia maximo deo Jovi, et parce tua juventuti. Dixit adolescent : Propterea quod non facio, quod vis, neque sacrificio simulacris, dicas me stultum esse. Nam quod attinet quidem ad fidem Domini mei Jesu Christi, valde sapio.

E a Gentianus veritatem secunda persona, confiteoris, abomineris, abjicias, milities. Grace in infinitivo locutus, sed qui a prima persona plurali praecedente regitur : τὸ περὶ τοῦ πατέρου τῷ επικεφαλῆ ἡγεμόνων τοῖς στρατοῖς, βολογεῖν πάντα τριάδα, etc. — b L vii sequentium hujus numeri ista legitur apud Lipsianum : Et ascendebant in numerorum circulum cum omnibus Iouis Sanctis, qui ibi a seculo recte in ille placebunt quoniam tu es solus Deus et te decet gloria et potentia. Amen.

*S. Photinus a-
doliceus ge-
nerose nomen,
genus ac fidem
Christi profes-
tur.*

*S. Photinus a-
doliceus ge-
nerose nomen,
genus ac fidem
Christi profes-
tur.*

CAPUT III.

*Verberibus, igne, ferreis unguibus afflitti Mar-
tyres. S. Photinus capite plexus.*

*T*unc rursus dixit tyranus Sanctis : Quousque importunitatem vestram sustinemus, et tormenta diffiriens ex benignitate incomparabili ! Sacrifice ergo diis, ne in vos armatis justitiam. Dixerunt Sancti tyranno : Si quid ingenii habeas aut scientie minister immundorum dæmonum, didicisti a Photino nostras vires. Si enim ille, cum sit ætate juvenis, pudore affecti impiam tuam mente, et nullo sensu præditam, per sinceram suam fidem et Christi cognitionem, quanto magis nos contendemus tormenta omnia sustinere, ut pudore afflictamus patrem tuum diabolum, et placeamus Christo ? Tunc iratus tyranus, jussit Sanctos verberari crudis boum nervis : et coepérunt ministri eos cardere, donec carnes eorum disperserunt : et cum valde emauaret eorum sanguis, Sancti sursum adspicentes in colum clambant, Christo Deo supplicantes, ut eis vires adderet, et levaret eorum labores. Qui cum andisset intensam eorum precationem, ad eos accessit potestate, que non erat sub adspectu, et allevavit labores tormentorum, et corda eorum in caritate erga se confirmavit.

F 14 Cum defessi autem essent tortores, tyranus dixit Sanctis : Cognovistis, o audaces homines et temerarii, quam sit mihi facile vitam vestram perdere ? Sacrificate ergo diis, ne acerbiora tormenta sentiatis. Sancti vero respondentes, dixerunt tyranno : Hoc cognoscere, o impie et ahene a vero Deo mistri, quod quomodo tu Christi caritatem et ejus splendorem non sentis propter tenebras, quæ mente tuam operiunt ex errore dæmonum : ita neque nos tormenta tua sentimus, propterea quod mens nostra sit illuminata a fide et caritate Christi Dei nostri. Excogita ergo alias in nos novas machinas tormentorum. Sitit enim mens nostra, et desiderat quæ est ex Christo caritas, per tuam in nos sententiam contemplari Deum vivum et regnantis in secula.

*a Christo con-
firmantur :*
*expeditum alla
tormenta :*
15 Ilæcum cum audiisset tyranus et valde fuisset iratus,

*Sancti inci-
triam Impera-
toris arguant :*

*crudis boum
nervis .*

F
*a Christo con-
firmantur :*

*expeditum alla
tormenta :*

*Ex M. GR. ECO.
sponte sua ac-
cedunt ad
ignem*

manent illis:

A iratus, jubet accendi rogam maximum, et in eum projici Martires. Cum implessent vero satellites inhumanum ejusjussum, Sanctis sponte accesserunt ad rogam, se invicem adhortantes, ut ad ignem tamquam ad aquam accederent; neque ullam ducentes rationem carbonum exustiones, magno et constanti spiritu dixerunt tyranno: Nos, Maximiane, considerantes cæcitatatem tuam et sensus egestatem, lapidei tui cordis miseremini, quod fueris minister erroris immundorum dæmonum, non valens resipiscere aut a cognoscere, quomodo omnem humanam superer fortitudinem tanta tolerantia perseverantia. Quis enim absque divina refrigeratione adversus omnina exedentem flammam decertaverit? Qui autem spiritu fervent et Deum induerunt, ignis consumens illos, qui sicut tu sunt impii, nequaquam pios lacerare poterit. Flammæ enim non est a natura ingenerata, ut consumatur a flamma, quæ est ad tempus, et in quam cedit interitus. Quamobrem frustra laboras, o stolidæ tyranne, qui nos, qui Christi conflagramus caritate, igne contendis consumere. Nos enim ignis candefecit, sicut candefit argentum.

16 Cum omnes autem, qui audiebant, propter hæc verba admirarentur, tyrannus, qui erat vas interitus, perseveravit velle Sanctos perdere, et neque persuasis fuit verbis gloriosorum Martyrum, neque rebus ipsis fuit obstupefactus. Quoniambrem jubet rursus Sanctorum palis affixorum latera ferreis unguibus fortiter radi. Cum ergo sancti et generosi Martires hoc quoque certamen strenue decertarent, et omnes admirarentur hujus Imperatoris amentiam, præclarus Martyr Mauricius dixit tyranno: Non sentis tuam inbecillitatem et miseriam, o immunde et profane tyranne, quod Photinus parvus hic adolescentis tui imperij fregerit audaciam? Taliis enim et tam multa subiisse tormenta, est tui crudelissimi imperii contractio. Quomodo ergo universam nostram phænomenum frangere poteris, qui a tantillo adolescenti fueris superatus?

17 Propter hæc verba ira percitus sceleratus Maximianus, et ardenthincum intuens oculis, et stridens in eum dentibus, et volens sanctum et beatum Christi Martyrem Mauricium acerbe mleisci, jubet spiculatori, ut ante oculos patris illum confiriat et occidat. Eo itaque presente, et illum adspiciente, ejus caput abscidit spiculator. Cum ergo hoc modo beatissimum Photinum caput venerandum fuisset amputatum, isque pulchro et gloriose migrasset ad Dominum, dixit præclarus Manricius: Nostrum desiderium impliosti, o tyranne, et de cetero firmum et stabilem habemus cursum eodestem. Quis enim ex nostra multitudine sustinebit superari a Photino Christi milite, qui migravit in eolum, et pudore affectit patrem tuum diabolum? Ad huc majori studio et contentione tormentorum in nos exortita crucifixus, et nihil a te prietermittatur eorum, qui probant, an strenuam et immobilem fidem Christo servemus.

a Gentium ita veritas. Cognoscere Deum certi et terne, qui tantum nobis fortitudinem dedit et tolerantiam.

CAPUT IV.

*Lenta mors Martyribus a respis et crabroni-
bus illata. Belique sepulta.*

Quando autem vidit Maximianus sanctos Christi Martires prompto et alacri animo perseverantes, et rectum suum fidem non deserentes, convocato inhumano suo senatu, cum eis consultabat, quemadmodum sanctos Martires morte nullorū acerbiissima per quos terrorem afficeret Christianis, qui erant in toto orbe terrarum, efficeretque ut ab incipiata religione deficerent. Unus igitur ex iis, qui in senatum convenierant, qui erat radix acerbatis, et fructus inequitie, et cuiusvis alterius malitiae et iniquitatis

*Consilio iusto
ut respis ac
carbonibus in-
terficiendi
tradantur,*

arbor feracissima, suasit tyranno, dicens: Est hoc D quidem tempus maximi æstus, erat enim tunc mensis a Panemus: locus vero extra civitatem versus occidentem inter duos eam præterlabentes fluvios et lacum situs est, constitutione quidem planus, fœno autem et infinita alia materia plenus: quem, qui in eo loco habitant, vocant Rogam, propterea quod sit b vesparum ac muscarum acerbarum habitaculum ac spatium variæ generis culicibus repletum quos meridie ne facile quidem potest aliquis transire sine periculo. Jube ergo eorum corpora ungi melle, et in eo alligari cum animalculis, ut in hoc cruciati sentiant interitus graviores tormentis omnibus, quæ præcesserunt, et cognoscant, non esse maledictis incessendoz aeternos nostros deos. Et quid juverunt ausos contrariani, quam Imperatores peragant, iniure viam.

19 Placuit verbum et consilium hoc Imperatori et universo Senatu, et jubet Imperator eos tradi huic supplicio. Cum itaque meridiem observassent ministri iniquitatis, et tempus animadvertisserint quietum, in quo, flatu ventorum, infinita animalculorum multitudo est, quæ corporibus, inquit, incidunt, gravem et molestam efficiunt perforationem: catenis vinctos deduxerunt Sanctos in hunc locum: eumque elegerunt humidum, situm prope fontem perennem, ex quo enasci solet limosa lacuna et voragine, ubi etiam solet degere multitudo ejusmodi animalculorum. Melle quidem ungunt Sanctorum veneranda corpora; lignis autem eos vehementer alligant in eo loco, proicientes etiam venerandum corpus incliti Martyris Photini ante faciem patris sui benedicti Manritii, reputantes se ex eo ei majos allaturos supplicium. Hæc ergo cum fecissent, quamprimum recesserunt, ut qui venenatorum animalculorum minime ferrent impetu.

20 Cum itaque Sancti decem dies et noctes hoc intolerabile et acerbum pertulissent supplicium, sublati ad Deum oculis, precati sunt, dicentes: Domine Deus noster, qui nos creasti ad imaginem et similitudinem tuam, et deduxisti nos ad agitionem tuae veritatis et divinitatis, et unigeniti tui Filii, et sanctissimi Spiritus, apud te nostras animas deponimus, et rogamus, ut eas colloces cum omnibus Sanctis, qui tibi placeverunt a seculo. c Hæc cum precati essent, Deo tradiderunt beatas et divinas animas, et sic dignati fuerunt coronis decertationis.

21 Sceleratus autem et tyraunicus Imperator Maximianus, etiam post mortem irascens semper viventibus Martyribus (Deo enim vivunt, qui secundum Deum emigrarunt, et hinc excesserunt) cum audiisset eos enississe animas, jubet carnificibus abscondi veneranda eorum capita, et projici in eundem locum. Hi vero cum e lignis depositi venerandas eorum reliquias, non veriti sunt amputare colenda eorum capita. Cum ea autem abscidissent, ubique per illum silvam proiecerunt ac dissiparunt. Quidam vero fratres fideles noctu cum magno timore accedentes, collegerunt veneranda eorum capita et sanctissima eorum corpora, et cum honore et multa odoris suavitate, divinaque psalmodia et intensis precibus, in terra solientes, deposuerunt ipsa in eo loco, ubi decertaverunt præclari et fortes Christi milites. In quo etiam apparent tamquam luminaria quæ in mundo.

22 d Laetare igitur Apamea, spirituali circumcincta corona ex diversis lapidibus pretiosis composta, ac celesti ditata thesanro conferente quamdiu divinissimam plendoris concordaniam. Varie quidem divitiarum efflagent margarite, sed ad illum, quæ lucem præbet ad unam eamdemque increare Trinitatis idem, exulta exultat: terra quoque sole justitiae illuminata, ac multiplicibus stellis relicta, in septuaginta

*vincit ex urbe
educuntur;*

*melle uncu a-
num moleculis ex-
ponuntur*

*post decem dies
felicissime de-
cedunt:*

*F
capita post
mortem ab-
hunduntur:*

*spiculantur
sanctæ reli-
quæ*

*Epidotus ad
Apameam.*

A septuaginta his Martyribus gloriae Dei divulgat. Quorum nos quoque omnes dignemur esse celebrii conventus participes et gratiae, uno animo et consensu fruentes, quae ab eis proficiuntur, curatione, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria et potentia, cum Patre et sancto Spiritu nunc et semper, in secula seculorum. Amen.

a De Panene mense supra regius, cum convenire apud Syros cum Iulio Romanorum diximus. — b Grace haec ita leguntur: dia τὸ σῆμα καὶ χαροποιῶν περὶ ταταργητῶν ὑπέχει.

καὶ οὐτὸς τοι εἰσήγεται περὶ πελαργῶν χειρῶν. De quibus Aldrovandus lib. de Insectis disputat, ac lib. 1 cap. 6 de vespis, que εργάζεται Grace dicuntur, quo latum nomine crabones etiam intelligi ostendit pag. 198, 199, 223 et seqq. Locū χαροποιῶν, in Mēnēs pūnō legitur. Sicut autem παρανίσα, et παραπόνα αἱρέντες μυστήρια τοῖς in vocata de quibus Aldrovandus lib. 3 cap. 1, pag. 346. At cultus Grace παρανίσα, et παραπόνα dici tradidit cap. 3 pag. 382 et seqq. hos etiam culices muliones Latini dici. De cultibus sitel Geulianus. — c Apud Lipomanum adduntur et verba: Quoniam te dileximus et te desideravimus ex toto animo nostro, et pro te nos ipsos ad mortem tradidimus. Tu es enim Deus solus benignus et clemens, et te decet gloria in seculo, Amen. — d Hoc ad Africenses apostrophe apud Lipomanum. D
EX MSS. GRECO.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

VERULO, SECUNDINO, SIRICIO, FELICE, SERVULO,
SATURNINO, FORTUNATO, JOCUNDO, JULIANO;
ALEXANDRO, ET XVI SOCHIS, ADRUMETI IN AFRICA.

Sylloge historica.

G. R.

XXXI FEBR.

Sancti Martiri-
train Africa,
Adrumeti pas-
suum

Tria hic expendenda: quæ scilicet fuerit constituta hisce athletis palestra victoriarum? quot ii fuerint, quæque eorum nomina? quo potissimum floruerint tempore, seu quanam persecutione easci. Ac primo Africam assignant omnia fere Martyrologia, quorum aliqua nullum praeter memorant civitatem: alia addunt Adrumetum, Hadrumetum, Adrumetum, Adrumetum, et ex librariorum errore Assumitum, Arimetum. Urbs ea est Africe proprie antiqua et celebris in Bizacena provincia, a priscis scriptoribus vario etiam nomine insignita: Ptolemaeo lib. 4 cap. 3 Αδρύμητος ζωλία, Adrumittus Colonia. Straboni lib. 17 Αδρύμητος πόλις, εἰ δὲ οὐ νεώπερ ην. Adrume civitas, in qua etiam erant navalia, ob commodum sium, qui Adrumeticus appellabatur. Stephanus de Urbibus Αδρύμητος, Αδρύμητος, quem tamen gentium asservit etiam pro recto assimus. Alter etiam nuncupari a Thucydide, Pausania, Tacito, Plinio, observat Ortelius in Thesauro Geographicus. Adrumeticum Mamvum Martyrem memorat Tertullianus lib. ad Scapulam cap. 3, quem cum Martyrologio Romano celebravimus in Januarii. At Felicis Episcopi Adrumetum meminuit Victor Uticensis lib. 1 et Filiolocius Episcopus Adrumetanus interfuit Collatione Carthaginensi anno ccxxi.

disse. Occasione suscipiendo illius operis tempusque in proemio auctor indicat: Dum beatissimi atque Apostolici Gregorii, Pontificis nostri, vestri quoque (addam) nutritoris, dicta sapientia lectione percurrentem, avidiusque mihi eis assiduum esse ipsa luculentissima verborum ejus satisfactio suaderet; quiddam in eis reperi sine comparatione potissimum, ac post pauca: Hujus ergo rei ardenti nimis desiderio provocatus, quadam brevitatem decerpere, aliquo vero negligendo transire. Quod dum fieret, sicut conscientia mea mihi testis est, me nolente, atque hoc cautius providente, ne a quoquam aliquo modo noseceretur, per quodam ad ejusdem Apostolici notitiam Pontificis nostri usque pervenit. Qui me verbis mox, quibus Beatitudo vestra novit, suasoriis, atque ad superna trahentibus, hortando coepit accedere, quatenus hoc quod neglecte cooperam, explore studiosius debuisse, ita ut et opus, et librum, in quo testimonium positum legeretur, vel ex qua re ortum esset, in tituli ejus prænotatione designare. Cujus rei pondus, E mearumque virium impossibilitatem pensans, in anticipi deprehensus, sicut nauta gravi fluctuum procella turbatus, ad orationum ejus perfum, pavens, fateor, fidensque confugi: sciens impossibile non fore, quod a tanto mihi Presule, et res ad multorum ædificationem profutura fieret, juberetur. Moxque hoc imperantis suffragio provocatus, adsumens, quo valui studio, veteris ac novi Testamenti in unum testimonia congesta collegi.

6 At sub finem ejusdem proemii ita eum alloquitur, cui opus suita dicat, fortassis Bonifacium IV aut Deusdedit, certe quidem (ut ego arbitror) Pontificem al quem ex iis qui proxime S. Gregorium secuti sunt: Quia beatitudini Vestrae, inquit, non temeritatis ausu, sed amore vestri provocatus studii, quod in inquisitione divini olim fervet eloquii, sciens maxime in dictis predicti Pontificis nostri, quanta noscendi vestrae sit aviditas mentis, ex multis voluminibus pauca componens, studi destinare: humili obsecrans prece, qua valeo, ut dum vobis, vel quisquis legerit, in hoc opere laboris mei cura placuerit, prouie ad Dominum intercessores esse dignentur, quatenus hoc pondere corruptionis exuto, a meoria absoluunt inveniri merear vinculis peccatorum.

7 Hic suam satis perspicue indicat extat, cum ad hoc opus suscipendum, se se scribat animotum a S. Gregorio, qui xii Martii, iocvi Christi anno, pontificatus sui xiv cessasset. Circa idem tempus vixisse S. Paterium Brixensem Episcopum satis perspicue liquet ex Antistitium ejus verbis catalogo apud Ughellum: ut propere credibile videatur, quod viri eruditu sentiunt, unum eumilemque fuisse. Nam procul vero est, quod Aubertus Miranus in cap. 43 Sigeberti annotavit: Paterium, sub Coelestino I Papa, legatione functum fuisse ad Hibernos, constat ex Miscellaneis Gerardi Vossii tom. 3 Bibliothecæ Patrum. Imo Patricius is fuit, ut ex citato loco constat: Miranus solum indicem editionis Colon. legisse videtur, ubi Paterius excusum.

8 Arnoldus Wion in Notationib. ad Martyrol. Benedictum, fors ut validius probet monachum fuisse fuerit? Paterium, istud ex Trithemio citat operis ejus exordium: Cum beatissimi Apostolici Gregorii Pontificis nostri, nostri quoque ad Deum nutritoris, ita sapientia lectionem percurrentem etc. At Trithemius solum habet: Dum beatissimi atque Apostolici, nullo amplius addito verbo. Et neque ipse neque Beda, Benedictum ambo, monachum fuisse tradunt.

DE

opus probante
unum anti-
stante Grego-
rio.

et alicui e
proximis il-
litis successori
bus dicavit?

F
idem tene ex-
istimari po-
test:

on monachus
fuerit?

DE B. PIPPINO

DUCE ET MAJORE-DOMUS REG. ASTR. NIVELLÆ IN BRABANT.

Commentarius prævius.

J. B.

§ I. Brabantæ Ducatus. B. Pippini patria, genus, dignitas.

Primum Brabantæ Ducem B. Pippinum prædicant recentiores Belgicarum rerum scriptores. Est Brabantia omnium Germaniarum inferioris provinciarum haec nomen primus, sex et viginti munitus vallo ac macibus urbes complexa, inque tis nobilis illas, Bruzellam, Lovinium, Silvanducis, Bredam, Bergam ad Somam, et (quaer quondam regni Lothariensis marka, limesque Imperii Germanici, pecuniaris provinciarum titulo gaudet, quamvis a multis retro seculis cum Brabantia in leges ac jura eadem, sub unius dominatu Princeps coadunavit) dixit ac magnificencia nulli reliquarum secundum Antuerpiam; Thenas denique, Nivellam, et alias: præterea oppida nullis cincta muris septendecim: Mosa fere ac Scaldi fluvii concluditur. Intra eos, quæ olim gentes conserderint, alia dictum. Teutonicæ pleræque, seu Germanicæ, fuerunt: a quibus vici Aborigines, vel in alias Belgii oras recessere, vel in idem cum adveniūt uenient conuenerere. Max subacti omnes a Romanis, idoneisque præsidus coerciti, cum us sensim conjugia ac societatem, ut fit, inire; atque ab us cultum humanitatis, linguam, et, quod caput est, Christianam postea religionem didicere. Regesne sui aut Duces siugulis hisce populis, etiam sub Romanorum imperio, præfuerint, haud liquet. Relicti fortissimi principio Reges, ut alii; et de Eburonibus manifestum est ex Cæsare: postea sub Romanis Praefectus ac Præsidibus, provincialium suere proprii magistratus. Senescute in Gallia, Germania, Britonia, atque alibi, Romanae Rep. potentiæ et auctoritate, varie rursus barbare nationes Rheno transito hasce provincias populoꝝ snut. Sed a Francis, quorum ante pars precario in Taxandria (ea modo magnam partem ad Brabantem spectat) a Juliano apostata sedes obtinuerat, major dem ris incubuit: qui non, ut ceteri, solum vastato agro percurvere regionem, alioque conveherere spolia, sed castra munire, præsidia arcereque Romanorum expugnare aggressi, mutuas cladibus septuaginta amplius annos cum Romanis in Belgica luctati sunt. Ubi eam perdomuere, reliquum omnem Galliam, effusi more annis, ad Pyrenæos usque Clodovox Duce perverserunt. Etsi vero eo tempore eadem immensum factam hominum esse constat, non tam omne peccatum aut Belgicum genus aut Romanum excisum. Sed cum nihil opis aliunde ostenderetur, in Francorum jus nonnusque concesserunt. Hinc passim in Sanctorum Vitis, aliquæ vetustis historis, Rouani, adeoque senatorii sanguinis Episcopos aut Duces licet observare: ipsorumque avum S. Arnulphi (cujus Arnulphi filius Anseginus B. Pippini gener fuit) senatoria ortum stirpe prædicant.

2 Pippinus igitur noster, Francus fuerit, un Romanus, an Belgicæ Germanicæ originis, puta Adaliticæ aut Tungricæ, ingenuæ fatemur nos ignorare. Consule, si tubet, Petrum Duxum lib. 3 rer. Brabantiarum. Sunt qui nobilissimus inter Franeos majoribus, sunt qui vetustis Tangrorum Regibus ortum assertant: genealogias etiam contexant; sed ejusmodi ut viris eruditis hiscum moreant, gerræ merue. Auctor coetaneus, qui Nivelle arguit, matura iam etate, cum S. Gertrudis octodecim post Pippinum putrem annis mortua est, in hujus vita ita breviter de eis præsupponit loquitur: Sed quo ordine de terra ea origine genealogiam assumpererit, huic sermoni inserere longum est.

Quisnam in Europa habitans hujus progeniei altitudinem, nomina ignorat, et loca? Alii plura de his adjecere. Qui S. Genulphi Episc. miracula, a nobis xvii Januarii edita, ante annos fere ioc conscripsit, cap. 2 num. 4 virum egregiae nobilitatis appellat, Carolomanni et Emegardis filius fuit, de quibus nihil fide dignum apud antiquos scriptores legit. Recentior Pippini Vita, de qua inferius, Carolomannum Principem vocat. Divus vult Majorem-Domus fuisse, nec auctorem producit. Vir illustris fuit: id solum constat. Indetur in Hasbanio luculentas possessiones habuisse, ac Landas fortassis, unde recentiores scriptores ipsi Pippino cognomen fingunt, antiquis ignotum. Landesii, Landensis, Landini, Landisii, a Landis, Landinensis; et voln magna tunc urbem fuisse. Ita MS. Martyrol. Ecclesiae S. Gudila Bruxellis ad xxi Februarii: Apud Landen Brabantæ tunc civitatem grandem, depositio Pippini Bucis etc. Edificatam a Landone Rege hortulatur Christianus Massenus, et alia æque futilia de Pippini majoribus tradit. Tenui nunc Brabantæ oppidum est ad Gelum amnum: quatenus illic sepultus fuisse Pippinus menorur, ut infra dicimus, ut ipse struuisse aut excutuisse existinari potest, ut alter Pippinus Herstallum, nepotes ejus Leptinas, Jupiliam, aliaque, præsertim circa Masam, loca.

3 An ergo Brabantæ Dux Pippinus? Dux fuit, triumque bellissimorum Regum Clotarii, Dagoberti, S. Sigeberti, palatio in Anstrasia præfuit, ac sub iis res bellicas summa auctoritate administravit. Idem in eo terrarum tractu, qui nunc Brabantæ dicitur, amplias possessiones vel a majoribus accepit, vel Regum munificentia obtinuit. Duxatus Brabantæ aliquot post seculis nominari cupit. Duxem fuisse in us partibus, ubi postea Duxcentum fere post Pippinum annis, Chrolobertum, ex S. Eucherii Vita xx Februarii patet. An cum præcipue Duxatum administravit Pippinus, an Comitatum fortassis unum alterumve, aut etiam plures, jure proprio possederit, incertum. Nam in Hasbanio, ubi Landæ, Comitatus olim tempore Curoli Calvi, altero post Pipinum secundo, quatuor fuisse constat: totidem in Brabantæ.

4 Et in Brabantio quidem, ejusdem Pippini sororis maritus aut gener Witgerus optimas habuit fortunas, de quibus ita loquuntur Vita S. Rayneldis Virginis et Martyris, xvi Juli a nobis edenda: Igitur beatissima Virgo Rayneldis nobilissimis natalibus, Condacensi castro, quod super Scelt fluvium situm est, extitit oriunda. Nam regnante Pippino Duce, patre sanctissime Virginis Gertrudis... pater illius Comes Wigerus nomine, totius Lotharingie Duxatus officium gerebat, et inter Palatinos Principes primatum tenebat... Fuit autem possessio ejus supra prædictum castrum nomine Condacum, et Anniacum, Ugniacumque, cum aliis prædiis multis, quoram nomina non expedit hic recitari. Coniunxit ergo sibi in matrimonio puellam regiam, supradicti Duxis sororis filiam, nomine Amelbergam... Ex hac ergo dedit ei Deus solem sanctissimam, Enebertum, postea sancto Cameracensis Ecclesie Pastorem beatissimum: tresque filias, quarum una Gudila, altera Rayneldis vocalatur, et tertia Phraahlis, ut in Vita beatissimæ Gudilæ habetur. Geminam S. Gudila Vitanam dedimus VIII dñs et Rayneldis, Januarii, quarum prior post annum CIXLVI scripta, ut ibi ostendimus: unde consequens est, hanc S. Rayneldis multo esse recentiorem. Quare necnirum, timendum asper-

E

Landem oppidum excoli:

ut et B. Witgerus ejus affinis,

pater SS. Gu-

dila et Ray-

neldis,

A sa sit: qualem illud, quod Witgerus Comes dicatur totius Lotharingiae Ducatus officium gessisse, cum non nisi unus et amplius post Pippini hujus obitum Witgerique, nomen Lotharingiae, sive regni Lothariensis cognitum fuerit, quando Lothario, Lotharu Imp. filio, Ludovici Pii acpote, anno 7679 sine liberis defuncto, ditionem ejus inter se patrum ejus Ludovicus Germanicus et Carolus Calvus, ac deinde hic idem Calvus et Ludovicus Germanici filii partiti sunt, non sine bello. Nec in eo solum mihi videtur Vitæ illius scriptor hallucinatus, sed peperam quoque Conlacum eastrum super Scelti fluvium collocare, ratus Condatum esse Hannoverum oppidum ad Huinae Scaldisque confluentes: cum Contacum esse videatur, pagus insignis, medio inter Mechliniam et Antuerpum spatio, aliquod milibus passuum a Scaldi. Nam cum patrimonium suum S. Raynoldis, Witgeri Comitis filia, Lobiensis monasterio tradidit, satentur Lobientes se amplissima loca Contaci (quod vulgo nunc Coutick dicitur) posse disse, et jura etiamnum quendam retinere, ceteris Cardinali Granvallano venditis: Condati vero negant se quadquam possideri, aut meminisse a majoribus suis possessum.

*dominus Con-
taci, sive Con-
tack.*

B Idem Lobientes Sanctas paginas veteris Brabantii, ubi corpus asservatur S. Reynoldis, etiamnum tenent ex ejus donatione, licet parte jurisdictionis alienata. Et in Brabunto suae Witgeri possessiones, sive aristas, seu dotoles uxoris, conjicere est ex ejusdem S. Gudilie Vita, in qua cap. I num. 3 ista leguntur: Beata igitur Gudila Virgo dignissimum habuit ortum in Brabantensi pago... parentibus secundum seculi dignitatem excellenti insignitis prosapia, et in administracionem reip, adeptis honorum fastigia. Pater si quidem ejus extitit Witgerus, quem in fascibus Comitatus egisse accepimus: genitrix vero ejus generosissima Amulberga constat inveniuntur... Copulabatur enim sanguine S. Gertrudie, quae filia Pippini, coniubia viriliter contempnit in terris, ut esset apta coelestibus thalamis. In altre ejusdem Gudila Vita cap. I num. 1 ista habentur: Igitur Sigeberti Regis temporibus, qui sunt Dagoberti Regis filii, extitit quidam Comes, Witgerus nomine, in pago Brabantensi, probabilis moribus; cuius thalamis inducerebat conjugi dignissima, cuius fnerat hanciam Amulberga, Majoris-Domus inlyta Pippini sorore progenita, Baldriens Tornacensis in Chronico Cameracensi, a nobis citatus § 2 Vita S. Emelerti, sive Adelberti, xv Januarii, ita scribit: Hic ex Brachantensi pago oriundus parentibus signum et vitas et generis dignitate clarissimis, patre videlicet Witgero Comite, sancto viro, atque Amulberga matre editus est. Be S. Amulberga, sive Amulberga, aut Amulberga, et B. Witgero ejus marito, agemus x Julii, ubi dicitur ipsa Sanctas oppidum, quod a filio Reynaldo Lobeniisibus donatione, excusuisse.

C 6 Erat autem Brabantum (sic sive olim scripturam ea pescipe regio, qua nunc Scaldi Sennaque confluuntur, et ab Aldenarda, Gandavo, Tearamunda, Bruxellam usque et Hallus, altiusque protendente, Pars illius in Flandrensum, pars in Hannoverum Comitum postea jus concessit: pars a Comitibus Loraniensibus retenta, qui se inferioris Lotharingiae Duces, et Brabantiae (a Brabantio dueta nomenclatura) appellarent, dituas ad Mosam et Batavie limites producta: quos ad finites Pippini quoque olim fuere possessiones, cum ibi etiamnum oppidum extet, Mons S. Gertrudis, sive Gertrudenbergi, eorum Otto i in diplomate, a Mirao in Notitia Ecclesiastarum Belgij edito, ita numerunt: Hereditas S. Gertrudis sita in pago Tessandria super fluvio Stronona, in villa quam dicitur Bergom, cum integritate sua illic aspiciente: insulas tres, prima Bieveland, secunda Spiesant, tercia Gerselre. Hilundis quoque Comitissa Striensis, inter bona, que mo-

nasterio Thorensi a se in gratiam filix sua Benedictus D fundato donarat, nominat Montem littoris, quæ eadem est Gertrudenberga; Ubi, inquit, beatissima Gertrudis corporaliter conversata est, et cellam habet a B. Amando consecratam.

7 Brabantii porro, de quo agimus, etymologiam investigant nane viri docti. Justus Lipsius Lovani lib. I cap. 13, Bant, inquit, limitem significat: sic Oisterbant et Westerbant appellata, quæ Austroviam et Westroviam non bene esferunt aut scribunt. Et fuit sane limitanea haec regio inter utraque regna; (Lotharii ac Caroli, ut antea jam exposuerat, ac demepr Francorum ac Lothariensem, sive Germanorum) ideoque BRAC, Arasso, fortasse dicta, quia saepe cessabant in agri et inculti erant: quod nos BRAECKEN, et BRAECKLANDT vocamus. At multo ante eam regnum partitionem nomen id regio fuit. S. Bonifacius in Vita S. Livini terram Brabantensem vocat, aut, ut aliud codex habet, Brabantiam. Ipse S. Livinus, centum ante S. Bonifacium annis, ducentis ante eam divisionem, in carmine ad S. Floribertum Abbatem Gandensem, ita scribit:

Impia barbarico gens exagitata tumultu

Bie Brabantia surit, neque cruenta petit.

Aliud nomen formant a Bant, quod fodus aut vinculum significat, et Brack salsum: quia ad Brabantii E fines, inde a Selandia Scaldis fluvius astum mariam patiatur, salsaque ab eo aquas volvat. Factum tude fortassis, ut fæderata, quæ ad Scaldim colabant gentes, ditionem suam omnem Brackhant appellarent, aut Brack-hant. Quis si ab incitorum sagacitate, et pernici ad prædas iudeole, nomen regio accepit? Nam brack etiam canena venuticum significat.

8 Quar autem Branchantorum, B. Pippini xtabat fucrit indoles, ex citata S. Livini perspicere Vita licet, ubi ista scribit S. Bonifacius: Quo ingrediente salutis gressibus venerando Pontifice, admirabatur amenissimam terram spatiosam, et delectabilem nimis, et benignitate Domini exuberantem, lacte et inelle, et diversarum frugum arborumque fertilitate, omniumque bonorum abundantia affuentem: incolas quoque personali forma corporum micantes, cultu vestimentorum compositos, loquela et morum gravitate honestos, magnanimos viros, egregios prælatores, regali militia idoneos, et omni exercitatione studiorum suorum huic seculo digniter conformatos. Sed quia iuxta psalmodicam vocem, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus, in chamo et lreno constricti sunt, Satanæ instinctu legem Dei prævaricantes, adulteriis, rapinis, furtis, perjuriis, homicidiis foedati sunt, ut feroce canes pestifera rabie in vicem se mordentes, sua quoque alternatum dolo fraudantes, mutua se carde prosterentes etc. Ita tunc Branchantorum mores, non omnium fortassis, sed Gandavo propinquiorum, apud quos Evangelium S. Livinus prædicavit, et martyrii coram adeptus est. Non est reliqua Brabantie, præsertim ubi Taxandri olim habitare, eadem quæ veteris Brabantii fertilitas. At quas hujus incolarum virtutes predicat S. Bonifacius, ex nunc tota reliqua genti communis: vita cultu religiosis abdita, ut non facile nunc Brabantii morum comitate, usu armorum, studia civilis prudentia, ac mansuetudine, ulli Belgiorum populorum concedant.

9 Hoc igitur tractu terrarum, atque ejusmodi inter populos, quas diximus, Pippinus peculiares possessiones habebat: ac præterea summa in regno Austrasiæ auctoritate pollebat. Nam, ut habent Annales Metenses a Chesnac tom. 3 Scriptorum Francior. editi, populum inter Carbonarium sylvam et Mosam fluvium, et usque ad Fresionum fines vastis limitibus habitantem, justis legibus gubernabat, Überius ea tradit auctor antiquus, qui primam S. Gertrudis Vitam, a cooptato conscriptam, interpolavit: Pippinus, inquit, nobilissimi

*ps. 31.9
sed vallis de-
diti:*

*latius in Bel-
gio imperat
Pippinus,*

A simi quondam Karlomani Principis filius, qui cum B. Arnulpho sub Lothario et Dagoberto Regibus populum inter Carboniam silvam, et fluvios Mosam et Mosellam, usque ad Frisonum fines vastis limitibus habitantem, justis legibus gubernavit. *De Carbonaria silva, quo nunc Hannoniae pars maxima, accurate agit. Egidius Bucherus noster Belgii Romani lib. 12 cap. 11.*

regni, definit qui asserit, Pippino Arnulphoque seculis D
quatuor, et quod excurrat, posterior.

AUCTORE J. B.

et Germania: 10 Vitam habemus quamdam S. Arnulphi, ex antiquo codice Cancellarie Vicensis descriptum a Francisco Lahero nostro. In ea dicitur Auchisus, ejusdem Arnulphi patris consultu, filiam Principis Germaniae secundae Pippini, Beggam nomine, duxisse in matrimonium. Ac paulo post indicatur quid nomine Germaniae secundae auctor intelligat: Toringorum, inquit, regionem intraverat, qua non modica provinciae pars est Germaniae secundae in qua est Colonia Metropolis.

11 *Eadem S. Arnulphi Vita (ut obiter hic indicemus quod alibi erit attentius examinandum) de Waldrada B. Pippini sorore, aut amata, ista habet: Ex hujus Pippini sorore, Waldrada nomine, natus est Gualchisus, qui Sanctum genuit Wandregisilum Christi Confessorem. Bouchetus in stemmate Regum Francorum pag. 62 Waldradam aut ipsi Wulchiso nuptam, matrem fuisse S. Wandregisili. Wasseburgius fol. xvi idem asserit, eamque fuisse Pippini Herstalli materteram; unde sequeretur Pippian filiam, Sanctarum Beggae et Gertrudis sororem extitisse. Certior fides est ejus, qui S. Wandregisili Vitam S. Lantberto Episcopo Lugdunensi dedicavit, utque eorum quae scribit, nonnulla a se ipso visa, pleraque etiam venerabilium monachorum ejus, qui ei per prolixa adheserunt tempora, assertione verissima prolata cognovisse profitetur. Hu ergo ita scribit: Denique genitor ejus, Walthenus nomine, ex nobilissima prosapia ortus, consobrinus extiterat Pippini excellentissimi Principis Francorum. Unde consequens esset Waldradam matrem fuisse Wulchisi, Pippini non sororem, sed amianam. Verum ista ad S. Wandregisili Vitam xxu Inlu discussuntur.*

12 *Vetus scriptor de Majoribus Domus regis ab Andrea Chesaxo tom. 2 scriptorum Francorum, edatus, tradit Majorum-Domus primum apud Austrasiam Pippum fuisse. Quod haudquaquam nobis probatur. Num Childebertus Rex Austrasiae Majorem Domus regiae Florentianum habuit, quem S. Gregorius Turonensis hb. 9 histor. Francor. cap. 30 scribit cum Roululo Palati sui Comite, anno Regis ejusdem xiv, Christi idaxxix, missum ab eo in Pictuvos ad cœsum exigendum. Quin et S. Arnulphum scribit Regiu ac nonnulli alii, ipsaque adeo Pippini Vita, quam infra dabimus, ante pontificatum hanc eamdem dignitatem irreprehensibiliter administrasse. Quod tamen ipsiusmet Arnulphi Vita auctor, qui se laudabilia facta, quae gessit, nonnulla a familiaribus illius narrantibus, pleraque per semetipsum cognovisse testator, (uc promde, ut postea patebat, annis amplius ducentis antiquor illo Vitæ B. Pippini, sive S. Gertrudis, scriptore fuit) minime affirmat: sed solum Domesticum atque Consiliarum Regis Theodeberti appellat, ea tamen grata et potentiæ prærogativa, ut sex provincias, quas ex tunc et inac totidem agunt Domestici, sub illius administratione solius regerentur arbitrio. An Pip-*

pius ante Major Domus fuerit, quam Austrasiæ Clothario subjiceretur, et totius Austrasiæ, an solum inferioris, infra quæremus. Theodericus Abbas S. Trudonis in Vita S. Landrade Virginis simul Majores-Domus fuisse sub Clothario Arnulphum et Ippinum scribit: Pippinus, inquit, Carlomanni filius, cum viro Dei Arnulpho, postea Metensi Episcopo, Majores erant Domus. Uterque tamen Austrasius erat. An pari simul potestate gesserint ul manus, an diversa parte

S. II. B. Pippini Vita, ab eo gesta vivente Clotario u usque ad an. lccxxviii.

Duæ extant lygiæ editæ Vitæ B. Pippini, una a Surio ad xxi Februarii, altera a Chesaxo tom. I scriptorum Francicorum a pag. 594 ex codice MS. Claudio Doremeut Atrebatis. Hæc ad verbum excerpta est ex libro dux ejus Viprino Vitæ tripartite S. Gertrudis, quum xvii Martii dabimus. Auctor Nivelleus monasterii alumnus fuit, ut patet ex us que eadem Vitæ habet de S. Ita, sive Iduberga, ejusdem Gertrudis matre, Pippini conjugi: Uxor igitur ejus, inquit, venerabilis Ita, ex clarissima nobilitate Aquitanæ oriunda, sicut ex possessionum ejus traditione ad nos facta indubitanter cognoscimus. Quas quidem per multa tempora, quādiu pax viguit, Ecclesia nostra tenuit, multamque inde pecuniam per annos singulos exactores nostri referre solebant. Sed demum invalescere bellorum tumultu, quia res longe remota erat, et sine legatorum periculo adiri non poterat, paullatim negligi cœpit, donec tandem in jus alienum cessit. Scripta autem videtur post cū annum Christi. Num cum lib. I cap. ultimo de filiis Ludovici Pii Lothario, Ludovico, Carolo egisset, ista subactit: Sed quid ultra alias post an. 900, Reges vel Imperatores de hac gloriæ stirpe nemo rare labore, cum et eorum multiplex sit numerus, et idem nominum similitudine confusus, ut tot Carolos, Carlemannos, Lotharios, Pippinos, Ludovicos, nec narrationis brevitatis commode explicare queat, nec memorie angustia complecti sufficiat.

14 *Fuit tamen ea Vita conscripta multo ante annum xc, circa quem annum Stephanus Abbas canonici S. Jacobi Leodiæ tres libros de Vita S. Modoaldi Trenirensis Episcopi composuit, et Thietmara Helmwardensi Abbati dicavit. Sub intium autem libri primi ita loquatur: Fuit soror ejus, Ita nomine, mulier admodum venerabilis, ac Deo devota in fide et operibus bonis. Quicquidem matrimonio juncta clavisissimo Duei Pippino, genere et opibus, quod in potentibus tanto exlat mirum, quanto raro, sublimitate scilicet honorum et humilitate morum, aque nobilissimo, Divina providentia in omni pietatis studio sibi unanimem sortiri meruit thori legalis consortem. Cupus exemplum ut discant potentes humiliari, qui de inani solent potentia gloriari, non dedignantur, quæso, audire, quid de ipsis mariti laudibus repertum, huic operi non indignum duxi utiliter inserere. Tempore quo Dux egregius ac verissimus Pater patrie rebus humanis excessit, tanto Austriam totam dolore perculit, ut planetui ejus planetus Regnum nequaquam conferri possit. Fuit namque probatissima vita, ac purissima fama, etc. Et hb. 2 puccio post initium: Clarebant tunc temporis in palatio viri strenuissimi, idemque religiosissimi: inter quos eminebat Pippinus, Carlomanni filius, Dux clarissimus et Major-Domus sub Clotario, Dagoberto, et Siegberto potentissimis Regibus: cuius laudum præconia, quia in superiori libello breviter perstrinximus, nunc, ubi res exigit, de ipsis consilio et æquitate, prudentia et fortitudine paullo latius disseramus. Ea tempestate Dagobertus rerum potiebatur, sub quo idem Dux, dignitate modicam a sublimitate regia differente præditus, omnia regni negotia prudentissima dispositione ordinabat, præstabatque tam in bello fortitudine, quam justitia in pace. Et que sequuntur num. 2. Tum quadam ex num. 5 or plura ex 6 sub jungit. Nec mirum, quod in Austrasiæ Episcopus factus S. Modoaldus, soror ejus S. Ita ibidem Pippino nupta, ex Aquitania oriundi: quoniam, ut i Februarii ad S. Siegberti*

du ante 1100 quando citata a Stephano ab. in Vita S. Modoaldi,

*consanguineus
S. Wandregisili*

*C
en primis in
Austrasia Ma-
jor-Domus:*

Auctore I. B. A Sigeberti *Vitam dictum, multe in Aquitania provinciæ Austrasiorum Regibus erant subjectæ.*
 15 Prima ergo capita *Vite illius tripartitæ, quæ alibi sub titulo *Vita B. Pippini* edita, hic ex 2 MSS. monasterii Rubravallis Canonorum regularium prope Bruxellam datus, cum MSS. monasterium S. Marxi ac Bonifacii et Chesnæ editione collata.*

altera ex ea contracta
 aquopiam
 Brabant Teu-
 tone:
 excerpta ex
 Vita, S. Ger-
 trudis:

16 *Vita altera a Sario edita, ex codice MS. graviter, ut appareat, conscripta, ut ipsem in titulo annotavit, ex priore contracta est, post annum solitem CIICXL, quando Jam se Comites Lovonienses Brabantæ Duces appellabant. Ita enim ordinatur: Venerabilis Pippinus Dux Brabantæ, ex patre Carolomanno Principe et matre Emegarde, fuit Major-Domus Francie sub Clotario Rege. Fraconorū et Dagoberto ejus filio. Quia dignitate parum a dominione ac sublimitate regia differente præditus, omnia prudenti dispositione ordinabat. Alia subnectit, que in priore *Vita* usque ad num. 4 totidem fere verbis narrantur. Tum ista interponit: Beatus igitur Pippinus primo Regum Austrasie, postmodum ipsius Austrasie inferioris Praepositus et Dux gloriósus, erat lingua et natione Teutonicus. Beatus ergo et gloria Teutonicorum, speculum et norma Brabantinorum, via et exemplar morum. Beatus iste Pater patrum Pippinus, egressus Dux, postquam Domum regiam, et inferiorem Austrasiam, sub fidei commissari, strenuissime gubernasset, vocatus est ad patriam sine fine duratim, recepturus sum fidélitatis mercede condignam. Cujus mors tanta luctu totam Austrasiam perculit. Et quæ sequuntur usque ad num. 9. Quibus ex verbis patet auctorem Teutonem fuisse, sive ex ea ortum parte Brabantæ, que Teutonica seruans attinet: est autem ea multo maxima. Navela salutem et tractu qui Romana Brabantia, sive Gallica appellatur, linguam Gallicam retinentibus. Quar idem narrat de Pippini translatione, infra representabimus. Quod autem præcipue inferiorem Austrasiam ab eo administratam prædicat, id propter eius arbitrio, quod in inferiore Austrasia avitus possessiones habuerit, ex ea virtus, atque, ut antea diximus, Duratum in ea gessisse valeretur, etiam prius quam Major-Domus venientiæcetera, canique defendenter contra Frisones vicinos hostes, ac Saxonos Transrhenaños. Aloquin Regum Austrasie sedes Metis fuit, ut alibi ostendimus, quorum ibidem palatio præcerat. Sub initio tamen regni unius Dagobertus Metis habitarit, non Colonia: aut alibi, audiui potest.*

C
 natus Pippi-
 nus circa an.
 880.
 on. 614 Aus-
 trasiæ indu-
 cit, ac Clothar-
 ii se subdant.
 au tum Major-
 Domus?

17 Agunt de B. Pippini rebus gestis plerique alii rerum Gallicorum Belgicarumque scriptores, uti et fusa Christophorus Browne nosfer in Annalib. Treverensis. Nemo tamen ejus extat diserte consignat. Natus videtur circa annum MDLXXX, aut non multo post, quandoquidem anno MDCLXIII, cum, mortuo Theoderico Burgundie et Austrasie Rege, monarchium regni Francorum adeptus est Clotharius, magna jam præditus erat auctoritate. Testatur vel Fredegarius cap. 40 his verbis: Clotharius factio Arvalis et Pippini, vel veterorum Procerorum, Auster ingreditur. Fasus sed narratur in Erchanberti fragmanto apud Chesevum tom. 1 pag. 780 in hunc modum: Clotharius Rex de Austris, postquam Theodericus et Theodebertus Reges et germani mortui sunt, recipit regnum eorum, consilio et auxilio Pippini senioris, qui tunc temporis Major-Domus erat.

18 At quomodo is Major-Domus, cum Fredegarius scribit cap. 40 Sigebertum, Theoderici filium, ab aria Brunehilde in Thuringiam missum cum Wernachirio Major-Domus? Quin et Clotharius, ut idem tradit unction cap. 42, Sigeberto obviam cum exercituum, multos jam de Austrasiæ solem habens factione Warnachirii Majoris-Domus. Au prius sub Theodeberto Major-Domus erat Pippinus, sed, quod ei fide summa adhucisset, a Theoderico vatore de ea dignitate

D
 defectus, et Warnachirius, qui jam ante in Burgundia Major-Domus fuerat, id minus in utroque regno gessit? Interfecta Brunehilde, idem Warnachirius, ut Fredegarius scribit, in regno Burgundie substitutus Major-Domus, sacramento a Chlotario accepto, ne unquam vita sue temporibus degradaretur. In Auster Rado gradum honoris assumpsit. Quid ergo Pippino factum? Au ita præclare de Clothario et regno meritus, ipsem degradatus? An forsū inferioris Austrasie Major-Domus mansit, veteri Ripuariorum Regum Palatio Colonia præfectus, dum superiorum Austrasiam numerum vicinasque ditiones Rado administrat? Au potius Erchanbertus, quo tempore Majoris-Domus dignitatem præcipue meritus est Pippinus, Austrasios Clothario concilians, eum tunc gessisse illum existimavit, quæ aliquanto tamē post ei sit delata?

19 Post non multum certe, ut idem scribit Erchanbertus, Rex præfatus Pippinum in Austris cum filio suo jam adulto Dagoberto misit, ibideum eum Regem constitendum, ipsumque ei in Majorem-Domus ac pedagogum constitutens. Contigit illud anno Christi CCXXII, aut precedenti. Fredegarius cap. 47, Anno, inquit, XXXVIII (olius cudes habet, XXXIX) regni Oldofriti, Dagobertum filium suum consortem regni fecit, enique super Austrasios Regem instituit: retevens sibi, quod Arlenia et Vosagus versus Neuster et Burgundiam excludebant. Quantum præclarus Dagoberti indeoles supuentissimum sanctissimumque virorum Arualphi Pippinique præceptionibus ad annem qui sub eius virtutum regiarum laudem confirmata, ipsi gloriam, gregius eva-
 Austrasii utilitatem pepererat, in Pippini Vitam. 5, ue num. 11 ipsius Fredegarii verbis, perspicere est. Quæ eadem ab aliis auctoribus exaggerantur, et alibi a nobis commemorata.

20 Bella adversus viacos Saxonos ac Frisones, utrosque armis exercitatisimos, et quietis pro inolta barbaricæ impunitates, grossissime Regem adolescentem, manu strenuum cupidumque gloriae vitæ dubium est, et in his duce potissimum usum Pippino. Verum eu non sunt enucleare mandata litteris. In Gestis Dagoberti cap. 14, inque Regum Francorum Gestis cap. 41, atque apud Amnonum lib. 4 cap 18, illustris memoratur cum Beriloaldo Duec Saxonum pugna: quæ si vere contigit, ductu consilio Pipini inita est, etsi illius citati auctores non meminerint. Sed quia Fredegarius tactus eam præterit, haud satis trium illorum scriptorum, seculis aliquot Dagoberti aetate posteriorum, testimonio firmari censem viri quidam cruditi. Browerus lib. 7 Annal. Treverensium od an. 628 pag. 411 eam videtur pro inquisita planeque sibi explorata minime afferre audere: Dagobertum interea ferunt, inquit, Freni impigre cum gente Saxorum gessisse. Ac deinde: mares omnes delesse Clotharum tradunt, quos gladio suo reperiisset longiores. Minus autem prævero constat, quod in nostris Chronicis traditum, Ruzardum Frisonum Regem, Franciæ ac Christiani nominis hostem accerrimum, uscio quo in prælio, Pippi ipsius manu obtrectatum, opina illi spolia cesisse.

21 Interea de seclerato homine sumpsit Dagobertus supplicium: ad quod cum stimulasse Pippinus atque Arualphus dicuntur, sed non ad perfidie, quæ intercurse videtur, infamum. Hoc narrat Fredegarius cap. 52, quod caput abest tamen a nonnullis MSS. exemplaribus: Anno, inquit, XI. Clothari Regis, cum Dagobertos jam utiliter regnaret in Auster, quidam ex Proceribus de gente nobili Agilolfinga (timo Agilolfinga, sive Boica) nomine Chrodealdus, in offensam Dagoberti cadens, instigantibus beatissimi viro Arnulpho Pontifice, et Pippino Majore-Domus, seu et ceteris prioribus sublimatis in Auster, eo quod esset ipse Chrodealdus rebus plurimis ditatus

A ditatus, ceterarum facultatum cupiditate pervasor, superbice deditus, elatione plenus, nec quidquam boni in ipso reperiretur. Cumque Dagobertus ipsum jam vellet pro suis facinoribus interficere; Chrodoaldus ad Chlotarium terga vertit, ut suam cum filio vitam obtainere dignaretur. Chlotarius cum Dagobertum vidisset, inter ceteras conlocutiones Chrodoaldii vitam precatur. Dagobertus promittens, si id quod male gesserat emendaret Chrodoaldus, vita periculum non haberet. Sed nulla extante mora, cum Chrodoaldus cum Dagoberto Treviris accessisset, jussu Dagoberti interfactus est. Cui Bertharius, homo Scarponeus, evaginato gladio ad ostium cubiculi caput truncavit. Vndeatur Browrus prior illa Fredericus verba ita lyssae in quopum exemplari, ita certe intellexisse, ut instigantibus beatissimo Arnulpho Pontifice et Pippino Majore-Domus, seu et ceteris Prioribus, (aut forte Primoribus) sublimatus in Auster dicatur Chrodoaldus. Ita enim sribit: Rodoaldum Botum, illustri apud Austrasianos bonoque genere, Arnulphi Presulis ac Pippini Majoris-Domus consilio hortatunque, in amicorum numerum adscriperat Dagobertus, et quo quarum sibi virum ostenderet, hoc mediorum honorum impertierat. Quod autem statum ut Treviro revertit, contra datum fidem interfactus

^B dicitur, argumento est, in pristina cum perseverasse arrogantiā, quod nre a Pippino Arnulphoy, nec a Chlotario patre reprehensum Dayoberti factum legatur.

22 Anne insequenti, Christi mīnūmū ¹⁰XXXVI, ¹¹LI regni Chlotarii, ut cap. 33 sribit Fredericus, Dagobertus cultu regio, et jussa patris, honeste cum Leudibus, in Clippiaco non procul Parisius venit, thūque germanam Sichildiā Reginā, nomine Gondradum, in conjugium accepit. Transactis nuptiis, die tertio, inter Clotharum et filium suum Dagobertum gravis orts fuit intentio. Petebat enim Dagobertus cuncta, quae ad regnum Austrasiorum pertinebant, sine ditioni velle recipere. Quod Chlotarius vehe[n]ter i[n]negabat, eidem ex hoc nihil velle concedere. Electi sunt ab his ihohus Regibus xii Franci, ut eorum disceptatione h[ec]c fineretur intentio. Inter quos et Dominus Arnulphus Pontifex Metensis, cum reliquis Episcopis, elegitur, ut benignissime, sicut sua erat sanctitas, inter patrem et filium pro pacis loqueretur concordia. Tandem a Pontificibus, vel sapientissimis viris Proceribus, pater pacificatur cum filio: rediensque ei solidatum, quod aspiciebat ad regnum Austrasiorum, hoc tantum exinde, quod circa Ligarem vel Provincie partes situm erat, sine ditioni restinuit. Eadem habet Aimonius lib. 4 cap. 12. Quas urbes ac provincias trans Ligaram posseverint Austrasie Reges, declaratum est: Eboracum ad Vitum S. Sigiberti. Satis autem constare rubetur, inter duodecim illas regiarum controversiarum urbitorum suisse Piponum, cuius erat et summa apud Austrasios dignitas, et fides erga utrumque Regem egregie plurimus in rebus perspecta.

23 Atuid Dagoberti prius factum, cuius iudicem Piponius et Arnulphus auctores extiterunt, commemoratum est in Diatriba de tribus Dagoberti lib. 1 cap. 3, ex Marquardi Freheri libro de veteri Lupoduno sive Lundburgho, quod Ecclesie Wuruatensem idem Rex dominavit. Diploma dotum Moguntiae, sub die u Kalend. Octobris, anno regni vi. Austrasiam uirorum, nam ante sextum annum regni Westrici, sive accidatalis Franciae, iam Episcopatu sive Arnulphus abdicarat, et in crevum secesserat. Ita orditur illud diploma: Dagobertus Rex Francorum. Cunctos nosse voluntus, qualiter nos de remedio anima nostrae, et de futura retrabilione cogitantes, omnino propositum in animo nostro Ecclesias Dei de alloodis nostris coheredes facere, et loca Sanctorum augmentare. De hoc tulimus bonum consilium Procerum nostros-

rum, Pippini, qui est Major-Domus, Arnolfi Metensis Episcopi, Huniberti Coloniensis Archiepiscopi: et inde misericordiam Dei consequi, et ejus Sanctorum suffragia promoveri confidimus. *Reliqua fas est legerr loco citato, et quæ ad eum firmandam donationem a posterioribus Regibus atque Imperatoribus rescripta ac statuta sunt.*

§ III. Gesta a B. Pippino, ejusve consilio, ab anno 1038 ad 1039.

^Anno xlvi regni Chlotarii moritur, inquit Fredericus cap. 36. is erat Christi 1038. Dagobertus autem, ignarus quibus Procerum et poplrorum studiis ^{Idem Dagober-} Legati, quos in Burgundiam et Westrasiam mittere ^{lus anno 628 mortuo patre,} cogitabat, essent excipiendi, exercitum ad Austrasie fines promovit. Quia his omnibus in rebus B. Pippini potissimum consilio operaque est usus, iubet quæ inferioris in Ita num. 3 et 11 paullo brevius perstringuntur, ipsis Fredergaru verbis hic recensere. Dagobertus, inquit, cernens genitorem suum fuisse defunctum, universis Leudibus, quos regelbat in Auster, jubet ^{Burgundos et Westrasios prudenter sibi subjicit,} cun exercitu promovere. Missos in Burgundiam et Wester (transua memoriæ Auster habent) direxit, ut suum deberent regimem elegere. Cumque Remis venisset, per suggestiones accedens, onnes Pontifices et Leudi de regno Burgundie inibi se tradidisse noscuntur. Sed et Neustrasie Pontificum et Procerum plurima pars regnum Dagoberti visi sunt expessisse. Charibertus frater suis iustebar, si potuisset, regnum adsumere: sed ejus voluntas pro simplicitate parum sortitus effectum. Produlphus (Sichildis Regina fratr) vellens nepotem suum stabilire in regnum, aduersus Dagobertum muscipulare ceperat: sed hujus rei vicissitudinem probavit eventus.

25 Cumque regnum Chlotarii, tunc Neptri quam Burgundie, a Dagoberto fuisse preoccupatum, capit thesauris et sue ditioni redactis; tandem misericordia motus, consilio sapientum usus, citra Ligarem et limitein Spanie, qui ponitur partibus Wasconie, seu et montes Pyreneos, pagos et civitates fratris suo Chariberto ad transagendum, quod ad instar privato habitu ei vivendum potuisse sufficeret, noscitur concessisse: pagum Tolosanum, Carteirnum etc.

26 Eodem fere tempore accidere, quæ in Ita S. Magui, sive Magnoldi vi Septembri narrantur, quamnam Pippiao Regi B. Karlomani fratri tribuntur, que manifestum est ad hunc Pippinum spectare. F Cum ergo tribus annis post S. Galli obitum, ipso anno quo Chlotarius Rex decessit, aut non multo post, Otwinus pessinus Dux et Erchonaldus praefectus canonicus S. Galli diripuerint, multis monachorum interfictis, Magnoaldi et Theodoro flagellatis ac vulneratis; non post multum temporis misit Pippinus (qui, ut paullo ante dicitur, Major-Domus vocabatur) exercitum coposum ad devastandam Alamannorum prouinciam, sueque ditioni et Francorum subjugandam. Cumque tota terra hostil repleretur incursu, Otwinus et Erchonaldus nescientes qua parte se flecent, semetipsos gladio interfecerunt, quatenus ultio divina in eos peracta collata signa manifestent. Hunc in Alamanniam exercitum misisse Pippinus dicitur, quod apud Dagobertum sonum palleret auctoritate, cumque ad ol bellum tu sacrilega ultionem Alamanni inferendum instyisset.

27 Paullo post in eodem Vita iterum mentio fit ejusdem Pippini. Nam S. Wietherpus Augustanus Episcopus de loco ubi Fouense ab eodem S. Magno adjudicatum canonicum est, ita loquuntur: Locus ille valde angustus est et inhabitalis, et iam diverse ferae ibi morantur, id est, cervi, apri multi, plurimi ursi, et propter illorum multiplicacionem Dominus Rex Pippinus ad suam venationem exercendam illum

Pippinus Alano-dedit.

in Roma to-

cato aut ju-

ri, venatis

zyptum.

A saltum ad opus suum tenet. *Inferius deinde: Profectus est supradictus Episcopus Wietherpus ad gloriosum Regem Pippinum, qui tunc temporis Germanium totamque Galliam regebat, cum epistola B. Columbani, quam ad Lothuriū direxit flagitans pro sanctis viris Gallo et Magno consistentibus in regno suo, ut eos benigne in amore Domini foveret, eisque familiaria loca, prout opportunum foret, in sua ditione trabueret. Sed quoniam Lotharius Rex minime adimplere valuit horum propter diversorum inimicorum Dei infestations, prefatus gloriosus Rex propter amorem et petitionem fratris sui carissimi Karolomanni, qui propter Deum reliquunt temporalem regni gloriae pontificis monasterio se tradidit, et elemosynas sue largitatem, neconon et petitionem prefati Episcopi, ipsum locum sublimare in aliquo largitionis sue solatio dignaretur. Cumque gloriosus Princeps prefatus accepisset epistolam, compunctus ex petitione fraterna, diligenter interrogare coepit suos Proceres ex Alamannia, qualis ille locus esset, quem prefatus Episcopus postulabat sublimari. Tunc Dux Gunzo ex provinciis Augustensis Rethie respondens dixit: Vere, Domine Rex, ille locus tenuis quidem est facultate, sed optimus, si impeditum vernum deesset, ad venandum; quia plurimi cervi, damulæ, et hiruli, ibiisque diversib[us] morantur, ursorum quoque ac luporum multitudine plurima.*

*B. Wietherpus vero Episcopus coepit narrare de virtutibus beati viri, quomodo Domino adjuvante draconem interfecit, et veteras virtutes, quas Dominus per meritam ipsius et orationes ostendere dignatus est, vel quoniam ille locus purificatus sit, ubi B. Magnus morabatur. Et hac audens gloriosus Rex Pippinus, commotus valde animo dixit: In veritate conperi, quia quamvis ille locus tam tenus sit facultate, tamen pro meritis tanti viri celebri erit diffamatus rumore, sicut auditum habemus jam locum esse, ubi corpus B. Galli requiescere videtur. Inquisivit ergo a prefato Gunzone, ubi vicinis locis potuisset tributarioris inventire de eodem pago, qui veetigalba annuatim redditibus regis inferre debeant. Plura deinde subjungit de illustri illa donatione, ac donista: His regiae potestatis presul Wietherpus adoratus solitus, et sublimatus honoribus, imperitissime dominus optimus B. Magno a Rege Pippino, factus ad patriam regreditur, injungens beato viro ea omni diligentia etc. Et hoc quidem certum est ad B. Pippinum pertinere, atque ab eo qui *Vitam S. Magni*, a *Theodoro* ejus sororu scriptam, aliquot post seculis interpolavit, illa de Karolomanno Pippini Regis*

que male Pip-
pino Regi ad-
scripta.

C fratre imperante infarta, cum SS. Mayans et Wietherpus centum fere annis primi mortui sint, quam Regis fieret Pippinus Karolomanno frater, filius Martelli, Sol de his plenius ad S. Magni Vitam, et indicata quadam XVI Januarii ad Utam S. Tovensis, qui S. Wietherpo in Cathedram Augustanum successit. Nunc ut Dagobertus revertatur, B. Pippini obtemperantem supien-

29 Anno 634 (aut forte sub exitum precedens) Burgundie regnum peragere, ac stabilitate ubique justitiam aggrediens est Dagobertus, quod vitatus ante diu cap. 58 narrat Fredegarius: Dagobertus cum jam anno VII (aliqua exemplaria sexto habeant) regnaret maxima parte regni patris, ut supra memini, Burgundias ingreditur. Tanto timore Pontifices et Proceres in Regno Burgundie consistentes, seu et ceteros Leudes, adventus Dagoberti concenserat, ut a cunctis esset mirandus. Imperibus justitiam, habentibus gaudium vehementer irrogaverat. Cumque Lingones civitatem venisset, tantam in universis Leudibus suis, tam sublimibus quam pauperibus, judicabat justitiam, ut credereetur omnino finisse Deo

placibile, ubi nullum intercedebat præmium, nec personarum acceptio, nisi sola dominabatur justitia, quam diligit Altissimus. Deinde adgressus Divoen, in quoque et Latona resedens aliquantis diebus, tantam intentionem ad universum regni sui populum justitia judicandam posuerat. Hujus benignitatis desiderio plenus, nec somnum capiebat oculis, nec cibo satiatur, intentissime cogitans, ut omnes cum justitia recepta de conspectu suo lati remearent.

D 30 Ad eum usque onnum, Christi 100XXIV, apud Austrasios regni scelum retinuit Dagobertus, et Pippini præcipue consilio, que commemorata sunt, gessit. Testatur id Fredegarius: Usque eo tempore (usque nemp[er] quem diximus, unum regni H[er]estri septimum) ali initio quo regnare cooperat, consilio primitus beatissimi Arnulfi Metensis urbis Pontificis, et Pippini Majoris-Domus usus, tanta prosperitate regale regnum in Auster regebat, ut a cunctis gentibus immenso ordine laudem haberet. Timore vero sic fortis sua concusserat utilitas, ut jam devotione arriperent suae se tradere ditioni: ut etiam gentes, que circa limitem Avarorum et Selavorum consistebant, eum prompte expeterent, ut ille post tergum eorum iret feliciter, et Avaros et Selayos ceteraque gentium nationes, usque manu publica sue ditioni subiectum fiducialiter spondebant. Post discessum B. Arnulfi (qui contigit anno 100XXX) adhuc consilium Pippini Majoris-Domus et Huniberti Pontificis urbis Coloniae utens, et ab ipso fortiter admonitus, tanta prosperitate et justitiae amore complexus universa sibi subditas gentes... regebat, ut nullus de Francorum Regibus praecedentibus sua laude fuisset prececellentior.

E 31 Et hoc quidem, usque dum ad Parisius (ut adem interjecti Fredegarius) pervenit Dagobertus, rudem anno VII regat H[er]estri, 100XXIV Christi: quo pertransita, ut diximus, summa cum justicie conuenientiane, Burgundia, imperfecto Cabrone Brudulfo avnendo fratris sui Charderti, per Senonas Parisius venit, ibique Gomadruðem Reginam, Brudulfi sororem, in Romiliaco villa, ubi ipsam in matrimonium accepit, relinquentis, eo quod esset sterilis, cum consilio Francorum (H[er]estrius vero, quorum tunc cepti definiti obscuris, et a virtutis trame seducit) Nanthidem unam ex pueris de monasterio, in matrimoniis accepientis, Reginam sublimavit. MS. quoniam Regina Suetar, quod Gohlasti fuerat, habet, Nanthidem unam ex pueris de ministerio fuisse, scilicet Gomadruðis Regine. Ita et S. Bathildis, ex Erchinoldi, qui tunc Palatium gubernabat, ministerio ad Clodoverii nuptias erecta, ut tu utraque ejus Vita XXVI Januarii dicitur. Anno sequenti, Christi 100XXV, VII regni sui, cum Auster regio culta circuiret Dagobertus, quoniam pueram, nomine Ragetrudem, stratus suo adscivit: de qua eo anno habuit filium, nomine Sigebertum. Sed priusquam hic nascitur, revertens in Neptrio Dagobertus, sedem patris sui Chlotarii deligens, assidue resedere dispositus. Cum omnis justitia, quam prius dilexerat, fuisse oblitus, cupiditatis instinetu super rebus Ecclesiasticis et Levidium sagaci desiderio velle omnibus undique spoliis novos implere thesauros; luxurie supra modum deditus. Ita cap. 60 Fredegarius, qui et in B. Pippini Vita nra. 6, et 11 narrantur.

F 32 S. Amandus Episcopum supra vi Februario vi dimis, velut ultrum Joannem Baptistam, Regis publica flagita intrepide arguisse, idque ab illo proscriptum, ut his verbis Bandenundus ejus discipulus cap. 4 Vite ipsius num. 16 testatur: Ipse Pontifex, dux pro capitalibus criminibus, quod nullus Sacerdotum facere ausus est, ipsum redargueret Regem, jubente eu, non absque iniuria, de regno ejus fuerat expulsus

summa dile-
gentia, et po-
puli approba-
tione:

quæ omnia
gerit B. Pippi-
ni constituta,

in Austrasia
habitanti,

estque remota
gentibus rene-
rationis:

anno 634 mi-
grat Parvus:

uxorem repa-
rat, et aliam
ducit,

F

arbitria et lu-
guncula dedit:

objurgatura
S. Amando.

litteris S. Co-
lumbani ad
Chlotarium

sibi redditis.

intellectus S.
Bagni mira-
cultus,

tute donat,
fundatique
Fancense ca-
nolum.

Dagobertus
an. 634 justi-
tum in Bur-
gundia admi-
nistrat,

A expulsus. *Quid Pippinus interea? An regix libidini assentatus, ipse quoque justitiae tramitem deseruit?* *Quid egerit, qua animi magnitudine flagitio Regis castigari, qua prudentia æmolorum machinationes freget, num. 6 et 7 in Vita, et præsertim 11 Fredegarii verbis declaratur. Cui ita consonat Aimoinus lib. 4 cap. 20. Aversum, inquit, cor Dagoberti a Deo fuisse aestimalatur, prorsusque abalienatum, nisi in semet reversus, peccata sua eleemosynis redimere deliberasset. Erat in regno ejus Pippinus, de potentissimis Austrasiorum, familiaritati ejus inhaerens, qui oderat improbos, nec se miscebat flagitiosis. Hunc quidam malignantium Dagoberto adorsi sunt facere odiosum. Sed Domini protectus clementia, (eius in observanda justitia sectabatur præcepta) et insidias paratas evasit, et Regi utila suadendo fidelissimus apparuit.*

B 33 *Sed qua causa Austrasiorum præcipue adversus eum, ut Fredegarius ait, exarsit zelus? Multi ac plenique Leudes, ut idem huber scriptor, Dagoberti nequitiani gemebant; atque n præcipue qui admirabilem in re vita integratatem suspercerant Austrasii: quos et illud universum urebat, quia Aulam regiam in Hestrasiā translamat rufabant, magno regni Austrasiam detrimento et dedecore: atque hoc fortassis Pippini consilio tribuebant, quem videbant Regi in Hestrasiā quoque adhaerere. Eoque progressa ilborum rabies est, ut clade non una affecti a Sclavis Hinidi sint, cum eos vincere possent, uno præsertim Dagoberti nono. Ita Fredegarius cap. 68. Istamque victoriam, quam Winiidi contra Francos meruerunt, non tantum Sclavorum fortitudo obtenuit, quantum dementatio Austrasiorum, dum se cernebant cum Dagoberto odium incurrisse, et assidue expolirentur.*

mata, pia mulier, et fructibus ipsis pietatem demonstrans, Sanctum rogat, ut in ipsius domestico sacello sacra offerat liturgiam. Ecce autem miraculum omnibus, quotquot nuquam acciderunt, miraculis exæquandum. Ubi mulieris fides, ibi divina celebrantur miracula: ubi vero iracundia, semper multa aliqua eruunt. Utrumque in uno Propheta declaratur. Elias cum ipsum Jesabel persequeretur, in solitudine connumeratur, terribilis ille Propheta, qui verbo unico ignem e celo elicit, et intimes sacerdotes combussit, qui cœlum clausit, et siccitatē totum orbem castigavit. Idem hospitio receptus a vidua f Saraphitha, farinæ pugillum auget, multiplicatque oleum in lecythio, ac filium ejus mortuum ad vitam revocat matrisque restitut. Eliseus quoque ad Sunamitidem diversatur, ac simile patrat miraculum. Raab meretrix exploratores hospitio accipit, et salvatur. Et, ne si omnia proferam, fastidium afferat oratio; Meretrix profert unguentum pretiosum, et Iesum ungit, qui erat ipsem vernis unguentum, Deus simul ac homo: et ipsi mali odoris actionibus liberatur. Maria quoque et y Lazari soror ad Jesu considerat pedes, salutari doctrine mentum applicans. Vere admiranda feminæ admirabile studium. Accipit hospitio annuum, nec hospitalitatem exercet, sed pro humili ministerio annum ad sublimum rerum contemplationem erigit. Sciebat enim eum, qui in solitudine mamma pluit, et aquam e petra elicit, ac quinque panibus quinque milia sativit, nulla corporearum rerum premi mœnia, quamvis nonnumquam, secundum leges corporis, pro nostræ salutis curatione ac dispensatione, esurierit, sitient, fatigatus sit. Mulier eadem, a sorore incusata, andit ex ipso Verbo, bonam se partem elegisse, que in aeternum permanens sit.

32 Eam nihil admirabilis haec mulier imitata videtur, aut etiam superasse. Nam cum in domum suam Sanctum accepisset, non solum quæ ad corporalem pertinebant necessitatem negligit, sed ea etiam, quæ ad diuinam liturgiam necessaria erant, panem, inquit, et viuum; ac totam se ad sancti Pontificis doctrinam transfert, omnium terrena rerum oblitera. Quanobrem quod ei tunc accedit miraculum, acclamare videtur, bonam ei partem electam, quæ ab ea non sit auferenda. Nam absoluta adhortatione, quæ audientium annos a terrensi curis ad cœlestia transtulerat, et praesentia, velut fluxa et peritura, contemnit debere, sollicitudinem vero omnem ad aeterna, que permaneunt, nec vicesitudinem admittunt, converti, persuasisset; ac jam reliquum esset, ut mysticum sacrificium peragere, cum nondum essent ad manum quæ ad oblationem erant necessaria, ut dictum, miraculum ab Sancto factum, aut potius per ipsum a Deo, qui Prophetam in lau, alterius Prophetæ ministerio, ut corvi Eliam, nutritiv, et discipulis ultra divinum illud prandium preparavit, cum tertia apparitione suam resurrectionem declaravit, ex immortali sua penu, quam ipse largitor norat, panem et viuum depremisit, in typum divini illius corporis et pretiosi sanguinis, ut et servum suum honoraret, et religiosum fidelis illius mulieris studium omnibus declararet.

33 Qualiter vel maxime sonora lingua clarissima, ex abundanti non nisi solum qui tunc haec spectarent vel audirent, sed et posteris omnibus confirmetur, eum esse qui dixit nullum rerum ad vitæ usum spectantium curam esse habendam, nisi solus regni regnum, ac tum cetera ultra adjectum iri. Si enim quare rem talen ac tantam, præ vehementi ad cœlestem doctrinam hauriendam attentione animi, negligit, non solum non delicti alieujus rea, sed etiam laude digna fuit, ut ingenti illo miraculo declaratum est, quam multis malis eruendos, bonisque cuiuslandos

AUCTORE ANONYMO, EX MS. GREGORIO.

Ubi mulierum pades, ibi miracula,

ut patet in Sa-
raphitha,
Sunamitide,

g

Mary Magdalena,

E

Trapezuntum.

que Georgii exhortationi incidunt,

F neglexit necesse
virum ad sacri-
pium,

enique domus-
tus soppedita-
ta,

Math. 6. 33

Porina soluta
curvata, cele-
ra adjectum

Auctoressus- A landos homines censemus, si conjicere in Domini
nom enram voluerint? Utinam numquam coepit
essent terra marique negotiationes, cura intempesti-
vae, diurni labores, fatigations, vigiliae, que
amarissimi sunt fons avaritiae, unde invidiae, re-
udes, naufragia; unde latrones, fures, raptiores; unde
mendacia, usurparandum, perjuria, aliaque innumerabili-
lis multitudine malorum! Tum cogitationem suam
oname in Daunium conjecissent, qui volueret eoli,
neque serentes neque metentes, nutrit; qui a principio
primum hominum parentem beato illo et immor-
tali vita statu ornavit, licet ob inobedientiam
lapsus, ut terrae spinis horrentia voleret, panem-
que in sudore comedederet, dannatus sit.

Trapezus
nrb. a Herodotus ab Hercule orundi, Pelopide a Pelepe. Hi Argos
et nra Peloponnesi tenere, illi in rade Peloponnesi et Attica
dominari. Vide de his Strabonem Iuris lois atque Graecorum
verius scriptores. — Trapezus nobilis etiam Cappadocia
ad Pontum Euxinum civitas, versus Colchidam et Iberiam.
Longus multo Trapezus distat Austrum, quam Constantiopolis — e Graec. οντας την επονοματειαν την πρωτην διαβασιν
εργα. Ita verbo Επει τι αλι. Corte, Hab. Galli tour. Cur-
tis medii ari scriptoris quidam, luci aut pro villa aut prædicto pos-
nunt. Aliquin Επει οχος est Graeci quibusdam, ηγεμον
επικρα, ut videtur est in Merozio Glosaeo Graecobarbaro. — De Graecis
videtur accipitrum potius quam de Vitorio, quod in Graecis dubie
efficitur, ut de utriusq; intelligi possit. Doppel est utrūc; ουδέποσ
τος Επει. Cicat ipsius conjugis oratio. — e Ila Grece, καὶ τοῦ
τοι ἀργον τετραπτον, οὐδε σιον αν σκριπτον hunc
memoria refellerit, tñ dñ quidem Elias ib. § Reg. 1 cap. 1 hanc
quinq; genitio, ab Ochuzia Regis missa, cum quinq; genitio
litteris, non e colvi epoiso, ut nra obvntur infusse sacerdotes.
At lib. 3 Reg. cap. 18, cum prius percibet sacerdotem a Dio, ut
moi a certis iisque holocanthum, quod obliterat, abumaretur,
deinde 450 sacerdotes fluid ad torrentem Cosa interfici, dñs v.
40, ubi nulla p. noctu liquet, sed ferro potius impulsi videntur
— Greco nega τε εργαζοντες. Vulgo Sacrophila dictur, a
Sacrophila Sidoniorum, ut scribitur 3 Reg. 17. 9. in Graeco Sa-
crophila et Luca 4. 20 Sacrophila Sidonum. g. Rer. anchor. ubi et ali
quidam. Martini notariorum Lazar distinguunt ab ea quod fuerat
pecunio. Quia de quaestione agemus ad 22 July.

CAPUT VIII.

*Alia S. Georgii miracula, prædictiones,
benefacta.*

Verum ne a scopo exerret oratio, ad præpositum
revoceatur. Postquam ergo modi miraculorum fructum
Trapezus perceperat, in patrum redit Sanctus, quos
servarat, velut domum singulare, serum reducens.
Inde vero proficeret ad urbem regiam debuit: ita
enim Imperatrici u Irene, ejusque filio Constantino-
carus erat, ut non diu illus praesentia carere posse,
sed perspicue cogere cum velle viderentur, ut ipsis
perpetuo abesset, et in societatem publicarum en-
tarum veniret, atque Imperi halenus præclare re-
geret. Verum quia præ animi demissione, longas
in palatiis moras necere, et familiariter cum Im-
peratoribus agere, velut proleru sibi durebat, inde
recessit.

Cum igitur, ut dictum est, Byzantium pervenit, mirandum quiddam evenit, ex quo, preter ce-
tern, apparuit, cum esse propheticus Spiritus plenum,
perfectissime administrationis reip; exemplar, regu-
lum rectissimum eorum qui divino Spiritu instruti
eventura premitant: ut et simul signileant, si-
mulque obscenis indecis rerum futurarum exitum
involvant, atque eorum qui longidioris animi sunt,
quique mordaces et tenerant, affectionem temperent,
ne eugnostiam repente exanimant causa sit præ-
dictio, sed obscuram permanent epis expositio; post-
quam vero res evenierit, et vere præmittita fuisse
agnoscatur, et gratae agantur Deo, qui emetum novit
priusquam dant. Ex igitur tempore Logoi tota erat
quidam, publicis vestigalibus prefectus nomine Nie-
cephorus, vari sancti in paneis amicos ac familiaris,
quique cum sibi non in his sedum rebus que ad animam
pertinent, sed et in reliqua vita instituentia
ratione b; dñe ac magistrum adoptasset, ut epis
consilio vitam, verba, actiones omnes regeret. Do-
minus est emere quidam cum vellet, ut cum rectore
hoc ac moderatoro rerum omnium sicrum communis-

cat, et mox inhiberi præcipitem illum suum ad emp-
tionem impetum sensit, simulque imperii adipiscendi
indictum accepit: atque idem prope illi evenit quod
Sauli, in quantum visus uterque accessionem p̄s
principalis opere, magis negotiatus. Declaravit enim
illi Sanctus, brevi enim viduæ cuiusdam, amplissi-
mas ædes possidentis, heredem fore. Id autem de
Irene Angusta dicebat, e post quam imperii gubern-
acula suscepit. Interea tamen rei obscure prænun-
tiatae veritatem, minime illæ asssecutus. Postquam ve-
ro quod prædictum erat evenit, et prophetia donum,
quo prædictus erat Sanctus, agnovit; non tuni re-
gnum diadema, ipsumque Romanum imperium facie-
bat, quani cum illo colloqui, commorari, convivere
posse: adeo ut ipsam etiam purpuram contemneret,
et clavellum eius indueretur tunica attritoque
pallio, illudque imperii sui tutelam esse duceret ac
firmamentum: ut etiam letoet sperneret, seque in
pavimentum abieret, atque excelsæ illius humicu-
lationis et vigilie particeps fieret.

36 Et haec quidem ita se habuerunt. Reliquum
unum adhuc e multis commemorabitur, ac tune ad
terminum orationis accedam. Is aliquando per Pon-
tum Euxinum navigabat: enim pervenisset ad locum
ubi et Sangarius amnis per Galatiam fluens, al-
vens in mare evoluntur, et ad ipsum ostium applica-
ret, illuc inter undam fluvialem ac mariis aestu quæ-
dam velut pingua exorta est; cum et illa magnō
impetu delaberetur, et mare exasperatum, fluctus
suis in terram exspueret. Ad haec ventus flare a ter-
ra capitur, nec levī pavore nautas periret, velut quos
cum navi videretur in profundum demersurus, cum
tunc ex sinistra cuiuspiam ikemonis impulsu vehe-
mentius spiraret, ut et fluctus dissecaret, quasque
eachumanus, strepitum velut bullientis ictus excita-
ret. At paulo post remigio ad terram appulsa est
navis, e qua egressus vir sanctus, inque littoris ag-
gere stans, sublati in cielum nimbus, ventum in-
crepuit, ac tempestatem sedavit: nec unquam deinceps
violentu epismodi flatus cum locum infestarent,
Sancti imperio velut inevitabilis quipiam vinculo co-
hibiti. Quienam vero ad nostram salutem edita jam
olim miracula non istud magnitudine longe exiperat?
quæ prodigia non antecellit! Nam daemons fugare,
sanare morbos, atque alia innumera miracula patre-
re, quibus omnis historia ac poesis plena, hanc difi-
cile est Sanctis, qui intummatum in se divinitatis
imagine conseruant, et proximam communeratione
istiusmodi miraculorum gratiam fuerint consequenti.
Ipsa vero elementa firmare, ventorum incursibus
imperare, increpare marias procellas, iisque veluti
fimissimum triennum imponere ac limitem præseri-
bere, quæna prætergredufas non sit, hoc vero divina
natura est opus, que eolum in star pellis extendit, et
terræ super aquas firmavit, et arenis mare com-
pescerit.

37 Hinc divino naturæ, quæcumque conjici potest,
eximia quadam humanorum affectuum vacuitate ani-
mique puritate, epismodi edendorum miraculorum
gratia ita erat locupletatus Georgius, ut nemo non
coram particeps fieret. Nam qui iam nascendo vi-
tam lauseant, his tune illustribus ejus miraculis
impiese frui datur est. Qui autem nondum nat-
erant, sed futuro tempore suscipiendi, his quoque in
futuris illius beneficentia copia, donec depronatur,
velut in peccati recourita est. Ausus etiam fortassis
dicere quispiam, etiam in Sanctos, qui iam olim vi-
ta fuit sunt, partem aliquam beneficiorum ejas
fuisse derivatam. Ex eorum enim mutatione simili-
tudo vivendi modum usurpans, et quotidie, ut cum
David loquar, ascensiones in corde suo disponens,
ne præclara quadam ratione mores quotidie in na-
tus varians, cum quibusdam eorum certavit, alios
superavit

a
S. Georgius
evocatur ad
audium,

*Augustus gra-
dissimus.*

Nicophorus Lo-
gotheras præ-
dictus im-
perium,

b

sed obscure,

*qui postea cum
ejusque reli-
quis plurimi
faciebat.*

E

*precibus tem-
pestatis sedat,*

*et a certo loco
ventus impe-
tuosus in per-
petuum ureat,*

*quod maxi-
mum miracu-
lum:*

*de omnibus
bene mercede-*

futuri,

*reverberis cu-
m Sanctus,*

Ped. 63. 6.

A superavit, et velut unam ex omnium praeclare factis speciea componens, eam in se accuratissime expressit: ut ipsi quidem magnum fuerit in tanta respicere exempla, in auctoritate illis, talem nactos esse imitatores. Nam et optimus pictor, et miles in aie Imperatoris sui robur imitari contendens, in prius exemplar solent gloriae referre.

dum eos uni-

tando honorat,

Gen. 14. 14

38 Praeclare enim vero omni verborum operum que armatura, velut alius vernaculis instructus atque egregie propriae castris communis, velut alterum Lot, gregem suum nulla saucium plaga servavit, tum promptissimam usque ad sanguinem Deo omnium patri obtemperandi voluntatem retinens, tum evidenter id re ipsa docens, et quotidie libera voluntate rem sacrae factitans, vereque sese incuruenti sacrificii mysten declarans. Dei filios et haeredes, ex Ecclesia ad divinam normam ab ipso ordinata, velut ex altera Rebecca sapienter prouereavit: et gregem multiplicans, non nota parentibus, sed insignitus et rationalibus oibis, (quod omnino ex arte pastori probatum) sortitus est: quæ Abraham, Isaaco, Jacobo fuere divitiae. Temperantiam summa cura exercens, versutam nequitiam, velut alteram Aegyptiam, terrenarum rerum expoliacione facile fugavit. Et non

B vi Israelis dux spiritualis designatus, ex peccati velut caliginosa Aegypto eum abstractum, in terram mysticam promissionis tradidit, amara doctrina quasi salsa maris Erythraei aqua abstergens quidquid Aegytiacum et peregrinum adhuc adhaeserat. Illud autem venerabile sacerdotium adeptus, non Moysem habuit, qui quæ ad Deum pertinent exponeret, sed ipsemne immediate cum Deo sermonem miscens, pro quo populi ignorantia ac peccatis quotidie hostias offerens, Josephum, Moysem, Aarone exacte imitabatur. Zelum Phinees generose consequi nitebatur, avaritiam et mendacium invicem magnam ad perniciem commixtas, et, quæ ab illis dolose progignitur, invidiam, libertatis gladio excidens, probrofissimam alvum intersecans, et priusquam completeretur, foedum abortum manifestans. Davidis quoque in re pastoritia, priusquam inungeretur, robur egregie æmulatus, ursinam rabiem ac leoninos passionum impetus, rationis virtute fortiter suffocavit, rectoremque animum munditio obarmans, invisibilem Goliad secum congressum funda prostravit. Eliæ et Joannis exemplo cum solitudinem adamaret, magis etiam quam illi impietatem reprehendit. Petri et Pauli ardorem in fide disseminanda ac magnanimitatem imitatus est: ac ceterorum denique discipulorum Verbi in obeunda Apostolici muneric functione accuratissimam soleritatem in se quoque effinxerat, omnibus aperiens eorum arcana et iustitiae doctrinæ oracula, tum quæ ad vitam instituendam pertinent, tum quæ a Deo instituta. Martyrum pro veritate usque ad mortem in conscientia declarabat instantiam, omnem malitiae speciem fortiter eventus.

C 39 Patres antiquos, qui in pastorali munere celebres extiterunt, longe antecelluit. Quis enim ita unquam dispersas oves congregavit, perditas quiescivit, claudicantes sublevavit, infirmas curavit? Et bas quidem accommodatis ad conservandum modis, illas vere purgationi aptis tuebatur remedis, nequam virga in sermone utens, moribus potius quam verbo plerosque corrigens. Quonodo odiosam acerbitatatem repulit, et benignitatem sublimi humilitate introduxit, cum avaritia simul committates relegans, introducens paupertatem et misericordiam, omnes iustitiae connexuit, atque ut temperantia exornarentur providit, et ad fortitudinem pulchre erudit, assueficiens adversus invisibilis hostes generose depugnare? Nihil enim tantam vim habet ad virtutum acquisitionem, atque

majorum institutis excercendis manum sedulo D admovere.

a Hinc antea conjecturam duximus, hac ante annum 790 co-tigisse; quando sumit imperabant Irene et sub ejus tutela Constantinus. eo enim anno illi ubrogatus ab exercitu imperum est, quod anno 797 resumpsi, filio excreto. — b Erat Nicephorus in ex Theophane patet, homo vaferimus, et fortassis suum virum quem ob sanctimoniorum opinionem observari ab Imperatoribus, a populo coli cererbat, simulata benevolentia demiceristi conabar, aut si quando sincera evita consulabar, mox in transversum sua ambitione, ceterisque inuidia vita abstractebatur — c Intra pessimum Angustiam subdole et crudeliter et solo extirbari, bonus exsul, relegatus confecit varus calamitatisbus, — d Haec astuti veteratioris erant artes, ut plus credereatur, qui aliquum vir salis de religione sentiebat, ut ex Theophane et aliis patet — e Graecie Σαγρίπος ἐσθόποι. et Σαγρίπης πέτραιον. Apud Ptolemaeum lib. 8 cap. 1 tabula 1 Auct. Σαγρίπου πετραιού τελος Sangarii fluminis osita Songarius quoque Straboni et Stephano est.

AUCTORE ANONYMO, EX MS. ORGECO.

Songarius f.

mortuorū

E

a

b

magno omnium luctu sepelitur:

innuero ad eius sepulchram sunt miracula.

F

41 Et humano quidem more tumulo conditur, minime tamen (neque Sanctum decebat) oblivione nomen ejus sepelitur, sed miraculorum divina quadam luce splendescit. Quorum paucula ex multis delibabimus: nam si universa complecti oratione velimus, quam multi ab immundis spiritibus vexati, solo sepulchri ejus attacti, liberati sint, membris fractis eo advecti, sanati domum suis pedibus redierint, oculorum privati lumine ab aliis adducti, visu adepto profundam noctem effingerint; id perinde sitac si vel exiguo cyatho oceanum metiri, vel numerum marinæ arenas subducere, vel spatium quod a terra ad cœlum protenditur, determinare aggrederemur. Sed velut ex unguibus (quod est in proverbio) leonem descrihemus: ejusque apud Deum gratiam et familiaritatem, etiam postquam et vita migravit, opere ipso manifestum reddemus, atque uno altero eis miraculo in medium allato, finem orationis imponeamus.

D 42 Tanta vis aliquando cecidit imbrum, ut homines pene aquarum copia obrueret, ac secundum quodammodo diluvium videretur, prolixis late montibus, campis stagnantibus: plene aquis erant donus ac tempora, partim quæ superne ex tecto defluabant partim quæ inferne per ostia irruentes omnia implabant. Urbs tota undique incurrentibus aquis quasi in medio mari agitata et concussa ruinam minabatur: nisi quæ omnia ad mortalium utilitatem dirigit cœlestis providentia, vibrans quidem ultionis romphæam, at non inferens plagam, sed paenitentiae nobis viam aperiens, fluxum aquarum stitisset, et salutem largita esset viri sancti deprecatione, ut facto ad ejus tumulum miraculo declaratum est. Nam cum templum aquarum copia exundaret, nequaquam ejus

nqua totam urbem complicant,

principie A-
braham,
Isaac,
Jacob,Joseph,
Moysēm,
Aaron,
Phinees,

Davidem,

Eliam, Ioan-nem, Aposto-los,

Martyras,

Item veteres
pares rem
pastorium
curantes,ad omnem vir-tualem suo-
crudiens :

AUCTORE A. ANTONI
MO. XX MS
GR. EGD.
eius sepul-
chrum cin-
gunt, non at-
tingunt;

Russis barba-
ris provincias
Aste ad Euxi-
num vastantibus.

ipsamque A.
matrida ur-
bem,

quidam volen-
tes id sepul-
chrum subru-
ere,

Aunt inmo-
biles:

C
Dux ex capili-
vo causata in-
telligi,

A sepulchrum attigit: sed qui olim mare rubrum divisi, ac Jordanem repressit, idem isthic quoque per famulum simile prodigium exhibuit. Cernere erat mollem ac liquidam naturam in duritiem mutari, hinc inde a tumulo absistere firmi et immobilis muri instar, neque ei quidquam humoris aspergere. Vere mirabilis Deus in Sanctis suis, faciens prodigia et mirabilia supra omnem sermonem ac potentiam.

c **43** Et illud quidem ita gestum est. Nec minus quae postea evenerunt stupenda. Barbarorum irruptionis facta est, c Russorum nempe, gentis (ut omnes norunt) immixta ac ferocius, cuique nihil humani inesse reliquam videtur. Sunt enim moribus efferratis, ab omni humanitatis cultu alieni, ipsis aspectu oris que specie ad diritatem et immanitatem compositi, ac nullare, qua ceteri mortales, oblectari videntur, sed solis se pascere credibus. Sevi igitur illi hostes, et nomine ipso, non re sola exitiales, a Propontide clade auspicati, omnemque oram maritimam depasti, tandem Sancti hujus patrio appropinquarunt, passim cedentes, omnem sexum atque etatem, nulla senum infantiumne commiseratione, sed promiscue contra omnes sanguinolentam armantes manum, pernicem inferre quam citissime contendebant: tempora

B ab iis eversa, sacra profanata, dejecta altaria, proque iis nefarie libationes et victimae. Thaurica illa vetus hospitum cedes ab his renovata, Virginum cedes, virorumque ac femininarum. Nemo erat qui suppetas ferret, qui hostibus se opponeret, nemo. Prata, arbores, fontes stupehant. Ipsa convinebat coelestis providentia, forsitan ut malitia completeretur: ut evenisse siepe Israelitis ex Scriptura discimus.

44 Egregius hic Pastor etsi corpore absens, spiritu tamen praesens aderat Deo, et incomprehensibilia ejus judicia velut per oculis habens, enique intimo pervadens, nec suis auxilium serrebant, nec adhibebat ad Deum pro iis process. Tandem tamen ulterrimus dissimilare non valuit. Miraculum igitur edidit ceteris ibi factis nihil inferius. Barbari enim in templum ingressi, et tumulum conspicati, thesanum esse suspicati sunt, (et erat revera thesaurus) eumque sufflare aggressi, manibus ac podibus dissoluti apparuerunt, atque invisibilibus vineulis ligati, immobiles constituerunt, miserabiles, stupore ac motu percorsi, nihil aliud nisi loqui valentes.

45 Horum Dux, ubi id prodigium vidit, et ipse metu ne pavore corruptus, quendam captivum accersit, scitaturque ex eo, quid illud sibi velit quod evenerat, aut cujus id numinis fiat potentia? aut quid tandem ibi defossum sit? quave ratione ne modo ista milites patinatur? Dei, inquit captivus, qui ex milio cuncta creavit, ea potentia est, qui quidquid vult facit, cui contradicere nemo potest, non Rex, non tyranus, non Praefectus, non barbarus, nec quemcumque nominaris, non natio integra. Per ipsum enim Reges regnant, et tyranni terra imperant. Quis vero? nūt barbarus, nonne et nos quotidie sacrificia offerimus diis, altaria instrumenta, et libationes peragentes? At neququam, ait alter, dii veri sunt, quibus immoltis; neque ejusmodi Deo nostro bostie placent. Nullo enim indigit, cum omnium sit dominus. Aliano, inquit, hostia est, qua gaudet Dous vester? Quomodo autem re nulla eget, si hostia saltem illa opus habet? Nulla, inquit captivus, illi re opus est, sed, quia bonus est, actiones bonas suscepit, ex pura conscientia offertas. Qui vero in ejus conspectu per bona opera pars apparuerit, is ab illo maximo honore decoloratur, vivus ac mortuus. Quisnam vero, nūt, hic honor? Omnes quod videbant, inquit captivas, facere in ejus nomine, sibique honorem exhibentibus benefacere, dedecus irrogant.

tes ulcisci. Atque eam ob rem cum tui hi milites, ut D vides, effringere ejus tumulum ausi sunt, quia injuria est ejus qui illuc situs est, profanis barbarorum discuti manibus, qua apud Deum valet gratia, pedes eorum manusque ita alligavit. Si autem volueris et remedium, dictorum meorum veritatem explorare, age, profer donari, ac per nos Christianos eum placet; statimque viri isti a molestia, qua distinxerunt, liberi evadent. Querit alter, quibus gaudeat donari, qualia que suscipiat munera? Oleum, ait, et ceram, ea enim offerre Christiani solent, itemque captivos in libertatem restitui, ecclesias reverentiam servari vult. Hæc omnia si agere atque servare volueris, videbis milites tuos valentes ut prius.

46 Attonitus dictis barbarus, cuncta se quam primum facturum pollicetur: et Christianis illis in plenam libertatem restitutis, Dei Sanctique deprendandi curam committit. Statim perquam luctucent ascendunt luminaria, statio per omnem noctem et psalmorum concentus instituitur: barbari ultione divinitus inflicta solvuntur. Initur deinde reconciliatio gratia ac fodus cum Christianis: neque deinceps illi injuriosi in sacra extitere: non suffidere divina fit paz, altaria, non sunt sacrilegis manibus religiosa deperculati cinelia, nou sanguine ecclesiæ contaminantur. Ita sepulchrum unicum barbarorum arguit insaniam, cedes multas compescuit, immunissimos Ipos in agnorum mansuetudinem commutavit, et cessant sceleris præsenti saltusque venerantes, divina revereri et colere templo docuit.

E **47** Vidisti vim sepulchri, qua gentis integræ prostrata potentia est. Vidisti vim sepulchri, quæ ut lupus cum agno pascerefetur efficit, secundum quod Esaias vaticinatus est, utque pardus cum hœdo accubaret. Vidisti tunuli gloria, miracula velut solares radios spargentem. Vidisti pulverem multis missilibus hastisque validiorem. Vidisti reliquiarum virtute cordis refractari duritiem mollescere. O sepulchrum apparen, sed mysticus thesauros! O sepulchrum spolians sepulchra, multisque vite manus elargiebantur! O tumulus, cujus gloria ad ipsos usque Oceanæ limites pertigit! O pulvis, barbaros dissipans, eorumque gladios, armaque reliqua et estra conterens! O reliquias absconditæ, auro pretiosiores, exquisitis lapidibus lucidiores, byssos et purpura splendidiiores, Regibus potentiores, Christianorum robur et gloria! O divina seges, d (hanc enim Graeci

Magnus illius
sepulchri ho-
nor,
Esa. 11 6

Tēwpytos vocant) in terra quidem sata Spiritus agricultura, aucta vero usque ad cœlum, tempestive demessa, inque colestibus horreis recondita, et suo tempore large divisa, nec exhausta; contracta, nec F viator facta; erogata, nec evacuata; consumpta et multiplicata! O arbor proceræ, plantata ad decursus spiritualium aquarum, et in tempore admirabiles proferens fructus, cujus foliorum gratia, decor, et copia numquam defuet.

48 O superne Jerusalem civis! o veri tabernacula Sacerdos, et inexplicabilis illius pulchritudinis contemplator, respice nos e sublimi, tuarumque laudum praecones protege, libera nos a peccatis ac lapsibus: erue a pressura, calamitatibus, necessitatibus, periculis, quovis denique incommode. Ex miraculis tuis cum Dio familiaritatis evidencia habemus argumentum. Non debia gratia, non erubescere deprecatio. Audacie, qua encomia tua aggressus sum, ignoscere: suspice prepositionum hoc meum, quando id et Deo acceptum. Non enim impetus temeritatis hic est, sed fiduci inflammatio studium et conatus ad id impellentis amicitia, Joannis illius inclity, ac virtutis studiosi: ejus et abortatione inductus, ne inobedientem culpam incurserem, in hoc me tuarum laudum pelagus immisi: tamque gandebo his me esse inferiorem, quam si in aliis palmarum ferrem. Nam cum

Auctor S.
Georgium in-
vocat,

Joannis cu-
jusdam impul-
su se huc
terpasse pro-
plicet,

A cum inferior rebus prædicandis oratio est, re ipsa
earum indicat magnitudinem, et tum sublimitatem
virtutis ostendit, tum Deo proxime adstantis fidu-
ciam. Esto igitur nobis patronus, viudex, defensor:
da nobis ampliorem laudum materiam, nova miracu-
lorum accessione, quam tua apud Deum familiaritate
efficias. Defende urbem tuam, gregem tuum conser-
va, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in in-
finita secula seculorum, Amen.

uerumque
suam tenui-
tem excusat

*μηδέ. Respondet Marlio Διάστρος. Sed non ab eodem die duceba-
tur semper ejus inilium. Eusignius in historia Eccles., semper cum
Calendis Martii diem primum Dystri componit. — d An forsan
circa Amastridem erat tunc cum filio Nicophorus? Haud aliquin
video, qui hoc esse vera possit: neque enim Constantiopolis
dicitur obisse Georgius. Et tunc ejus fortasse sibi xerovos et Russi.
τριθεῖνον accepit, de quibus actum cap. 8 num. 33. — c. Gr. τέταρτος
nique ita scriptoribus Graecis medi et semper appellata leguntur,
διάστρος. Rossi et Russi passim a Latinis, imperite a quibusdam
recentioribus Ruteni. Altero post Georgij etiam seculo fidem
complexa est gens Russorum, Duce Wodowiro, et Catholicam qui-
dem; temere posita Graecorum erroribus implexa. — d Interje-
cimus quinque haec verba, ut sententia intelligeretur.*

a Grace est, ἵνδημι τοῦ σπίουντη πρόδις τῆς δεκατητοῦ Διάστρου



XXII FEBRUARII.

SANCTI QUI VIII KALENDAS MARTII COLUNTUR.

S ANCTI PETRI APOSTOLI CATHEDRA ANTIOPHENA.	S. Secundula,
S. Aristion, antiquus Christi discipulus, Salaminae in Cypro.	S. Justa,
S. Abilius, Patriarcha in Alexandrinus.	S. Castula,
S. Papias, Episcopus Hierapolitanus in Phrygia.	S. Florentius,
S. Anthusa, Martyres, xii famuli eius,	S. Victor,
S. Gallus, Consul, Martyr Antiochiae.	S. Marcellina,
S. Victorinus,	S. Casta,
S. Eucirius,	S. Donatula,
S. Paulus,	S. Libosa,
S. Donatus,	S. Flavia,
S. Fortuna, xxviii socii.	S. Dota,
S. Euterius Palatinus,	S. Furnata,
S. Victorina,	S. Lucianus,
S. Paula,	S. Amicus,
S. Emerita,	S. Regina,
S. Antonina,	S. Cyriacus,
S. Dafiva,	S. Galatius,
S. Rogatiana,	S. Valerius,
S. Antiga,	S. Gorgianus,
S. Urbana,	Martyres plurimi in Arabia.
S. Maxima,	S. Paschasius, Episc. Viennensis in Gallia.
S. Marina,	S. Thalassius, anachoretae juxta Cyrum
S. Matrona,	S. Limnaeus, in Syria.
S. Peregrina lilia,	S. Baradatus, anachoreta in Syria.
	S. Maximianus, Episcopus Bavennas in Italia.
	S. Athanasius, Confessor in Bithynia.
	B. Margarita Poenitens, tertii Ordinis S. Francisci, Cortonae in Etruria.

PRAETERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Telephorus Papa hoc die cotitur a Gracis in Meninx, et apud Maximum Cytherium. Vitam ejus dedimus die, quo Latini eum reveruntur v Januarii.

S. Epiphanius Episcopus Ticiensis Reliquie Hildesheim in Germaniam hoc die translatæ: de qua Translatione post ejus Vitam egimus xxi Januarii.

S. Polycarpus Episcopus Smyrnensis referunt in Martyrolo. MS. Marchianensi, a Gracis pluribus que Latini die sequenti Acta dedimus xxvi Jan.

S. Luperia senior, Inscriptio sunt ad hunc diem
S. Claudia Luperia filia, Martyrologio Hispanico Taman Salazarum, qui seniorus Conversionem S. Iacobii Apostoli prædicatione tribuit. De ea in carnine sepulchrali Autus Halus, ab eodem ritatus, ista habet:

Colitur octavo Martis nunc saepe Kalendas.

Et merito. Nostrum condidit illa Patrem.

Mirum interim non indicari Briviaria aut Martyrologia, in quibus cultus illi assignetur. Filium Tamaius idem matre jungit, quod dies natalis ignoretur, et tamen in hymno S. Isidorori mulier sancta, et sancta dei familiæ appellatur. Plura de us ex Dextre potissimum et Juliani Petri Chronicis congerit, que lector apud illum videre potest. De ins opportunitate agendi locus erit ad Acta et Translatiorem S. Jacobi Apostoli: de hac quamplurima adfert Tamaius.

Fechiuns Presbyter,
Mailanus Achadiensis,

{ referuntur hoc die in
Festilogio MS. Hu-

Cainanus filius Dodoni, bernico Marianus Midabarius Rinndrochidii, Gormani, et Mart tyrol. MS. Tom lactensi: sed in hoc Moelbrigidus, seu Brigidianus, Archiep. Ardmacchanus, deest. Moelbrigidus, quem B. Malbrigidum, sive Brigidianum, Abbatem Berensem et Primatem Armachanum appellat Colyanus, degue eo solo, reliquis omissis, agit, adiunctis nonnullis ex Annalibus MSS. Hibernicus. Verum quomodo reliquias omittat, hunc referut, haud scitis assequimur, ac certiora nobis exhiberi monumenta oportamus: maxime cum eum, qui Midabarius in citatis MSS. appellatur, ipse existimat Midabarium esse, sororem S. Berachii Abbatis et Episcopi, de qua agitur in hujus Vita n ex Hibernico a Colgano, dein a nobis ad xv Februarii edita, dictatur ei dicitur ecclesia de Duinlinn, id est, interprete Colgano, Rinndrochir. S. Malbridum, seu Brigidianum, inscriptis Menologio Benedictino Bucelinus, sed solum Colyanum secutus.

Thecla Virgo, sanctimonialis Benedictina, dicitur in Chronicis Luitprandi et Juliani Petri sanctitate floruisse circa annum 1000-1030. Inscripta est ad hunc diem Martyrologio Hispanico Tamai Salazarum, et Menologio Benedictino Bucelinii. Cittatur Martyrologium Maurolyei, sed hic de S. Theclæ discipula S. Pauli agit, quam etiam huius die referunt plurima, et aliquot secundis ante etatemi hujus Theclæ conscripta Martyrologia, ut mox constubit.

Marnokdubus Eremita in Banzenoch adscriptus Menologio

- nologio Scoticco Dempsteri, eoque citato relatus in Catalogo Ferrarii, diciturque de eo agi in Scotichronico a Magno Macullone exscripto, quod non vidi-
mus. Nulla ejus mentio uspiam fit a Camerario in Menologio Scoticco.
- S. Oliverii Episcopi Caietani Translatio consignata exstet in quodam MS. non admodum vetusto. Ughellus in Italia sacra inter Episcopos Caietanos hujus Oliveri non numeravit, nec Ferrarius in Catalogo SS. Italiz.
- S. Joannes Abbas miraculis clarus Luca in Italia. Menardus et Bucelius, in Benedictino ille Martyrologio, hic Menologio. Nonnulla ab eo patrata miracula narrat Desiderius Abbas Casinensis, dein Victor iii Pontificis Romanus, in Dialogis. Inter alia miracula illud est, quod aqua, qua manus in sacrificio Missæ abluerat, depulsa sit febris Alexandri Papæ II. Cuius miraculi meminuit Baronius ad an. 1070 num. 30, nullus cultus ac venerationis Joannis facta mentione. Silent Ferrarius in suis Catalogis et Franciottus de Sanctis Lucensibus. Joannes Baptista Marus in Notis ad Dialogos Desiderii pag. 16 solum aut inter Beatos adscribi in Martyrol. Benedictino sub die xxii Februarii; upud Menardum nempe.
- Quadratus, Abbas Bonæ-Vallis in diœcesi Rutenensi, revelationibus et vitæ sanctimonialibus illustris, inscriptus est ad hunc diem Menologio Cisterciensi Henriquez et Benedictino Bucelini, ac Beatus appellatus. Saussarus in Martyrol. Gallicano solum Pii annumerat.
- Henricus Hemmenrodensis monachus et Sacerdos (quo sacrificium offerente, a Converso quodam Salvatorem in effigie hominis in manibus ejus conspectum scribit Cæsarius lib. 9 Histor. cap. 28) inscriptus ad hunc diem iisdem Menologiis Chrysostomi Henriquez et Bucelini, et Fastis Columensis Geleni: illi Beatum indigent, hic solum venerabilem vocat.
- Angelus ex Porta-solis Perusinus ex Ordine Dominicano Episcopus Salcititanensis in Sardinia, translatus est ad Sedem Grossetanam in Etruria anno cioccxxx, prope Grossetum defunctus anno cioccxxxiv. Ughellus tomo 3 Italæ sacræ in Episcopis Grossetanus. Jacobillus Sanctis et Beatis Umbriæ ad hunc xxii Februarii adscribit, potissimum motus hac inscriptione sepulchrali, quæ Perusii, ubi jacet apud Patres Prædicatores sepultus, infra effigiem ejus legitur: B. F. Angelus Perusinus ob eximiam virtutem ac vitæ sanctitatem a Joanne xxii Romæ Pœnitentiarius electus, et ab eodem Episcopus Grossetanus creatus.
- Benicus Harphius Ordinis Seraphici S. Francisci, eximiae eruditiois et contemplationis vir, fama sanctitatis et observantia regulari celebri, floruit ante ducentos annos, scriptus mysticis clarus, Mechlinie in Belgio apud Franciscanos sepultus in medio chori, et lapide albo tectus. Ei Arturus a Monasterio in Martyrol. Franciscano ad hunc diem titulum Beati tribut.
- S. Martha Virgo Martyr sub Decio in Hispania passa, hoc die inscripta Menologio Virginum Lahierii et alteri Calendario Gallico: quo etiam passum illam martyrum ab aliquibus tradi assert Trugilla: ac colitur xxiii Febr.
- Sereni et aliorum xii natale Sirmii. Ita MS. Martyrologium S. Hieronymi. At Severi et aliorum Lxxi legitur in MS. Richenovensi, MSS. Latini et Tornacense Serenam appellant, quæ, inquit, tempore Maximiani plexione capituli suscepit martyrium. Inscriptus postridie Martyrol. Romano et aliis S. Sirenum sub Maximiano capite cesus. Junguntur alii Lxxii etiam Sirmii passi, de quibus hic agi opinamur et remittimus ad xxiii Februarii.
- S. Dositheus monachus Ebatanis in Media. Ferrarius in Catal. SS. Is esse videtur S. Dorothei discipulus, de quo, cum Galesimo, ogenus xxii Feb.
- B. Petrus Damianus S. R. E. Cardinalis, Episcopus Ostiensis, Prior eremii sancte Crucis Fontis Avellani, et illustris scriptor, hoc die Faventia in Italia mortuus est, inscriptusque Martyrologus Benedictinis et aliis. Colitur Faventia die sequenti, quo et Vitam dalmatur. xxiii Februarii.
- S. Joseph ab Arimatia, qui corpus Christi de cruce depositum, et aromatibus conditum in monumento suo novo sepelivit, memoratur hoc die in Martyrologio Leodii anno 1624 excuso in Romano xvii Martii.
- S. Abrunculus, sive Aprunculus, Episcopus Trevirorum refertur a Ferrario et Saussao in Supplemento Martyrol. Gallicani, recte tamen hic annotat præcipuo cum honore coli. xxii Aprilis.
- SS. Andronici et Juniae (quorum meminuit Paulus ad Romanos cap. 16 v. 7) reliquiarum inventio celebri memoria recolitur hoc die in Menœ et apud Cytheræum, at dies natalis est apud eisdem Græcos xvii Maii.
- S. Gregorius Papa vii, prius monachus Cluniaceus, exinde Abbas S. Pauli in Urbe, memoratur in Calendario MS. S. Salvatoris, et altero recretur. Colitur. xxv Maii.
- S. Guduvali Archiepiscopi Translatio aliquia contigit hoc die, inscripta Martyrologus monastitis Wionis, Menardi, Dorgunti, Bucelini, Anglico Wilsoni, Germanico Canisi, generali Catalogo Ferrarii, Molani Auctario ad Usuardum. Annua memoria corporis Gandavum deportatis fit in Decembri, quam ad hunc diem nonnulli reservant. De ea Translatione agitur v Februarii in Vita S. Bertulphi cap. 7 num. 30. Dies natalis celebratur. vi Junii.
- Brixius Episcopus Moraviensis ex Chronicis Scoticis refertur a Camerario in Menologio SS. Scotorum. Si quæ certiora monumenta occurrant, poterimus eum referre cum Dempstro ad. xii Augusti.
- S. Concordia Natalis Romæ. Ita MSS. S. Hieronymi, Richenovensi, Colouensi S. Marie ad Gradus. Via Tiburtina ad S. Laurentium, additur in MS. Tornacensi S. Martini; quam Deciana perseverio trucidavit. ut Beda, Rabanus, Notkerus, et mutata phras Galesinus, qui addit eam esse nutricem S. Hippolyti. Est hæc domi quidem occisa, sed secundum Tiburtina, ubi et carmentarium esse S. Hippolyti tradit Aringhus lib. 4 Romæ subterraneæ cap. 16. Num S. Concordia ibidem cum S. Hippolyto in prædio S. Cyriaci sepulta fuerit, examinabitur ad ejus Acta. xiii Augusti.
- S. Thecla Virgo inscripta hoc die Martyrologus S. Hieronymi, S. Cyriaci, Maurolyci, Greveni, aliisque. Eadem in MSS. Richenovensi et Latini attribuitur Nicomedie, ac præterea discipula S. Pauli dicitur in MSS. Tornacensi et Aquitanensi, ut etiam apud Bedam, Rabanum, Notkerum, cum longo ejusdem elogio. Ea colitur xxii Septembri.
- Piatus Presbyter Martyr Tornaci in Belgio memoratur in Martyrologio Witfordi. Dies ejus natalis est 1 Octob.
- S. Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis corporis elevatio refertur hoc die in Menologio Benedictino Bucelini, et Cisterciensi Henriquez. De ea agendum ad Titam. xvi Nov.
- S. Theodorus Martyr sub Maximiano, hic locatur in Copticæ Calendario MS. Deditus vii Februarii Acta S. Theodori Ducis, qui Heracleæ in Ponto palmaria martyris tulerit, sed sub Licinio. Hoc videtur S. Theodorus miles esse, qui et ipse celeberrimi nominis, sub Maximiano Amaseæ coronatus, cotitur. ix Novemb.

Vel

Cathedram il-
lucocavam
an.
27.

A Sedem, in qua Evangelistam discipulum misit. Ipse firmavit Sedem, in qua septem annis, quamvis successurus, sedit. Inde jam colligi potest, quo anno Antiochiae Petrus Sedem colloccavit. Nam cum secundo Claudi anno, ut scribit S. Hieronymus lib. de illustr. Ecclesie script. Romanam perrexerit, vulgaris utinam epocha XLII exente vel sub iuuium XLIII, hinc si annos septem, sive sex annos, et partem aliquam septimi, dumperis; sequeretur eisdem epochae anno XXXVI ad finem vergente profectum fuisse Antiochiam, ibique sedem statuisse initio XXXVII, qui fuit Tiberii Imp. ultimus, a Christi morte secundum exactiorem calculum sextus. Vide accurius haec disputata apud Petarium nostrum tom. 2 de Doctrina temporum.

2 Extat Sedis illius memoria in Martyrologiis VIII Kal. Martii. Martyrol. MS. S. Hieronymi, sive vetus Romanum: Cathedra Petri in Antiochia. Consentient vetus Roman. a Rosweido editum, Usuardus, Ado vulgaris, et pleroque MSS. etiam Bede nomen praesentia. Alioquin typis excusum Bede Martyrol. ita habet: Cathedra S. Petri, qua sedet apud Antiochiam, ubi et primum cognominati sunt discipuli Christiani. Eadem leguntur in hodierno Romano Martyrol. et Rabani. Hænzelbertus quoque in metrico Martyrol. ita habet:

B Octavoque Petri Cathedra et doctrina coruscat, Urbs ieta Antiochi quo primum Præsule vernat. Martyrol Coloniæ an. 1490 editum et plurima MSS. Usuardi nomine insignita itemque Adonis MS. in monasterio S. Laurentii Leodii: Apud Antiochiam Cathedra S. Petri Apostoli, qui ab Antiochenibus pulso Simone Mago, qui eos seduxerat, ut sibi crederent, et Petrum lapidarent, ipse Petrus susceptus est, et cathedrali pontificatu exaltatus. Martyrol. Ecclesie S. Gudilæ Bruxellis: Apud Antiochiam Cathedra S. Petri Apostoli; qui post ascensionem Christi, Cathedram Sacerdotalem in partibus Orientis tenuit annus quatuor; deinde venit Antiochiam, et pulso Simone Mago Cathedram pontificalem suscepit, quam ibi tenuit per annos septem. Quibus expletis, Petrus, ut Simonem Magum expugnaret, venit Romam, et ibi annis XXV, mensibus V, diebus VIII, Ecclesie Romanae digne præsedidit, nullumque postea habuit successorem, qui tautum temporis in regimine summi apostolatus expleret. MS. Florarum: Apud Antiochiam Cathedra S. Petri Apostoli (ix Lect.) ubi videlicet pulso Simone Mago, Petrus susceptus est, et in Cathedra pontificali exaltatus an. salutis XXXVIII, ubi sedet annis septem, et inde profectus est Romam. Galesinius: Antiochiae Cathedra S. Petri Apostoli, qui vinculis liberatus, cum Theophilus Praefecti filium mortuum ad vitam revocasset. Ecclesie Antiochenæ septem annis præfuit, pulso Simone Mago. Eadem fere habet Canisius, et Maurolycus atus verbas.

C 3 Hausta haec sunt ex lib. 10 Recognitionum S. Clementis: quas Recognitiones, cum constet vel legitimum Clementis fætum non esse, vel turpiter profecto depravatum, neque fidem habere iis quæ gesta narrantur

licet, nec lubet refutare, quandoquidem nonnulla fortassis D eorum evenierint. Plura in quibusdam manu exaratis AUCTORE I codicibus habentur, sub titulo Cathedrae, sed ex eodem turbido fonte derivata; e quo Jacobus quoque de Voragine, Petrus Equitinus, et alii sua hausere. De ritu festi hujus breviter, post alios, agit Bartholomaeus Garanus Comment. in Rubr. Breviar. sect. 7 cap. 4. Quanta cura ac religione peragri anniversaria Cathedrae solennitas soleret, ostendimus XVII Janu. cum de Roma Cathedra esset sermo.

4 Operæ pretium est hic promere, quod de luc Cathedra cap. 83 Explicationis Divinorum Officiorum scribit Joannes Beletus, qui ante 400 annos vixisse traditur, citaturque ab ipso Jacobo de Voragine qui a 350 annis decessit: Dicitur, inquit, festum B. Petri epularum. Fuit enim consuetudo veterum Ethniconum, ut singulis annis mense Februarii, certo quopian die, epulas ad parentum suorum tumulos apponenter, quas nocte dæmones consumebant, cum inde non minus festum epularum S. Petri dicta,

atque hujusmodi falsæ opinionis error a Christianis vix extirpari potuit. Quod quidem cum viri sancti animadvertisserint, ac penitus illam consuetudinem

extinguere voluerint, instituerunt festum de Cathedra S. Petri, tam de illa qua fuit Romæ, quam qua

Antiochiae, idque illo eodem die quo abominatione illa ab Ethniciis siebant, ut solenni hoc festo prava illius

consuetudinis festum omnino extingueretur. Unde

etiam ab illis epulis festum hoc appellatum est B. PETRI EPULARUM. Hæc Beletus. Alibi quoque religiosa aliqua instituta festivitate, Ethniconum profane superstitiones abolire: uti et Augusti de festo ejusdem S. Petri al. Incula in Lectionibus Divini officii refertur.

5 Huc porro confici posse videntur, quod vii Kal.

Martii agatur hoc festum, non ideo certius esse, rel

appulisse eo die Antiochiam Petram, vel in parata sibi

(ut dicitur) a populo catholica consedisse; cum propterea

ad agendam illius Cathedrae memoriam is lectus sit

dies, quo ejus nova et sacra solennitate vetustæ super-

titiones, eodem die celebrari solite, penitus et animis

eraderentur. Silvi certe laterculus anno Christi 448

scriptus, uti in Præfat. gener. ad Januar. cap. 4 § 3

divimus, ad hunc diem ista habet. Depositio S. Petri

et Pauli. Cara cognatio, ideo dicta, quia tunc etsi

fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus de-

potuerunt. Tunc igitur ogebant solenniter Romæ, De-

positio Apostolorum, cuius ad iii Kalend. Julias, quo

nunc celebratur, nulla in eodem Luterculo mentitur, at

nece alio die Cathedrae. An ad ferates illas Ethniconum

epulis sacratoribus permutandas, primum Natalis seu

F depositio Apostolorum celebrata; deinde, hac in xstatem

rejecta instituta Cathedrae solennitas? At Silvio anti-

quor est S. Augustinus, cuius de S. Petri Cathedra

sermonem citavimus 18 Jannarii: nisi forte is alterius

est.

olim tamen
Depositio SS.
Petri et Pauli.

DE S. ARISTIONE

ANTIQUO CHRISTI DISCIPULO, SALAMINÆ IN CYPRO.

J. D.

(etsi de ejus
militia modo-
que quædam
apocrypha)

Nulla in Menœis Graecorum S. Aristionis men-
tio fit. Apud Latinos Februarii XXII conse-
cerala ejus memoria est. Quo die ista habent
Usuardus, Bede vulgaris, Ado, et alii: Item
S. Aristionis, qui fuit unus de LXXII Christi disci-
pulis. Aristotelem quidam nuncupant; MS. Adonis exemplar
in bibliotheca Regia Suecia, Aristippum. Vetus
MS. monasteri Centulensis, Bede nomine practibulan-
tum, ita habet: Ipso die Aristionis, antiqui Christi

discipuli. Locum, ubi vel præcipue in Evangelij se-
mente desudarit, vel decesserit e vita, indicavit Equili-
nus lib. 3 cap. 142 his verbis: post peractum predi-
cationis officium apud Salaminam in Cypro insula in
Domino requievit, vii Kal. Martii, ut dicit Ado.
Diem indicat Ado, non locum. Expressus hic in Mur-
tyrol. Romano hac formula: Salaminæ in Cypro S.
Aristionis, qui (ut idem Papias, de quo immediate
actum erat, testatur) fuit unus de LXXII Christi dis-
cipulis

I SECULO
23II FEB

S. Aristion feb
FEB.

A cipulis. *Paria* habent *Maurolycus*, *Galesinius*, aliquae recentiores.

2 *Eiusdem ita meminimunt xvii Octobris Beda vul-*
gatus, Ado, Notherus : Item B. Aristionis, qui fuit
unus de LXX Christi discipulis. Congruit retus Marti-
tyrol. Romanum a Rosweydo editum. MS Centulense,
xit et xxii Februario, illie habet : Natalis B. Aristio-
nis, qui unus fuit ex antiquis Christi discipulis. At
Hermannus Greven sic scribit : Item secundum Ado-
nem hic B. Aristionis, qui fuit unus de LXX Christi
discipulis. Usuardus habet eum vni Kal. Martii. Ado
ipse utroque die cum locat.

3 *MS. Flororum codem xvii Octobris ista de eo*
predicat : Eodem die natale S. Aristionis, qui fuit
unus de LXX discipulis, virexcellenti genio, magnæ
probulatit, et mira sanctitatis. Quæ congruunt cum
quæ infra de tradiisse S. Papia dictunt. Nam
altius quæ Acta S. Aristionis nulla reperimus. Mentio
eius sit in Actis S. Barnabæ, quæ tamen apocrypha esse
ostendimus xix Februario in Auxilio, pleniusque decla-
raliamus xi Junii, quo ipsæ Barnabæ colitur : eu tamè
circummodi sint, extant in veteribus MSS. codicibus, is-
tayne de Aristione memorant : Navigantes autem inde
peruenimus Cyprum, ibique invenimus Timonem et
Aristionem filios homini. Timon autem urebatur
magnis febrisbus etc. De Aristione nil amplius addunt.

B *Apocrypha syriaca lxxii Discipularum nomine*
Dorothei Tyra edita in veterum IP. Bibliotheca, Aristio-
nem inter eos non reconsuet : at nec Chronicon Alexan-
drinum a Radoro nostro editum. Eusebius lib. 3 hist.
*Eccles. cap. 33 discrete cur et Joannem Presby-
terum τοὺς τοῦ κυρίου παθητάς Domini discipulos ap-
pellat, resertique S. Papia verba, quibus fatetur, se ab
is plurima dilexisse, que repræsentabuntur, cum mox
*hoc ipso die de S. Papia agatur. Ita Eusebium inter-
pretatur Ruffinus lib. 3 cap. 28. Ipsæ vero Papias de
se ita indicat, tamquam qui non ab Apostolis, sed
ab eorum discipulis, suscepit fidem, per hæc verba : Non
pigebit autem nos tibi omnia, quæ quondam a
Presbyteris didicimus et hæc retinemus recordantes,
exponere, cum interpretationibus suis, et ut se eorum
*veritas babeat, explicare. Neque enim multa dicen-***

Dibus, sed vera tradentibus auscultavimus : neque bis qui hominum præcepta, sed qui Domini mandata memorabantur ab ipsa veritate suscepta. Quod si quando advenisset aliquis ex his qui secuti sunt Apostolos, ab ipso sedulo expiscabar, quid Andreas, quid Petrus dixerit ; quid autem Philippus vel Thomas, quid vero Jacobus, quid Joannes, aut quid Matthæus, vel alius quis ex discipulis Domini : queve Aristion vel Joannes Presbyter ceteraque discipuli dicebant. *Et pluribus interjectis : Alia quoque quamplurima supra memorari Aristionis refert, tamquam ex verbis ei Domini tradita. Eadem fere habet S. Hieronymus cap. 18 libri de illust. Eccles. scriptoribus, atque ista ex Papia citat : Considerabam quid Andreas, quid Petrus dixissent, quid Philippus... quid etiam Aristion et senior Joannes, discipuli Domini, loquebantur. Similia habet Nicephorus Callistus lib. 3 cap. 20, ubi et quæ in Eusebio habentur. Papiae verba recitat illa præsertim : ἄτε Αριστίων καὶ ἡ πρεσβύτερος Ιωάννης τοῦ Κυρίου παθηταὶ ἡγούσιν. Quæque Aristion et Joannes Presbyter, qui et ipsi fuerant discipuli Domini, dicent. Sed ista uberiora infra in Papia.*

E *Menologium Græcorum ab Henrico Canisio edi-*
tum, ad in Septembribus ista habet : Eodem die natalis
S. Aristionis Episcopi Alexandriæ, qui igne probatus
migravit in cœlum. Überius ejus martyrum exequitur
Galesianus n Septembribus, e Græcis acceptum, ut ait.
Verum in catalogo Patriarcharum Alexandrinorum,
sive antiquo, quem Nicephorus confecit, sive recentiore,
quem Abrahamus Ecchellenensis Maronita imperi Latine
vulgavit, nullus Aristion repertus. Plurō vetera MSS.
codem in Septemb. die Aristonem Episcopum referunt,
sed Alexandriæ non tribunt : tribunt quendam Aristippum, sed diversum ab Aristone, sive Aristione : de
quibus agemus suo loco. Fueritue noster hic Aristion
Episcopus, quemadmodum multi antiquorum Discipu-
lorum, qui non præpropero martyrio, ut Stephanus,
sudati, haud nobis constat. Apud Papiam, Eusebium,
Hieronymum, Ruffinum, Nicephorus Callistus cita-
tor, Joanni Presbytero semper præponuntur, ut qui for-
san in celsiori gradu locatus fuerit.

*S. Papiam
multa docet.*

in Cypro lat-
eral :

et 72 Christi
discipulis,

DE S. ABILIO

PATRIARCHA III ALEXANDRINO.

J. B.
AN. CBR. XCIVI
XXXII FEB.
S. Abilius Ep.
Alexandr.
creatus an. 4
Domitiani,
Christi 84.
Certius post S. Marcum Evangelistam Ecclesiæ

Alexandrina præfuit S. Abilius. Ita Eusebius
lib. 3 hist. Eccles. cap. 12. Quarto anno Do-
mitiani, Anianus, qui primus Alexandrinae
Ecclesia præfuit, cum annis xxii complevisset, mori-
ritur. Succedit Abilius. Graeca sic habent : Τετάρτῳ
πτῶ τοῦ Ιτεὶ Δομιτιανοῦ ἡνὸς κατ' Ἀλεξανδρεῖαν παροιεῖς
ὄντος Ανιανὸς, δύο πρὸ τοῖς ἔτεσιν αποδηματικῆς ἵτη,
τελευταῖς διαδιχθαῖς δὲ αὐτῷ δύτερο; Αβίλιος. Quæ
non recte interpretatur Christophorus in hunc mom-
num : Quarto anno Domitiani, Anianus, primus Ecclesiæ
Alexandrinae præfuit, qui cum annos xxii in eo
minucere complevisset, exiit e vita. In cuius locum
secundus succetus est Abilius. Baroum in Notat.
ad xxii Februario ltt. F. una tantum mutata dictione
sic restituendam sententiam monet : Quarto anno Do-
mitiani, Anianus, qui primus Ecclesia Alexandrinae
præfuit, cum annos xxii etc. probat correctum, tum
qua uero Eusebius lib. 2 cap. 23 Aniani iunctum sta-
bit anno viii Neronis, qui erat Christi LXII, a quo ad
quartum Domitianum, Christi LXXXIV, sunt XXX anni;
tum quia in Chronico eiusdem Eusebii ad in Domitianum
ita scriptum : Secundus Alexandrinae Ecclesiæ consi-
titutur Episcopus Abilius, qui præfuit annos XII.
Et Ruffinus lib. 3 cap. 42 ita priuarem Eusebii locum
vertit : Quarto igitur anno Domitianum Anianus, vi-

ginti et duobus annis ministrato sacerdotio, defunc-
tus est. In cuius locum secundus succedit Abilius.
Zonaras quoque tom. 2 Annalium in Domitiano ita
scribit : Quarto autem anno ejus imperii, primus post
Marcum Apostolum Alexandrinorum Ecclesiæ Ponti-
fex mortuus est : et Abilius ei successit, secundus
Episcopus Alexandriæ designatus. At Nicephorus
Callistus lib. 3 cap. 2. Post hunc, inquit, Anianum
videlicet, Abilius Sedem eam suscepit : qui cum eam
xiii anni egregie rexisset. Cerdoni eam successori
relinquit.

2 *De rebus a S. Abilio præclare gestis nihil haette-*
nus legimus, nisi quod in historia Patriarcharum
Coptitarum Alexandriæ, quæ ab Abrahamo Ecchel-
lenensi Maronita Latitatem donata, excusa est Parisiis in
typographia regia anno circ. 1700, ista de ea habentur :
in Melianus. Scriptum est in Vitis Patriarcharum :
Assumpserunt hominem nomine Melianum, et ordi-
naverunt eum Patriarcham super Sedem Marci : cre-
vitque numerus fidelium in Ægypto, Pentapolí et
Africa, fuitque Ecclesia ejus tempore in pace. Obiit ^{admodum}
autem die Lunæ prima Tuti, vacavitque Sedes tribus
annis absque Patriarcha, quoniam eo tempore con-
tiguit destructio Jerosolymorum. Postrema hac incipi-
ta : nam Hierosolyma capta anno II Vespasiani, Christi
LXXI, Abilius anno decimum LXXXIV Episcopus factus,
Ipseque

A Ipseque errorem suum auctor mox corrigit, æque absurdum: nam cum a morte Meliani, sive Abili, vacasse Sedem Alexandrinam scribat tribus annis; in eam deinde evectum Cerdonem scribit primo anno imperii Trajani, qui erat, secundum vulgarem Aëram xviii Christi. An is tertius quartusve a captis Hierosolymis? Alioquin, ut habet Eusebii calculus ad Aëram nostram accommodatus, obnissæ videtur S. Abilius anno xviii.

B 3 Quod in epistola 3 S. Anacleti nomine edita assertur, S. Marco successisse venerabili Abili, ut et alia quædam ejusdem epistola capita diximus i Februarii ad Vitam S. Ignati § 3 repugnare veterum historicorum scriptus, abque eam proinde epistolam hand satis certæ fidei esse. Veteribus assentitur Nicephorus in Chronologia, ante annos circiter vccc concinnata, ubi Patriarchas Alexandrinos ita enumerat: ἐπί Μάρκος ὁ Εὐαγγελιστής ἦται β. β. Ανάνιος ἦται εβ. γ. Αἰδίλιος ἦται δβ. i Marcus Evangelista annos 2. ii Anianus an. 22. iii Abilius an. 12. Historia Ecclensis citata, annos S. Abilio tribuit 12, dies 286. Si S. Anianus

non successit
immediate S.
Marco,

sed S. Anionio:

obit xv Aprilis, ad quem diem tabulis Martyrologii D inscriptus est, sequeretur. S. Abilius ordinatum fuisse circa xxi Maii, a quo od. xxii Februarii dies numerantur CCLXXXVI. Computati ab aliis anni xii pleni, negligo quod supererat: ab aliis xiii, etsi non omnino pleni. Ita crebro ab auctoribus disspari modo ordinari i ratiocinium annorum regni sacerdotio animadvertisimus.

4 Inscriptum est Latinarum Fastis S. Abilius nomen vni Kalend. Martii. In Græcis nomina reperi. Beda vulgatus, Uuardus, Ado, Natherus, ita habent: Alexandriae S. Abili Episcopi, qui post B. Marcum secundus Episcopos, xii annos sacerdotium virtute conspicuus ministravit. Eadem fere habet Martyrol. Romanum, et phrasij variata Galesinus, Abylam, sive Abylen, vocat Maurolycus: Alexandriae, inquit, S. Abyla Episcopi, qui tertius a S. Marco, xiii annis sacerdotium virtute conspicuus ministravit. Brerissime ejus meminuit vetus Martyrol. Romanum a Rosweylo editum, et MSS. quædam: Alexandriae, Abili Ep.

AUCTORE J. B.
scđi annos 13
non integrat:

inscriptus
Martyrologis
22 Febr.

DE S. PAPIA EPISCOPO HIERAPOLITANO IN PHRYGIA, Commentarius historicus.

B

G. n.

§ I Cultus sacer S. Papiae. Num fuerit auditor S. Joannis Evangelistæ, an solum Joannis senioris?

litano Episcopo videri ad eum diem insinuavimus.

2 Quid in his omnibus pene Martyrologiis habeatur

Papias S. Joannis Apostoli et Evangelistæ discipulus, haustum arbitramur a S. Hieronymo. Nam, primo hæc

pharsa in Chronico Eusebii ab eo aucto habentur ad iii

annum Trajanum apud Pontacum aut n apud Miricum:

Joannem Apostolum usque ad Trajanum tempora

permansisse Ireneus Episcopus scribit, quæ in

Chronico Eusebii Græce habentur: quibns addit S.

Hieronymus. Post quem, scilicet, S. Joannem murtuum,

auditores ejus insignes fuerunt Papias Hierapolitanus Episcopus, et Polycarpus Smyrnaeus et

Ignatius Antiochenus. Dein ideo Hieronymus de

Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 9 de S. Joanne evan-

gelista hæc ait? Nonnulli putant duas memorias

ejusdem Joannis Evangeliste esse, super qua re,

cum per ordinem ad Papiam auditorem ejus ventum

fuerit, disseremus, ac postea cap. 18, Papias, inquit,

Joannis auditor, Hieropolitanus Episcopus in Asia,

quinque tantum scripsit volumina, quæ prænotavit: Explanatio sermonum Domini. Denique idem

S. Hieronymus epistola 29 ad Theodorum in epata-

phi Lucini mariti, dum de Marco heretica agit, hæc

de SS. Ireneo et Papie meminut: Refert Ireneus, F

vir Apostolicorum temporum, et Papie, auditoris

Evangelista Joannis, discipulus, Episcopus Eccle-

siae Lugdunensis, quod Marcus quidam, de Basili-

dis gnostici stirpe descendens primus ad Gallias

venerit, et eas partes, per quas Rhodanus et Ga-

runna fluunt, sua doctrina maculaverit. Quin et S.

Irenaeus ejus discipulus idem de Magistro sua predicit

s. treueno,

lib. 3 adversus Heres, cap. 33. Haec autem, inquit,

et Papias Joannis auditor, Polycarpus autem contu-

bernalis, vetus homo, per scripturam testimonium

perlibet in quarto librorum suorum: sunt enim

quinque libri illi conscripti. Hæc ibi, quæ Eusebius

lib. 3 Hist. Eccl. cap. 33 ita citat: Ταῦτα δι τοι

Ιωάννου πινακοσθέα, Ηειρωνύμου δι ἔργων

γέροντος ἀντί, ἵψατον ἐπιφερετι, etc. Ubi

dum Joannis auditor dicitur, Apostolum et Evangelistam intelligi, jam ex S. Hieronymo diximus. Secuti

auctores tam Latini in predictis Martyrologiis, quam Andrea Cesa-

rius Graeci. Andreas Cesareo Cappadocie Episcopus recentis,

in commentario in Apocalypsin, ex quo Aretas Cesare-

rensis summum compendium deerpit, cap. 34, seu ser-

mone 12, Papiam B. Joannis discipulum appellat;

37 at

Februarii T. III.

coffur etiam
17 Janu,

al form 22
Janu

AUCTORE O. B.
S. Anastasio
Sinaita,

Oecumenio,

cum S. Joanne
Rorisse
legitur apud
S. Maximum,

ab eo Episco-
pus ordinatus
apud Equili-
num,

aut cura Epis-
copatus con-
missa et apud
Hallot,

mixtissimae
SS. Polycarpi
et Ignatii,
apud Euse-
biuum.

onatur Joan-
nis Senioris
dictum a Ba-
ronio.

non Joannis
Apostoli,

neque Apo-
torum ab Eu-
sebio

sed male ex
hoc proventio
S. Polycarpi pro-
batur

Aat planis verbis S. Anastasius Sinaita, Patriarcha Antiochenus, lib. 7 in Hexameron, celebrem Papiam Hierapolitanum confirmat Joannis Evangelista discipulum fuisse. *OEcumenius denique in Acta Apostolorum cap. 2.* Hoc autem clarius, inquit, enarrat Papias Joannis Apostoli discipulus. *Græce, Τοῦτο δὲ επιστολαριαὶ ἴστορεὶ Πάπιας ὁ λόγον τοῦ Αποστόλου μαρτυρᾷ.*

B3. *S. Maximus Martyr ad cap. 7 magni Dionysii de Hierarchia Ecclesie*, Papiam Hierapoleos in Asia Episcopum asserit cum S. Joanne Evangelista floruisse. *Græce συνεργότατα τῷ θεῷ Εὐαγγελιστῇ Ιωάννῃ.* Plura addit Petrus Episcopus Equilinus in Catalogo lib. 3 cap. 141 his verbis: Papias Hieropolitanus Episcopus, Joannis Apostoli auditor Polycarpio quoque condiscipulus et consordialis fuit. Ille ali codem Apostoli Hierapoli prædicante ordinatus Episcopus ejusdem civitatis, postquam gregi dominico pluribus annis laudabiliter præfuit, beato fine in Christo quievit vix Kalend. Martii. Ille quinque libros de verbis Domini composuit. *At Petrus Hallot tom. I sanctorum Scriptorum Orientis in Papia Vita cap. 2.* Non dubitaverim, inquit, pro vero recipere, illi a S. Joanne Apostolo, cum Asia Ecclesiæ partim fundaret, partim fundatas regeret, eum episcopatus, quemadmodum et Polycarpio, esse commissari. Ceterum S. Polycarpum amissente universo cœtu Ecclesiasticorum a Iacobi electum esse, et ordinariam consecrationem ab Episcopis maximum impositione peractam tradit xxvi Januarii antiquis omotor Vita ejus cap. 5. Quar ita eripiat Eusebius lib. 3 Hist. Ecol. cap. 30. Isdem temporibus, inquit, Polycarpus, qui magna fuit eum Apostolis familiaritate et notitia coniunctus, in Asia floruit, et Smyrenensis Ecclesiæ Episcopatum, vorum suffragani, qui Dominum vidissent, quique ejus fuissent ministri, obtinuit. Et de SS. Papia et Ignatio isto junxit: Cuius aetate Papias, Ecclesiæ que est Hierapoli Episcopus, magna fama et celebritate: vir plane cum aliorum omnium artium scientiis disertissimus, tum cognitionis sacrarum litterarum noui ignarus. Ignatius item, qui est adusque memoriam multorum ore et sermone prædicatus, post Petrum successione secundus episcopatum Atiochenum sortitus est.

C4. *An autem ordinaria illa electio et consecratio, qua S. Polycarpus ad Episcopatum vocatus, etiam in episcopatu SS. Papie et Ignatii adhibita sit, non legitimus. Refragari videntur Baroniis in hodierno Martyrologio, ubi Joannes, cuius Papias auditor fuit, non Apostolus et Evangelista, sed Senior appellatur. Hierapoli, inquit, in Phrygia, B. Papiae ejusdem civitatis Episcopi, qui S. Joannis Senioris auditio, Polycarpio autem sodalis fuit. Et in Annalibus ad an. 118 num. 6 assertur in Martyrologio irreprossis errorum, ut, qui dicendum est Joannis Senioris discipulus, dicentur Joannis Apostoli: ut hortenus accurate ubi a nobis expositum est, ut modo quo potissimum de causa Baroniis ab aliis scredat, vidamus. Ac prima num. 3 ex Eusebi libro 3 cap. 33, sive ultimo, ista adheruntur: Ipso quidem Papias in proximis librorum suorum se nonnullum auditorem aut aspectorem fuisse sanctorum Apostolorum demonstrat; sed ea, quæ ad fidem spectant, se ab illis accepisse, ipsi illis noti et familiares erant, docet. At Petrus Hallot quæstione ad Vitam S. Papie negat ut verbus ejus continueri, aut etiam ex illis colligi posse. Sunt autem hæc a Papia scripta, et ab Eusebio relata:*

D5. *Non gravabor tibi, quic olim a Senioribus recte dñe, et quorum memoriā recte retinui, ea cum suis expositionib, ad confirmandam eorum, quae ab illis tradita sunt, veritatem contexere. Nequo enim ego, ut plerique, multa dicentibus, sed*

vera docentibus delectabar: neque iis, qui extraneas preceptiones, sed qui a Domino per fidem traditas, et ab ipsa profectas veritate commemorant. Ac si forte quispiam advenisset, qui Seniores suis set assectatus, de eorumdem Seniorum sermonibus sciscitabatur: Quid Andreas aut quid Petrus dixit? aut quid Philippus, aut quid Thomas, aut Jacobus, aut quid Joannes, aut Matthæus, aut alius quispiam discipulorum Domini, et quæ Aristion et Joannes ἐπίσκοποι, Domini discipuli dicunt? Neque enim tantum emolumenti e libris, quantum e viva manentique voce me percepturum existimabam. *Hac S. Papias;* quibus relatis ista infert Eusebius: Unde operæ pretium est cognoscere, Joannis nomen bis esse ab eo recentum; semel quidem cum illum Petro, Jacobo et Matthæo et aliis Apostolis annumerat, manifeste significat Joannem Evangelistam: alterum autem variata oratione aliis extra Apostolorum numerum adscribit, Aristionem ei preponens, et clare eum ἐπίσκοπον nominat: ita ut per hac eorum vera ostendatur esse narratio, qui dixerunt duos suis in Asia codem nomine nuncupatos, et duo esse Ephesi monumenta et utrumque ad hoc usque tempus Joannis appellari. Atque his mentem advertere est necessarium. Nam probable est Joannem illum posteriorem (iisi quis priorem malit) Apocalypsin eam vidisse, quæ sub nomine Joannis fertur. *Hoc Eusebius.* Eodem modo ex relatis S. Papæ verbis ista infert S. Hieronymus de Scriptor. Eccl. cap. 18 in Papia: Ex quo apparet in ipso catalogo nominatio, alia esse Joannem, qui inter Apostolos ponitur, et alium Seniorem Joannem, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiori opinionem, quam a plerisque retulimus traditam, duas posteriores epistolæ Joannis non Apostoli esse, sed Presbyteri: quem ante ipse Seniorum, Græci πρεσβύτερον appellant, quæ etiam usus Christophorus in versione Eusebii. De operatione aliquorum Joanni Presbytero, seu seniori tribuentina et libram Apocalypses et duas epistolæ Joannis, consule prouenient Cornelii Lapide et aliorum interpretum ad illos tractatus.

E6. *Hic solum, posito utroque Joanne, Apostolo scilicet et Presbytero, dicimus non recte ex verbis S. Papie inferri, cum non vidisse Apostolos, aut non fuisse discipulus S. Joannis Apostoli: quia si quis redibat a constitutis Apostolorum aut Discipulorum Domini, auctoritate inquerebat, quæ Aristion et Joannus Presbyter, quam quæ Andreas, Petrus, Philippus, Thomas, Jacobus, Joannes, Matthæus dicerent. Quæ tamen alter videntur intellexisse Eusebius, dum post supra relata verba additum sequentia: Kai ἐν δήμῳ δεδηλούμενος Πάπιας τοις περ τῶν Αποστόλων θύγους παρὰ τῶν αὐτοῖς παρηκόλουθοῖς ἀρέσκει περιειργεῖται. Αποστολος δι- ex aliis et de-
perditis libris
audiorem
fuisse Aristio-
nus et Joannis
Presbyter tra-
duci Eusebium.*

*F*7. *Papiam suis libris non solum Aristionis in*

sermones Domini explanationes, verum etiam tra-

ditiones Joannis τοῦ πρεσβύτερου complexum esse.

Hoc Eusebius de Papia: cuius opera deperdita testi-

monium illi nequeunt conferre. Sed esto, S. Papias

alicubi scripsit se Joannis Presbyter, aut senioris,

auditorem fuisse, in verbis non demonstrat se neuti-

quam Joannis Apostoli auditorem aut aspectorem

fuisse, quod ante ex proximo librorum Papæ male

apud Eusebium inferri diximus. Nicophorus Callistus

Eusebium

A Eusebium fere describit, additque eumdem Papiam uti testimonii et auctoritatibus ex priore Joannis, et itidem ex priore Petri epistolis. De S. Aristione hoc etiam die evan.

§ II. Errori Milleniorum S. Papias adhæret.
An fuerit Episcopus Pergami? An socius
S. Onesimi?

Idem Eusebius de scriptis S. Papiae ista deū jungit: Alia præterea idem auctor quasi traditione non scripta ad se delata apponit et novas quasdam Servatoris parabolæ et doctrinas, et aliqua quedam fabulosiora; in quibus et mille annos post resurrectionem a mortuis, subsistente Christi regno corporaliter in hac terra. Quæ ego illum accepisse existimo male interpretante narrationes Apostolicas, nec penetrantem, quæ ab illis mystice per similitudinem dicta sunt. Valde enim exiguo sensu erat, quemadmodum ex ejus scriptis capere licet conjecturam. Hieronymus ritam de Script. Eccl. cap. 18 s. Hieronymo, eadem confirmat: Hic dicitur mille annorum Judaicam edidisse ḥ̄v̄-π̄σ̄τ̄ι, quem secuti sunt Irenæus et Apollinaris et ceteri, qui post resurrectionem auunt in carne Dorinum cum Sanctis regnaturum. B Tertullianus quoque in libro de spe fidelium, et Victorinus Pictavionensis, et Lactantius haec opinione ducentur. Similia habet S. Hieronymus in proem. lib. 18 in Isaiam, et in cap. 36 Ezechielis lib. 11, et cap. 14 Hieronimæ lib. 4, ubi ista addit: Quæ licet non sequamur, tameu damnum non possumus, quia multi Ecclesiasticorum virorum et Martyrum ista dixerunt, et unusquisque in suo sensu abundet, et Domini iudicio cuncta reserventur.

8 Quibus relatis in Notis od xxii Februarii addit Baronius: Hæc S. Hieronymus, quo tempore nihil adhuc ab Ecclesia de ea re fuisse definitum apparebat. Paullo post autem, cum Apollinaris hæresiarcha hanc de millenario sententiam niteretur adstruere, totisque nervis defendere conaretur, atque ut dogma Catholicum stabiliret, scriberetque (ut ait S. Hieronymus in proœmio lib. 18 in Isaiam) duo volumina adversus Dionysium Alexandrinum, qui ea de re contra Irenæum librum ediderat; mox in eum atque alios millenarios zelus sanctorum Patrum exarsit, ita ut in heresim ac patronum ejus liberius inveherentur: cum præsertim ille adderet alias ad eam opinionem impietas, diceretque homines resurrecturos esse ad Legem, Circumcisionem, et sabbata servanda, ad cibos electos, ut olim, et templum materiale constructuros. Id de eo scribit S. Basilus in epistola 74 ad Occidentales. Tunc autem, sicut cetera prævaropiniones Apollinaris, ita haec de millenario a Damaso Papa Romæ putatur esse damnata. Hæc Baronius. At sententiam eam S. Papia de millenario ob magnum hominis astimationem complures magnos viros esse secutos tradidit idem Baronius in Annal. an. 118 num. 2. Inter quos sunt celebres Martires, Justinus Philosopher, inscriptus Martyrologia Romano ad xii Aprilis, Irenæus ad xxvii Junii, et Victorinus ad ii Novemb. quando iterum erit occasio uigredi de hoc millenarii errore. Quæ ab Isaaco Cusanbo contra S. Papium exerratione 16 ad Annales Baronii num. 16 congruerunt exagerata calumnia et mendacia, recipiuntur et perstringuntur a Petro Halloix in Notis ad cap. 1 Vitæ S. Papiae litt. d.

9 Idem Halloix ad cap. 2 Vitæ litt. b rejecti futili conjecturam Antiochii Brondi ausi assere S. Papiam fuisse Angelum Pergami, cui Apocal. 2 hæc dicuntur: Siq; ubi habitat, ubi sedes est satanae, et tenet nomen meum, et non negasti fidem meam... Sed habeo adversus te pauca: quia habes illuc tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere

scandalum coram filiis Israel, edere et fornicari: ita D habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter penitentiam age: si quo minus, veniam tibi cito, et pugnabo cum illis in gladio oris mei etc. Ad quem locum Brondus aut possibile esse Joannem hanc Ecclesiæ Pergamensem Papæ auditori suo commendasse, et postea successu temporis Hieropolitanam Ecclesiæ in Phrygia post exilium Joannis gubernasse, relicta Pergamensi alicui Pastor. Hæc ille ex nuda conjectura, quia potuisse fieri assertus: quod nobis non sufficit.

10 Halloix cap. 3 Vitæ S. Papiae narrat perseverantiam ejus in adversis et felicem e mundo excessum, atque ista scribit: Est in Actis B. Onesimi discipuli S. Pauli, in eadem Asia tum Episcopi, et Papiae nostro æqualis, perductum eum Romam, ibique cum Romulo adjutore et Papia spirituali commititone (sic videtur nostrum Papiam ob dignitatem et certaminis paritatem appellare) oblatum Tertullo Urbis Praefecto, qui examinatos, et fidem in Christum constanter confessos, in tenebrosum abdi carcere, et tormentis exercuciari jussit: sed exactis in afflictione totis octodecim diebus ob frequenter populi ad eos concursum, colore lenitatis urbe expulerit. Igitur Onesimus cum Apitione Puteolos tetendit: quoniam autem Papias cum Romulo, non est ibi perscriptum... Sed de aliis ut taceam, certe de Papia hoc videor posse dicere, vel integrum martyrii palmarum, morte pro Christo fortiter obita, asseditum esse (quandoquidem a nonnullis non Episcopus, sed Episcopus et Martyr appellatur) vel certe in causa fidei sustinenda, admodum multa toleravisse. Nam et hoc titulo datum esse aliquibus palmarum nomen Martyris, multorum scripta Sanctorum fidem faciunt. Hæc ibi. Qui vero martyrum attributum S. Papiae, est Stephanus Goburus Tritheita apud Photium in Bibliotheca Cod. 232 num. 32, Quod ea, inquit, que dicta sunt de instauratione rerum a S. Gregorio Nyssæ Episcopo, non probet, sed nec Papiam Hierapoleos Episcopum et Martyrem, nec S. Ireneum Lugduni Autistitem admittat: ubi quidem dicunt regnum cœlorum esse frumentum quamdam ciborum sensibilium. Hæc ibi, et forsan per errorem nonum Martyris attributum S. Papiae, quod S. Ireneus ejus discipulo dandum erat. Ceterum de B. Onesimo S. Pauli discipulo, ac post obitum S. Timothei Episcopo Ephesino, egimus xvi Februarii, omissis Actis Græcis, que a Gentiano Hertero Lutine redditæ, apud Lippmannum, Surium atque extant, quod in Acta plane confusa sint, et præcipua sui parte spectent ad S. Onesum, Magistrum SS. Alphi, Philadelphia et Cyru, sub Decio comprehensum, et Puteolis pro fide Christi intramptum xxxi Julii. Hinc Papias spiritualis ejus commilito aliis ab hoc S. Papia est, centum et triginta aut quadraginta annis junior.

11 Idem Petrus Halloix citato capite 3 userit sanctimoniam S. Papiae commendari, primi quod illi temporibus et bona ferventiam Christianorum copia selectus, atque ad Episcopum dignitatem proiectus sit, quibus longe pluris ad ejusmodi munia astimabatur Christiana simplicitas, quam mundane stirps nobilitas, et Spiritus divitiae, quam terræ thesauri, et modesta divine legi cognitio, quam superba plurimarum scientiarum aervatio. Denude, quod upnd viros sanctitate juxta et eruditione clarissimos, tanta fuerit ob antiquam ac venerandam morum probitatem auctoritate, ut tum etiam, cum ab ejus sententia in aliquo puncto discederent, ejus tamen magni facerent ac reverenter sanctimoniam. Denique insignis Papiae sanctitatem argumentum, inquit, esse protest, et merito debet, illius tam vehemens atque incitatum animi studium, quo Apostolos et viros Apostolicos prosequebatur, et quo ardenter, si quis alius, aestuabat

AUCTORE G. B.

non idem est
Papias spiri-
talis communi-
tatis in Actis S.
Onesimi,

E neque Martyr
habendus,

ut per errorem
videtur appel-
lari apud
Photium,

F S. Onesimus
Puteolis sub
Decio est in-
terceptus.

g. sanctimonia
S. Papiae equi-
tibus redibus col-
ligatur.

In scriptis S.
Papiae error
millenariorum,
observatus ab Eusebio,

S. Hieronymo,

Baronio,

secuti eum SS.
Justinus, Irenæus, Victorinus:

non fuit S.
Papias Episco-
pus Pergami,
in Apocalypsi
reprehensus:

Auctori G. B.
A aestuabat de ipsorum dietis et factis audiendi atque
sciscitandi. At cultum ac venerationem ejus sacram ex
antiquis Mortyrologiis probavimus.

12 Quamdui Ecclesie Hierapolitanæ Episcopus
prefuerit, aut quo statis, Sedis ac Christi anno obierit,

non legimus. Fuit postmodum S. Abercius ejusdem D
Sedis Episcopus, qui sub Marco Antonino et Lucio Vero
Imperatoribus postissimum floruit: cuius Acta Graeca
halimus od xxii Octobris illustranda.

tempus Sedu,
successor.

DE S. ANTHUSA ET XII FAMULIS MARTYRIBUS.

O. B.
xiii feb.

Grati in magnis Menxis xxii Februarii huc
habeat: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ ἡγία Αἰθύνα, τῇ
διὰ δάδεκα αὐτῆς διηταὶ ἕρηται τελεοῦνται.
Εὖνος ἐγένετος, Αἰθύνα, τοὺς δικταῖς,
Ἐρητα θεονόσην συθενόντας οἱ ἕρηται.

Eodem die S. Anthusa et duodecim ejus famuli gla-
dio vitam finiunt.

Benevolos reperisti, Anthusa, hos famulos,
Qui te gladio moriente, etiam gladio commoriuntur.

Menxa describit Maximus Cytheræus. Cetera
latent. Coluntur varia Anthusa aliis diebus: xxii Iu-
nusti Anthusa cum duobus domesticis Carissimo et
Neophyto, qui umbo sub Valeriano Imperatore gladio
percussa sunt, sed ipsa Anthusa, ut in eisdem Menxis
legitur, iv epiphany rō θεῷ τὸ πνεῦμα παρέβητο, in pace
spiritum Dei reddidit: quæ alia ab hac Martyre est.
quæ gladio occisa fuit.

O. B.
xxii feb.

DE S. GALLO CONSULE MARTYBE ANTIOCHIAE.

Baynum Consulari dignitati ornamentum con-
fert sanctitas Galli Consulis, majus altura,
et ejus Acta olim et conscripta forent, et uti hic
ederrunt, repariri nobis potuisse. Sacrum
ejus memoriam reducit numquam satis lundatum Mur-
tyrologium MS. Romanum vetustissimum, quod sub
S. Hieronymi nomine estari solet, et hec continet:
vii Kalendas Martii Cathedra Petri in Antiochia,
et Romæ natale Concordie. In Antiochianata Galli
Consulis. Sequentur dñi quadriginta aut plures Mart-
yres in variis classes distributi: unde et Gallum mar-
tyrio coronatum colligimus, temporibus Romanorum Im-
peratorum, quando plures viri illustres Galli appellati.
Nam seculo Christi primo Consulatum gesserunt C.

Pompeius Longinus Gallus, et L. Asinius Gallus,
ille anno XLIX, iste anno LX. Seculo secundo Consules
furunt Gallus et Flaccens annua CLXXIV. seculo tertio
Faustus et Gallus anno CCXCVII. Intra inter Imperato-
res Romanos Ducus anno CCXI perennibus successit
Gallus Hostilius tum Dux limitanei exercitus in Ma-
ria. Seculo etiam quarto floruit Constantinus Gallus
Cæsar, ac sepius Consul constitutus, frater Julianus
upstata, et Constantini Magni fratris filius, et filia
eius ducta gener. Hæc de illustri Consulari et Cæsoreo
menere quod Galli gesserunt, et ob quam dignitatem
Syria, quæ Consularis provincia erat, potuerunt summa-
cum potestate præesse.

E

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS VICTORINO, EUCIRO, PAULO, DONATO, FORTUNA, ET ALIIS XXVIII.

O. B.
xiii feb.

SS Victorinus,
Donatus,
Fortuna,
Paulus,

Pandus,

Eucirus et 23
quis Palau-
nus?

Qui horum athletarum principem obtinuit locum,
solus Mortyrologiū MS. Richenowiensi inscrip-
tus est his verbis: In Africa Victorini. In
MS. Aquiranensi, et apud Hermannum
Greven in Auctorio Usuardi, aliqui suis nominibus ex-
primitur socii: In Africa Victorini Palatini, Donati,
Fortuna et aliorum xxix. Jacobus Pamelius in Notis
ad epistulam Lucianam, quæ est xx apud S. Cyprianum,
ex Mortyrologio MS. bibliothecæ Cluichelmitarum Brug-
ensem, quarti Martyris nomen inducit: viii Kalend.
Martii. In Africæ sanctorum Martyrum, Victorini
Palatini, Pauli, Donati, Fortuna, et aliorum viginti
novem. Quæ eisdem verbis leguntur in Mortyrologio
Galesini, attestantis se ex codicibus MSS. necepisse.
At Paulo omissa aliud substitutum in antiqua MS.
Martyrologio Romano, sive S. Hieronymi, in quo hæc
leguntur: In Africa SS. Victorini, Euciri Palatini,
Donati, Fortuna, et aliorum xxviii. In forte Pal-
atinus vir censensus, ab aliis Martyribus distinctus? An
Eucirus, qui infra Euterius? At Nicomedus unus, in
Africa alter passus dicitur, si mentum abest. In Mar-
tyrologio S. Hieronymi jungitur Palatinus (seu viri
nomen censeri debet, seu dignitus, de qua infra) Eutero,
in aliis Victorino: nisi ut ratio amitterentur adseri-
bendum.

2 Arbitratur Pamelius de his Martyribus agere Lu-
cianum in dicta apud S. Cyprianum epistola, dum ista
ad Celarium scribit: Et ideo, carissimo fratre, saluta
Numeriam et Candidam, que secundum Pauli pre-
ceptum et veterorum Martyrum, quorum nomina

subjicio, Bassi in pejerario, Mappalici in quæstione,
Fortunonis in carcere, Pauli a quæstione, Fortunæ,
Victoris, Herenæ, Credulæ, Herenæ, Donati, Firmi,
Ventæ, Fructi, Justice, Martialis, Aristonis, qui, Deo
volente, in carcere necati sunt. Hæc ibi: Paulus, Do-
natus, Fortuna, si possunt existimari, qui hoc die in
Martyrologijs nominantur: sed in ea epistola nulla
Victorini, Euciri, Palatini mentio. De nonnullis a Lu-
ciano enumeratis Martyribus egimus xi Februarii, de
olis actiū xxv ejusdem mēnsis et xvii Aprilis, quibus
locis cum plurimi et iam monumentis socii, quorum non
mentit Luçianus, argumento id esse diximus xi Fe-
bruarii, possimmo indicatos illos esse, qui vel ex fama
Celarini, Numeriae aut Candidæ, vel eis erant spe-
cialius noti.

num illorum
mentio in
epistola Lu-
ciani?

3 S. Cyprianus epistola xxiii ad Clerum Romanum
reprehendit ante memoratum Lucianum, quod manu
ejus scripti libelli nomine Pauli multis darentur, et
Lucianum non tantum Paulo adhuc in carcere posito,
nomine illius libellos manu sua scriptos passim de-
disso, sed et post ejus excessum easdem facere sub
eius nomine perseverasse, dicentem hoc sibi ab illo
mandatum. Quæ forsitan de S. Paulo jum memorato
sunt occupenda.

num S. Pauli
apud Cypri-
anum?

4 Aliquis S. Victorini Martyris reliquias adservari
Bononia, tam in ecclesia S. Stephani, quam S. Bar-
tolomai, que est Clericorum Regularium Teatinorum,
tendit Moschos in Bonum perlustrata ad xxii Februa-
rii, sed num dicti ante Victorini sint, num alterius,
non liquet.

reliquias S.
Victorini B.
non a.

DE SANCTIS MARTYRIBUS NICOMEDIENSIBUS,

EUTERIO, PALATINO, VICTORINA, PAULÀ, EMERITA, ANTONIANA, DATIVA, ROGATIANA, ANTIGA, URBANA, MAXIMA, MARINA, MATRONA, PEREGRINA FILIA, SECUNDULA, JUSTA, CASTULA, FLORENTIO, VICTORE, MARCELLINA, CASTA, DONATULA, LIBOSA, FLAVIA, DOTA, FURNATA, LUCIANO, AMICO, REGINA, CYRIACO, GALATIO, VALERIO, GORGIANO.

G. II.

XXXI PED.

Nicomedie
quam plurimi
Martyres pas-
si:

Nicomediae Bithyniae metropolis, illustre funeris Martylibus theatrum præbuit: in qua nempe urbe degebant Diocletianus, dum saevitatem in Christianos persecutionem exercitauit: atque illic, ut alios atibi designatos a se Praesides exemplo suo provocaret, immanissimam de Christianis exercerent carnificinam. Hinc Tabulis Martyrologii Romanorum ad xviii Martii adscripta sunt decem Martyrum millia, qui Nicomedie pro Christi confessione gladio percussi. xxi Junii celebrantur plurimi sancti Martyres, qui in montibus et speluncis vicinis latentes, martyrium leto animo suscepserunt, quos Graeci in Menologio ad iv Septembriis numerant tria millia sexcentos viginti octo. At xxv Decembriis memorantur multa millia Martyrum, qui ecclesia inclusi, accenso circum igne consumpti sunt.

2 Qui xxii Februarii referuntur ibidem passi, solis adhuc nomibus cogniti: quæ ipsa quasi naufragio erupta exhibet antiquum MS. Martyrologium Romanum, quod S. Hieronymo adscribitur. In hoc relatis variarum classum Martyribus, deinceps ista postremo loco habentur: Item Nicomedie, Euterio Palatini, Victorinae, Paulae, Emeritae, Antonianae, Dativa, Rogatianae, Antigae, Urbanae, Maxima, Marinas Matronae, Peregrine filiae, Secundula, Justae, Castula, Florentii, Victoris, Marcellinae, Castae, Donatiae, Libosae, Flaviae, Dotae, Furnatae, Luciani, Amici, Reginæ, Cyriaci, Galatii, Valerii, Gorgiani.

3 Qui velut primipilus statuuntur Euterius, Palatinus dici videtur. Ita iv Martii colitur S. Caius Pal-

tinus cum aliis xxvii in mare demersus: ubi Buronius annotat omnes, qui in Palatio ex familia Imperatorum militabant, Palatinos dictos, et preterea peculiarem ordinem militie Palatinæ fuisse. In Notitia dignitatum imperii frequentiter occurruunt Vexillationes Palatinæ, Legiones Palatinæ, Auxilia Palatina. At num recte matrona alyngatur Mariane, ejusque filia censetur Peregrina; nam vero et Matrona, et forsitan Filia, sunt propriæ personæ censendæ, dulitari potest.

4 Scrupulum cuiquam movere majorcum potest Nicomedie urbis nomen, cum præter Euterium Palatinum, E Martyrum nomina sint Latina, et plurima femininorum. B. Verum et Latina nomina in provinciis usurpata, et ad urbem in qua Augustus esset multi undique, praesertim ex Italia militum, mercaturæ, alteriusve negotiis caussa, confluere soliti. Alioquin celebris hoc die in plerisque Martyrologiis aut quis, S. Thecla Virgo, quæ in MSS. Richenorvensi, Latiensi, et S. Cyriaci, ut et apud Beilam, Rabanum, Notkerum adscribatur Nicomedie. In MS. S. Hieronymi hæc trahuntur: Antiochiae Natale S. Galli Consulis, Natale S. Thecle Virginis. Interponendum fortassis verbum Nicomedie, per incuriam librariorum ad eos Martyres translatum. At nihil ob levem hunc conjecturam immutari posse arbitramur: maxime quia item Nicomedie legitur.

5 Victor Martyr refertur xxiii Februarii a Felicio, et Maximus in MS. perantiquo S. Maximini, forsitan sunt, qui his Martyribus annumerantur Victor et Maximus.

not. 16.

DE PLURIMIS MARTYRIBUS

IN ARABIA PASSIS.

G. II.

CIRCA AN. CCCLV
XXXI PED.

Martyres in
Arabia passi
referuntur ab
Eusebio.

Rufino.

Cusebius libro 8 Historie Ecclesiastice immannem a Diocletiano motam in Christianos persecutionem describit, et præcipuum per universum Imperium Martyrum certamina enarrat: sed tandem quasi ob tot cardes tardio infretus, cap. 23 ita exclamat: Quid opus est multa persequi et novas piorum Martyrum per orbe dicimaticiones, alteras alteri succedentes proferre? Et indicato S. Adauet et omnium Antandri urbis in Phrygia incularum certamine suti vi Februarii diximus ad alios Martyres cap. 23 progreditur, his verbis: Quid jam reliquos Martyres nominatio commemorare attinet, aut virorum multitudinem enumerare, aut varia plagarum aut suppliacionum genera, que insignes Martyres perpessi sunt, oratione depingere? qui partim securibus percussi interierunt, sicut his qui erant in Arabia contigit, partim cruribus contractis divexit, voluti his qui in Cappadocia versabantur accidit; partim etiam pedibus in sublime appensis, capiteque in terram deiniso, igne paullatim succenso, et leniter exardescente et fumo e materia accusa suffocati, quemadmodum illis, qui in Mesopotamia moribantur, evenit. Hæc illi, quæ etiam Ruffinus lib. 8 cap. 11 describit. Sed unde, inquit, sufficiimus propria nivis eujusque Martyris per

singulos enumerare supplicia? Quis enim possit vel illa repetere, quibus apud Arabiam sancti Martyres securibus percussi sunt? Nicophorus etiam lib. 7 cap.

11. Sed quid attinet, ait, singulatum Martyres ipsos recensere, aut etiam nroerum eorum inquirere,

suppliciorum denique tam varias species stylo prosequi? Cum plerique eorum securi percussi, quod eis in Arabia accidit etc. Omitto quæ de Martyribus

Cappadocia et Mesopotamia adduntur: quorum sacra memoria die xxiii Maii quotannis recorditur. Alii in

Arabia passi fastis Martyrologii Romani adscripti sunt ad xxii diem Februarii his verbis: In Arabia commemoriatio plurimorum sanctorum Martyrum, qui sub

Maximino Imperatore saevissime cusi sunt. Martyres

Cappadocia et Mesopotamia, ut et Adauet cum sociis dicuntur in eodem Martyrologio sub Maximino Galerio coronati. At nos tam vii Februarii S. Adauentum, quam

iv ejusdem SS. Philicum et Philaromum diximus potius ipso adhuc imperante Diocletiano, cum Maximinus Galerius Cesar esset, interemptos, quod et de his

Martyribus etiam videntur dicendum. Consule § 2 Actorum

S. Adauet, et SS. Philicus et Philaromus § 1. num. 5.

F. Nicophoro,

et in Martyrol.

two. mao.

DE

DE S. PASCHASIO EPISCOPO VIENNENSIS IN GALLIA.

J. B.

CIRCITER AN
CCCXVIII.
XXII FEBR.
S. Paschasius
Ep. Vienn. XII.

tempore Dio-
cletiani,

S. Mauricii re-
liquias adna-
tantes Angeli
moutu exca-
pit,

ut esse traditio
Eccles. Vienn.
dicatur

successor
eius Verus n.
foste et Clau-
dius dictus,
tuersi concil-
lio Arelatensi
an. 314.

Viennensis Antistitum duodecim memoratur S. Paschasius, in Catalogis, quos Joannes a Bosco in Bibliotheca Cluacensis, et Joannes Lieurens in libro de antiquitate et sanctitate urbis Viennensis vulgarunt. At Joannes Chenu Biturix ex MS. codice quem et Petrus Villarsius Archiepiscopus communicarunt, Claudius Robertus in Gallia Christiana, Antonius Demochares de divino Missae sacrificio cap. 29, undecimum statuunt. Decessor epius fuit S. Simplicius, sive Simplidius de quo xi Februario actum, Demochares Pascium, sive Paschasius vocat.

2 Diocletiani ac Maximiani AA. temporibus illi Ecclesie prouisso plerique consentunt, atque adeo S. Mauricii a Maximiano interfecti reliquias cœlesti ostendo consuecum: rupes rei in Actus vulgatus S. Mauricii, inque historia de ejus martyrio a Guilielmo Baldesano edita, nullum mentionem reperio. His verbis factum id recenset in Martyrologio Gallicano Saussans: Eo tempore, quo Thebea legio apud Agamum pro sidei

B constanti assertione uogoum gloriosum expleverat, S. Mauricii, gloriosi hujus omnibus Principis, pretiosas exuvias, Rhodani immersas fluctibus, revelante Angelo indicatas et inventas colligere proueneruit: quas magna veneratione in cryptæ S. Petri saerario condidit. Unde et tanti athletæ patrociuia, urbs illa, quibus hodie gloriatur ac fruatur, adopta est. Luculentius id Gallici narrat cap. 5 Lieurens. Summa est. Cade Mortuum perpetrat, multorum trunca corpora ac capta, sanguine manantia, in Rhodanum amuera, cuius hand procul inde senturigo est, projecta, interque eo S. Mauricii corpus, ac seorsim caput elypæ ejus superpositum, Viennam usque aduatasse. Hic admontum ab Angelo Paschasius Præxulam, cum Clevo ad flumen venisse, extrorsus ex pudiis venerabilem rupem thysaurum. Ita majores tradidisse, atque ex S. Eucherio Lyduensi, Sanctius Adone Viennensi in Legendarivis Ecclesie Viennensis, et antiquis picturis constire. Ea Legendaria non vidimus. An que extant Acta S. Mauricii a S. Eucherio scripta sunt, alio queremus: in us verè Paschasiū hujusque miraculi nulla mentio extat. Testatur tamen Lieurens metropoliticam fidem, quæ prius sanctorum Machabœorum honori erat dicata, S. Mauricii uame caput celebrari: nam caput ejus ibi asservari, auro gemmisque ornatum (aut illud quidem integrum) et elypum.

C 3 Quod deinde annis, post Diocletianum, qui anno eccliv imperium depositus, Ecclesiam Viennensem gubernarunt Paschasius, ita fore colligi potest. Synoda Arelatensis, Voluntano et Aniano Coss. anno Chr. ccxxiv habite, aduersare inter alias Verus Episcopus, Bedas Exorcista, de civitate Viennensi. Ergo iam obiit S. Paschasius. Omnes Episcoporum Catalogi supra citati S. Claudium successor S. Paschasio tradunt; S. Verus i, qui Kalendas Augustæ colitur, Trojani viri se temporebus, secundam S. Gregorii Magni sequalem fuisse. Ast hic tertius fuit, ut Baroniis quoque in Notari. ad Martigrol. scribat. Et nos xiii Januarii anniversimus, quo die ejus agitur memoria. Verus n. si fuit qui illi Arelatensi synodo interfact, forsitan Claudius Verus appellatus, ac priori nomine celebratur apud posteros, ut a duabus aliis Veris distinguatur. Ad certe,

et iuse Viennensis Episcopus, in Chronico ita scribit: Uno eodemque tempore et illud sacratissimum concilium apud Arelaten voc Episcoporum colligitur. Marino tunc Episcopo ejusdem civitatis existente: apud Viennam Claudio in Catholico dogmate clarissimo Episcopo.

4 Obiit ergo ante illud concilium S. Paschasius, de quo idem paulo ante S. Ado: Floruit tunc temporis Melciades Romanus Ecclesie Pontifex. Floruit et tunc temporis vir disertissimus Paschasius, Viennensis Ecclesie Episcopus. Mortuus est S. Melchiades x Decembri anno ccxxviii, cui succedit anno sequenti S. Silvester Kalendas Februarii. Recitat Lieurens ar Boscus S. Silvestri ad universos Episcopos per Gallias epistolam, qua statuisse dicitur, ne quis ordinu Ecclesiastici od se veniret aut alio proficiseretur, nisi Metropolitani Viennensis Formatas accepisset, quibus sacerdotium suum, vel locum Ecclesiasticum, quem habebat, scriptorum ejus adstipulatione perloceret. Ac demide ista submetit: Hoc autem privilium formatarum Fratri et Coepiscopo Paschasio, et posteris ejus, meritorum illius speciali contemplatione concessimus. Provincie vero septem ad Viennensem Ecclesiam pertinentes, sicut Romanus Catalogus testatur, haec sunt: Viennensis i; Narbonensis i, que est secunda; Narbonensis ii, que est Aquis, tertia; Aquitanica i, que est Biturix, quarta; Aquitanica ii, que est Burdegala, quinta; Novempopulana, que est Auxia, sexta; atque Alpes maritimæ, que est Ebredunum, septima.

5 Quam epistolam qui accuratius expendere voluerit, adeoque resellere, legere poterit que in contrilio Taurinensi Canon. 2 decernuntur, queque in epistola prima Zosimi Papæ ad Episcopos Galliæ, et Leonis quinta ad Episcopos Provincie. Illud nobis hic sicut est, quod Novempopulana metropolis non tempore non Ausciorum civitas, sed Elusatium fuerit. Cumque S. Silverster Pontifex sit factus Kalendas Februarii S. Paschasius xxii mensis ejusdem, vel anno præcedenti, cum adhuc vivaret Melchiades mortuus; aut si ccxxiv, xxii diebus a creatione Silvestri; non videatur cum Silvestro tam arcuam contrahere notitiam potuisse, ut hic meritorum illius speciali contemplatione impelli potuerit, ad hoc illi impertendum privilegium, quod sapientissimi deinde Pontifices ignorariunt, certe ratum esse minime voluerint. Sensit id, nec penitus respuere voluit, Saussans, dum ita de S. Paschasio scripti: Idem beatus Episcopus S. Silvestro ob egregiam sanctitatis laudem fuit perecarus, ex cuius gratia nonnulla Ecclesiæ suea decora adjunxit.

6 Agitur S. Paschasiū anniversaria memoria in Ecclesia Viennensi vii Kalendas Martias erectumque illi est altare ac aedicula, in metropolitico templo, ut Lieurens testatur. Ejus complura ad eum diem menuere Martyrologio. Beda vulgatus et MS. varia ita habent. Viennæ S. Paschasiū Confess. atque Pontificis. Ado, Galesinus, et varia Uxardi nomine inscripta exemplaria addunt, admirandæ sanctitatis viri. Martigrol. Romanum: Viennæ S. Paschasiū Episcopi, eruditio et morum sanctitate præclaræ. Alio brevius ejus meminerunt.

ante quam
synodus mor-
tuis Pascha-
sius,

E dicuntur prima-
tus privilegio
donatus a S.
Silvestro,

hanc sati so-
lide.

F

colitur 22
fir.

DE SS. THALASSIO ET LIMNÆO
ANACHORETIS JUXTA CYRUM IN SYRIA,

Commentarius prævious.

G. II.

SECTION V
XII FEB

*Expurgata Cy-
ri regione Mar-
cionis heresi.*

*degunt SS.
Thalassius et
Lumnatus in
rivo Telima.*

**Cy-
tar-
si.** **T**heodoretus Cyri, urbis provinciae Euphratensis in Syria, Episcopus, octingentarum Ecclesiarum pastoralium curam in ea diocesi sortitus est: quam cum viginti et sex annis rexisset, nullum asserit loliū hærcos reticuum, sed gregem universum omnibus erroribus erexit, supra mille animas Marcionis morba liberatas, multasque alias ex Ario et Ennomi partibus ad Christum Dominum perductas. Illustrè hujus rei testimonium tradit in epistola ad S. Leonem Pontificem Romanum, quæ est inter epistolæ ejus num. 113. In Phihotho etiam, seu Religiosa historia, cap. 21 ait execrandum Marcionem multas impunitatis spinas seminasse in regione urbis Cyri, quas cum ipse conaretur radicitus evellere, omnem subisse laborem, et omnibus assidue machinis fuisse usum. Eum Theodoreti laborem feliciter excepti viens Tillina, Græca Τίλλινα, Longo Tillina, Rosweydo Helitina dictus, religiosa SS. Thalassii et Limnæi exercitatione cræbris. At S. Limnaeus alio dein usus magistro est, S. Marone, cuius Vitam ad xiv Februario illustravimus. Quo tempore condiscipulus illius fuit S. Jacobus, ab Rosweylo Hipæthrius cognominatus, a Nicephoro Callisto et in Concilio Chalcedonensi Nisibenus appellatus, uti mox in Vita S. Baradati dicitur, ac plenius xxvi Novembbris, quo eum Græci contulerunt.

2 Alius a S. Limnæo inhabitatus locus est in vico Targala, sive Targulla, in coenæ discipulum ejus fuisse S. Joannem referunt Mencha proximo die xxiii Februarii, quo eum cum SS. Moyse, Antiocho et Antonino sive Antonio, celebrant, his verbis: Οὐ μέν δοιο; Φωνάριν γραπεις καὶ φοιτής γέγονε Αιμυνίου, τοῦ ἐν ὅρῃ τῷ τῆς ρώμης Ταργάλα πεδίζεστι οσκήσαντος. S. Joannes per se notus, sectator fuit Limnæi, qui in monte vico Targala imminentे vitam solitariam egit. Eadem habet Maximus Cytheræus. Hinc errori typographicæ imputandum est, dum hoc die nucus ille non Targala, sed Galgala, Græce Φάλγαλλος, appellatur, quem errorem etiam Cytheræus expressit.

3 Græci ergo in Menœis hæc habent xxii Februario : Eodem die memoria sanctorum Patrum nostrorum Thalassini et Liminæ, ad quorum nomina in adjuncto disticho ita alludunt :

C Λαῖρι Αἰγαίον καὶ Θάλασσαν τίπει
 Ω̄τηρ̄ θάλασσαν ἵψυγόντας τὸν βίον.
 Portus Limneum et Thalassium accipit,
 Qui tamquam e mari, ex hac vita effugerunt
 Huc dein adiuvent. Utro cito timeo.

*Una corona
epiphore e Me-
dusa*

*Vita corum
epomie et Me-
nax.*

Ex his Thalassius in monte quidam donecium monasticum excitavit, qui morum candore et submissione animi facile omnibus prestatat. Limnaeus vero et ipse vitam asceticam praecepit in amore habuit, atque ad eundem Magnum Thalassium admodum aetnac juventis venit, et ab illo in religiosa vita institutus, contulit se ad celeberrimum virum Maronem, ejus virtutem admiratus, cepit subdialetum vitam agere. Occupato ergo vertice montis, qui vico Galgala dicto inninet, vitam solitariam ducens, in eo permanuit: neque ullam easam, nec tabernacula, nec tugurium fixit, sed septo confecto ex siccis lapidibus se inclusit, celo pro tecto usus. Ille a Deo tanta gratia faciendorum miraculorum exornatus est, ut Apostolos imitatus, et demones expulerit, et morbos curarit. Cum aliquando Sanctus iter ficeret, a serpente ictus est, sed sois precibus visus est mortem superare. Laborabat aliquando

morbo colico, gravi sane atque admodum molesto, sed Deo iuvato sanus evasit. Oculis captos et stipem petere coactos congregavit, et iu cellulis extrectus jussit degere, ac pro ratione numeroque minorum alimenta his necessaria, ab his qui ad eum ventitabant, emendicavit. Cum ita totos triginta octo annos sub dio vixisset, spiritum Deo reddidisse

*S. Hac Menæa, et ex illis Matutinus Cytheranus in
piorum æviis. Excerpta ea sunt ex Historia religiosa sive
Philotheo Theodoreti, qui S. Limnæum sapius invi-
sit. Ejus hæc narratio est.*

VITA

Ex Philotheo Theodorei cap. xxii.

Tillima est apud nos quidam vicus, qui olim quidem exceptit semina impietatis Marcionis, nunc autem evangelica fruitor agricultura. Ejus ad meridiem est quidam collis, neque valde asper, neque admodum acclivis. In eo monasticum aedificavit habitaculum Thalassius vir admirabilis, qui est multis quidem aliis quoque bonis exornatus, sed morum simplicitate mansuetidineque et moderatione omnes homines sui temporis supererat. Hoc autem dico, non ut qui soli credam auditui, sed qui ejus etiam fecerim periculum. Ad virum enim sepe accessi, ei sum sive usus sive consuetudine.

accessit, et ejus sume sepe usus spaci consuetudine,
2 Ab eo in hoc loco fuit initiatus, qui nunc ab omnibus decantatur Limnaeus, et cum admodum juvenis ad illam pervenisset palaestram, pulchre in hac summa instituebatur philosophia. Et primum quidem cum lingvam sciret esse lubricam, adhuc adolescentis hoc sibi constituit silentium: mansaque longissimo tempore cum nemine quidquam loquens. Postquam autem divini illius sensis doctrinam satis fuit particeps, et se ostendit expressam illius virtutis imaginem, accessit ad magnum illum Maronem, cuius prius quoque meminimus. Accessit autem eodem tempore quo divinus quoque Jacobus. Cuna autem ex eo quoque magnam percipet utilitatem, et quo sub die agitur ritus est amplius: accipiunt

sun dio agitur vitam esse simulatus, occupavit alind montis ecacumen, quod imminet cuidam vico, quem nominant Targalam. In eo degit usque in hodieum diem, non habens domunculan, non tabernaculum, non tugurium; sed solo continetur septo quod est aedificatum ex lapidibus ne luto quidem compaginatis. Habet autem quoddam parvura ostium luto assidue obstructum: quod advenientibus quidem aliis numquam aperit, nisi autem soli accidenti hoc permittit facere. Ea de causa undique congregantur plurimi, cum meum adventum senserint, desiderantes esse mei ingressus participes. Cuna sis autem, qui aliquando ad ipsum veniant, loquens per parvam quandam fenestram, illis impertit benedictionem, per eam plurimis sanitatem largiens. Servatoris enim nostri utens nomine, et morbos cessare facit, et daemones expellit, et apostolica imitatur miracula.

3 Non solum autem iis qui ad ipsum veniunt suppeditat curationem, sed eam quoque sepe numero praebuit suo corpori. Enim enim iam pridem invaserat morbus coliens. Quam sint autem acres qui ex eo oriuntur dolores et cruciatus, optime quidem sciunt qui illum sunt experti : sciunt autem illi quoque qui ejus fuere spectatores. Provolvunt enim similliter atque illi qui rabie agitantur, huc et

E
*Thalassius
simpliciate
morum et
mansuetudine
etneet.*

*Linnaeus Tha
bassii discipu
lus.*

silentium sibi
indicti.

*a Marone ins-
tructus, sub dto
degit.*

F

*en morbos et
de la montaña
rural;*

EX PHILOTEO
TYPODORETI.oratione et si-
gno Crucis co-
tineat morbum
pellit:

A Illuc se vertentes, et crebro pedes extendentes et contrahentes: nonnumquam autem sedent et sur-
gunt et ambulant, aliquam quietis viam querentes: et ideo assident balneis, saepe ex eo aliquam acci-
pientes consolationem. Et quid opus est longiori uti
oratione in iis eumerandis, quae sunt aperta et manifesta omnibus? Cum hoc morbo colluctans, et tot tantisque cruciatu doloribus, non medicinae ac-
cepit auxilium, non lectum ingredi sustinuit, non a medicamentis aut cibis est recreatus, sed in tabula
bumi jucente sedens, oratione et Crucis signaculo
est curatus, et carmine divinae appellationis sopiuit
cruatus.

B Porro autem eum is quoque noctu aliquando
ambularet, calcavit dormientem viperam. Ha vero ap-
prehendens plantam pedis, in eam dentes infixit.
Cum autem pedi conaretur opem ferre, se quidem
inclinavit, et ei manum admovit: os autem bestia
in eam convertit. Cum autem rursus sinistra esset
usu ut ei succurreret, in eam quoque traxit iram
bestiae. Postquam autem fuit ejus furor exsatius
(illi enim plus quam decem morsus intulit) tunc
quidem recessit, et suam cavernam repetit. Ille autem
undique maximis cruciabatur doloribus. Sed ne-
que tunc passus est uti arte medicinae: sed vulne-
ribus adhibuit sola fidei medicamenta, curisque
signaculum, et orationem, et Dei invocationem.

Ideo autem, ut existimo, Deus universorum permisit D
illam bestiam in illud sacrum corpus furere, ut di-
vinæ illius animæ omnibus apertam ostenderet tole-
rantiam. Nam ejus quoque, quod generosi et fortis
animi Job, idem videmus fuisse consilium. Sicut
enim eum maximis iisque omnis generis agitari
fluctibus, cum sapientiam gubernatoris vellet omni-
bus ostendere. Undenam enim alias cognovissemus
vel illius fortitudinem, vel hujus tolerantiam, nisi
in eos quævis tela conjiciendi datus esset locus ini-
mico pietatis?

C Atque ad viri quidecum tolerantiam docendam
haec sufficiunt, clementiam autem et benignitatem
aliunde ostendemus. Nam cum multos visu priva-
tos, et qui mendicare cogebantur congregasset, et
utrimque ad Orientem et Occidenteum eis habitacula
adificasset, jossit in eis degere, et Deum laudare,
alimentum eis necessarium præcipiens suppeditari
ab illis qui ad ipsum veniebant. Ipse autem medius
inter eos inclusus, et bos et illos incitat ad hymno-
diam: et licet eos audire Deum assidue laudantes.
Tanta est ejus perpetua benignitas in eos qui sunt
ejusdem generis. Eorum autem quæ sub dio susci-
piuntur certaminum, ipsi et magno Jacobo est idem
tempus. Jam enim compleverunt trigesimum octavum
annum.

38 annos sub
dio vixit:

E

DE S. BARADATO ANACHORETA IN SYRIA, Commentarius prævious.

D. II.

CIRCA
AN CCCCXX
XII FED.S. Baradatus
vixit sub Theo-
dosio jumore,et Theodo-
toto Pa-
trinarcha An-
tocheno.

Inter illustres Orientis anachoretas, imperantibus Thodosio jumore, Marciiano ne Leone Thrace, floruit S. Baradatus, sive Varadatus, *cups bonyevan* admodum exercitationem varin inlicant. Cum eternu cellae statu sua humiori inclusus, longum transgesset tempus, postea egressus est abtrumperans monitus Throduti Episcopi Antiocheni, ut infra Acta ex Throdureto habent, qui lib. 3 Historie Eccles. cap. 37 scribat. Alexandro Antiocheno Episcopo vita functo, Theodotum, continentem velut margaritam, Ecclesiæ præsulatum obtinuisse, virum mansuetudine insignem et avara vita institutione egregie exornatum. Srlisse cum annos quatuor tradidit Neeiphorus et Theophanes in sua singuli Chronographia, sed non videntur ejus anni a Theophane recte disponi, asserente aliquip cum amicis ante S. Attici Constantiopolitanum abesse. Verum cum S. Attici successorem Sisimatum, pridie Kalendas Martii anno CCCXXVI Episcopum factum, una cum Theodoto Antiocheno interfuisse Synoda contra hereticos Massalianos citterat tradat Photius in bibliotheca tmemate 32, cum hoc post S. Attici obitum manere cum necesse est. In Menariensi Thodoreto pro Theodoto appetatur: quem etiam errorum Maximus Cytharus amplius est. De tempore, quo ante Theodotum sedis Alexander egimus vnu Januarii ad Vitam S. Attiri § 6, et x Februarii ad Vitam S. Zenonis monachi pag. 390.

2 Mortuo Thodosio jumore anno cccl, successit Marcianus, qui anno cccclvi idem defuncto substitutus Leo est, qui sanctitudinem Baradati adeo suspect, ut epistolam, quam Imperii sui præcipuis Episcopus ac Patriarchus et Pontifici Romano S. Leonis misit, eidem etiam inscribi communicare voluerit. Extat ea Epistola tertia parte Concilii Chalcedonensis num. 21, anno 9 Conciliorum pag. 165, inscripta Anatolio Episcopi Constantinopolitano, eaque relatu enumerantur Episcopi quinqaginta novem, quibus radem missa sunt; ut etiam tribus his monachis Jacobo Nisibeno, Simeoni, et Varadato. Eista eadem epistola Gæce est

ab Evagri lib. 2 cap. 9 qui haec subjungit: Istæ sunt quidem litteræ ad Anatolium. Similes prorsus scripsit etiam ad alios Episcopos, et ad viros illustris, qui per id tempora, ut supra demonstratum est vi-
tam impiem, et rebus omnibus ad victimum necessariis destitutam egerunt; ex quorum numero Simeones fuit, qui omnia primus caput in columna ba-
litare, illudque domicili genüs invenit, de quo superior nostra mentionem fecit historia. His annu-
merantur Baradatus et Jacobus, ambo Syri. Gæce Baradatoz est, potestque Latine Baradatus et Varadatus scribi. De S. Simeone Stylita actum est v Januarii, de Jacobo agit Theodoreto in Philoteo cap. 21. Gæci in Menari et Menologio xxvi Novemb. et Neeiphorus lib. 15 Hist. Eccl. cap. 22 de eo et S. Baradato hoc pauca tradit: Inter monachos elari etiam maxime fuere Baradatos et Jacobus Nisibenus. Mallet hinc Roswrythus noster in Notis ad Theodoreto num. 32 non Nisibenum, sed Hypæthrum co-
gnominari, ut a celebri Episcopo Jacobo Nisibeno, qui Concilio wenemaco Niceno primo interfuit, distingua-
tur, sed is Episcopus fuit, atque integrò seculo, aut amplius, hoc monacho senior, coliturque xv Julii.

3 S. Baradatus accepta Leoni Imperatoris Epis-
tola humanissimum remisit responsum. Exstet illud
quoque per 3 Concilii Chalcedonensis num. 61, dicto
anno 9 Conciliorum a pag. 391 cum hac inscriptione:
Terre marisque et totius generis humani Domino,
oribus terrarum Victor, et piissimo Augusto Leoni
Imperatori pauper Varadatu in Domino salitem.
Ac dem ita exordit Epistolam: Terriles litteras
Imperi vestri suscipiens per Europium Magistratum,
vestre divinitatis famulum, valde gavissi-
sum (semper enim gratiam tranquillitatis vestre
suscepimus) eo quod sit potestas vestra sollicita
pro sanctis Ecclesiis Domini Iesu Christi, cunctis
que pauperibus sub vestro Imperio constitutis.
Adhortatur Imperatorem, ut pro defensione Incarna-
tionis Christi et Concilii Chalcedonensis, contra adulter-
arios

celebris habe-
tur cum S. Si-
meone Stylita.F
et Jacobo Na-
beno juniore.rescribit Leoni
Imperatori.accipit episto-
lam a Leone
Imperatore.

^{anno 457.} A sario fortet se instar leonis præstet, ac tandem ita concludit: Hæc cum tremore scripsi vestræ pietatis Imperio septima et vicesima die Augusti mensis, anno Imperii secundo, Indictione decima. Saluto vestram divinitatem, et omnes diligentem tranquillitatem vestram, et deprecor omnipotentem Deum, ut statutum vestrum Imperium longævis in hoc mundo temporibus, et in futuro seculo coram Deo. Annum illum *Æra Christianæ numeramus CCCLVII. Quandiu postea virerit Baradatus, non constat.*

^{anno 22 Fe-} ^{baradi.} *h Græci in Meunes at apud Maximum Cytherænum annua celebratæ colunt S. Baradatum xxii Februarii: Eodein, inquit, die memoria sancti Patris nostri Baradati: quo hoc additur distichon.*

Ἐγ γένερός τος, ὃς λέγεται Παύλος, μίδη,
Ζωῆς πατήρ εἰς πάλιν Βαραδάτος.

^{Coloss. 3 5} *Cum mortificasset, ut Paulus ait, membra super terram.*

Vitæ particeps fuit in cœlo Baradatus.

^{Fab. ex Theo-} ^{doreto.} *Additur elegans, sed quod totum e Philotheo Theodoreti desumptum est, qui cap. 27 de eo adhuc vivente agit, utpote ante eum etiam vita functus.*

VITA

Ex Philotheo Theodoreti cap. XXVII.

^B *E*t communis hominum hostis iavenit multas vias vitii, universam humanam naturam studens penitus perdere; et pietatis veræque religionis alumni multas et diversas excogitavere scalas, quibus in cœlum adscenderetur. Alii quidem per classes decertantes (sunt autem hi coetus innumerabiles) incorrupti sanguinut coronis, et desideratum adscensum consequuntur. Alia autem vitam amplectentes monasticam, et cum Deo solum loqui meditantes, et nullam consolationem humanam participantes, sic victores publice renuntiantur. Alii autem in tabernaculis, et alii in tuguriis degentes, Deum laudibus celebrant. Alii vero amplectuntur vitam in antris et speluncis. Multi autem, ex quibus aliquorum meminiimus, non antrum, non tabernaculum, non speluncam, non tugurium habere decreverunt, sed nullo aeris sua corpora mandantes, contrarias qualitates tolerant, aliquando quidem summa gelo concreti, aliquando autem igne radiorum exusti. Jam vero eorum quoque rursus est vita diversa. Nam alii quidem stant assidue, alii vero in sessionem et stationem diem dividunt: et alii quidem septis quibusdam inclusi, fugiunt multorum congressionem; alii vero nullo hujusmodi

utentes tegumento, propositi sunt omnibus, qui eos volunt contemplari. Unumquodque autem horum in praesentia necesse habui persequi, cum admirabilis Baradati vellem vitam conscribere. Is enim excogitavit novas rationes exercendæ tolerantiae.

2 Nam cum primum quidem longo tempore se inclusisset in domuncula, sola divina fruebatur contemplatione. Illincum rupem occupasset imminet, et parvam quamdam arcam, nec juxta quidem symmetria corpori congruentem, ex lignis construxisset, in ea vitam degehat, deorsum ussidie incurvari coactus. Non babebat enim altitudinem ejus longitudini justa proportione convenientem. Non erat autem ea compacta asseribus, sed erat aperta similiter atque cancelli; et erat similis fenestræ quæ latiores habent ingressus luminis. Quocirca nec a pluvia erat impetu libera, nec erat tecta a flamma solis: sed utraque non minus admittebat, quam alia quæ sunt sub divo: in hoc autem solo ea supererabat, quod accederet labor inclusionis.

3 Cum autem longum tempus hoc modo transgisset, poste egressus est, cedens precibus divini Theodori, cui obtigerat pontificis Sedes Antiochenæ. Stat autem assidue manus in cœlum extendens, et universorum Deum laudans: totum corpus tunica pellicea contingens: circa nasum autem solum et os reliquit modicum ingressum spiritui, ut respiret, communem aerem recipiens, quoniam humana natura non posset aliter vivere: omanem autem eum labore sustinet, cum non sit corpore valde robusto, sed valetudinario et multis morbis obnoxio. Fervens autem animi alacritas, et divino amore incensa cogit ut labore qui non potest laborare.

4 Jam vero sapientia quoque et intelligentia ornata, optinae et interrogat et respondet, et ratiocinatur nonnumquam melius et potentius iis qui Aristotelicos legere labyrinthos. Cum sit autem in ipso summo virtutis fastigio, non sinit ut arrogantia simul efferratur spiritus, sed jubet eum deorsum reperire circa ipsum latus montis. Scit enim quantum sibi damnum mens conciliat quæ tumet et ardet insolentia. Hæc est in summa ejus philosophia.

5 Cui concedatur ut crescendo possit metamcurus attingere. Est enim communis piorum beatitia, horum qui victoria potiti sunt gloria. Mihil autem detur, ut eorum suffultus precibus, non sim procul ab hoc monte: sed paullatim concendam, et me eorum contemplationis voluptate expleam.

^{ea Theodoreto,}
^{novum rwendi}
^{genus ampli-}
^{xus S. Bara-}
^{datus:}

^{celle statuta}
^{sua humiliori}
^{se includit:}

^{stat assidue}
^{pellibus tectus,}
^E

^{corpo semper}
^{infirmo:}

^{melius Aristoteli-}
^{cis ratiocinatur.}

^{Auctor Sancto-}
^{rum preces}
^{impiorum.}

DE S. MAXIMIANO

EPISCOPO RAVENNATE IN ITALIA.

F

I. B.

^{AN. DIVI}
^{IBI FED}
^{S. Maximianus Ep. Ravennæ}
^{tempore}
^{caecus non 21.}
^{ad 22 Febr.}
^{Quæ Pro MS.}
*V*icissimus nonus Ecclesie Ravennatus Antistes fuit S. Maximianus, aut trigesimus, ut vult Ferdinandus Ughellus tam. 2 Italæ sacrae, qui duodecimum, inter SS. Marcellinum et Severum, Agapitum secundum statuat, quem Hieronymus Rubens omittit, aut certe S. Severi successorem fuit, cum hic Ughello Agapitus tertius sit. S. Maximiani nonum Martyrologio Romano ad diem xxi Februarii inscripsit Baronius, has verbis: Ravennæ S. Maximiani Episcopi et Confessoris. Eodem die natum est eius consecrat in Catal. SS. Italæ Philippus Ferrarius, epoque Vita epitome exhibet, ex fusi narratio Rubei, quem et Baronius in Notis citat. Ipse tamen Rubens lib. 3 histor. Ravenn. pag. 169 ita distinxit: Sub id tempus Maximianus Ravennæ Archiepiscopus moritur, octavo Kal. Mart. Hoc enim die, non autem nono Kalendas, in Vita ipsius (quæ vetustissimo charactere manucripta, apud sacras Virgines Divi Andreae hactenus servatur)

legimus, et in Ravennati Ecclesia ejus dies festus agitur.

2 Citat Vitam eamdem paullo post Rubens pag. 172 his verbis: Divi Maximiani acta, quæ vetustissimo charactere in pergamo exarata, adhuc apud Divi Andreæ sacras Virgines servantur, addicunt me etc. Acta quoque S. Maximiani, et aliorum Ravennatum Episcoporum conscripsisse Andream Agnellum testatur idem infra, sed eum illus commentariorum perire: quem tamen ipse identidem citat; usus forsan ex illo excerptis. Scripta autem Agnellus, ut lib. 5 pag. 238 et aliibi Rubens ostendit, circiter annorum Christi 1000XXX. Quæ alia de S. Maximiano tradit Rubens, ex variis temporum vetustis inscriptionibus, aliisque monumentis, diligenter colligit. Nos ex ejus historia accepimus, que ad hanc sanctum autistem propriè pertinent, et in quatuor capita distribuimus, quæ lectoris tedium levaremus.

3 Anno LXVI Christi Maximianum scribit Rubens

^{otta ab Agnel-}
^{to scripta de-}
^{perdita.}

^{ex variis col-}
^{lecta a Rubeo}
^{hoc editur:}

Februarii T. III.

38 ad

Ad *insulas Ravennatis Ecclesias inaugurosum a Vigilio Popo, et quidem Constantinopoli, qui eo tempore non nisi anno sequenti perverit: migrasse e vita anno ICLVI, die XXII Februarii. Ex antiquis inscriptionibus ternos temporum characteres deponunt idem scriptor, ex quibus constet Ecclesia illi profusa annis ICLVII, ICLIX, ICL. Prinus expressus cap. 2 num. 11, ubi dicitur *B. Vitalis Martyris basiliam consecrasse die xii Kal. Maii Ind. x, P. C. Basili vii, quae annum ICLVII designavit. At cap. 3 num. 14 traditur Chlensem S. Apollinaris adem consecrasse die Nonarum Maii, Indictione XII, P. C. Basili viii: anno indebet ICLVIII. ICL annum indicat num. 18 templum S. Stephani, in Id. Decembris, Indictione XIV (a Septembri scilicet inchoata) P. C. Basili ix dedicatum.**

**ANIMADV.
PAP. 34**

VITA ex hist. Raven. Hieronymi Rubei.

CAPUT I.

S. Maximiani ortus, adeptus Episcopatus.

Meritum Victor Archiepiscopus Ravennus anno ICLVI, xv Kalend. Martii sepultus in sacello Divorum Nazarii et Celsi iuxta ecclesiam, cum parum diu Ravennati Ecclesie prouisisset. In ejus locum Maximianus subrogator, admirabilis eventu, Nam uero Polie ortus; quae urbe est Iapide, Colonia a veteribus vocata, tametsi Plinius sua aetate Julianum Pietatem appellari scribat; sacrisque ibidem initatus, vita sanctitate ad Sacerdotis munus adspirans, Diaconus cum esset, foderatque terram, sementem facturus, vas ingens auri plenum reperit. Ille primum novo casu, quid ageret invertens, mox bove imperfecto et exenterato, ventrem ipsius numismatibus implet: accessitisque sutoribus, curvavit ex hincorum pelle magnas confici soleas, quas item auris nummis implevit. Quod reliquum fuerat, b religione tactus, ad Justinianum assert. Seiscitanti autem Caesari, an aliquam sibi parte remunisset, respondit: Deum testor, Augustissime Caesar, nihil mihi servatum, nisi quantum in ventre ac soleas exposui. Accipit Justinianus perinde ac de vieti et vestindictum, cum tamen de eo intelligeret Maximianus, quod occultum suppressor.

2 Dum autem secum volvebat quid moneris homini daret ideo fideli, nuntiatum est Victorem Ravennatum Archiepiscopum dicere obisse. Quicra, Ravennatus e palium ab Cesare per legatos potentibus, iussit Maximianum in eorum Archiepiscopum ab illo Vigilio Pontifice Maximo consecrari. Is tuni Pontifex apud Patras Achaja urbem exulabat, Theodora, uxoris Justiniani, iussu: quia cum e Arthemion foveret virtutem baretium, Vigiliu ei in hoc assentim reconsantem, ad se Byzantium deducere curavit, et carcero, indeoque miseri ericiatum, Patras relegaverat. Archiepiscopus itaque Ravennatum saeratus ab Vigilio Maximianus, pridie Idus Octobris, Basili Juniors quinque P. C. Indictione decima, quod inedit in annum a parte Virginis ICLVI, f cum annum astatis ageret octavum et quadragesimum, acceptoque pallio Ravennam venit.

3 Ravennates, qui interea alium in Archiepiscoponi sufficerant, et Maximianum iguobilitatem spernabant, urbe hominem exelserant. Ipse, uti summa vir moderatione, ne Christiana innocentia, ne longius a grege abscesset, extra portam Divi Victoris, hanc procul a flumine, quod Fossacecum appellatum Agnellus scribit, iuxta Divi Eusebii templum, us in aedibus, quas Unimundus Arianus Episcopus Theoderici Regis tempore adificaverat, habitavit; neenon et apud Divi Georgii; quas omnes aedes ac domus adiectas ab Ariani Agnellus memoria pro-

dit: Episcopique vocata fuisse, quod illas Episcopi incollerent; extitisseque omnes ad sua tempora, quibus temporibus Valerius, g Ravennatum Antistes, eas est demolitus, ex earumque ruinis domum erexit, quae Nova ac Valeriana dicebatur.

4 In tanta dissensione Ravennatum et Archiepiscopi, non defuerit, qui per legatos superbiam ac contumaciam Ravennatum significare Caesari tentarent. Sed cum id rescivisset Maximianus, retraxit eorum conatum, et se totum Dei providentiae tradidit: co-pitque interea et blandioribus verbis et numeribus animos reluctantium mollire; Deindeque assidue precari, ut quod sibi esset honori, et populo usui, id efficeret. Ravennates tandem, virtute hominis perspecta, eum libenter in Archiepiscopum recipiunt.

a *a Poli urbs Episcopalis Istrix, antiquissima. De qua Plinius, lib. u. Balbo libato, lib. 3 cap. 19 scribit: Oppida Istriae civium Romanorum, Egida, Parentium, colonia Pola, que nunc Petas-Jella, quandoam a Colchis condita. Quod Rubrus aut a veteribus Coloniis vocatum, rectius Merpat, ex aliis civium Romanorum, coloniis dictum. De lapidum regione agit Plinius eodem libro cap. 18. — b Quod si Princeps in thesauris fortior invenit, disputat Theologo ac Juris interpres, etiamque Evangelicorum, ad quod Malibri cap. 13 v. 43 dicitur. — c Solus id rotul fortassis, aut debuit scriptor dicens quia Ravennae sedes erat Exarchiorum, quos terrae Italie prefecbat Imperator, haec nominatum esse Epis opere mortuus, si quid iuris forte ad nominandum successorum arrogiare est sibi sollebat: ut etiam in Romanis Pontificis confirmationem arrogasse ostendit Baronius ad an. 554 num. 1 et 2. Ceterum de Pallio, ab Imperatoribus dato Episcopis Ravennatis, quale illud fuerit, quantum eo uis illis fuerit, et an certa quo ex eo traductum, disputat Baronius ibid. 5 an. 432 num. 91 et seqq. — d De Vigilio Papa fuisse alio aegrotus, nam eum quoque Sanctorum catalogo multi inscrubunt. — e Ambitum rotul scribere. quem quidem excommunicauit Epibus, ut non uer in exilium deportatus, sed ob Transcaspiorum contraversiam, anno, ut habet Baronius, 553, mortua pridem Theodore Augusti. — f Ali non nisi anno sequitur, 557 peruenit Constantiopolim Virginis uulnus, ut Baronius ad annum 559. 26 apudit. — g De his Valerii rufi etiam habet Rubrus item lib. 3 pag. 233 ad annum 509. Demulcendas curvili basiliis Divorum Georgii et Eusebii Arianorum uite, ut scriptum, exedendas, extra Divi Victoris portum. Ex autem omnibus eversi templis, egregios uedes, Agnello teste, extrusis, cognomento Valerianus.*

CAPUT II.

Templum S. Vitalis Martyris Ravennæ a **ANIMADV. PAP. 35** S. Maximiano consecratum, ornatum.

Hujus Archiepiscopatus initio absolutum est auctiissimum Divi Vitalis templum, ingenti quidem, sed eruditissimum. Nam totum orbiculare est, duplice ordine columnarum: alter superior, qui testudinem sustinet, et porticum efficit, e quo, quasi ad theatri simulacrum, in templi pavimentum, quod erat tessellati et vermiculati operis, despectatur. Inferiores columnæ, superiores et theatrum fulciant, secundum lapide pretioso vestiuntur: quo eodem genere lapidum universi parietes incrustabantur: nunc aliqua in parte non absunt. In his lapidibus natura admirabilis lusit opificio, efformatio animalium, rerumque praeterea diversarum imaginibus, et Sacerdotis presertim sacris vestibus inlioni, perinde ac si esset rem divinam facturus. Quod si gravissimus illi philosophus Albertus Magnus vehementer miratur Regis caput, quod Venetis, dum secentur lapides, ad parietes templi incrustandos, viderat; quid de hoc dixisset, quoniam universum est absolutum, et Christiana religionis pallio ac vestibus indutum?

5 Aram maximum Divae Mariae Virginis, ex alabastrite mira perspicuitatis, dicavit, cuius testimoniū quatuor columnis suffulxit: quae cum pretiosa essent omnes, eorum tamen una longe omnes nobilitate superabat. Hanc aram, cum superioribus annis Cassinenses encollati, qui modo templum incolunt, et medio sacelli ad parietem propius adiungentes, columnas in ipso sacelli ingressu collocaevare, et marmoreo pariete adjecto, sacellum intercluserunt; quo a populo magis secreti, rem divinam faciant. Quia omnium præstantissima columna est, dextrorum ingredientibus appetit; in eaque spectantur Portphyritis

S. Maximianus autem raro reporto, partem inuicem servauit,

partem fert ad Imp. Justinianum,

a quo Episcopius Ravennas designatur,

c

d

C

consecratur a Vigilio Papa.

f

exclusus a Ravennatis, prope urbem digni:

non sunt de se querelas ad Imp. deferri

tandem a ciuitatis admittuntur;

Pola urbi

abrebat S. Vitalis templum orbiculare,

F. marimore marmoreo rotuliter rotigalo ornatum

urnam D. Virginis dedicatam

insignibus e marmore columnis ornatum

A phryritis, Opbitis, Jaspidum omnis generis, Carbunculi, Chalcedonii, Achates, compluriumque hujusmodi pretiosorum lapidum matrices; et, quod voluptatem auget, humanorum capitum integre expressa simulacra, diversarumque hujusmodi rerum. Inter has columnas quod est spatii, statuae ex marmore geminorum utrinque puerorum, et cochlea marina, aut certe buccinum, et serpens, qui Aesculapium referre creditur, compleunt, adeo insigni arte praecellentium artificum, ut, cum auctor ignoretur, tamen vel ipsius Phidiae, ac Praxitelis opera aequaliter crederantur.

Eo loco ubi sanctum cadaver Divi Vitalis tumulatum erat, foveam excavarunt, cuius pavimentum pari artificio, quo et templum, exornatum. Inde ad haec usque tempora aqua emauit. Foveae aram impo-
suit, testudine columnis quatuor pretiosissimis suffulta, contextam: quas columnas universaque aram ac testitudinem, argento bracteato vestiit: adjectaque utrinque specula, e quibus uniuersi templi simulaclera redditur, quae adhuc extant; sed reliqua sunt sublata. Porta ad occidentem structurae specie uni-
verso operi consentiens, octo columnis praestantibus suffulta erat, ornamentiisque alabastre et candidissimo marmore, multoque passim ophite exelata spec-

D
EX HIERON. RU-
DEO.
^c
opus ab Eccle-
sio Ep. cura-
tum.

quod valvis ex aere mire sculptis ac exaltatis claudebatur. Sacello hæc erant inscripta,

Ardua consurgunt venerando culmine tempora,

Nomine c Vitalis sanctificata Deo:

Gervasiusque tenet simul banc Protasius arem,

Quos genus atque fides, templaque consociant;

His genitor natus, fugiens contagia mundi,

Exemplum fidei, martyriique fuit.

Tradidit haec primum Julianus Eclesius arem,

Qui sibi commissum mira peregit opus;

Hoc quoque perpetua mandavit lege tenendum,

Hoc nulli liceat condere membra loco.

Sed quæ Pontificum constat monumenta priorum,

Fas sibi sit tantum ponere, vel simile.

11 In Divi autem Vitalis portico, qnam Ardiam appellabant, brælegebantur: Beati Vitalis basilicam, mandato Ecclesii Episcopi, Julianus Argentarius ædificavit, ornavit, atque dedicavit: consecrante vero Reverendissimo Maximiano Episcopo sub die xii Kalendas Maii, sexies P. C. Basili Jun. V. C. Indictione x. Quo loco cum nulla fiat mentio Justiniani; neque Procopius rhetor eorum temporum æqualis libello, quem edidit de Justiniani æfficiis, ubi omnia vel minima diligentissime persequitur, quidquam de his Ravennatis afferat; ego nihil certi, quod scribam, babeo: fides esto penes horum auctores, qui consecratum templum Justinianum et Theodoram egregiis muneribus exornavisse, et confessum Julianum Argentarium consecrationis mysterium, quod extat alhuc, vermiculato opere pingendum curavisse, tradunt. In ejus testudinis centro, agnus tanta arte pictus est, ut, quo cumque recipias, conversam ad te faciem habere videatur, quod non minimam in pictura laudem habet. Siquidem scribit Plinius, Amulium pictorem, gravem ac severum, eundemque floridum suisse, cuius esset Minerva spectantem aspectans quacumque aspicereatur. Controvertisse Maximianum Archiepiscopum ferunt hoc tempore cum Imperii ministris de silva, cognomento Justrum appellata: et Justinianum, Maximiano, quem unice diligebat, edicto ac publicis tabulis mandavisse, ut Ecclesie Ravennatis perpetuo esset.

^a Colitur S. Eclesius Ep. Ravennas 27 Iuli. creatus dicitur Episcopus anno 514, sedisse annis 28. b Merito hæc postea refecti Rubens, que constat veteri histori repudiare. — c Colitur S. Vitalis Martir, et S. Valeria eius conjux, 28 Aprilis. SS. Gervasius et Protasius, corum plu, 19 Junti.

per Julianum Argentarium.

dona a Justi-
niano collata.

lib. 39, c. 40.

el silva Eccl-
esia data.

S. Ecclesius
Ep.

CAPUT III.
Templo alia a S. Maximiano ædificata, de-
dicata, instaurata, ornata. Reliquia SS.
translatæ.

Aedificavit Maximianus apud Polam etiam paratrium templum divæ Mariae Virginis, quod Formosum vocavit; eque Sacerdotis, qui templo praesisset, domum adjunxit: et opes suas omnes Ravennati Ecclesie dono dedit, quas Agnellus refert suo etiam tempore servari. Divi Andreæ templum, quod a Chrysologus ædificaverunt, pretiosum ex marmore columnis et variegatis, jucundo naturæ lusu, suffulsiit. Quo tempore Divi Andreæ Apostoli sanctum cadaver oblatum Maximianus refert Agnellus; in Orientemque Patras illum profectum, ut Ravennam cadaver deveharet. Sed cum haec Justinianus rescivisset, jussisse uti ad se Maximianus Byzantium veniret; deferret cadaver Apostoli, quod ingenti desiderio videnti illius teneretur. Id cum Maximianus effecisset, Cesarem ait pluribus apud eum egisse, uti Byzantii sanctum cadaver relinqueret; decere enim, ut, cum primam orbis Sedem, Romanum ipsam, Petrus frater Ecclesiae caput teneret; Byzantium, quae succedere illi ob Imperii dignitatem videbatur, haberet et Constantino-
poli reliquias.

F
Maximianus
polæ templum
ædificat:

a
ornatum templum
S. Andreæ,
cynque corpus
Patris alsulitis-
se dicitur.

B tabatur: quamquam e regione uniuersusque columnæ, januae minores, adapertæ, postibus multijuga historia sculptis, aderant. Nunc nihil omnino superest: aliundeque, a meridie scilicet et oriente, ingressus in eadem patet.

In sacelli majoris testudine, a Ecclesi, et Maximiani, Justinianique Cœsaris imagines vermiculato opere conspicuntur. Nam Ecclesius, ut diximus ædificationi, donec vixit, præfuit; Maximianus ædificatam iedem sacravit. Cum autem consecraretur, (eiusus consecrationis dies fuit xiv Kalendas Maii, anno quadragesimo septimo supra quingentesimum ab oetu Christi), interfusse Justinianum atque Theodoram uxorem ferunt, b contiguisse ut, cum in templum Theodora ingredieretur, accurrisseque pulchra, aquam Iustalem in faciem illius ut de more spargerent, dimoventes carbacea vela, quibus contegebatur atque circumdahatur aquæ vas, ne quid in eam impurum decidaret, visa fuerit columba candissima cœlitus demissa, inter velu ad aquam se conferens, et Theodoram alarum in aqua concessione aspergens, summa omnium, qui aderant, admiratione. Hujus rei testimonium pictura facit, in testudine majoris sacelli, vermiculato opere elaborata, quæ nunc visitur.

C 9 Quamquam, quod in me est, adduci nulla ratione possum, ut id credam Theodoram contigisse, fuenisse improbae; que et Anthemium hereticum tueretur, et Vigilium Pontificem, ob il, ut supra, summis cruciatis, carcere, et exilio impie afficerit. Et de pictura columbae quod dicitur, ego eam non ob mysterium significandum, sed ornamenti causa putaverim adjectum, quod scilicet sculptores ad ornatum in vasis media eam avem, qua significari simplicitatem ac puritatem scribirunt, apposuerint. Pictura vero ejus vasis simulacrum respet. Nisi forte, si tam assentiri vulgatæ isti fome inveteratae velimus, id eo tempore factum putemus, quo Vigilus est in Selem restitutus: coniuncte fortasse possumus, Theodoram resipuisse: Deo commonstrante hoc exemplo, quam procul ab vera religione absuerit.

10 Cum itaque interessent sacris Justinianus et Theodora, ut forent, una cum innumeris Proceribus, ac matronis frequentique præterea populi multitudine, Maximianus Archiepiscopus, summa pompa ad eum sacravit; atque inter cetera, Divis Nazario et Celso sanctissimum illud sacellum, de quo diximus

atam supra se-
pulchrum S.

splendide quo-
que templi fo-
rta:

templo conse-
crationi ad-
fusse Justinia-
nus dicitur,
cum uxore,

b

et hæc aqua
lustrali asperga-
ta caelesti co-
lumba:

quod, licet ve-
teri pictura ex-
presum, non
est credibile:

conseratio a
S. Maximiano
ferata

EX BIERON. B.
BEO.

A id tantum mihi des, ut liceat cum meis Sacerdotibus nocte ad Apostoli sanctum cadaver hymnos decantare. Cui cum annuisset Cæsar, ipsi totam noctem insomnem ducentes, precibus ad Deum fuis, arrepto Maximianus gladio, cadaveri barbam abscedit; unaque cum aliis sanctorum virorum reliquis, eam, assentiente Justiniano, Ravennam invexit, et sub ara maxima templi Divi Andreæ, cuius templum columnis suffulserat, collocavit.

13 Hæc, quæ ab Agnello scribuntur, non videntur consentire cum iis, quæ alii tradunt scriptores non ignobiles, b Ricobaldus præsertim et Platina in Cleto, affirmantes Constantium Cæsaris, qui Constantini primi filius fuit, tempore Apostoli Andreæ, Lucæ Evangelista, et Timothei e reliquias Byzantium, importatas, magno populi plausu et ingenti veneratione exceptas. Utcumque sit, omnium consensu constat, barbam Divi Andreæ Maximianum sub arce ejus templi maxima collocavisse. Atque hinc patet, turpiter eos errare, qui putant Maximianum Divi Andreæ templum edificasse, cum id Petro Chrysologo serendum sit acceptum...

14 Maximianus Archiepiscopus consecravit etiam ædöm illam præcharam, quam Divo Apollinari in d Classe Argentarius, hortante Ursicino Archiepiscopo, et Justiniano Cæsare assentiente, extruxerat. Cujus rei argumentum tabella extat ex marmore, quæ ejus saeculi characteribus, et dicendi modo Latine sculpta, in ejus templi medio nunc cernitur. In templi autem portico magnis characteribus: Beati Apollinaris Sacerdotis basilicam, mandato beatissimi Ursicini Episcopi, a fundamentis Julianus Argentarius ædificavit, ornavit, atque dedicavit: consecrante vero Beato Maximiano Episcopo, die Nonarum Maii, Indictione duodecima, ortus P. C. Basilii. Quod tempus in annum erit a parte Virginis quingentesimum quadragesimum nonum.

15 Maximianus cadaver Divi Probi cum reteris sanctorum Antistitium cadaveribus, unguentis delubratum, optimo loco posuit: ac in frontispicio templi Divi Probi, in quo sancta cadavera locaverat, quod erat ad mare, (modo ne vestigium quidem servat) Divorum Probi, g Eleoradii, et Caloceri imagines tessellato opere pingendas curavit; ademque illam universam instauravit et ornavit. Gravissimus post Divum Hieronymum, atque Orosium historiarumscriptor: quarum nihil superest, proter paucula verba, quæ quoniam vetustissimum illius vita scriptio Andreæ Agnellus apposuit, nos ad tanti vii memoriam pro viribus conservandam, carere illis hanc nostram historiam nolimus, hec autem sunt:

16 In Alexandria vero nulla extrinsecus malitia, sed quod seditionis semper genus inquietum est, civile inter se motum est bellum, non virtutis medio, neque ob defensionem, sed ob necem atque interitum civium. Commoti universi Praefectum suum intra ecclesiam occiderunt: qui iam ante aliquot annos similiter Episcopum suum, accusantes hereticum, interficerunt. Quo cuncto Imperator in iram versus, funditus civitatem jussit exerci. Denique missio alio Praefecto, Laudatio nomine, intra ipsam civitatem quadraginta viros per singulas regiones suspendit in ligno. Sed tunc elaboravit Diocorus ejusdem urbis Episcopus, et manifeste posuit animum suum pro oviibus suis, electaque ex numero monachii apud Imperatorem preparant, atque pro excessu civium veniam exorant. Cessit Sacerdotibus Imperator, et in posterum ut ab injusmodi carent, jussit. Hunc Episcopum quod Alexandriam b Timothenus suffertus est, quem ego in Orientem navigans, recte administrantem in sua civitate vidi, sed ante parva Nazamba civitas Ciliciae, terra motu facta, concidit, in quoperiisse seruntur millia hominum amplius triginta.

17 Hactenus Maximianus: qui Ravennæ ædificavit ad memoriam obtruncationis Divo Joanni Baptiste ædem extra urbem, quam nunc ædem In marmorario appellamus. Tricollim, quam vulgari nomine Canonican vocabat, absolvit; adjectis sua, et aliquo superius Archiepiscoporum, imagine, hisque carminibus.

Hic i Petrus junior Christi præcepta secutus,
Ut decuit, sacris moribus exiliit:

Hic quoque fundavit mirandis molibus arcem,

Nominis ipse sui haec monumenta dedit.

Hujus post obitum Aurelianus gessit honores,

Post hunc Antistes, extitit Ecclesiæ:

Hinc fuit Ursicinus, sequitur post ordine Victor,

Temporibus junior Maximianus adest.

Is Polensis erat, Christi Levita profundus,

Lege Dei miserans, et pietate bonus:

Quem Deus ipse virum decoravit culmine sacro,

Ecclesiæque sue Pontificem statuit;

Ipse autem factis propriis se non meruisse

Culmen Apostolicum, sed pietate Dei.

Haec carmina eo effani libentius descripsi, quo Archiepiscoporum ordo clarius eluceat...

18 Sub id fere tempus Maximianus Archiepiscopus Divo Stephano templum Ravennæ excitavit, hanc procul ab Opilonis posterula, quod tessellato opere, multisque Divorum reliquiis ornavit, dedicavitque, ut hæc ostendit inscriptio, que in illius templi portico legebatur. In honorem sancti Protomartyris Stephani, servus Christi Maximianus Episcopus hanc basilicam ipso juvante, a fundamentis construxit et dedicavit die tertia Idus Decembris, Indictione xiii novies P. C. Basilii Jun. V. C. Adscriptis et hæc carmina supra arcum testudinis extinsecus:

Templa micant Stephani & Martyris et nomine færa,

Qui prius eximium Martyris egit opus,

Omnibus una datur sacro pro sanguine palma,

Plus tamen hic fruitor, tempore quo prior est.

Ipse fideliter, votumque tunu nunc, magne Sacerdos

Maxime, te juvans, hoc opus explicuit,

Nam talen subito fundatis molibus aulam

Sola arte hominum facere non poterat.

Undecimum fulgens renovat diuin luna recursum,

Et copta, et pulchro cuncta fine nitet.

Inciderunt autem haec in annum a parte Virginis quingentesimum quinquagesimum...

19 Prodigia complura sub id tempus Ravennæ visa Agnello scribit, multi-que in ipsa clarissima F meridiei luce secum colloquentes homines os ad os visos; ingentemque omnibus terrorem incussisse: et octavo Kalend. Sextil. hora diei tertia acies in aere interse pugnavisse. Maximianus interea Ravennatum Archiepiscopus vascula duo ex auro, pondo octo et viginti, in quibus sanctum Chrisma servaretur, Ravennati Ecclesiæ dono dedit: quorum alterum paulo ante sua tempora periusse Agnelli testatur, alterum extare, cui sie erat inscriptum: Servus Christi Maximianus Archiepiscopus hoc Chrismarium ad natus fidelium fieri jussit. Bonavit et Endothyn byssinam priestantissimum, omnem Christi Dei historiam continentem: qua in die festo Epiphaniae aram maximam exornari consuesso testatur Agnello. Eam tamen Maximianus non perficit, sed Agnello, qui illi in Archiepiscopatu subrogatus est. Adiunxit et ex auro aliud endothyn, in qua auro textis pietie erant omnium, qui illum præcesserant, Archiepiscoporum Ravennatum imagines. Fecit et geminas alias, in quibus margaritis et unionibus sic erat descriptum: Parce Domine, parce populo tuo, et me mente mei peccatoris, quem de stercore exaltasti in regno tuo. Crucem quoque auream majorem

quæ

D templum s.
Joannis decol-
lati adficat:

de se et dece-
soribus ins-
criptionem
statuit:

E S. Stephanus
templum ad-
ficat et conse-
rat.

multa donat
Ecclesiæ Ba-
vennæ rasa.

ornamenta.

A quæ Agnelli tempore extabat, faciendam curavit, et
gemmae ac margaritis pinxerat: in cuius medio li-
gni Crucis, cui Christus Deus suffixus fuerat frustu-
lum conclusit. Divinos omnes libros, qui duo et sep-
tuaginta numerantur, Sacerdotum suorum et templi
usibus, describendo elegantissimo charactere cu-
ravit, et ipsem et perdiligeenter emendavit. Pauca
de multis referuntur, cum in eo, optimi Archiepis-
copi munere functo, quicquam numquam fuerit desi-
deratum, quod ad salutem sui populi, Ecclesiæque
administrationem facere videretur. Opes suas omnes
Ravennati Ecclesiae reliquit...

a De S. Petro Chrysologo, 21 Episcopo Ravennate, agemus
3 Decembr. — b Gervasius Nicolaus Ferrarensis, Canonicus
Ravennae, circa annum 1200 paruit, uti ib. 6 testatur Rufens,
qui ei scripta ejus recentia Platina in manibus est. — c Be hav
translatione ejusdem 24 Januarii ad S. Timothio Actio. — d be
Classo opusculo actum 31 Ianuarii ad Vitum s. Geminiam Mult
nem. Episc. et 7 Februario ad S. Seuri Ep. Ravennae, Vitam. De
S. Apollinaris monasterio agenus ad ejus natalem 23 Iulii, caput
et mentio facit 7 Febr. ut Vitum S. Romualdi. — e S. Eusebius,
de quo cap. 2 actuon successor fuit Ursicinus, 27 Ravennatum
Episcopus. — f De S. Probo Ep. Ravennatum agenus 10 Novemb
g De S. Eleocadio actum 14 Febr. de S. Colocero i rymam. — h
Hi heretices sunt, vii et decessor. Nec mirum si Maxinius
recte Episcopatus administrasse seruit: ita forsitan ob hospitie
aceperit, cum vescilli eives plerique Ecclisiachini. — i S. Petrus ii
sive Junior, 24 Ep. Ravenn. colitur 31 Iulii. — k Fortissimis m
aut quid simile scriptum, ut mentis aut artis votu indicaretur,
quod litterarum compendium non assuefatus lector, Martys pos
sunt, contra legem carnis, et sententia renuntiatur, cum rursus
in sequenti vero Martyris apice locetur. — l Arbitror Endylia
scribere rotulas. In Enthufo Graco, quod Iacobus Goar editit,
in Ordine hieri solito magna feria quinta in ablatione sancte gen
se, inter littera ista habentur: eis tibi teo uta tanta et pia
reto hervestis ieronimi, rotoes tou πεπρωτου της λογο της
Tum vero velamen, Ad carnem dictum, altari apponunt et alia
deinceps operimenta. Palmaria lance orationem faciente Nata
Goar in quatuoribus ratiōēs in familiam effici: esse manū
sem mappam altaris moxorem. Rubens videtur sinuare pro ea
resie, quæ non instanter alitri, sed amittere possunt partim
teguli, aut supri illud ad ornatum eriguntur, ut passim hic fit.

CAPUT IV.

S. Maximiani obitus, translatio.

Sub id tempus Maximianus Ravennas Archiepiscopus moritur octavo Kal. Martii. Hoc enim die, non antem nono Kalendas, in Vita ipsius, quae vestissimo caractere manu scripta, apud sacras Virgines Divi Andreae hanc tenus servatur, legimus, et in Ravennati Ecclesia ejus dies festus agitur. Sepultus est ad aram maximam in Divi Andrew, ubi illius barbam collocaverat. Inde sublatius tempore Petronacii Archiepiscopi, uti narrabimus.

21. Quod vero hunc in haeresim aliquando lapsum fuisse, plerique recentes auctores scribunt; et id omnino a veritate longe abest, et quod u Maximiano Istriar Episcopo est adscribendum, Ravenati falso imponunt. Quia enim multis propter inscitiam visum fuerat, concilium Contantinopolitanum de Chalcedonensis auctoritate plurimum diminuisse, tribus ejus, ut rebantur Capitibus infirmatis; Liguriæ, Venetie et Istrias Episcopi, quorum erant principes, in Venetia Macedonius Aquileiensis, in Liguria h. Honoratus Mediolanensis, et in Istria Maximianus; convenerant Aquileia, et concilium illud minime observandum statuerant. Itaque ob pontificatum initi Pelagius, scriptis ad Narsetem litteris, Petroque et Projeto illuc missis, Thracium, et Maximannum Episcopos, ac potius, ut ipse inquit, nomina tantum Episcoporum habentes, ad Romane Ecclesie auctoritatem revocare, et ne res Ecclesiasticas ad proprios usus converterent, ut faciebant, curare contendit. Sed cum eorum Episcoporum nemo preceptis Pontificis obedientem se praesetsset, novas scriptis ad Narsetem litteras, ut ad Iustinianum illos Constantinopolis mitteret, sic auctem deinde addit: De Liguriis, Venetis et Istriis Episcopis, quid dicam? quis idoneus est Excellentia

304 D
EX HIERON. RU-
REO

Vestra, et ratione, et potestate reprimere. Ne di-
mittatis in contemptum Apostolicarum Sedium, de
sua rusticitate gloriari: cum si quid eos de judicio
universalis synodi, quod Constantiopolis per c p ri-
mam nuper elapsam Indictionem actum est; forte
movebat, ad Sedem Apostolicam; quod semper fac-
tum est, electis aliquibus de suis, qui dare, et acci-
pere rationem possent, dirigere debuerunt; et non
clausis oculis, sanctam Ecclesiam lacerare. Cum
igitur in Istria nequam Ravenna sit, neque ab
ullo posita ibidem unquam fuerit, prorsus dicendum
est, Maximianum Archiepiscopum Ravennateni, vi-
rum sanctitate insiguum, illum non esse, de quo
scribit Pelagius, et a novissimis scriptoribus, inju-
ria, haereseo aliquando damnatum.

22 d Petronax decimum quantum jam annum
Archiepiscopus, cum omnes illum Ravennates hor-
tarentur, uti S. Maximiani Archiepiscopi cadaver *Circa anum
ex humo eductum, qua ignobiliter contegebatur, ho-*
nestio loco poneret, multis precibus fatigatus,
tandem ad Divi Andreæ se conferens, precatione
*prius adhibita, fabris mandavit, ut tabularium e mar-
more, quam appellabant Greca voce *e* Platoniam,
tollerent. Quibus minus accurate agentibus, con-
tracta est, quam ob rem Petronax, ut erat irrita-
bilis naturæ, vehementer commotus, acriter illis
minitans, Andream Agnellum Sacerdotem, in ordi-
ne Sedis sua decimum præstantissima arte, sum-
moque in omnibus rebus ingenio præditum, illis
prosefecit. Cujus præscripto cuncta cum agerentur,
et jam sublatas esset lapis, quo sepulchrum operie-
batur, sub aqua Divi Maximiani ossa se in conspec-
tione dederunt: erat enim plenum aquæ monumen-
tum. Obortæ hic omnibus lacrymæ implorareque
appliciter omnes sancti Archiepiscopi openi ingenti
eneratione, ejus vitam, monita, religionemque re-
presentantes, ac suam ipsorum miseriam, atque cala-
mitatem lamentantes et deplorantes. Ex aqua ex-
tracta sacra ossa exsiccantur, involvuntur linteo,
obsignantur, dura ipsum monumentum in liberio-
em aurata educeretur.*

23 Quia integra inventa sunt ossa, tenuia erant,
ad proceria et ideo articulis connecta, ut vix annuli
poliata carne viderentur: nihil, extra uniuersum ma-
lla: dextera dentem, deerat. Itaque generoso vino,
loribus variis atque aromatibus permisto abluta *vino abluta*
ligenter, supplicatione omnium ordinum indicta, *transferuntur.*
mima totius populi religione et reverentia, eodem
monumento locantur, et ingenti lacrymarum im-
me, qui ex omnium oculis large defluebat, chan-
tor. Plures deinde dies veneratio et timor in ani- F
s omnium insedit, perinde, ac Maximianum pre-
sentem intuerentur.

24 Hac ex Andrea Agnello descripsimus, qui his non solum interfuit, sed praeftuit, summaque doctrina eruditus, de Ravenatibus Archiepiscopis volumen gravissime scriptum reliquit: quod cum illi in Archiepiscopatus bibliotheca fuisset, superioribus annis cum multis aliis sublatum, nullibi invenitur, magna quidem certe jactura.

⁹ Maximilianus vocatur schismatus die Epitropus in epistola
⁹ Petri ad Corinthus in editione Romana et ampliatae Romanorum ad eum.

2 Petrus ad Noricum in editione Boni, et apud Baroniūm ab anno
anno 142.—**B**Fus hoc restituimus 8 Februario in S. Honorati
ita juxta et 3. — e Año sexto 833, sive post consulatum Iosaphati
et xiv. Non. Matas. — d Ille hic & tradit hubens pug. 238, qui
Petroniacum statim 49 Ego quoniam Novemvicensi, Eghelius 50, qui
Perimacrat vocat et Petroniacum, et 817 anno Clirius et Ecclesia
perpetuum scribit, ut et hubens. Fus hoc agitur hinc S. Maximiliani
eleventh anno 831. — e De rebus Hispanicis ann. 20 Januarii ad
Acta S. Sebastiani § 9 num. 10. Ducta a Greco p. 111, quod latum,
expansum iniquum,

DE S. ATHANASIO CONFESSORE IN BITHYNIA.

G. H.

SECULO IX
XII FER.
S. Albinus
colitur 22 Fe-
bruarii.

Paulopetrium religiosorum hominum palestra fuit,
sanctis Apostolis Petro et Paulo dicata, ut in-
nuunt Menza ad hunc diem his versibus :
Αὐτοῖς θρίψα Παύλοπετριον
Αποστόλοις σύντοι Ηλέῳ καὶ Πίτρῳ.
Athanasius alumnus Paulopetrii
Simul est cum Apostolis Paulo et Petro.

*Hoc autem texitur S. Athanasii elogium in eisdem
Graecorum Mensis, et ſic; & yion Maximi Cytheræi.*

2 Eodem die sancti Patri nostri et Confessoris Athanasii, qui in Paulopetrio quiescit. Sanctus hic Constantinopoli piis, religiosis ac locupletibus parentibus natus, ab ipsis teneris unguiculis pietatem coluit, et ad monasticum statum bac habitum aspiravit. Profectus ergo ad Nicomediae partes, prope sinum maris in monachum attonsus est, adeoque in virtutibus excelluit, ut fama ejus ad Imperatores

B deseretur. At Leone Ieronimacho imperante de cultu incontaminatarum imaginum accusatus, multis cruentibus tortus, et acerbissimis exiliis et malis afflictus, in orthodoxa tamen fide ad mortem usque constantissime perseveravit ac dominum ad Dominum migravit.

3 Hec Menra : in quibus qui memoratur Leo Ieronachus, est Irmenius, qui anno MCCXII Imperium invasit, Michaeli cedere coacto, nec omnino invito : occisus est Leo nocte Natalis Dominice anno MCCXX, in sacras ianuas et Catholicos, præsertim monachos, omni utroque bacchatus. De ejus persecutione cygnus IV Februarii in Vita S. Nicolai Studita cap. 3 et 4, ubi exilium, cruciatus et verbena S. Nicolo ejusque Propugna S. Theodoro Studita insculpta narrantur. Fuitque forsitan S. Athanasius, de quo hic agimus, socius S. Nicolai in primis vita monastice erexitis, quætra in ejus Vita cap. 2 num. 12 describuntur : Habebat sane communis Pater noster ac Dei famulus Nicolaus, ipsam vitam suum, taentem quamdiu exhortatio-

nem : habebat et fratrem, cui accuratam quamdam virtutum ejus imaginem : quin omnes tandem, cui aliui quempiam medium solem, virtutum radiis collucentem, a Deo datum illud munus, animis utilem ac praecellarum convivam, Magnum Theodorum habebant : eratque revera virtutis scoba, novus quidam paradisus, multiplici florum genere vernans. Etenim ad istos accedebant, Joseph quoque sapientissimi Patris nostri frater, ac postmodum celebris Tressalonicensium civitatis factus Archiepiscopus, quin et Timotheus, Athanasius quoque, et Naucratius, ac alii plures, quos brevitatis caussa omitto, in terrestri illo cœlo agebant. Quos enim mores conjungunt, locus quoque in unum cogit. Hæc ibi; quæ Constantiopolis gesta sunt, unde tun S. Athanasius Bithyniam fortassis migravit, si quidem ix est Confessor ille, de quo hic agimus, ut omnia uidetur.

4 S. Theodorus Studita ad memoratum jam Nau-
ceratum, carceri inclusum, scripsit epistolam a Baronio
ad an. 809 nun. 44 relatam, in qua Athanasii ejus-
que fortis certuminis meminit in exordio his verbis :
Tria haec in me efficerunt litterae tue, fili desidera-
te : simul enim obstupui, admiratus sum, et cantavi.
Primum propter impios, alterum propter pios, ter-
tium propter Deum, qui corroborat eos, qui in ejus
lege inuitantur. Ac de sacro quidem Athanasio, ejus-
que sociis desideratissimis, ac de fortissimo item
neo Theosoto, et de septuaginta dictum sit in meis ad illos epi-
tolibus, cum satis dictum sit in meis ad illos epi-
tolis, omittendum est hoc loco, quamvis longiore
signi sint orationes ac laudibus, qui divinitus ac for-
titer decerterunt. Hæc Theodorus in illa Epistola,
nun sub Leone Armeno scripta potius videtur. Au-
to epistles ejusdem Theodori ad Athanasium fratrem, relata
Baronio ad eundem annum 809 num. 30, eidem
Athanasio scripta sit, non constat. Certiora inлагari
ossent si annua S. Theodori Studitæ opera typis man-
arentur, aut S. Athanasii Vita existaret.

sub S. Theodo-
ro Studijas

*an S. Theodore
rus scribal
Naucratio de
ejus cerlami-
ne.*

DE B. MARGARITA

POENIT. TERTII ORD. S. FRANCISCI. CORTONE IN ETIBURIA

Commentarius praevius.

§ 1. B. Margaritx de Cortonu publica veneratio, ab Apostolica Seide sancta.

Cortona urbs est Etrurix retutissima, hunc precent ah Teasymno laeti sita, Episcopali Cathedra in Joanne xxi Pont Max, ante cve annos evnata. Ille ab anno 1207 ad 1208 ex annis
extrema sanctitudinis fama vixit Margarita, que inde vulgo de Cortonae cognominata, tertium ordinem S. Francisci professia. Adhuc ejus corpus, palestrina, vegetum, et illasum risatur, ut scribit Lucas Wadingus ton. 2 Annal. Minor, ad annum 1297 § 28, et utili infra citandi. Concessit Leo x Pontifex, ut anniversaria celebretate eoderetur in urbe et diuerso Cortonensi, ipso quo decessit die xxi Februario, et corpus omnibus venerandum proponeretur. Dein Urbannus viii eam facultatem extendit ad omnes Ordines S. Francisci viros ac mulieres. Extat de ea re in Bullaria Angeli Marie Cherubini, bullia Urbani, data Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominiccccxxv, Idib, Decembri. Pontificatus ejus anno primo; que incipit: Causlestis aquae flumen, e qua hac transscriptus,

2 § 1 Alias siquidem fel. rec. Leo Papa x predecessor noster, ex praedulis attestacionibus a p[ro]mem. Bonifacio viii et Eugenio iv Romanis Pontificibus, etiam predecessoribus nostris, de B. Margarita de Cortona monialis tertii Ordinis S. Francisci de Parnitentia prolatis, motus, quod festum ipsius B. Margarite, cum Officio nec Virginis nec Martyris, in ecclesia S. Margaritae civitatis Certonensis, singularis annis die xxvii mensis Februario celebrari, eademque B. Margarita a quibusvis Christi fidelibus in civitate predicta, et illa dioecesi, privatim et publice venerari, licite et libere valeret. Apostolica auctoritate indulsit, prout in suis exinde confectis litteris plenius confinetur.

3. § 2 Nuperrime vero Congregatio Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super sa-
eris Ritibus deputatorum, considerata sanctitate
predictae B. Margarite, quae a trecentum annis et
ultra, continuo miraculorum splendore coruscat,
neonum mirabili illius corporis integritate, quae his
etiam diebus supra naturae vires odorem efflat su-
avisissimum; ad instantiam non solum Cleri et populi

*Indulito Leo-
nis X collitur
Corona:*

censente Congregatione Rituum posse permittit ut ubique colatur a Pte. Minoore
bur.

A Cortonensis, sed etiam Fratrum Ordinis S. Francisci de Observantia nuncupatorum, dilectorum filiorum; ad omnes ejusdem Ordinis S. Francisci viros et mulieres indultum predictum extendi posse, habitu super hoc fel. mem. Gregorii Pape xv, similiter predecessoris nostri beneplacito, ac omnibus ejusdem S. R. E. Cardinalibus unanimiter consentientibus, decrevit.

spatis id petentiis,

4 § 3 Quare pro eorumdem Cleri et populi ac Fratrum parte, Nobis nuper sicut humiliter supplicatum, quatenus pro eorumdem desiderio, ut infra, annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

5 § 4 Nos igitur attendentes, quod sicut ipsa B. Margarita coruscat in celis, ita quasi multiplici rutilantium honore gemmarum corona decora, celi universo praefigeat;.... hujusmodi supplicationibus inclinati, de voto ejusdem Congregationis S. R. E. Cardinalium super Ritibus Ecclesie deputatorum, indultum, et desuper confessas litteras hujusmodi, ad omnes et singulas personas, tam viros videlicet quam mulieres, nunc et pro tempore existentes ejusdem Ordinis S. Francisci, earumque ecclesias, tam intra Italiam, quam extra eam ubique consistentes; ita quod ex nunc de cetero, perpetuis futuris temporibus, possint hujusmodi festi tunc dictae B. Margaritae in carum ecclesiis ejusmodi quotannis dicta die xxii Februarii, cum Oficio nec Virginis nec Martyris celebrare, et eamdem B. Margaritam privatum et publice venerari libere et licite possint et valeant; Apostolica auctoritate predicta extendimus etc.

*Inscriptio Gar-
tyrologis
22 Feb.*

5 Philippus Ferrarius in generali Catal. SS. ita xxii Februarii breviter epis meminit: Cortone B. Margarite Poenitentis, Meminit et in Catal. SS. Ituler, ut infra dicemus, Itulerus a Monasterio in Martyrolo. Franciscano, tribus commemoratis sui instituti viris illustribus, Electo, Henrico Harphio, Alphonso Roderico, qui non suut tam in Catalogum SS. relati, de B. Margarita scribit in hac verba: Cortoni in Tuscia, B. Margareta Tertiaria, vita sanctitate et multis illustransque miraculis celeberrima. Ac multa deum saygerit in Notationibus, de ejus vita, sonitate, laudaturibus. Extra Cortonensem civitatem ac forte et diuersum ob S. Petri Cathedralm Antiochenum, quae die xxii celebratur festo duplci majore, ut vocant, colitur B. Margarita postridi, id est, xxiii Februarii, ut patet ex Officiis propriis Sancitorum Ordinis Minorum, et annotat Antonius Mansius in Bononia perfrustrata, ubi altare esse ait B. Margaritae dedicatione in aede Annuntiata, quae est Minorum de Observantia extra portam.

C § II. B. Margaritae Vita a Confessario scripta, et aliis.

S Scripta est Vita B. Margaritae a F. Juncta Bevagnate, sive Meranute, Merania nempto ornando, quod est Umbria infra Fulginium ad Tunc Clitunumque confluens opyndam, vulgo nunc Bevagna dictum. Fuit hic Juncta revera spiritualium apprime cultus, cui Margarita, quoniam ei delicta sua confiteri soleret, et ab eo preclaris mortis ad absolutionem virtus identidem instrueretur, debere se plurimum declarabat, ac Deum frequenter pro eo orabat. De ea Vita, ejusque scribenda occasione, ac postea approbatione, ista tradit Wadingus ad an. 1297 § 28: Scripsit ejus Vitam accurate et diffuse F. Juncta Bevagnate, sanctarum feminarum Confessarins, duodecim capitulis distinctam, quam penes me habeo MS. in qua vel quae ipse viderat, vel quae ex ore ipsius famulae Dei, vel ab ejusdem Confessariis percepérat, fideliter et sincere emarravit. Provinciam hanc ei imposuit Fr. Leo de Castillione haereticae pravitatis Inquisitor in Hetruria: quam recte et rite obiisse, et Vitam veridice scripsisse dixerunt, et suis syngraphis comprobáront Fr. Joann-

nés etiam Inquisitor, Fr. Tarlatius S. Theologiae D professor, Fr. Philippus Custos de Castillione, Fr.

AUCTORE I. B.

Ubaldus de Colle Guardianus, et Fr. Paulus de Socio, qui alternis vicibus fuerunt omnes beatæ feminæ Confessarii. Eandem Legendam approbarunt Fr. Raynerius Senensis, Fr. Bartholomæus, Fr. Thomas, et Fr. Antonius, successivi Provinciales Tuscias Ministri. Legerunt eamdem et commendarunt plurimi viri docti utriusque status, Ecclesiastici et secularis: sed et predictus Cardinalis Legatus voluit sibi dari unum exemplar, quod devote asservabat, et ulti pñis quibusque viris legendam et transcribendam offerebat. *Hac Wadingus. Cuius hic meminit Cardinalis Legati, is fuit Neapoleu Ursinus sub Clemente v. Apostolice Sedis in Italia Legatus, qui anno 1300-1301 a Nicolo IV in sacrum collegium electus, obiit Avenone sub Clemente XI anno 1304-1305.*

approbat a vi-
ris doctis et
Legato Aposto-
lico

5 § 5 Quare pro eorumdem Cleri et populi ac Fratrum parte, Nobis nuper sicut humiliter supplicatum, quatenus pro eorumdem desiderio, ut infra, annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

6 § 6 Nos igitur attendentes, quod sicut ipsa B.

sot. 17.
nre edita, sine
titulo, et
cap. 12.

Margarita coruscat in celis, ita quasi multiplici rutilantium honore gemmarum corona decora, celi universo praefigeat;.... hujusmodi supplicationibus inclinati, de voto ejusdem Congregationis S. R. E. Cardinalium super Ritibus Ecclesie deputatorum, indultum, et desuper confessas litteras hujusmodi, ad omnes et singulas personas, tam viros videlicet quam mulieres, nunc et pro tempore existentes ejusdem Ordinis S. Francisci, earumque ecclesias, tam intra Italiam, quam extra eam ubique consistentes; ita quod ex nunc de cetero, perpetuis futuris temporibus, possint hujusmodi festi tunc dictae B. Margaritae in carum ecclesiis ejusmodi quotannis dicta die xxii Februarii, cum Oficio nec Virginis nec Martyris celebrare, et eamdem B. Margaritam privatum et publice venerari libere et licite possint et valeant; Apostolica auctoritate predicta extendimus etc.

7 *Hanc Vitam, needum Latine vulgatam, quod quidem competit nobis sit, prius hic edimus, sed Pro-*

te edita, sine
titulo, et
cap. 12.

logo caruentem; qnt alibi extare dicitur, huc mutio: In

monino Jesu Christi Nazareni Crucifixi. Incipit de-

votionis Legenda. Satis tertientibus animis fructuo-

sum esse putavi, non totum, quia non erat possibile,

sed flores quosdam eligere de vita mirabili Deo de-

voitissime Margarita agentis austeraum paenitentiam

in Cortona. Dicit et caput duodecimum, per decem, ut

infra cap. xi dicitur, divisum capitula de signis, que

Deus omnipotens ad ipsius honorem, per propinquas

remotaque loci peregit et agere non desunt. Perfran-

ta interra pñs hector iis, quae hic damus. Sunt enim

profecto ejusmodi, que non solum scelerum detestationem

ingenerare animis, sed etiam quamdam caritatem erga

Denm ac celum solitus mortalium, præcipueque sanctissimar Eucharistie cerebro suscipiendo desiderium,

excitare possunt. Levibus subiuste mendis, nec panis,

aspergimus nostrum oppugnum facit: nec omnia corrige-

re ex sola inviceta licet. Quatuor autem prodigiis

revelacionibus arrigenda sint, que Margarita, in

mentis presertim extasi divinitus intellectu memoratur,

viderint mystice Thedagiae doctores; quale illud

num. 146 de Magdalene in antra paenitentia, Landes

in Ordinem Scaphicum passim conpsta, verissima

sunt. Quod subiuste videatur omnibus Ordinibus doctrina

et sanctitudi, tunc in Ecclesia florentibus praferri, vel

verum est, sollemne de plenisque, vel intelligi ea sensu

dabit, quo illud Ecclesiastici 34 v. 20 de Abraham

prauuntiam, Ecclesia non minus vere quam religiose

stugulis ferè Pontificibus Confessoribus tribuit. Non est

inventus similis illi, qui conservavit Legem Ex-

celsi.

8 *Scripsit postea de B. Margarita non pauci. Mar-*

cus Ulyssiponensis, Portnensis in Lusitania Episcopus,

Alia ab aliis

parte 2 Chronicorum Ordinis Minorum, lib. iii cap. 29

de ea scripta:

et 8 sequentibus sermone Lusitanivo gesta ejus narrat.

Et capite quidem 37 scribit, in ecclesia S. Basili, novo

tumulo conditam, magna celebritate, concursuq; Cleri ac

populi, et magnis donis illustratam miraculis, que

ille circuus ejus tumulua picta cernuntur. Juncta Bevag-

nas non S. Blasius sed S. Blasii adest fuisse ait, in

qua sepulta Margarita. Cum Cortonam venisset Leo x

Papa, vidissetque miracula, et populi erga Margaritam

pietatem, indulxit, bulla de ea re edita, tuquit, ut de illa

officina ecclesiasticum recitari, ac celebrari festum in ea

ante totaque uche fieret, die Cathedræ S. Petri; quo

die sanctæ matronæ corpus populo, qui undique eu con-

fliuit, ostenditur, integrum ac solidum formosumque, et

grandi statura. Resedit hoc Ferrarius in Catalogo SS.

Italie, atque parvam fuisse, ut ipsummet induit. Addit

Marcus adem illam, in qua sepulta est Margarita,

sunt brevi sta-

tuaria, sepulta

in templo S.

Basili, iam

S. Margarita:

Observantia vocatur, Eugenius et auctoritate traditam,

exadlocato quoque illis monasterio.

9 Italice

AUCTORE J. D.

A 9 Italice Vitam eandem succinctius aliquanto descripsit ediditque in *Vitis* feminarum sanctitate illustrium ac deside in *Vitis* SS. Etrurie, Silvanus Razzius Camaldulensis, qui et ipse utroque magna statura fuisse tradidit, ex sive nempre dictorum Chronicorum, quae citat, Vitam quoque Margarita Italice, style eleganti, Bononiæ editam Gaspar Bombacius anno CCCCCXXXVIII, una cum S. Wenefrida Virginis ac Martyris Vita, ac B. Lucia de Stifone Virginis Bononiensis: quem libellum inscripta Scenam sacrorum et profanorum amorum. Ex ea libello quoddam infernum exercipemus. Breuorem ejusdem Margarita Itam Latine vulgari Ferrarius in Catal. SS. Italie, ex eoque, licet non citata, Abrahamus Bovinus tom. 13 Annal. ad an. 1297 § 18. Luculentus de ea agit Wadimus, antea citatus, tom. 2 Annal. Ordinis Minorum. Sed in narranda ejus conversione a ceteris discrepat, ita enim ad an. 1277 § 43 scribit: Eodem anno illud ipsum institutum (Terti Ordinis de Penitentia dicti) amplexa est B. Margarita Cortonensis, ita dicta a sepulture loco, licet Alviani Clusinae diocesis oppido progenita. Hec prius vanam et lubricam vitam ducens, vagis thoris assueta, etsi proprium habuerit virum e Monte Politiano, ex quo filium suscepit (aliu amicum volunt) egregia forma et laetivo ornato multorum post se corda trahebat: donec interemptum virum et in foveam oerulite projectum vidit fidei veribus scaturientem, et facta manu Domini super eam, copit secum evigilare mundum et que in mundo sunt arbitranda ut servora, et carnis delicias, vere fessissimas esse spuriatas. Redit itaque vulnus confusa, doloribus attrita, et lacrymis irrigata, in dominum patris sui, ad vitam ejus confusibilem offensi, a quo precibus et lacrymis mernit admitti. Crine tonsa et neglecta capite, quod ante saepe cultu curvalat, pullis et humilibus vestitus utebatur etc.

B post se corda trahebat: donec interemptum virum et in foveam oerulite projectum vidit fidei veribus scaturientem, et facta manu Domini super eam, copit secum evigilare mundum et que in mundo sunt arbitranda ut servora, et carnis delicias, vere fessissimas esse spuriatas. Redit itaque vulnus confusa, doloribus attrita, et lacrymis irrigata, in dominum patris sui, ad vitam ejus confusibilem offensi, a quo precibus et lacrymis mernit admitti. Crine tonsa et neglecta capite, quod ante saepe cultu curvalat, pullis et humilibus vestitus utebatur etc.

10 Ita maritum ei tribuit, quem Vita per Junctam Bergagnatem doceptorem, ac hostem salutis ejus appellat; neque ea Vita indicat eam alius corpus suum posuisse, sed illi uia per novem annos adhuc sp̄s, seu sp̄ imputram, seu mundo mulierib⁹ copioso (cupus mirum quantum cupida erat) aliisque mulieribus illertam, ut conjicit Bonacius: qui natum scribit Laviam, diocesis Clusinae castello, sive pago, possessione antiqua nobilissime Oddorum familiaris, cui cum Baliovis olim de principatu Perusino tis fuit. Conversione eandem ita narrat Ferrarius: Margarita Laviana, agri Perusini pagina, nata, curvis illecebris dedita, nobili cundam, illi serviens, adhesit. Cum ius domo secedens catellam secum duxisset; illa sola domum post aliquot dies rediens, aegemus, Margaritam, veste dentibus apprehensa, extra domum pertrahere combatur. Quae admurans, catellam sequitur, donec ad quendam lignorum congeriem veniens catella solstitit, ligna respiratione et attingens, quasi dominum ut ea amoyeret monens. Margarita itaque cum aliquot ligna amovisset, dominum suum mortuum, junque vernis testaceum, videt. Quo sprethendo adeo commota est, ut anteacta vita penitus, dominum paternum repetierit. Sed a patre, noverca persuasione, dominum ejecta, ad orationem, qua se Deo commendabat, con fugiens, interiit ut Cortonam ad Fratres Minorum se conforat, admoneatur. Ita Ferrarius. Concordat quae apud Bonacium et alias leguntur. Quod autem sit Ferrarius, servisse, servirecere et impassum quidem servatatem, sed non ut ancillaria ministra obiret cui splendorem vestrum veterumque ornatum etiam nobiles matronas induerent. Domus ejus tam a patre, Juncta ipse scribit.

12 Margarita ita meminit ante annos vel Bartholomaei Pisani lib. I Conformatum, fracta 8 parte 3 de tertio Ordine, fol. 107: Sancta etiam Margarita de Cortona, quae multis claruit et elaget signis, So-

ror de tertio Ordine fuit. Petrus Rodolphus Tossianensis, qui dein Senogallienus Episcopus fuit, lib. I historiarum Seraphicæ religionis fol. 140 ista habet: B. Margarita Cortonensis, magnis miraculis illustris, ex Alviano oppido Clusentinæ diaecesis, pulchra quidem corpore, sed pulchrior mente, primo a tenebris virtus dedita, deinde (Deo inspirante) se Christo consecravit: enjus vitam et singularia miracula quidam Confessorius scripsit: quan probaverunt quidam Theologi, et Cardinalis Ursinus Legatus Apostolicus in tota Italia. Assumpsit habitum S. Claræ anno 1277, ab imagine Crucifixi admonita, multasque et varias perturbationes passa est.

12 Franciscus Gonzaga, de origine Seraphicæ religiosis I parte pag. 100 in Beatus, hoc eam elogio decorat: B. Margarita a Cortonio, magnis illustribusque miraculis celeberrima. Et 2 parte, conventu 2, qui est S. Margarita Cortonii, ista de ea scribit: In quo frequentius xx fratres commorantur, requiescitque corpus B. Margarete a Cortonio, de tertio beati Patris Francisci Ordine, quæ plurimis miraculis claret. Ejus corpus aliunde exhumatum, anno Domini CCCLXXX ad novum sepulchrum, sibi prope sumnum altare erectum translatum est. Demum Odoricus Raynalhus tom. 14. Annal Ecclesiast. ad an. 1297 num 68 ita scribit: Nunc ad Margaritam Coronensem, quæ adeo anteacta vita luxit criminis, ut plurium sanctorum Virginum merita ipsam aquasse, incorrupta ipsius reliquie ac miracula testentur orationem convertimus. Ac pergit § 69. Traductam ex impura vita ad meliorem frugem, insigni Divina misericordia prodigio, ac tristi amatoris sui cadaueris putredi aspectu, narrat Ferrarius. Tum ra subiungit quæ in Ferrario habetur, ac de celebritate a Leone x permissa, ab Urbano vii sancta, ex Hadingo memnit. Denique plures alii recentiores scriptores honorificam Margaritam mentionem faciunt.

VITA EX MSS.

auctore F. Junctu Bergagnate.

CAPUT I

ii De conversatione ipsius in habitu seculari.

Christo Dendevota, mente pura, corde servida, Margarita nata a Christi nativitate millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, quo se Ordini B. Francisci manibus junctis, cum lacrymis, coram Fratre Randolpho bona memorie Aretino Custode, genibus flexis humiliiter obtulit, et sponte in corpore et anima est oblata; assumptis etiam Ordinis tertii beati Patris Francisci cum magna precium instantia indumentis: dum semel devota oraret coram imagine Christi, b quæ nunc est in altari inferiori dictorum Fratrum, et diceret sibi. Quid vis paupercula? sancto illustrata Spiritu, statim respondens ait: Non quero, nec volo aliquid, nisi vos, Domine mi Iesu.

2 Item alias dum oraret, audiuit Dominum recitantes, et ad ejus gratiam memoriam revocantem sine gracie vocationis, in quo vita pristine status evidenter includitur, ordine subsequente: Recordare, inquit, paupercula, multiformium gratiarum quas minime tua concessi, et humum ut revertaris ad me. Recordare, quod hoste e tua salutis defuncto, ad patrem tuum Lavianum, confecta doloribus, lacrymis irrigata, facie laceras, nigris induita vestibus, valdeque confusa redisti. Recordare, quod, tua suggestente noverca, de paterna te pater expulit domo, paternæ penitus miserationis oblitus. Sed velut ignorans quæ te agere oportebat, omni consilio et auxilio destituta, sub ejus, quæ in horto ipsius erat, fideliter sedens et interclusus, me tunc in

F
Margarita
anno 1277 ha-
bitu 3 Ordinis
indutab
solum Iesum
expulit, qui
cum e cruce
alligatur:c
a patre eo ipso
exclusa.a lasciva vita
conversavix patrido
corpo sui se-
ductori,

non mariti,

ad id tracta a
cane:a patre domo
ejecta ijam ante 250
annos Sancta
habita

tentatur a dia-
to lo ut ideo li-
berus peccet :

d
divino iudic-
tu tradit se
FF. Minorum
disciplinae

cum summa
erga eos re-
verentia.

dedit se mox
ridatu mte.

e
asindue flens
ex dolore,

et amore.

f
Dannis in pec-
ato tuerit :

g
urata ne inf-
locaretur a
diabolo .
tunc quoque
miserere et
ya pauperes.

adinde malam
insecutam de-
ca et accu-
sans :

A tuum magistrum, patrem, sponsum ac Dominum postulaos, tuam miseriam mentis et corporis humiliter deplorasti. Ille namque serpens antiquus, a patre tuo te cernes expulsam, in ejus opprobrium tuumque casum occasione patenter assumpta, de corporali tuae specie juventutis, tuum cor inducebat prae sumere, snadendo quod excusabiliter, ut abjecta, peccare valebas, et ubicumque stares et ire velles, a magnis etiam carnalibus dominis amareris propter corporis speciem.

3 Ego autem interioris tuae firmitate formator, et, quam reforinare volebam, dilector existens, conscientiam tuam per mei luminis inspirationem commovi, et ut Cortonau pergeres, ac Fratrum meorum Minorum te obedi entiae mancipares. *d* Quæ assumptis spiritualibus viribus tuum iter sine mora Cortonum direxisti, et juncta mandatum meum te Fratribus obtulisti, disciplinis eorum ac monitis animum cum vigilantia inclinando. Recordare, quod tui cordis remedium fuit pro initio tuae salutis timor reverentiae filialis, quem infixi menti tuae de Fratribus Minoribus, quorum te cura commisi. Quo perfecte concepto, invisibilem hostem terrui, et illam, quam contra te sumpsaserat de tua calamitate andaciam, mea dispensante gratia, conquassavi. Nonne statim tremebas?

B nonne cum Frater aliquis de ordine tui Patris apparerat in ecclesia, dominibus, seu via p̄a verecundia facies tua perfundebatur rubore, timens sedere, vel loqui, seu inveniri a secularibus coram ipsis?

4 Recordare, quod ordinavi tunc animam ad totalem contemptum omnium secularium ornamenti, et te instruxi cordialiter, ut paullatim amore mei a secularium dominarum te consortio sequestrares. Recordare, quod tuum corpus, pristinis deliciis assuetum, non solum ciborum delectabilium, sed ciborum quantum abstinentiae per gratiam deputavi. Recordare, quod meis praemunita gratis fortior effecta, continuis te jejunis macerasti, et molibus spretis indumentis, lectulum durissimum, nunc eratis de viminiis, nunc nudie terra, nunc eassisidis, cum cervicalibus de ligno vel lapide, suaviter elegisti. Recordare copiosi munera timoris, doloris et fletus continuus quod tam copiose tibi largiri dignatus sum, ut non solum Fratres Minorum quibus te commendavi, cum lacrymarum interrogares profluvis, si ego tuus Pater et Dominus exulem factam in delicto te de cetero ad misericordiam et patriam revocarem; verum etiam seculares interrogando cum fletibus dolorosis de hoc, tuis amaris supplicis ad fletus uberrimos commovebas. Sed nec istud desinas recordari, quod tibi suavis exhibitus, tuos amaros fletus in dulces lacrymas mirabiliter commutavisti, dum de mea Nativitate, de Virgine, de Virginis Matris sublimitate, et aliorum Sanctorum solemnitatibus devotas lacrymas effusisti.

5. Hac post obitum *f* deceptoris tui, qui novem annis te volente tue puritatem et honestatem paravit insidias incessanter, fuerunt conversionis initia. Recordare, paupercula, transitus, quem fecisti sola de nocte per aquam, ubi te hostis antiquus, eo quod ibas ad innovandum meæ Passionis supplicia, suffocasset: sed ego, misericordie paternæ non immemor, te *g* curialiter custodivi et liberavi. Recordare similiter, quod adhuc mundo tibi placente, duni vivebas in tenebris vitorum, ego magister verax, tuus doctor effectus, dotavi te materna compassionem ad pauperes et afflictos, et præbui tibi tantum odorem de hinc solitariis et remotis, quod in devotione a censa dicebas: O quam suaviter ibi oraret homo, quamque solemitter et devote in locis talibus Deo persolverentur præconia laudum! quamque quiete, secure et ordinate agere posset quis penitentiam salutarem! Recordare, quod in statu tenebrae cons-

tituta, in solitaria domo vel camera degens, a radio *D* mee illustrationis illeminata, tuum deflebas casum: et dum salutabar a nobilibus vel infirmis de Castro aut villa, redarguebas eos dicens, quod tuam vitam reprehensibile agnoscentes, subtrahere tibi debent omnino salutationem atque alloquium.

6 Recordare, quod de statu pristino te divellens sub nobilium Dominarum societate, *h* Sancta Mariaria et Ranierie specialiter in principio collocavi. Recordare, quod tui aspectus decorem, quem hactenus in mei magnam injuriam conservare conata es, imo et augere, adeo abhorrente et odore cœpisti, ut nunc abstinentia, nunc lapidis allisione, nunc pulveris ollarum appositione, nunc diminutione frequenti sanguinis, delere desiderasti. Recordare, quod ignis amoris mei sic te transformavit in me, ut cum lacrymis a Guardiano Fratrum Minorum de Cortona habitum Fratrum de Poenitentia, ut proxima mihi et peregrina seculo fieres, cum lacrymis, precibus et instantia sepius postulasti. Quare ultra dare Fratres habitum differabant? Certe tum quia dubitabant de constantia mentis ejus, tum quia minis formosa, nimisque juvenis videbatur. Sed postquam Fratres inseparabiliter eam Christo adhuc viderunt, postquam in fervore spiritus magis ac

magis in Deum ascendere conspererunt; postquam audierunt eam dicentem, Patres mei, quibus sum a Domino commendata, non hasitatis ile me: quia si toto tempore vita meæ in solitudine vasta moram contraherem, adeo Deum meum diligo, adeo mentem meam confortavit Omnipotens, quod de nulla creatura, nullaque tentatione timerem, propter spem quam in Ileum fixi, me ad suam gratiam revocantem. Ac postquam me fugisse mundum vidistis, me religiosarum personarum consortio sociavi, meamque vitam mutavi in melius, per gratiam in hī datam a Christo, eur timetis? Cur me differtis induere? Illius ergo amore, qui eandem sua virtute et tandem ac ferventer petit

7 Hanc autem mutationem nesciens prædicebat, dum solatio a consociis Dominalibus de ornatu sui corporis argueretur, dicentibus: Quid erit de te, Margarita vanissima? Et ipsa dicebat: Adhuc tempus adveniet, in quo me nominabitis Sanctam, cum sancta fuero: et visitabitis me cum baculo peregrino, et scaccillis pendentibus ab humeris vestris. Quod quidem factum cernimus, non solum in hominibus de diversis locis currentibus, sed etiam in multitudine *F* mulierum devote venientium ad suum corpus et tumulum visitandum.

8 Novem priorum capitum tituli ridentur ab auctore, ipso p̄fixi, erant certe in MS. codice. Eam autem capitum divisionem, esse nonnullū ab instito nostro discrepantem (nam quadam numis prolixo) retinuimus tamen, quia discrete expressum, in capita 12 distributum esse Vitam. — b Erat etiamnum ille crucifixus, ut mthl P. Joannes Baptista Hollanus noster, in Italiācum Octavio Ptolomoius Doce Amalphitanus prefectus, ex ipsa urbe Cortonensi 7 Iuli anno 1643, scripsit, cum proinde cum sparsisset. — c Quem tamen Waddingus, ut supra indicavimus, proprium eum virum sursus scribit. Et infra numer. 39 dicitur syl viri opulentiam denunstrasse; quia ei numerum ut viro cohabebat. — d Videat nativus verbum deters, nisi et expugni debere. — e Sive asseris placunt multi medir a suis scriptores vocant. — f Hic est, qui ante horum salutis appellothus. — g Id est, humanus et benigne. Sic infra numer. 33 vocatur Christus dominus curiosissimus, et postea ejus curiositas prodidit. — h An forte scriptio seculicet? Nullum certe Sanctam Marniariani nouimus nisi quod S. Marnierium Marturem habet Ferraria in indice Catalogi SS. Italie, quam Antonius Galloanus libro de Virginibus Romanis Marnienam vocat. De ea filiaque ejus S. Ielicia Virgine et Marture agimus 25 Muli. — l Est Balbi scaccella, sive scaccella per corticæ, qualiter qui pectoris causa peregrinatur ad loca sacra, accipere a Pastoribus suis solent, una cum scipione.

CAPUT II.

De perfecta conversione ipsius ad Deum.

R ecepto igitur a Fratribus Minoribus penitentia

Auctore f. A babitu, mox per sancti Spiritus infusionem nova semina visa est. Nam sic eam in se transformavit supernus amor, ut ex tunc attentiori cura studeret perquirere, qualiter se in solitario loco absconderet; tum ne cum his, qui de terrenis rebus loquuntur, loquendi habent materiam, tum quia Regi omnium seculorum, ut nova Magdalena, meditando, orando, flendo, et jejunando, sine medio jungi optabat. **Juncta es nra.** Suum quidem amoris flamma succensa, cuncta quæ animum seu corpus oblectare solent, sibi subtrahere coepit, ut mundo crucifixa, mundum contemneret, et se frequenti sanguinis minutione, sine intermissione jejunii, debilitate desiderans, nuda humus eligitur pro lectula fatigati corpuseculi. Nemo enim tam avidus auri, quantum Margarita sui corporis exterminationis exitit: quæ ut noctes insomnes faecilius duceret, raro etiam in petra vel ligno caput languidum, debilitatum jejunis et effusionibus lacrymarum, reclinare volebat.

Conversa, 9 Hæc in oratione pervigilans a prima vigilia noctis usque ad horam diei nonam fletus amarus prostraheret, orando: ex vehementia quippe infixi doloris, nunc ex memori suorum defectuum, nunc ex recordatione Crucifixi Jesu, cuius erat mente Cruci confixa, tam anxia cum fletibus emittebat suspiria, ut supissime mori timeret, sepissime sensum ac vocem amitteret, et velut exanimis remaneret. A turharum strepitu semotam elegit cellulam honestatis amatrix, prope tamen nobilium dominarum hospitium, ut secretius ac securius moraretur. In qua se Deo nimis litabat, cum discendis, alijs ac pugnis tam aeriter, quod caro naturaliter candida, illus amore livida penitus appareret, cuius livore sanitati sumus. Plus dicebat se letari de sui destructione corporis, quam non solum petebat a Domino, sed preueniebat omnibus modis ardenter, quam si ad imperiale fastigium iussisset evecta.

secreto gaudet. 10 Sed quia conversorum primordia blandis responda sunt modis, (nam per gradus ascenditur ad virtutes) ut hujus temporis formidolosi non pavent subdere spiritui carnem suam, suorum describo gradus jejuniorum. Inchoata namque salutis via, primo Christi famula Margarita solutis diebus, ut ita loquer, cibaria sua, non omittendo jejunium, a sagamine conlubebat, carnes nullatenus comedebat. Parum post in divinum amorem dulcissimam ducta, omni carnium spreta pinguedine, solum liquorem olei sumendis cibaris apponebat.

corpus affligit 11 Et quoniam de suarum manuum labore se et filium decreverat alere, copit nobilis Dominus de Cortona humilis Margarita diligenter custodire in puerperio. Quibus hec cibaria, que ipsarum statui competitabant, delicato pararet, ita in Quadragesimalibus eibis continuabat jejunia, ne si quadragesimalis tempus adosset: ibique cantantibus nuns ad languentus solitum, sola scorsum adeo liquefiebat in fletu, quod cantantes ibidem convertebant ad planetum, et morentes cum ea sua cantibus suspendebant. Hæc est illa Margarita, quo tam ferventer dei misericordia loquebatur, atque severitate justitiae, quod nullum eorū adstantium reperiebatur ita seculariis delicia deductum, quod se a lamentis praecore verborum ipsius defendebat. Ut autem nobs Margarita discretio splendeat, antequam vellet propter jejunium famulas Dominarum, quibus serviebat, de sibi coquendis gravaro cibaruis, coram carnes edentibus ab osu carnum abstiens, de aliis cibis communibus, quæ soli apponebantur, quandoque tenaciter comedebat: ibique famulatus periret non subtrahens, summa cum diligentia Horas eumonicas, cum aliis devotis orationibus quas Horis addebat, Dominu nostro integriliter persolvebat. Ibi tanquam lumen inter spinas, lux in tenebris, et aurum inter

inedia, pulveres posita, jejunans et lacrymans, vigilans et laborans, edentes, bibentes, cantantes et in otio dormientes minime judicabat. Hæc est illa, quæ balneum præparans Dominibus, in lavacro solummodo fletu se lavabat. Per singulas namque noctes lectum conscientiae incessanter expurgans, per virtutem doloris continui, quem gerebat in corde pro aspergione sanguinis Jesu Christi, ablucere animam non cessabat. Et vidit eam pauper orantem in aere.

vigilia. 12 Et quoniam prædictorum obsequiorum de caussa, in Missis et prædicationibus Domini famula Christi servire nequibat ad votum, se subtraxit celebriter servitio Dominarum, et querens solitas consolations recipere, et ad desiderata citius largienda largum Dominum cepit invitare. Et ubi hæc acta sunt? Certe in domo Domini Dominae Diabellæ, in qua pater misericordiarum et luminum tanta Margaritam misericordie pietate dotavit, ut ipsam domum in hospitio misericordie commutaret. Ad hanc domum Margarita cor suum posuit, et ipsam in usum pauperum adeo computavit, ut temporibus opportunitis penitus vellet, quod nec mobilibus nec immobilibus, ad subventionem pauperum largius peragendam, vel in minimo parceretur. Et suis planctoribus non ingrata, jussit et ordinavit, ut infirmariae Fratrum Minorum de Cortona, de rebus prædictis domus misericordia: necessitas infirmorum Fratrum plenarie semper administraretur. O vere misericordia Mater, quæ tam intenta fuit de consolationibus pauperum, ut sibi nihil de rebus prædictis domus, in quantacunque fuerit penuria posita, usque ad linea suum perinsonerit assignari. In illa quidem domo misericordie Pater tanta misericordia concessione ipsam replevit, quod nunc personaliter, qui ubique est, suum communicabat alloquium, nunc ei donabat Angelorum solitum, nunc cum ea existens deterretabat in bello hostem antiquum. Tunc temporis Margarita, in cunctis rebus Christo deputata, ad honorem Baptiste, quem sibi in advocationem elegerat, festum pauperibus faciens annuatim de suarum manuum laboribus, pauperes, (se ac filium priuant) quos paraverat, cibis solicite satabant.

precibus, 13 Hæc est illa servida Margarita, que B. Franciscum Patrem suum instantissime precibus exorabat, ut suis meritis impetraret a Christo, in unius singularis amoris, suorum plenarium indulgentiam peccatorum. Quantumcumque infirma esset vel debilis; in sue conversationis primordio extra quadragesimalia tempora caseum non sumebat, nec ova: et in quadragesimali nullo genere piscium utebatur. Et, quod plus est, quidquid de sibi missis cibaribz subtrahere poterat, pauperibus rependere celeriter conabatur cum laeternis, nihil pro suts necessitatibus retinendo. O agnita prie Matris pietas, quæ adeo paupores et egenos attraxit, ut relicta divitium ostis, ad sive cellule ostium, in qua parum, imo nihil quasi tenebat, tormatim congregabantur! Et quia vicina Domino compatiebantur eidem, ipsa tamen invita, que in visceribus caritatis pauperes diligebat, pauperes a cella ejus intebantur expellere, ut haberet occasionem aliquid retinendi pro se.

lacrymus, 14 Necdum reclusa penitus, ad locum Fratrum Minorum de manu solito more devote pergens, usque ad tertium, quando non jejunabit populus, in oratione manebat. Et ad cellam rediens, cum silentio, ostio clauso, parum vacabat operi, et multum orationi. Intima sapientia, Christi timor, sic ejus occupaverat mentem, ut nullius vellet faciem intueri: nec audire, nec loqui de secularium moribus. Nam si precedentie die quecumque dixerat vel andierat cum aliquo seculari, ad secularium negotiorum pertinens, assuetas Christi dulcedines nullatenus praesumebat in orando nocturnis horis repetere. Sed cum interna de secundis locula modestia

A mœstitia lacrymando noctem ducebat insomnem.
et deinceps castigatio
gal. b
meditando passio-
nem recreatur :
in se sexvit
publice mendica-
tum.
omninoque dat
pauperibus.
Mall. 10. 37.
re defraudans
ad filium.
cui vix inque-
tur.
cibus parat
pauperibus.
e
anlique sis pro-
curat,
d
diutum rebus
necessariis se
privatis :
d
olei absimil-
postea coctis
edulis :
e

A Quo dolore ardens, pugnis tundebat pectora, et vo-
ciferans veluti parturient, internum mortorem cor-
dis dormiendo in vico excitando plorantibus de-
monstrabat.

B 15 Et quia non moritur amaritudo nisi in dulce-
dine, nec frigus extinguitur nisi in calore, adeo tan-
tis afflita doloribus, ad Crucis meditationem et Re-
demptoris ludibria animum revocando, indicibilibus
fletibus insistebat, quod in Christi supplicio tam
amaro, omnis amaritudo mentis dulcorabatur. Hæc
autem dilectissimi Fratres, meditatio passionis tam
anxie renovabatur in ipsa, quod nunc lacerabat tun-
nicam in dorso ac facie, nunc percutiebat alapis ge-
nas, nunc fabricabat super suum dorsum cum no-
dosa chordula, illius amore, super cuius dorsum fa-
bricaverant peccatores. In tam dolorosis amarisque
fletibus et suspiriis, nunc de suis defectibus, nunc
de Iesu Christi passione conceptis, posita; sciens
quod vera dilectionis evidentissimum signum est,
operum exhibito, recta ad exterminationem pristi-
nae vitae vanique honoris seculi, pro eleemosyna coe-
pit ire per terram, nullius domum ingrediens, nulliusque faciem hominis intuendo. Hæc est illa Mar-
garita verissima, cui si aliqua Domina integrum pa-
nem dare volebat, recusabat eumdem, timens ne
daretur eidem pro reverentia speciali. Veruntamen
tanta postea sibi ad pauperes inerat pietas, quod in-
tegros recipere nullatenus recusabat. Hæc est illa
Margarita, carissimi, quæ capsam donaus et vasa
panperibus tribuens, panem pro suo victu in olla
fracta et lapide tecta, paupertatis amore, recondidit.

C 16 Hæc est illa, que Evangelium verbum per-
fecte implevit, quando p̄ se amore dilectissimi sponsi
Jesu, unicum filium expulit, et illi pauperes peregrinos
et notos pro Christo p̄eponens, rebus sibi de-
putatis ad usum se diligenter sepe privavit. Ad hanc
igitur verebantur seculares accedere, tum quia raro
loquebatur in cella, tum quia aeternum adeo filio
uterino p̄aponebat amorem, ut nihil ei coquere vel-
let, ne tempus impeditiret orandi, tum quia raro
secum loquebatur eidem. Dicebat namque : Fili mi,
cum ad cellam redieris, sicut cibum crudum inver-
neris, ita sume, tenendo silentium; quia tempus di-
vinis laudibus impendendum, in te nulla ratione dis-
tribuam.

D 17 Et quamvis circa suum se filium sic haberet,
nihilominus carnes, pisces et diversa pro pauperibus
Christi parabat cibaria, in quorum occupata minis-
terii, tempus non se dicebat amittere, cum spiritus
suggeret hæc exercere, non caro. Cum vero Mar-
garita non haberet cibaria, quæ panperibus posset
expendere, acquirebat eis interulas, cultellos, cingu-
la, urceulos, scyphios, et ligna pro foco, tunicas, c
fiscones, et operaria lecti. Et si non habebat quod
posset tribuere, sive tunice manicas dissuebat, et
velum deponens de capite, nunc Pater noster, et
cingulum, et tigma tecti decorticans, etiam urceolum
aque benedictæ, sinon poterat aliud exhibere, pre-
bebat : tantum de filio suo curans, sicut esset ma-
terne miserationis oblitæ. Quod experientia certa
dicimus, cum in Sanctorum d... pauperes invitaret
ad epulas, nec sibi, nec filio aliquid reser-
vabat.

E 18 Post hæc facta manu Domini super eam, non
contenta jejuniis pristinis, coepit interdum olus abs-
que sagiminis et olei appositione comedere : et
paulo post omnibus rebus coctis, p̄pter panem, di-
missis, continuando jejuniū, panem in lacrymis
comedens, pro variis ferulcis nihil addebat, nisi e
Avellanæ paucas vel amygdala. Et ne credas quod
tam arcta jejuniū asperitas, paucorum fuerit die-
rum vel mensium : hanc pluribus annis continuavit,

orationibus vacans, jejunaque usque post horam no-
nam vel etiam vespertinam manebat.

D
AUCTORE P.
JUNCTA EX MSS.

sanguincos la-
crysma fun-
dit :

19 Hæc ita proximorum vitia cum Christi Pas-
sione deslevit, quod non solum frequenter p̄e dolore
radices oculorum videbantur de suis orbibus erui,
verum etiam aliquando lacrymæ in sanguinem versa-
sunt, cum tam novis in sudore ac pallore ab astan-
tibus visis angustiis, quod de ipsis separatione ani-
mie verisimiliter autumabant. Et si de hominis sa-
lute speratur, qui semel suos, juxta mandatum sanctæ
Matris Ecclesias, confitetur in anno defectus, vel
saltē in morte; qua fronte, qua temeritate de illa
quis dubitat, que numquam de suorum accusatione
defectuum, immo virtutum, quas vitia esse timebat,
potuit satiari. Et, ut vere supererno regno apta inve-
niretur, suo mandavit filio, ut numquam vel mini-
mum consanguineum sui patris coram ipsa p̄sues-
meret nominare : quia nec memor eorum esse po-
terat aut volebat, quæ suum perfecte posuerat cor
in Christo. Quoties audiret vel diceret aliquid quan-
tumcumque utile, quod fructuosum proximo et Deo
perfecte gratum non videretur, eidem tanto timore
consternabatur, ut corporeis viribus destituta loque-
lam perderet, et corporeo privaretur calore. Dicebat
namque, quod zelotypus ille sponsus aeternus tam
curiose animas speculatur, quas condidit, ut actiones
nostras, quas credimus esse virtutes, vitia deputet,
et unde pia merces speratur operum, inde puniat ali-
quando in aeternum.

F 20 Hæc est illa Margarita, quæ sic intenta fuit
lectioni divinae, quæ mentes erudit et illustrat, ut si
quando praedicaretur in loco Fratrum sui Patris B.
Francisci diebus Dominicis et festivis, nulla ratione
jejuniū frangeret, ut in sua servaretur tenuitate
ingenium, et fervore suo facilius anima frueretur,
etiam si praedicandum esset post nonam. Si quis in-
ter vos æmulatur charismata meliora, hæc avide
discat, quod Christi famula Margarita nulli tantum
invidelat, quantum languoribus et mendicis, ondīs,
fameliis, et afflictis. Omnes, inquit mihi, Confes-
sori suo, vallatos et oneratos angustiis, a suis, si
possem, pœnis eximerem, et me solam vellem induere
calamitates eorumdem.

21 Quadam itaque die Margarita in cella vilissi-
ma trahens moram, orans, suspirans, jejunans, et
confitens, exulem se clamavit in fletibus, admirans
de patientia Salvatoris, qui eam tam pie, tam diu
suis pisco tempore toleraverat in offensis. Cum igitur
die sequenti post festum S. Thomas Apostoli sup-
plicationi serventer esset intenta, Christum loquen-
tem sibi dignativa dignatione audiuit intellectualiter
hoc dicentem : Paupercula Margarita, per Cor-
tanam pro eleemosynis ulterius non discurras, sed
absque obliuione itineris ad electorum meorum
Fratrum locum pergas ad audiendas Missas, p̄di-
cationesque eorum, quia ipsis te commendavi, et eis
singulariter curam tuæ salutis comisi. Nec hæsites
de tuorum plenaria remissione peccatum, quam
oblinabis, quia jam te feci calorem frigidorum in-
flammativum, ut me diligant et ferventi spiritu me
sequantur. Jam te in exemplum præbui peccatorum,
ut in te certissime videant, quod si se ad gratianam
præparare voluerint, sum paratus eis misericordiam
elargiri, sicut misericors fui tecum. Committo igitur
te, sicut thesaurum meum, paupercula mea,
Fratrum meorum monitus et custodias, quibus injun-
go, ut te semper mei amore protegant atque ins-
truant, in quoque loco moram contraxeras. Pro
studiosa namque sollicitudine, quam dicti Fratres
circa tuam salutem gerent, totus alhuc Ordo ipso-
rum honorabilis / mundo erit. Ad quod verbum pro
saera religione prolatum a Christo, Margarita effecta
jucundior, tamquam filia de suis sollicita Patribus,
Deo

dilectoris me-
moriam aver-
satur :

sollicita ne
Deum audiū
aut verbo of-
fendat :

diujunia ma-
net, ut melius
astendat con-
cionis :

trahet afflic-
ti.

dotet prie-
ritis peccati t
F

christus eam
velni mend-
care.

spendet re-
niam peccato-
rum.

committit eam
PP. Minoribus.

I

AUCTORE,
JUNCTA EX MSS
pro florantem
exaudi.

oplat ipsa a
Deo filia op-
pellari :

omnia peccato
divinitus co-
gnoscit.

et diribus & con-
fletur :

chorda collo
alligata com-
municat :

a Christo ab
appellata,

multos raptus
patitur,

ab aliis proba-
tos :

summo solatio
perfunditur s

visitatur ab
Angelo cus-
tode,

A Deo Patri Patrum ordinem commendavit : cuius recommendationem sollicitudine paterna suscipiens, Margaritæ respondens, ait : In tuis desideriis tecum sum, et Fratres, quos mihi recommendasti, sunt illi electi, quos intima diligo caritate.

22 Cupiens Domini famula præcipuo signo dilectionis, tamquam adoptata veraciter filia, Deo Patri inseparabiliter copulari, cœpit ardenter buni libilis et lacrymosis precibus ab ipso perquirere, quando appellaretur Filia, sicut ab eo paupercula vocabatur. Cui amator hominum, cuius amor nunquam extinguitur, statim ad instar judicis deterrentis, et magistrorum disciplulum corrigentis, ait : Non adhuc vocaberis Filia, quia filia peccati es : cum vero a tuis vitiis integraliter per generalem confessionem iterum purgata fueris, te inter filias numerabo. Quid quidem verbum tanti terroris extitit, ut fletibus irrigata, suppliciter Dominum exoraret, dicens : Pormine Jesu Christe, qui es lux vera, tenebras pellens, ostende mihi, qui cernis omnia, et quem nullum latet tabulam, cuncta vita mea, que latent in corde meo, ut laver in confessione plenissima, et, te miserante, merear Filia nominari et fieri. Vix felix Margarita verba compleverat, et virtus interior, que intus docerat, sic offensas præteritas, nondum confessione delatas, reduxit ad mentem, quod usque ad minimum cogitatum omnes suos defectus agnovit. Revelabat enim prius Pater nunc animæ pudicitia sua, ne cogatur in die novissimo justus Iudex enuntiis ostendere gentibus et regnis ignominiam ejus.

23 Bac autem generali confessione, cum tam luminosa cunctiorum offensione defectuum, diebus octo in manus meis cum lacrymis ordinate, secundum pristinæ vita ensrum continuata, ut fieret vas purissimum in sanctificatione et honore, devote necessit sine velo, et cum chorda circa collum ad Dominicici corporis sacramentum : paneque sumpto novissimo, qui dat vitam mundo, audiuit Jesum Christum dulci modo Filium proclamantem : cuius vox adeo fuit dulcis, quod in illa Margarita defectus, et mori præpter latitudinem gandii dubitavit. Inflata vero dulcedine sepe die illa in extaticum elevata excessum, curau Fratre Ramallo Custode, Fratre Ubaldo Guar diaño Martio, Domina Bilia, mo Confessore, sensum prodidit atque motum. Cum autem ad exteriorum sensum redibat, in quantum loqui poterat, dicere conabatur (vix enim exprimere poterat, quod dicebat in Deo absorpta) et pro admiratione dicebat : O infinita sonora dulcedo Dei ! O dies mihi a te Christe promissa ! O verbum omni suavitate repletum, cum me Filium nominasti ! Hisque dictis, curau omnibus, non flete (ut quidam dixerunt senili) rapiebatur in Domum, sicut experientia multiformi Fratres experti sunt per manus adstantium Dominicarum, in agitando corpus et dilapidando : et cum redibat ad usum sensuum, admirando dicebat anima, quomodo in illo verba a Rego Christo prolati a suo corpore non migrarat. Et iterum ad se rediens, cum inomusa redundanta dulciter affluentia lacrymarum hoc dicebat : O verbum diu desideratum, ferventi animo postulatum, verbum omni securitate nominatum atque recordatione jucundum ! Filia mea, inquit, Deus mens ; Filia mea, dixit Christus natus.

24 Posthac accessit Angelus Margarita custodie deputatos, et dixit ei multa verba bona, et promissa restituit copiosa, invitans eum ad cuncta creantia et gubernantis amorem, dicens : Ego non sum tuus Dominus : sed summi Regis nuntius sum. Et quia videbatur semipheo jucunditas in baptismatione Angelico, respectu præterite, dixit ei : Mirum ergo non est, quia ita me tua non inebriavit jucunditate presentia, sicut Pater omnium, quem solum desiderat anima mea, Christus cum locutus est mihi, dicens,

O filia. Dicat ergo Angelus salutis administrator sollicitus, dicas : Ego tuus Creatoris nuntius sum, qui venio in mente tua æterno Domino nostro præparare hospitium. Et inchoans a fundamento humilitatis, qui animam omnes defectus ab anima expulit : et virtutes in ea præparat Deo ; per ordinem disponendo, inperceptibiliter eam virtutibus adornavit.

25 Inter cetera, quæ in memoria de Salvatore nostro retinuit, mirabile illud fuit commercium, quod Deus nobiscum dignatus est facere assumptionem humane naturæ, inclinationem majestatis infinite considerans, et dignitatem Matris Domini nostri, D. V., quæ puritate et humilitate sua inclinavit euodem : ex cuius devotione, vite panem in die tantæ nativitatis desiderabat et sperabat recipere : sed nequam præ reverentia audiebat accedere, nisi eam prius pastor ovium liberaliter invitaret. Sed quia tam ineffabile Sacramentum non absque digna dispositione ac devota præparatione sumendum est, ut humiliiter ad tam sublimem Regem suscipiendum accederet, et ad cibum supernorum spirituum degustandum avidior fieret, locutus est Christus Margaritæ, dicens : Jucunditatem istam, quam de me queris, in die Joannis Evangelista dilecti mei tibi reservo. Nam illa die gustabis, ad altare loci Patris tui, dulcedinem inexpertam. Nolo autem ut in die meæ nativitatis communiees, quia merum jubilahunt Angelorum exercitus in excelsis. Volo quod flendo saties inter animalia in diversorio vagientem : et ut devotus præpareris, ego do tibi Rex omnium istam legem, ut in die Protomartyris mei Stephani, ad apertandum nati tuo aeterno Creatori mentis hospitium, eum secularibus non loquaris. Illa etiam die qua me in anima tua recipies, eamdem normam in inviolabilitate observabis : ut ego, quem unice cum tanta flamma desideri postulas, uniar tibi gratia speciali.

26 Vix mandatum in oratorio Fratrum Minorum orantibus expleverat, et y ecclesiam magister sui nati oratorium ingressus, nova de filio retulit, et sui laboris pretium postulavit. Audi ergo quod sequitur. Sie erat Christi famula Margarita a mundi curis, impedienti menti seruato præstantibus, sic erat exuta maternis affectibus, ac si non stetisset cum seculo, quod horrebat, vel si numquam filium peperisset. Quod satis evidenter ostenditur, cum publice sibi ab hoste insidente narratum est, quod filius eius ab ea in extrema paupertate relicta, cui materna subtraxerat manus, se in quendam puteum Aretinum præ nimietate tristitia suffocarat. Quod videbatur similitudinaria signum, tum quia in seholis nec Aretii reperiatur ab aliquo, tum quia Cortonam non fuerat ad paschandum cum matre reversus. Interius magistro declamatorie, quia non responderet, tanquam de superba et ingratisimis, indignata facie eorum Fratribus murmurantibus ; dilecta Dei Margarita in amatum Deum conversa, soli Christo interno constanter magistro obediens, nequam vel minimum verbum respondit, cum super hoc a Fratribus nostris instanti-sime rogaretur. Rogavi enim eam de hoc ego inlignatus Confessor ejus : et sanctas memorie Frater Benignus. Sed ideo Margarita nunc Deo conjuncta in eolis, tunc nobis non obedit in terris, quia Christo sibi dicenti in anima, Nunc videbo si tuus magistrum nati respexeris, si ei responderis, vel aliquam creatorum mihi proponero attentibus, respondit, quod inundatum ejus nullatenus præteriret. Et ideo magistro adstanti clani exprobanti et comminanti, nec Fratribus, ut loqueretur roganibus, obedivit. Cumque Dominus diceret, Non loquaris ei, Domine mihi ; et dictus magister turbatus abiisset, audivit gratum Jesum, a quo est virtus omnis et gratia, dicentem sibi : Vnde filia Margarita, quanta te fortitudine indui : quantamque gratiam constantiam

naturatur Incar-
nationem, et
dignitatem

D. V.

jubetur ante
coniunctionem
bere uno die,

uno silere,

et ipso die
communione

g

dæmonie filii
mortuorum lan-
te, nel move-
tur :

F

fili magistro,
die communio-
nis, nel respon-
deret :

F

A constantiam tibi præbui : nam dulce fuit animæ tuae coram illis, qui tibi molesti erant, silere, nihilque interrogantibus respondere.

27 Nocte quadam in octava Epiphaniæ, dum sola in cella oraret, considerans quod orationi vacan-
tibus solitudo necessaria est, petit sibi concedi a
Domino, ne ulterius de cella exiret, tum quia devote
Dominæ circumdabant illum in oratorio beati Patris
sui Francisci, et saepè suis verbis impediabant oran-
tem; tum quia cella a strepitu mundanorum erat se-
mota; tum quia corpus gravabatur nimis discurrere,
debilitatum languoribus ex pœnitentia austerritate
contractus, tum quia consolations divinas in publi-
co recipere recusabat. Æterna vera providentia,
qua congruis coaptat cuncta temporibus, non votis
condescendens, sed fructu; tale Margarita respon-
suni dedit: Cur petis, o Margarita, meas incessanter
gustare dulcedines, et amaritudines dispontentes
ad ipsas pragustare non vis? Cur postulas, ut te in
cella recludam? Vade, vade ad locum Fratrum Mi-
norum, ibi solitam contrabere moram. Vade inquit,
ad locum B. Francisci Patris tui, ut ibi audias Mis-
sas: et ibi me reverenter adora, et vide me manibus
Sacerdotum. Vade, et non te recludas, quoisque te
abscundere volam.

B 28 Mane facto, vix potuit pro debilitate ad Fra-
trum locum accedere, in quo dum fuit, tanta subito
est repleta suavitatis divinae dulcedine, quod usque
ad soles occasum illa pace fruens orationem protra-
xit. item et de sero cum nova letitia remeavit ad
cellam. In oratorio nanque Fratrum magister inter-
nus, hanc normam vivendi dederat, dicens: Nolo,
Filia, ut luquaris cum secularibus hujus temporis
adibue: sed si occasione tuarum infirmatum indi-
ges aliorum suffragis, obsequia cum silentio susci-
pe: et mulier tibi ministranti necessitates tuas sub
silentio brevibus verbis pande. Nam si bunc modum
devote servaveris, tibi, non solum pro te, verum
etiam pro meis fidelibus, magna et utilissima reve-
labo. Et cave ne timeas unquam creaturam aliquam
plusquam me, nec oculum dirigas sive figas in vul-
lus tecum loquentium personarum. Quanto enim
plus fueris a talium colloquiiis separata, tanto tibi
ero propinquior: et tanto tibi et menti tuae ero do-
mesticus et humanus, quanto cum seculo inveniam
te silvestrem. De Fratribus vero Minoribus, qui
mittentur ad te, non intelligas hoc tibi mandari, quia
ipsi sunt tuae salutis occasio. Recordare, quoties
tibi damno extitit familiaris allocutio secularium
personarum: quot et quales poenas traxeris: et sus-
tinebis adibue, nisi plenius solito te correxeris.

C Quanto ergo rarius cum eis locuta fueris, tanto sae-
pius tecum loquar, et dona tibi dabo maxima. Quae
quidem dona mihi narrare noluit: tum quia nimis
videbantur excedere cogitatum, tum ratione vilitatis
sua, quam consolationibus preponebat, et siebat
incredula de promissis.
29 Cernens autem hostis antiquus, animarum
deceptionibus semper sollicitus, Margaritam plus
solito virtutibus decorari, sapissime cellam ejus intrare coepit, et in diversarum effigies rerum se trans-
figurans, nunc se specie mulieris, nunc hominis,
nunc serpentum, nunc quadrupedum animalium ipsius
aspectui praesentabat: et non contentus tam
deformi representatione quam horrida se ingere
ac presentare, minas inferebat horribiles: nata mo-
do dicebat, eam esse deceptam, nunc asserebat se
illam violenter extracturum de cella: nunc promi-
telat æterna supplicia: nunc improperabat eidem
pristina statum vita: nunc dicebat, quod non per-
severaret in Christo, nec in virtute finaliter: nunc
alliciebat eamdem ad delicate sumenda sub pallio
discretionis cibaria.

30 Sed ille, cuius oculi super justos, et aures ad D
preces eorum, trementi ac oranti assistens, ait: Ne
timeas, filia Margarita, nec dubites, quia semper
tecum ero in tribulationibus et temptationibus tuis.
Et quia gustato Spiritu cuncta desipunt, omnia quæ
tibi sum donatus, pæambulo sermone, antequam
donem, ostendam. Sed si appetis meæ consolatio-
A exempla tamen virtutum tuae et dona mea quæ optabuntur in te, exaltabor ab illis per immutationem vitæ, qui modo tamquam parvulum me vilipendunt et debilem, sua reiterando vitia, nec me diligunt nec lassant, sed ora ac opere blasphemant: nam per te ad suam mentem corde humili et animo contrito revertentes, et me suum Redemptorem immensum et æternum Deum recognoscentes, serventer amabunt, et assidue cum reverentia servient et infatigabiliter laudabunt. Per te quamplurimi, qui nunc velut ingratitudinē desiderare me nesciunt, de beatitia mea mentaliter illustrati, novo desiderio replebuntur, me cum maxima cordis aviditate ac lacrymis requirentes. Margarita vero se ad hanc omnia indignam pariter et ineptam reclamans, cum Domino nostro diceret, Facias, Domine, vobis anima mea parum et lucidum, quia fui foliditas omni fuditate fortidior, et tenebra omni obscuritate obscurior; audiuit eum dicentem sibi: Filia eris lux in multis provinciis mundi. Et licet Margarita Lux esset justitia, bonitatis, et veritatis in Domino, cum tanto tamen tremore omnium sensum ad altare, dum Christum reciperet, accedebat, quod omnes adstantes ad stuporem mentis nuntiabant et flerunt. Et quia fervorem sœpe communicandi per reverentia illius inaccessibilis lucis interponere nec retardare valebat, dixit: Offendo te, Domine mihi, in illa siti avidissima, quam de frequenti communione Corporis et Sanguinis tui concepi. Respondit Dominus dicens: Quia valde mihi de ipsa placet, benedic Confessori tuo, cui gratiam faciam gratiam, qui hoc tibi agere consultit, et te in tuo timore confortat: quia quidquid tibi indicavero, sicut: et omnes preces a te juste prolatas, quas meditando et orando proposueris coram me, dulciter audiant et admittant.

66 Gratissima suis benefactoribus Margarita, hanc audiens pro Cortonensisibus exoravit, ut eos a cunctis periculis misericorditer liberaret, de quibus intus et extra tunc temporis timebatur. Vix preces formaverat, et aeterna veritas, verum esse affirmans quod dixerat, Margarita respondit: Filia, quamvis propter eorum opera variis periculis digni sint, tamen propter amorem quem habent ad te cum tanta reverentia et devotione, faciam eis gratiam specialem: nec illud sustinuerint periculum, de quo timent. Eamdenique gratiam non tantum eis impertiar; sed omnibus qui te propter nomine meum dilexerint et defendent. Et converso autem omnibus, qui corde, ore vel opere praesumpserint te affligere, sic affligant ut nolim preces tuas nullae pro eis. Ad quod verbum Margarita, suos pro Christi amore amans persecutores, cum fletu et cum timore Domino communianti dixit: Illam pie Domine, orationem suppliciter offero, quam tuus Sanctus Moyses pro sorore detrahente et omnibus se hedonibus fudit, ut omnibus indulgens: et amore beatorum Virginum et Sanctorum tuorum, pro malis quocunque animo et quocunque modo ab eis mihi illatis, illa sempiterna gaudia quia a te cum lacrymis postulo, larga pietate retribuis. Et si predicti indulgerem non vis solum pro ipsorum culpa purganda, eis indulgendo me punias.

67 Humilis Margarita erubescens, considerata maiestatis altissimi Dei humiliacione, superiore vel modice, in extatica positâ visione, Corpora Christi sumpto, comparvalat se luto et cinori: et os summponens in pulvere, se solam in mundo tenetosorem esse ac fuisse temelram proclamabat, dicens: Seru, summo Pater omnium, ad te veni: sero te diligenter inchoavi: quem utrumque dilexissem in utero matris meo! Dominus autem tunc omnes pristinæ conversationis ostendit defectus: quibus visis, cunctis se esse creaturis Margarita vilorem cum flentibus exclamavit, quam nimio timore percussam, ut in

spe misericordiae constitueret, benigne respondit: Dilde, filia, penitentiam inchoasti, et cito: tarde, quoad dilationem; et cito, quantum ad ferventem dilectionem. Ex qua responsione tam suaviter facta, ferventiori jocundata fiducia, vocavit Apostolorum principem Petrum, dicens: Beatissime Petre, dilecte Dei, bene dixisti dum contra recedentes a vita fonte locutus es dicens: Domine, ad quem ibimus? verba Jean 6, 69 vite aeternæ habes. Utinam, Domine mihi, sine quo esse non possum, tempore illo suissem, quo haec tuus dixit Apostolus! quia te adorassem devote cum illa reverentissima discipula Magdalena. Ad quam Dominus respondit dicens: Recordare quod dixi Apostolo meo Thomæ, Quia vidisti me, Thoma, credidi: beati qui non viderunt et crediderunt. Amen dico tibi, quod magis erit præmium illorum, qui modo credunt et non viderunt, quam aliorum qui me viderunt et crediderunt. Ama igitur me, plantula mea, quam plantavi in viridario B. Francisci, et quam feci nesci per gratiam instrumentum. Audieris autem gratia filia sui Patris nomen per os Domini magnanimum, dixit: Domine magne et potens, multum dilexisti Patrem meum, quem tantis honorasti numeribus. Et Dominus, Multum, inquit, dilexi eum, quia valde dilectus fui ab eo. Et dico tibi, quod sui Ordinis amor mihi multum est suavis, propter eum quem dilexi in omni odore suavitatis. Quapropter illa que fuit a socio colloquente correpta, quia dixerat, quod Pater tunc Franciscus fuerat quasi novus Deus, non in excessu ferventis amoris laqueps, nolo quod arguatur de hoc. Nam ipsum fieri quantum ad aliquia privilegia mihi similem. Ego enim elegi duodecim Apostolos, B. Franciscus meus multis habuit et habet electos. Ego septuaginta duos discipulos congregavi, et ipse vero tot habet, quod mundo quasi videntur innumeri.

68 Et post ostendens ei B. Franciscum cum multitudo Sanctorum, interrogabat eam quare non postulabat eorum consortium. Quæ respondens Domino nostro, dixit: Domine, omnes Sanctos volo, omnesque desidero, sed vos solum anima mea cum lacrymis continuo postulat, quia ad te solum, perpetuum ac indefiessum bonum meum ordinata sum. Et Dominus ad eam: Quis tu solum me queris, faciam te magnam in gloria mea et tu me in plena laetitia possidebis. Ad quod verbum, cum joenitatem mixta timore Christo respondens, ait: Verum dicas, Domine mihi, quod non quero nisi vos. Quare deprecor maiestatem tuam, ut oculo pietatis tue respicias fidem meam. Ille vero qui diligenter sedxit, Dicite a me, quia mitissum et humili corde loquitur Margarita, dicens: Posnas tibi crescent, secundum quas erunt in te mura etiam incrementa domorum. Sed Margarita soli Deo placere desiderans, ait: Parata est anima mea, Domine, pro tuo honore nominis omnes poenas recipere, et omnia tormentorum genera tolerare libenter: ne videbuntur amare mihi, nisi quoad timorem te ne offendam. Et succurre mihi, Domine, in tam magnis donis tuis, que pro tua amoris ebrietate silere nequeo, nec perpendat mundus, quia sicut tu, qui omnia nosti, scis, quod laudes nolo hujus senenti. Des ergo mihi hanc consolationem, ut consolations mirabiles, quas in tanta copia de tua gloria paradisi gustavi, ita in abscondito teneam, ut nemo me aulint de ipsis loquentem.

69 Tunc exaltatus humilium Christus, in extatica visione Margarita respondit h in ordine Seraphin tam indicibilis speciositatis, quoniam ei dare promisit. Quoniam quis palechritudinem narrare nesciens, dixit: Magne Domine mihi, si vestris Apostolis hanc dedisces, totum eorum mirari deberet, nedium mihi quæ sita fui templa vitiorum. In qua visione corpus languidum et jejuniū maceratum tanta delectatione mentis,

Christus varie
eam solatur.

E
ac S. Francis-
cium mirifice
laudat:

9

ipsorum
Deum querili.

Math. 11, 29
F

parat ad qn-
vis ferenda.

laudes huma-
nas iterantes.

h

A mentis, fortitudine ac laetitia fruebatur, quod erigebatur sursum, ac si vellet animam suam sequi. Et non sentiens aliquem de adstantibus, clamabat dicens: Domine mihi, nunc anima mea tua degustat ac sentit gloriam paradisi. Nam dicere poterat cor meum et caro mea. Et quoniam tunc audivit Christus dicentem sibi, Filia mea, publice dicas, et publice clama, quod tu es electa mea, et vere filia mea. Margarita vero, quae non altum, in tanta meritorum celsitudine posita, sentiebat: sed in omnibus donis ei a Christo concessis timoris aculeo pungebatur, respondit, dicens: Non imponatis mihi, Domine mihi, tam sublime nomen, quia nulla creatura ulli viliori me in seculo isto unquam potuit reperiri, nec poterit, sicut credo. Et quia quanto quis major est, et humiliat se in omnibus, majora suscepit munera gratiarum, ille qui humilia respicit, loquitur iterum ei, dicens: Amendico tibi, quod haec omnia que tibi praedicta et ostensa sunt, perfecte perficiuntur in te.

magnifica nobis a Christo honorata,

70 Pro penitentiae consideratione et vilitatis, quae ad virtutum perfectionem transferunt hominem, sic impresserat in anima Margarite, ut ad nihil aliud tam principaliter viseretur intenta, quam ad sibi appropriandum omnes defectus in summo, qui dicebantur esse, vel inveniri poterant in delinquentibus creaturis. Haec omnes viliores conditiones sibi statuum mulierum et hominum totaliter adscribebat, respectu nativitatis, amoris et paupertatis, et, sicut superior dictum est, praterquam de haeresi, cunctis maculatum se vitis deplorabat. Haec autem sine fictione asserens, suspirans et lacrymans non parum dolebat, si audientes huc que referebant de se non crederent, intantum desiderabat aspernari ac vilipendi.

71 Qua virtute Dominus delectatus ita respondit, dicens: Tu, filia mea, dicas quod scrutatus sum in hujus seculi abysso, et inde viliorum omnibus te extraxi, et te vilissimam creaturam elegi: sed hoc ideo feci, ut parvos faciam magnos, peccatores justos, et vilissimos ac detestabiles pretiosos. Margarita autem in pretiosum vas conversa per Christum, magis de sua fragilitate diffidens, ait iterum: Domine Iesu Christe, separa me a mundo, quia continuo vivo in dubio. Jam si separare me modo dignatus fueris, non timebo de cetero a tua misericordia separari. Dubitanter ac timenter misericordiarum Pater Christus Jesus confortans, ait: Tu es filia mea, ita jam in gratia confirmata et sanctificata, in anima et corpore, propter veram fidem, et desiderium fervens, ac puram tuam intentionem, quam habes ad me in cunctis, quae cogitas, dicas et agis, quod numquam separari te permittam a me. Sed tu honorabo, in vita pariter et post mortem. Margarita vero quae ad solos defectus suos mentis oculos dirigebat, Christo respondit, dicens: Domine mihi, quomodo tan alta concederes tam vilissimam creature? Et Dominus ad eam: Quia feci te rete, pisces in mundi fluctibus natantes capiens; ideo non fient solum, quae tibi promittuntur pro te, sed propter populum meum diligendum ad me. Quare volo quod diffundantur et publicentur gratiae, quas tibi concessi et concedam, non solum extra mure, sed ultra. Et quis potest numerare Hispanos, Apulos, Romanos et ceteros, venientes ad eam, ut instruerentur salutaribus monitis?

72 Cum inveneris balsamum sine odore, solem absque splendore, et ignem calore privatum, tunc inventire poteris cor Margarite sine humilitatis profunda virtute. Quante namque humilitatis fuerit mens illa, quae praemore amore pauperum non parceret tunica, nec allicui rei assignatae sibi ad arctum necessitatis usum, sequens eximium miraculum declarabit. Cujusdam namque viduae filius in adulterium cadens, alterius viri uxorem auferens, publice cum adultera, quod pejus est, in peccato permanxit. Cu-

jus cor induratum mater ipsius, cum nec lacrymis

precibus emollire valeret, ut sublatam viro suo

AUCTORE P
JUNCTA. EX MSS

uxorem redderet, et ut penitentiam agere non dif-

ferret salubrem; respondit ei alligatus tanto vinculo

filius, et meditatus fuerat Margarita virtutem, di-

cens, et tam inconsolabiliter matri flenti, ait: Si de

pane mihi acquirere de mensa Christi famulae Mar-

garite potueris, et unam solam huccellam comedam,

spero quod ipsius suffragantibus meritis, non solum

cum omni celeritate viro suo hanc, quae milii adha-

sit, mulierem remittam, sed cum dolore debito Christo

Domino, quem offendit tam graviter, dignos peniten-

tiae fructus reddam. Festina mater haec audiens, ad

cellam famulae Christi Margarite euenit. Sed pan-

em ab ea signatum minime habere poterat, quia

Dei famula ei negabat, dicens: Quidquid mihi vilis-

simus appositum fuerit, ex contactu manuum mea-

rum adeo maculatur, quod si qua virtus in robus

a me tactis prius extiterat, subito recedit et perdi-

tur. Sed mater pro filio panem postulare non desi-

nens cum importunis et lacrymosis precibus, vix

tandem panem obtinuit, quem optabat. O mira res,

dignaque praecognitio! Mox ut filius particulam panis

delatam sibi gustavit, statim in novum conversus

hominem, renovans spiritum mentis sue repentina

motu, viro illi uxorem humiliiter ultroque restituit:

et ad confundendum perpetratum flagitium cum vera

contritione euenit.

73 Perfectae fidei et humilitatis, non sua amatrix

prudentiae Margarita que nulli sibi promissioni fac-

ta credebat, nisi veraciter resplendebat in ea sanctarum

Scripturarum conformitas et canonicae auctorita-

ritatis veritas. In festo igitur regis Virginis Catha-

rinae, ad altare Christi suspiciens, audivit eum di-

centem sibi: Filia, ego te collocabo inter Seraphim,

ubi sunt ardentes Virgines caritate. Ad quod ver-

bum cum mentis stupore Margarita respondens, ait:

Domine, quomodo posset hoc fieri, cum fuerim tot

maculata peccatis? Ille vero qui per suum Propheti-

promiserat, Reverte ad me, et ego suscipiam

te, trepidans humilitatem acceptans, ait: Filia,

tuarum poenarum varietas sic animam tuam desa-

cabit a vitiis contagio, quod tuae contritiones et

pene conformabunt te munditiae virginali. Super

quo verbo amplius timens, interrogavit Christum

magistrum, si inter Virginum choros in colesti glo-

ria collocaverat Magdalena. Cui verus magister

dixit: Excepta Maria Virgine, ac Martyre Catha-

rina, nulla inter Virginum choros maior est Magda-

lena. Sed quia sua desperationis pondere semper ad

ima tendebat, nulla ratione pandere voluit ei quae

Salvator noster in hoc ei sermone promisit. Nihil

enim de arcans sibi ostensis reserare volebat, nisi

prius vel divino cogeneretur editio, vel meis induc-

retrum pro sua certiori salute consiliis, vel suis im-

pullsa timoribus, ne lateret deceptio contra divina-

rum concordiam Scripturarum. Quantacumque nam-

que suavitatis internae completeretur dulcedine, quan-

tocumque superne irradiationis illustraretur splen-

dore, et ineffabilis veritatis instrueretur exemplis,

nihil presumebat, si videbatur in aliquo dissonare.

74 Humilis corde Margarita, quae dicere poterat

cum Psalmista, Domine, non est exaltatum cor

meum, in die Dominicae Lactare, per me coacta, ut

Regem Regum omnium Christum communicando

reciperet, obediens mihi comunicans, omnis amar-

itudo mentis subito in dulcedinem conversa est: et

timore in securitatem mutato, cor pacifice tranqui-

litatis domum obtinuit. Sed quia solito more secum

sponsus optatus non loquebatur Jesus, dixit: O Jesu

tranquilla cordis mei jucunditas. O Jesu pax mea,

gaudium mentis, et sola spes, quam solum querit et

desiderat anima mea; quid est hoc quod sentio te in

anima

pane ab ea ac-

cepio conver-

tendum se di-

cit:

quo difficulter

ob eius humi-

litatem obtin-

to.

convertitur.

Margarita dis-

cia a Christo se

collocanda in

celo inter

Virgines,

Jerem. 3. t

nti et Magda-

lenam,

F

revelationes

suas quando

Confessario

aperiret?

Psal. 130. t'

Christum de

more non andi

a communitate

AUCTORE F.
JUNCTA EX MSS.

quia non statim obedierat
Confessorio

ex nimia humilitate.

ad ferendas afflictiones, sibi a Christo predictas, affirmans se agnoscerit;

A anima mea, et te loquentem non audio? Estne mihi tua, que liquefacit et reficit, sublata locutio propter aliquem defectum non plene purgatum? Et Dominus ad eam: O inobediens, cur tuo statim Confessori Fratri Juncta non obedisti de corporis mei communione recipienda! Tunc humiliis Margarita respondit: Domine, idecirco inobediens extitit, quia me putabam omni virtutum decore nudatam, eo quod vestrae carebam suavitatis dolcedine. Si tamen ex hoc vestram euriatatem, quae tam dignativa et admiranda condescensione se miseri communicat et permittit, offendit, dieo humiliis meam culpam. Et Dominus ad eam: Non irritasti me de subtractione tua, quia considerasti mece celitudinem magistratus, et timebas tuorum defectuum vilitatem. Veritatem, filia, tibi maneo, ut quoties a Fratre Juncta quicquid tibi fuerit imperatum, obedias ei: quia largiturus sum menti ejus in omnibus dispositionibus virtute tuae lumen gratiae specialis.

B Margarita vero se magis abjiciens, Christo se offert respondit, dicens: Quomodo cœli terraque Creator, et speculum sine macula, bonum meum aeternum, tam vilissima creatura cunctis vitiis defectum, et tam variis tribulationum et tentationum agitata modestis, accedere ad altare tuum, quod pro me in arca Crucis Ieo Patri sacrificasti, sumere corpus undevit? Et Dominus ad eam: Numquid non recordaris, quod dixi tibi, et quotiescumque afficta fueris, ut me tuæ portum tranquillitatis accedas? Numquid non dixi tibi, quod istud vas mea protectum custodia, nulla concessione frangetur? Et Margarita respondit: Domine mihi, tanta fragilitas me sine dubitatione cognoscere, quod ad primum temptationem et afflictionem, quas patior, ietum timeo ne frangatur. Et Dominus ad eam: Filia, tua consideratio frequens vilitatis, et urientis inde timor, tibi ostendit quod ita sit: sed oculus mens te custodiet, et virtus mea proteget te ubique. Et tibi predico, quod usque ad tui obitus diem in formacem mitteris afflictionum. Ad hoc verbum Margarita respondit: Domine, tu parvulum et fragile vas quoniammodo poterit tanto tempore in formacem tolerare? Nullum enim sub celo vas credo meo fore fragilis. Et ideo si misericordia tua placet, notum fac mihi, Domine, ibi meum, et quantum vis vivum temporis. Cui Dominus, Tu vives, impunit, ad voluntatem meam.

C **76** Nova humiliatis discipula, quae non se compalat majoribus, non paribus, nec minoribus, non pluribus, non paucis, neque nisi, in suorum confitenti deploratione defectuum ita cum lacrymis se cunctis despiciet agnoscit et credit, ut cogereatur pro dolore dicere: Ultimam, Domine, nunquam nata fuisse, ex quo tu te offendisti, nec servio mandatis fuis! Et quia de hoc verbo Christi eam dñe corrumpit, ei respondit dicens: Ideo hoc verbum, Domine, protulisti, quia stupendum videbatur omnino, quod tantu' subdinitus majestas ad tam miserium condescenderet creaturam, et juncte miseria vas dignaretur anime romperi. Ignorasti, Domine mihi, qui omnium mortali, meam enim instabilitate misericordiam? Bene sejdas id quod eram, et quid sim modo, et quod sub carlo creatura tam vilis tamque fragilis non extitit. Tunc lumen convallium vallen cordis Margarita tam subito ex suavitate replevit, ut ipsa clamando diceret, quod se omnes ponas, quas Sancti, pro Christi nomine passi sunt, toleraret, cum illa consolatione mirabilis, in dilectionem et solitum verterentur. Et Dominus ad eam: Filia Margarita, nullus meipsum Sanctorum suis viribus durrasset in peccatis, si mea non fuissent gratia preannuntiata. Cur ergo non credis, quod stent eos in suppliciis roboraveri, possim tuum vas tam illestage faire ad omnium tormentorum genera perferendi, ut nulla

tribulatione laedatur? Margarita respondit: Credo, Domine, quod omnia quæ vis facere, potes, sed non sum digna ut fiat hoc mihi. Tunc ille, qui intellectum dat parvulus, tantis subito parvulum suam irradiavit splendoribus, ut multarum absentium personarum atque presentium cordium arcana cognosceret: et consilia ac desideria inconfessa revelans, multos ad veram et integrum confessionem delictorum cum mentis amara contritione et renovatione vice transmisit.

77 Dicit humiliis Margarita Domino: Domine mihi, non dicatis, quod spreverim misericordiam et sapientiam vestram, cum dixi, Utinam orta non essem! Ideo enim dixi, quia ab Adam usque nunc non regolo creaturam aliquam indignorem me muneribus vestris. Et Dominus ad eam: Recordare, quod possum, cui volo una dona largiri. Estne oblitæ Magdalene, mulieris Sannaritanæ, Cananææ, Publicani; Matthœi, quem feci Apostolum meum, et latronis cui paradisum promisi? Recordor, inquit Margarita, Domine, horum et plurium, quibus tua beneficia contulisti: et fateor indubitanter, quod digniores me fuerunt gratia tua, cum sim plena viuus et omni virtute nuda. Et iterum Dominus ad eam dixit: Amen dico tibi, illa Margarita, quod a planta pedis usque ad verticem capitis tui indubio te gratia, et virtutibus adornavi. Et Margarita respondit: Domine mihi, tamen quia respectu eorum quæ mihi ostendis et promittis, predicta dona videntur pauca, nec tam magna; tum quia semper sineo, ne auferas mihi propter demerita mea collata mercita, tum quia crevit avilitas te habendi, sive nihil mihi videtur quod habeam. Et Dominus ad eam: Sicut tu credis, filia, quod Deus sit summa et non fallens veritas, ita crede quod ea que promissa sunt tibi perficiantur. Et Margarita ait: Magister altissime, doce me, quare hoc tempore passa sim tam novas afflictiones. Et Dominus ad eam: Filia mea, similiter habitura es novas consolations de me, propter quas contra te invidentium hostium novus est renatus exercitus. Sed noli timere enim, quia te protegam, quam benedico ex parte Patris mei et sancti Spiritus, nec non et beatissima Virginis Matris meæ.

78 Quanto magis Margarita superflusa dona super se sentiebat a summo fonte descendere, eo amplius in suam parvitetatem mentis oculum dirigebat. Unde cum lacrymis ait: Domine Iesu, expelle me a te, et recede a me vilissima et indigna. Et quia vera humiliitas puritati annexa est, statim Dominus effectus ad eam familiarior, fecit ei de servanda puritate sermonem. Quo auditu Margarita respondit, dicens: Domine, tu qui sors puritatis es, solus eam donare potes, et donatum servare. Nunquam enim sine te quisquam Sanctorum perseveravit in ea. Cui respondit Iohannes, dicens: Si vis eam inviolabit custodire, fer tecumquinque liquidæ meorum vulnerum, ut cum eis tuum hostem in fronte percutias, quid a me lateris vultus? Margarita respondit: domine, plenam de tua humilitate notitiam, et perfectum cordis amorem. Et Dominus ad eam: Si vis haec, serva tu cordis humiliatem, ut tibi et mentis semper operam resinges. Si mei notitiam appetis, caritas ardens semper a me Creatore tuo incipiat: et omnes creaturas tam intime diligere, ut ab amore tui non separares etiam Sarraenos, compatiendo perditioni eorum. Seis enim quod ego eos creavi et affectus tormentis redemui, ideoque cunctis in afflictione positis condole, et cum omnibus letare letabimur.

79 Ante conspectum veri Agni Christi Margarita omnem mentis elationem deponens, in vigilia sui Patris B. Francisci, corpore Christi cum timore magno recepto, audivit vocem dicensi sibi: Amas tu

*absentia et ar-
cana mentum
cognoscere.*

*præ omnibus
se indignata
gratia fatetur.*

*animatur ad
novas afflictio-
nes?*

*rogat Christi-
tum, ut a se
tamen indigna
recedat,*

*F
qui ei incepit
puritatem,*

*3. superum vul-
nerum memo-
riam,*

humilitatem,

caritatem,

A tu me? et priusquam responderet aliquid, dixit: Dicas, quod non: nam mentem tuam propter timores et aliorum occupationes non tenes fixam in me. Mando tibi, quod omnia que in te operatus sum bona reducas ad me. Quod si non feceris, esto quod non puniam te, punirem te post obitum tuum. Et Margarita respondit: Parce mihi, Domine, quia in tanta dulcedine tuae suavitate, quam sentio, nimis secure tecum loquor. Et utinam hoc sit vera amicitiae tuae signum, et non mere presumptionis vitium! Et quia tu scis, Domine, qualis sum per me, committo me inter misericordie tuae brachia, velut mortuam, quae nullum habet sensum ad operandum. Hoc enim dico, Domine mihi, quia sine te vivere non valeo. Cui Salvator dixit: Si ego tibi gratiam dono, et viam bene operandi demonstro, quare non operaris? Agnoscis ne aliquam creaturam, cui hodie tantam gratiam largiar sicut tibi? Avari me fecerunt avarum: duri me sibi reddit asperum: non quod sim avarus vel asper, sed in se talem merentur experiri effectum. Cumque divina suavitatis dulcedinem immiliter postularet cum fletibus, iterum audivit Christum dicentem sibi: Tu in terra me petis, et ibi me invenis: nam si sola meditando coelestia me postulares, B quem queris, veraciter invenires in caelis. Et quod credis tu majoris humilitatis signum, vel orare mihi regi tuo mentaliter, in quantum tibi possibile est, aut me rogare ut ad te satiandam misericorditer descendam? Et vix interrogatione completa, ostendit quod majoris humilitatis signum erat, mentaliter orare Christo. In colloctione autem ista divinae consolationis dominum recipiens Margarita dixit: O Christe creaturarum quies, sine quo nulla est pax, da requiem mibi fideli tue. Ad quod verbum Christi respondit: Non sum, inquit, requies per effectum, nisi sum diligentium me, sum tamen dehinc quoniam pax et requies, quod sustentationem misericordiae, non quod ex ipso degustant internam requiem, cum sit eis abominabile verbum meum.

80 In festo B. Barnabae Apostoli, suscepto cum reverenti humilitate corpore Salvatoris, audivit eum dicentem sibi: Jocundare anima mea. Margarita vero in Deum absorpta, cum erederet quod Christus non Margarita, sed sibi diceret, audivit iterum dicentem sibi: Jocundare filia mea Hierusalem, quia venit ad habitandum in te Imperator Hierusalem, et in te per gratiam fecit sedem imperiale. Lauda me, quia laudabo te. Ama me, quia diligo te. Servias mihi, quia tibi serviam et ministrabo. Tunc Dei famula Margarita Christo respondens, ait: Domine mihi, ego sum certa, quod parvitas mea non est tantum misericordiam digna recipere: et est tam vera ista responsio, quod totus mundus me de ista non vinceret. Imo plus dico, Domine mihi, quod si maximus ignis mihi prepararetur, prius me in ipsum permitterem ad comburendum projici, quam ab ista response recedere. Et Dominus ad eam: Incruda, tu nescis quid operati sunt sancti. nec quomodo me inclinavi ad illos, qui praecesserunt, et modo sunt. Unde tua responsio videretur claudere cœlum misericordia mea, si non excusaret te visio magnitudinis et speciositatis mea. Et dico tibi, quod si puritas Angelorum, Sanctorumque omnium qui in celo terraque sunt, ponerentur simul, si non raudesenderem eis, nihil esset respectu meae clarissimo puritatis. Non descendit ego filia, ad sumendum carnem de Virgine Maria? Ita feci, o simplex mea. Numquid non descreverem ad permittendum me tangi a peccatoribus, et ad morandum et comedendum cum eis? Unde ergo, si rationibus meis non ita modo vixi et ligavi cor tuum, quod prius in accessissimum igne te comburi permetteres, quam hoc negares, vel me velles offendere? Et scis bene, quod te in hoc

desiderio vivere facio, ut potius omnia tormentorum D genera pati desideres, quam meam velis offendere majestatem? O viola plena humilitatis odore: humilietas enim tua in hoc est aliorum humiliati dissimilis, quia non pretenditur tam magna exterioribus signis, verbis et opere, quam reperitur in te. Erat namque Margarita, exemplo Christi, non ficta, sed veraciter manus et humili corde. Quidam Frater dixit, quod mirabatur, quare tam ferventer non loquebatur de Deo. Et ipsa respondit, dicens: Ita Dominus fecit in mecum, sicut accommodans, cui res accommodata non redditor; qui postea non accommodat, cum ab eo aliquid requiratur: sic quia ego Christo grata non extiti, mihi merito substraxit quod dederat.

a Iterum hic interjectus erat titulus: De contemptu mundi. — **b** Veneris hic verbum aliquod dresse: — **c** Guillermus, sive Guillelmus Ubertinus, anno 1248 presus Episcopus Arcis, deinde et urbis triunvir, ad arma magis, quam ad divinum cultum promovendum proclivis, ut ex Ythone scribit Ugellus, Coronam occupaverat, usq[ue]l tandem in prælio II. Iulii, anno 1289 d. Burgum sancti Sepulchri, rivulas est. Errat, sub dominio certe Mayni Burti, sed intra Umbriam fortasse p[ro]nes: Cathedra Episcopi ornata est a Leone x, nobilis abbatia Ordinis Camaldulensis in Cathedralen erecta, ipsaque Abbatia in Episcopum ordinato. De urbis origine et nomine agit Cythellus tom. 3 folio xxx. — **d** Videatur verbum unum deesse. — **e** Iterum atque d[icit] deest. — **f** Ita exigere sensus videatur. Scriptum erat, respondens. — **g** H[ab]et aliquid desit, obscurus est sensus.

ACCTORE F
JUNCTA, EN. B.S.

*non fice hu-
miliis.*

Burgum Sancti
Sepulchri,
urbis.

CAPUT V. De passione Christi, et meditatione et patientia.

E

Meditantem pro nobis in cruce passum Christum Iesum, ipse triumphator invitans Margaritam ad bellum, ait: Para te ad bellum, et ad dura, incommoda et difficultia toleranda, dum vixeris: quia sicut aurum in fornace probatur, ita tribulationibus, temptationibus, timoribus, vigilis, lacrymis, fame, siti, irigore et nuditate, purgabo te: et dum purgata fueris, ad gloriam migrabis felicitatis aeternae. Nec de his formido te terreat. Sed viriliter age, et latenter omnia sustine: quia in omni tribulatione tua tecum ero, et ut non deficias in progressu tam aspero, saepè suavitate mea presentiae te reficiam. Tunc Dei famula Margarita, in divini erecta fervorem amoris, clamavit dicens: Ego amore tui, Domine Jesu Christe, qui tot supplicia tolerasti pro me, ad omnium perferenda genera tormentorum latenter offero me: et parata sum cum omni desiderio pro te summe dilecto mori. In illis autem fervoribus multa, quae referre noluit, videns, tandem ad me Fratrem Jontam cum speciali P jucunditate conversa, dixit: vis o Pater mihi, jocundus ad locum Fratresque reverti? Cumque responderem quod sic, ait: Scias a Christo me scire indubitanter, nec haeresites, quod Spiritus sanctus magis in Fratribus tui Ordinis habitat, quam inter aliquos qui sub eculo morentur.

Passionem me-
diunt, ad es-
pera invitatur
sed in us con-
solanda

*offerit se ad
quevis:*

*intelligit in
FF. Minoribus
esse Spiritum
sanctum.*

82 Consolationes divine, quæ secundum multitudinem dolorum, qui tolerantur pro Christo passo, laetificant animam; ita in Margarita mente dulciter abundabant, ut cuncta rehillerent promptissima, quæ viderentur multis non solum difficulta, sed impossibilia, perferenda illius amore qui confortabat eamdem. Quadam igitur die domi Christi Iudicium cogitaret, auditiv eius dicentem sibi: Filia gravis est tui corporis languor, quod volo paullatim consumi: gravis tui molestia tentatoris, sed gravissima onus et magis affligens pena meorum suavitatum subtractio, vel dilatio: sed ne timeas, nec miseris, quia quanto magis meis delectationibus te replebo, tanto magis hostis invidens contra te suarum temptationum jacula jaceret molestus. Tu autem, sponsa mea, non timeas eum, quoniam ego sponsus tuus, quem solum diligis, tecum sum. Non multo post crudelis tentator accedens, ut eam ad electiora cibaria facilius reducere posset, omnium ciborum, quos

*unique omnia
D[omi]ni dona ad
cum referat.*

*agnoscit gra-
tiam sibi du-
tam,*

*mentatior
orei*

*ipso se Christi
aliquo et do-
no indignum
preferitur,*

*parata tamen
quod sit pari-
tur cum offen-
sori.*

ALTORE F.
JUNCTO EX US-
CIBORUM ODORI-
BUS TENTATOR.

optans sentire
positionem, et
compassionem
Departr.

Christo jubente
it ad templum
FF. Minorum,

*ibi in extasi
videt signatio-
nem omnia myste-
rica Passionis.*

Joan. 19. 15
clamat ex do-
lore, relutque-
davit:

concurrent
spectaculi
enes,

A quos unquam viderat Margarita, seu gustaverat, vel audierat nominari, subito porrexit et propinavit odores. Verum ita cor ejus allexerat divinae pietatis dulcedo, quod tacere non valens illam, quam de Christi suavitate conceperat, diceret cum fluvio lacrymarum: *Parce mihi, Domine Deus mens, quia nihil posset plene reficere, nisi vestra praesentia, in qua est plena et infinita suavitas.*

83 Regis nostri Iesu Christi passio, et Virginis Matris Mariae compassio, ita mentem repleverat Margaritae, quod nil tam asperum, nil tam durum opponebatur eidem, quod non dulciter et faciliter patetur. Quadam igitur nocte, dum cum lacrymis Domino postularet instanter, quod inquiturum possilile suis viribus esset, de Matris dolore, quem senserat iuxta Crucem, sua curialitate concedere dignatur, audiuit Christum dicentem sibi. In hora prima diei more solito vadis ad locum meorum. Fratrum, ubi tanto acerbatis, amaritudinis et poenae dolorem moe Passionis senties, quem et quantum nunquam sensisti, nec exparta fuisti. Horaque predicta dum venisset ad locum, me suum Confessorem requirens, humilior pro speciali poposeit gratia, quatenus nella ratione de loco Fratrum egereretur, quia sicut sibi fuerat revelatum a Domino, debebat ad Crucem die

B illa mentaliter crucifigi. Finitis itaque Missarum solemnis, prope horum tertium anima illico Deo devota filie passionis potata, et in Denim absorpta, videre coepit prothoris processum, Judaeorum impetum, et audiens Judaeorum clamores, et dura consilia, que Christi supplicia consparabant. Nunc videbat Christum proditione saltari cum osculo, nunc videbat cum duci cum facilius et interius ligatum, nunc a Petro negari, et ab Apostolis deseriri, nunc facte lividum, nunc ad columnam sine misericordia flagellari, nunc contemni, nunc illudi, nunc velatum facie, nunc conspici, nunc ejus genas et capillos convelli, nunc derisorie indecari, nunc cum magna celeritate crucem, clavos, linceam, testesque falsos contra Christum parari. Quando autem pervenit ad voces illas, Ecce Rex vester; et, Non habemus Regem nisi Caesarem; et, Ego nullum invenio in eo mortis caussant; et, Accipite eum vos, et crucifigite eum; ita in dolore cum vociferatione defecit, quid omnes qui adstabant crediderunt firmiter eam mori. Tunc illi anime, quam doloris gladiis pertransibat, fuit extensa Mater Virgo filium suum sequens angustatione cum mulieribus et Marnis et Magdalena, inter concurrentium ac blasphemantium Iudeorum consortia. Et dicebat: Nunc video eum de

C palatio extra, nunc extra portam duci, et Simonem angariari; nunc video enim clavari, nunc latrones hinc, in medio peni Botonum nenni. Nunc sinister latro murmurat: nunc heus exsusci, et regnum postulat. Nunc Dominum meum audio gloriam promittentem: nunc Matrem commendat discipulo, nunc Virgini Matri nepotem. Nunc Judaei insultant et murmurant: nunc etiam tenebrosa occupant totam terram: nunc sit Dominus mens, et felix potus ei datur: nunc indulgit suis crucifixibus, et spiritum Deo Patri voce altissima recommendat. Nunc, ait, videt anima mea Longium a cæcum ad Crucem duci et lanceam peni in matibus suis, et illuminatur modo pretioso sanguine Dei mei. Et, ut cuncta breviori sermone concludam, nil de serie Passionis reliquit.

84 Hoc tam novum et compassionem plenum spectaculum ita Cortonenses omnes communivit, quod relictus officiis suis et artillis, homines et mulieres, infantibus et lauguidis et in emis deponentibus, plures illa die oratorium nostri leci, ad honorem B. Francisci constructum, in flore et planeta repleverunt. Videbant namque non iuxta Crucem, sed quasi in Cruce positam Margaritam, diris confectam

doloribus, in qua tam mira patuerunt signa doloris, D ut in mortis articulo crederemus eam penitus constitutam. Prae nimio enim vehementique dolore stridebat dentibus, torquebatur ut vermis et torques, discolorabatur ad instar cineris, perdebat pulsum, anitiebat loquela, et glaciarabatur totaliter: et ita sunt effecta rancie fauces ejus, ut vix posset intelligi cum redibat ad sensum. Adeo enim usque in horam nonam sensuum extrinsecus usum perdidit, quod nec concursu flentis populi, nec assistentium Dominarum eamque tenentium facies vocemque cognovit. Et quia præterendum esse non arbitror, quod non duxi, audi quod sequitur. Nimurum ubi morientis Domini et Salvatoris hora, scilicet nona, pervenit, atque inclinato capite sacer ille spiritus emititur; suum adeo caput reclinavit obliquatum in pectore, ut omnes eam mortuanam crederemus, amissis pariter omnium sensuum motibus atque sensu. Sic enim permanit coram Fratribus nostris, et omnibus aliis qui adstabant non sine affluenti lacrymarum, ab hora illius diei nona usque ad vesperam.

85 Vespere autem facto, quasi de morte resurgens, cum nova mentis letitia faciem sursum erexit: oculisque elevatis in cœlum heterante, et tamquam miris novisque dotata muneribus, gratias coepit reddere copiosas honorum omnium largitor. Sed quia versa retrorsum in oratorio vidit multitudinem personarum, extrema gaudii occupavit timor amarus, et coepit vehementer affligi, quia Deus illum Passionis dolorem in conspicu concesserat populorum, et non in celo. At snorum amantium admirandus animator amaritudinem Margaritæ sedans, dixit: De omnibus, que circa te et sine te hodie acta sunt, non timeas, nec dubiates, quia te feci speculum persecutorum quantumcumque obscuratorum, ut agnoscant per te, quam libenter imperior eis meam misericordiam ut salvantur. Quo ambito Margarita, Christo grata et de salute proximorum sollicita, sic respondit: Ubicumque tibi honoris et laudis tributum persolvitur, et populu, quem redeinisti, potest reddi salutis occasio, ibi potius, et non alibi, libert, altissime Domine, comunitari.

86 Nobis autem mirantibus de corporis viribus tam subito reparatis, dixit, quod fortior erat, quam fuerat simmo mane. Sero itaque facto Margarita levigata per me, suam remeavit ad cellam: et veluti nova Magdalena, que Christum in Cruce mentaliter vulnerat, credens eum sibi sublatum, ebriata doloribus, incessanter cum fletibus alta voce ab omnibus, quos videbat, suum crucifixum Dominum requirebat, tam pie quod omnes adstantes vel sibi obviantes provocabat ad fletum. Ardensque desiderio, Christi amore dicebat: Vidistis vos Dominum meum? Quo ibo infelicissima ut inveniam enim? O si te possem videre Domine mi quam infinito gaudio me replete! Quero, suspiro, clamo, vigilo, labore, et deficit cor meum: nec te invenio, quia sublatus per duram mortem nilli soisti. O Angeli, homines et creature omnes, docete me Dominum meum Jesum Christum crucifixum, quem quaro et invenire non possum. Heu, heu! quid fecisti Domino mi, ut tam viliter et crudeliter tractaretur tua benignitas! Cur me dereliquisti amor meus? nbi modo absconditus es? quia te videre et audiare desidero: nec audio, nec video. Et in hac siti sic auxia, in qua cibis dimisit et somnum, stetit ab hora dicta usque ad mane sequentis Dominicæ.

87 Dominicæ vero sequenti dum in loco Fratrum Minorum celebarentur Missarum solemnia, et ego Frater Juneta, Confessor ejus, in pulpito populo predicarem, præ timore et verecundia reniens Margarita, vix doloris impetum per brevissimam inoru-

lam

*ridenique mira
patientem;*

*tandemque de-
missi capite
velut exani-
mem.*

*post plures
horas latasur-
git.*

*dolet coram
populo hac
gesta:*

*Christo qui id
statuit, oc-
quiescit:*

*vegeta domum
redit*

*Christum re-
quiren, etiam
ub obvis,*

F

*a ponte sub
concedere,
in rapto:*

A lam continens, ut extra se posita et mente alienata, coram omnibus clamare coepit, si sciebam Dominum crucifixum, et ubi Magistrum ejus posuerant? Ad eujus irremediabilem fletum omnes adstantes viri et mulieres cum devoto fervore flere cooperunt. Ego autem, cuitam avide loquebatur, tum ad ingerendam cordi ejus fiduciam de reinviendo Magistrum, tunc ne praedicatio verbi Dei impedimentu recuperet; alta voce respondi, quod adeo erat curialis et latus Salvator, quem sic ardenter querebat, ut diu non posset suam differre vel celare presentiam. Quae cum audivit, quod eidem celeriter appareret, semiviva coram omni plebe resedit.

B 88 Celebrato denique Missarum officio, dum ad suam cellam rediret, cum lacrymis et inenarrabilibus suspiriis per viam repetebat, si suum sciebant vel viderant Salvatorem? Cellamque intrans, et se ibi cum dolore recordens, cibo, potu, sonnoque relatis, solum flere libebat, et flendo dicere: Amor, meus Jesus, quis te occidit? Et quis te mihi abstulit bonum meum? Amor meus doce tu me ubi nunc es absconditus. Quare vivo, si te hahere non valeo, quia per presentiam suscitasti? In his quidem cruciatibus perduravit usque in manu diei Lune, in quo verus amator diligentium se, qui prius apparuerat lividus et despectus, cum stola immortalitatis fleti et postulanti apparet, sic Margaritam sua presentia quietavit, quod omnes mentis et corporis expellendo dolores, et arcana multa magna revelans, Margaritam cum jocunditate reliquit. Pastor tum ille bonus, qui Apostolos in apparitione sua corripuit, Margaritam, adstantes fervores doloresque in mente construxerat, querendo Jesum, valde redarguit, quia pleue imitata non fuerat Magdalena in omni modo quaerendi.

qui apparet,
eam quietat,
sed objurgat,
quod proper
adstantes fer-
torum in se
compresserit;

spe glorie eae
lestis, para-
omnia tormen-
ta ferre,

oplat pro Christi-
tomori, et quer-
tes pati:

nasidue cum
Deo, et pro Deo
orciplata.

C 89 Audiens Christi famula Margarita, quomodo Sancti per fidem vicerant regna, et operau sunt justitiam, mihi Fratri Juncte loquenti respondit, quod admirandum fuisse, si ad Iudicium et mortem cum canto et visu non properabant. Ego namque tam infirma, tam libenter gusto de suavitate glorie Paradisi solarium, quod ipsum nulli magnificentiae vel honori valeo similare: tantusque ac talis est iste status, quod ad ejus odorem ire cum jubilo ad omnia toleranda genera tormentorum. Tantum sentio, tantumque haurio de illo fonte, qui nunquam deficit, quod nec adusta ignibus, nec incisa micronibus, crederem vel minimum sentire dolorem. Tantam similiter de arrha promissae mihi gloriae securitatem recipio, ut nullus absque poena videre possim faciem creature. Imo et quod plus est, dissolvit cupio, ac mori celeriter: quia mori pro summa vita mihi gaudium est, et vivere ulterius reputo non solum umbrarum supplicium, sed infernum. Tua eni dulcedo ita, Domine, me allexit, ut pro tuo amore nominis corredi velle carnem meam usque ad ossium medullas a b verminibus, quia vel aliqualiter satisfacerem tibi de culpa praedicta, vel aliqualiter tibi conformares in poena, vel cito, sicut opto, egredierer de hujus vita miseria. Et si vermis unus de carne caderet in terra, Domine mi, cum osculo recolligerem præ letitia, et statim reponerem in loco doloris. Hac tam auelanter desiderabat Altissimum, ut non desineret flere negligenter vitium, quo rarebat omnino. Quia ei nil videbatur agere virtuosum cum præter excessum contemplationis divine, et continuam vita asperitatem, et proximorum adhortationes perutiles, et inflammatum molestias, dicebat in die ultra sexentam Pater noster cum salutatione beate Virginis, et Gloria Patri. Et quia volui ipsius mitigare dolorem et inconsolabilem fletum sedare, dixi, quod fervens desiderium de Christo conceperunt, et ejus meditatio Passus assidua continua erat oratio, cum dulcior et efficacioris mentalis oratio, quam vocalis, et parvum potest, c.

Februarii T. III.

D 90 Cum infirmitatis angustiae invalescerent, et tentationes varia molestarent, astitit ei fidelis Deus ut faceret intentione preventum, roborans viribus destitutam, et illustrans a tentatoribus varie per vasum. Et dixit ei: Filia, quantum nunc in praesentia mea lætaris? Et illa: Tanta est, tanique indicibilis jocunditas ista, quod cum dulcedine hac, quam sentio, omnia eligo genera tormentorum, et nullam tentationem seu supplicium expavesco. Omnem etenim superat pœnam, omnesque dolores evanescunt: et ita omnes amaritudines et in dulcedinem vertit <sup>repletque eam
incredibili so-</sup> latio: <sup>aultore F. JUNG-
TA, LX MSS.
tentatoribus adest
Deus.</sup>

E 91 Quadam igitur die dum confortandi causa cellam ejus ingredener, quando Senis provinciale fiebat Capitulum, coram me cum magno servore locuta est, dicens: Pater mi, Frater Juncta, Spiritu sancto didici revelante, quod modo Fratres in Capitulo congregati vos hortari ordinant circa visitationem meam. Nam propter experientiam Scripturarum, et multiflorium illusionum que in multis reportae sunt, de statu meo quidam dubitant. Sed tanta est cendescens Divina pietatis, quod me vestram plantulam vobis a Christo recommendatam totaliter vos permettit deserere. Celebratorque Capitulo, iuxta verbum Margaritæ, novus Custos Fratrum Cortonan vemens, legem mihi Confessori suo imposuit ex parte Capituli, non quod eam desererem, sed ut semel intra octo dies visitarem, nisi dum aliquis ei novus casus accideret, vel cum in suis languoribus contingenter eam gravius laborare. Cernens autem hostis antiquus aliquos Fratres de ipsis perseverentia dubitare, et ne consolationes illæ per illusionem vel fictionem fierent, ad acquirendam famam popularis celebritatem; cœpit in cellam dicere, quod Fratres experientia docti, sapientes Scripturarum illuminati, et gratia sancti Spiritus plenus illustrati, idcirco de ipsa cooperant dubitare, quia per eos cognoscetur veraciter, quod tota vita, revelatione et consolationes, quæ videbantur divinae, nihil erant nisi deceptio.

F 92 Propter quod Margarita statim se in orationem prosternens, cum lacrymis et tremore dixit: Domine Iesu Christe, quem solum sequi simplici et pura mente desidero, quem solum amo, propter quem corpori meo non parco, et cuncta que sub caro sunt terrena contemno, cujus Scripturæ, inquantum simplicitas mea de prædicationibus tuorum filiorum capit, fideliter credo; adjuva me fletentem et languentem in eti nova dubitatione positam. Et Dominus ad eam: Cur flest? Et illa: Domine mi, qui se omnia antequam fiant, bene nosti, quod aliud agere modo non possum, tum quia pugno cum invisibilibus hostibus certantibus contra me, tum quia Fratres, quibus me commendasti, sua dubitatione me terrent. Eternus autem Rex ut pusillanimem confortaret, in speculum se penitentia ponens, ait: Filia, non nureris, si de te Fratres varia opulant et dubitant, quia de me vero Deo, filio Dei vivi, quidam crediderunt, quidam vero dubitaverunt. Ad quod verbum Margarita, in omni tribulatione rutilans sicut aurum optimum in forna, dulcorata et roborata mentaliter, sicut oculis meis vidi, prudenter cum insipientibus, libenter cum profitentibus, et lætanter cum perfectus se præparavit ad omnia dura et aspera toleranda.

^{futura divinitus cognoscit;}

^{dubitant non nulli PP. Moneres de ejus spiritu i}

<sup>Confessarius
jubetur scilicet octiduo eam uidere:</sup>

^{demon ei ut deceptor insultat :}

^{dilecentem et fletentem solatur Christus :}

AUCTORI P.
JUNcta ex MSS.

A toleranda. Adamantinum enim cor ejus nulla frangebat injuria, nulla in quamquam lingua ejus erigeretur querela. Mos namque Domini famula erat, tam ex vehementia divini amoris, quam internæ compunctionis, vel timoris, seu fraternæ compassionis, dentibus suspiria suspiris adhærere, et internum dolorem animi cohibere ac celare non posse. Qua ex re stepe ad vocem flentis, et in oratione cum Deo saepè loquentis, vicina Domina cum magna devotione eurrebant, et extra cellam ostium observantes, cum inundantia lacrymarum orante sese, d' quis in visu et auditu fervoribus ad divinum amorem cordialiter revocabant.

93 Accidit autem, quod quedam mulier quodam zelo ducta custodia repellere cum clamore a cella dictas Dominas, ibi flentes et luctantes Dominum, conaretur. Ad cuius verba non secundum scientiam prolatam, mulier quedam tamenquam impatiens contumeliose respondit, quedam impropria, quae nec loco, nec tempori congruebant, voce garrula jaculavit. Cujus amaritudinem dulcis Margarita intra cellam orans dulcorare dum voluit, sociam licentiatam de cella, et irritatan foeminaum, ut secunda nocte maneret, humiliiter invitavit. Sed quia erumpens furor, et feminens maxime, omne quod recte dicitur, putat esse perversum, quasi obessa a diuione, multas Margarite contumelias protulit. Sed illa, quae in Deum animaua fixerat, nullis commota injuriis, suavioribus invitationibus rationes pulcherimam ostendendo, se ipsam accusando, de muliere curavat, nec potuit: nam in suo furore pertinaciter manens, nec assensit, nec cellam intrare voluit, nec ad preces assistentiam Dominarum a clamore contumelioso cessavit. Videntes autem Christi famula quod ad eum intrare notebat, rogavit eundem, ut ea in suo suspice dignaretur hospitio, et erat parata manere secum: sed ira ipsius ita impeditrat animum, quod Dei famulata, quamcum precibus invitare debuit, nulla ratione recepit. More autem medicorum, qui calidus curant frigida, illo sero canam sita missam transtulit humiliiter cum desiderio cordis intimo osculandi labia, que aperta fuerant indecenter in infamiam Margarite. Non dicebat, quoniodcumque amore Domini Iesu Christi patiar, maxima dulcedo refectionis nibi videtur.

94 Quamvis enim per ordinem die qualibet circulum faceret Passions, speculi tamen modo ipsius renovabatur in corde qualibet die Veneris, de quo dicobant, quod nullus Christianorum tali die heteri debet. Unde in Parisece Domini doloris impotus violentus ipsam expulit extra cellam, et tenso rapite velut ebria, sicut mater amissi filio, habuit Domum, cundo, vociferando, per terram usque ad locum Fratum Minorum, quibus cum recommendaverat Christus Dominus, rivesque tunc per omnes ecclesiias si admirabis ejus honestas et tumor Fratrum non colubrisset eam. Unde amor diligentium se ac Redemptor dixit henti Passionem ejus: Si esses in vasta et nemorosa solitudine nocturnis horis et temniosis, hostibus insidiantium et dolosis plena, diffieres currere ad me. Et Margarita respondit: Credo, mi Domine, quod ad instar pueri gestientis obviare matri vacanti, præ desiderio venienti ad vos in via eudera, et viva supra vires currendo penitus remunerem. Et Christus ait: Filia, cur vis in terra facere Paradisum, cum ego meo corpori divinitati conjuncto non dederim? Non speres hoc, quia nulla tibi ratione continget. Tu namque vis facere sicut Petrus, qui postquam in monte Thabor meo claritatis splendore fuit intutus, tria voluit ebris spiritu ligere tabernacula, nesciens quid dieceret, inconsueta repletus dulcedine. Quapropter, sicut ei quod petiit non concessi, ita nec Paradisum,

quem tibi sum donatus in patria, sine medio possidetis in via.

95 Imitatrix Altissimi Margarita, ad solum Christum, quem unice diligebat, anhelans, sine ipsis visitatione dulcedinis non poterat consolari. Unde enim esset in infirmitatibus patiens et temptationibus fortis, illum, sine quo nihil est validum, nibilque sanctum, cuius dulcedo subtrahebatur ad tempus, saepè cum lacrymis repetebat, dicens: Ubi nunc est tua super omnia quæ desiderari possunt dulcis praesentia, sine qua vivo in amaritudine amarissima? Pater sancte, Pater unice, Pater misericordia, cur quotidianis febribus laborantem, et nullam praeter te medicinam volentem, deseris? Cur me defensor meus pugnantem cum hostibus, qui me visibiliter in figuris variis vallaverunt, relinquis? Ubi absconderis? quia pugnae victoriam consequar sine te? Jesus vero sutorum merces pugnantum, et languentium medicina, Margarita respondit, dicens: Quo usque vivebis corporaliter in haec vita, diversis et magnis tribulationibus alligeris. Et hæc semper tecum sim, non tamen sine internaitione, ut optas, senties dulcedinem meam. Nam quandiu super tam inestabilis refectionis mensa quiesceres, nulla tribulatio, nulla corporalis infirmitas, nullaque impetuosa tentatio te gravaret. Tunc Margarita divinis confortata colloquens, Magistro veritatis respondit, dicens: Domine, quantumcumque pro tuo honore nominis afflita ero, te laudabo: tibique inseparabiliter adiungerebo; et quia non possum vivere sine te, per quem omnia vivunt, ideo non deserbas me. Eadem hora, qua ego Confessor ejus, Margaritam visitavi, in extremis (ut credebat) pte timore Domini laborantem, et dixi ei, quod spem suam in illo poneret, cum beatissimi civis supernæ civitatis ante ipsam in exitu securarent. Auditoque nomine civitatis supernæ, statim rupitur in excessu, et vidit Matrem Domini Regi filio supplicante pro ipsis festinanda felicitate. Post visionem remansit ei de recessu per mortem aviditas, cum ejus aviditate securitas, excluso funere pristino, quem habebat de justitia Dei severitate, quia Christum viderat juxta matrem arridentem sibi cum omnibus blanditate et maternis precibus anuenientem.

96 Graffissima Christi famula Margarita, post octavam Epiphaniae Passionem Salvatoris nostri meditans cum lacrymis, in qua meditatione tam anxie ab hora noctis matutinali remansit confecta doloribus usque ad horam primam, in qua renovatus est dolor mentis propter Christi verbera et Iudibra et totius ordinem Passionis: quem meditando inconsolabili fletu, Matri Redemptoris nostri crucifixiva pietato compatiens, magis quam prius se mentaliter Crucis comilxit. Cujus cordicalem compassionem Christus accepans, loquitur ei, dicens: Filia mea Margarita, quoniamque juxta Crucem stetisti, multis gratiarum munieribus te ditavi: et receptis majora donassesti, si te non absentasses a Cruce. Expropter more solito ad Crucem reverti non differas, ubi consueveras cum irremediabilibus stare fletibus a media nocte usque ad horam nonam. Tunc, ut experientia didicisti, te virtutibus gratiiosis et donis spiritualibus adornabam, lumine veritatis pro te et aliis illustrabam, et in temptationibus variis te novo et inestimabili robore muniebam. Ad Crucem igitur meum redire nondifferas, ubi cum plena dulcedine non solum tibi reddam dona pristina, sed majora. Numquam sumis tentationum ostia tunc cordis aperias, et secundum conscientie tue stimulum confessione accusatoria, et numquam palpando, sed diligenter eviscerando tuos defectus Confessori revela. Passionem meum altis vocibus haec tenus inconsolabiliter flendo solebas exprimere: nunc propter detrahentium motum,

D

febre,
spectris danno-
rum vexata,intelligi sem-
per patien-
tiam;recreatur ver-
bts Confessori,vita Dñptra
et Christocompatit D.
Virgina Christo jube-
tur ad Crucem
redire,proum obdura-
hentes non co-
hibere,

D
ipsa quando-
multarem ira-
tioni et maledi-
centem intris-
modis placut.

Passionem
precipue recu-
lit feria 6.

Christus ejus
fervorem re-
primut.

Malit. 17. 4

*Passionem
mucile voceque
revolvere,*

*parare se ad
afflictiones fe-
rendas.*

*el palam emun-
ta re sigilla-
tum a Christo
gesta nostri
omare.*

*C
eius miracula.*

*constantiam
in bene agendo
PP Samaritanus
unquam duci.*

A tum, qui tui fletum doloris temere pro vana gloria fieri existimant, silentium tibi penitus indidisti. Ad fletum ergo pristinum reverti non differas: quia propter secularium, et mendaciter interpretantium bona, quae in me sunt, verba vana et falsa duris cruciatibus punienda, Passionem meam subguttur non replices, nec abscondas: quia nulla ratione debes timere proximum, ubi ex parte tua non datur pecandi, sed gloriam et gratiam promerendi occasio. Cum igitur mihi soli, qui te creavi ae redemi, placere desideres, et curialibus fletibus, in quibus gratian obtinebis, et damnum aliquod receptura non es, Passionem meam non recitas. Nam si eam vigilanter et incessanter mente voceque revolveris, omnes petitiones tuas ut benignus pater admittam, et illustrabo te, non solum pro tua salute, sed pro aliorum, quam plurima revelabo.

97 Hujus praecepti Margarita non immemor, devit altissime Christi Passionem ab hora matutinali usque in horam diei primam. Quo cum diceret per singula Passionis supplicia. Ad huc te, Domine, nostri amoris vinculum inclinavit; andivit Christum dicentem sibi: Filia, tu dixisti, quod amor vestri ad patiendum me compulit, et quod vestrum zelo animarum feci, quidquid feci: et scias quemadmodum ego cum maxima veni angustia ad requirendum te, ita venies tu cum multis amaritudinibus et afflictionibus ad requirendum me. Para te igitur ad tribulationes maximas. Sicut enim vita tua vana olim contra me per linguas murmuratorum clamavit in castris, in silvis, pratis et villis; ita tu clamare non cesses meam per ordinem peccatorum: et quod semper in hac vita vixi in laboribus et penitis pro amore humani generis. Qui autem super hoc praesumpserit contra te murmurare, offendet me graviter: et tu mihi placebis. Clama igitur, filia, quod amore vestri captus et sinu Patris descendit in uterum Virginis Matris, quando coelorum Domina se dixit ancillam. Clama circumcisio eius, adorationem Magorum, oblationem in templo in manu senis mei Simeonis, persecutionem Herodis, et fugam in Aegyptum. Clama, quod ego sunna et aeterna sapientia jacens infantulus in praesepio super foenum vagitus dedi, et eorum pastoribus atque Magis me adorantibus, qui os mutorum aperueram, silui. Clama paupertatem meam, et cum essem annorum xii remansi inter Doctores interrogans eos sufficienter, et instruens, cum Mater mea cum dolore immenso inter nos cum lacrymis requireret et cognatos. Clama quod cunctorum Creator et Dominus, qui celos ornaueram stellis, non reservavi mihi ad usum nisi vestimentum et soleas. Clama vocationem discipulorum, et operationes miraculorum: et dicas, quod eaeos illuminavi, leprosos mundavi, paralyticos enraui, obsessos a diabolis liberavi, et mortuos suscitavi. Clama suscitationem Lazari ad preces sororum ejus. Clama pietatem, quam habui circa illum paralyticum, qui die steret ad piscinam. Et scias, quod sicut murmuratum fuit de meis miraculis et doctrinis, sic de Fratribus Minoribus, Patribus tuis, murmurare presumunt. Sed quemadmodum propter verba detrahentium mihi numquam deserere volui opera mea bona, ita nec Fratres subtrahant se propter iniqa loquentes a sanctis operibus suis, que in me agunt. Clama, quomodo ex itinere fatigatus siti vi ad pitem, et ibi cum feme longum sermonem feci, et per illam Samaritanam, Samarianos converti. Clama quando cum publicanis et peccatoribus, Pharisaeisque comedи, et in ejus convivio, ut spem de vena peccatoribus darem, flenti Magdalene peperei. Clama, quod me ab illo tentari permisi corporaliterque deferri qui dignus non est de cetero me videre.

98 Clama quod in laboribus meis sudavi sudore D aqueo, et in passionibus metu sanguineo. Clama cuncta quae de me didicisti, quantum ad mea vitas et conversationis decursum. Clama iterum mea vi- lissimum venditionis forum. Clama censem, quam cum discipulis feci, et quam humiliiter pedes eorum lavavi. Clama quod osculo proditus fui, alapis caesus, ligatus, capillis tonsus, velatus facie et ab illis derisus, quos mirabiliter et potenter eduxeram de Aegyptiaca servitute. Clama, quod multi euenererunt ad videndum me pati, non ut meis compaterentur suppliciis et doloribus, sed ut simul congratularentur malis meis. Clama, quod fui nudatus et flagellatus, colapizatus et sputo soedatus hominum impiorum. Clama Crucis angarium, coronam spineam, ictus arundinis, remissionem seditionis et bouicidae Barabbae, et innocentis Regi suo, quem paulo ante cum ramis honoraverant, parcere noluerant. Clama Crucis ascensum, societatem latronum, clavorum duritiam, quam in manibus et pedibus delicatis sustinui. Clama, quod crucifixibus meis indui, latronem recepi, et Matrem Virginem discipulo Joanni Virginem commendavi. Clama, quomodo cor meum in tanta poenitentia angustia aruit, et sicuti Domino suo feluum poculum propinarunt. Clama flendo, quod in lecto Crucis caput spinarum aculeis perforatum et percussionibus infirmatum non habuit ubi se reclinaret. Clama, quod in manu Patris animam recommendans, inclinato capite super pectus, exanime corpus mea Matre mostissima in cruce reliqui. Clama, quomodo immisericordes et crudelissimi, emisso spiritu, penetraverunt lancea latus meum, unde emanavit tuus redemptio sanguis et aqua. Volo autem, ut quodlibet opus tantae dignitatis meae dicas, quod solus amor animarum me inclinavit ad omnia bac agenda.

99 Instante Resurrectionis tempore, in quo Christi famula Margarita summo cum desiderio requirebat in lacrymis sui praesentiam Redemptoris, statim se amanti animae obtulit, et conqueritur de peccatoribus ei dicens: Respic intellectuali oculo, et vide quomodo crucior assidue a generatione humana. Et ut facilius injurias meas agnoscas, meos tibi distinguo crucifexores. Qui sunt illi qui me produnt ut Judas? Illi profecto sunt qui loquantur, rident, comedunt, bibunt et dormiant cum hominibus, et pro pecunia eos occidunt. Qui sunt, qui exunt me, et super vestem meam miserunt sortem? Prudones viarum. Qui sunt qui modo me ad Pilatum accusantes adducunt? Judices, qui cum falsis probationibus, vel sententiis condemnant, vel hominem faciunt condemnari. Qui sunt illi, qui modo tundunt capillos meos? Aurifices, mercatores et artifices, qui per avaritiam suam variis modis et novis lucrandi intendunt. Qui sunt illi, qui me ligatum ad columnam dure flagellant? Illi quidem, qui honores in insulis et castris ligant et flagellant et mutilant, ut se redimendo supra vires expendant, et similiiter hajuli curiarum. Qui sunt illi qui alapas et colaphos mihi dare non cessant? Illi qui hoc tempore in religiosos et Clericos manus impiecent violenter: qui enim tangit eos injuriose, etiam si digni sint, tangit pupillam oculi mei. Qui sunt illi qui genas meas et barbam evellere non formidant? Hi sunt miseri et a spe gloria separati soneratores. Qui sunt illi, qui Crucem arcam mihi fabricant atque brevem ut non habeat locum nec reclinatorium caput mentu? Hi sunt divisores terrarum, qui suos concives extra domos suas ejicientes cogunt mendicare, furari, rapere, et meretricari per mundum. Qui sunt illi, qui furiose proclamant, Crucifige, crucifige eum? Hi sunt statuarii et consiliarii minis iniqui, qui contra legem meam legem condunt, et vel contra conscientiam, vel per ignorantiam dicunt. Fiat. Qui sunt illi, qui

AUCTOREZ.
JUNCTA, EX MSG.

*Passionis om-
nia mysteria:*

*quoniam modo
crucifexores
Christi in om-
ni genere ho-
monum?*

AUCTORE F.
JUNCTA, EX MSS.

A qui faciem meam velant? Sunt adulteri et fornicatores. Qui sunt illi, qui in faciem meam spuere non verentur? Blasphemantes nomen meum, et figmentis faciem suam pingentes. Qui sunt illi qui me clavis in cruce configunt? Monetarum falsatores. Qui sunt illi, qui selle, myrrha et aceto animam meam per illa supplicia a corpore separant? Qui peccant innominabili vitio contra naturam: quod quidem vitium exterminavi in nativitate mea. Qui sunt illi, qui me derident in Cruce? Qui vident corpus meum in altari, et minime credunt. quis est Herodes, qui me deridet? Quilibet malus Prelatus.

plures nunc
quam obm in-
ter Judos,

100 Et scias, filia, quod plures hodie Iudeos inter Christianos invenio contra me, quam coram Pilato fuerint tempore passionis mee. Illi corpori meo conati sunt infligere corporalem mortem: isti vero in me pariter et in membris renovant plagas meas, in tantum quod si corpus sumptum de Virgine magnum esset, sicut machina mundialis, et esset passibile, non inventiretur in eo locus, quantum pungere posset cuspis acus, sine vulnere, a peccatis eorum pluries iteratus. Plures namque Iudei sunt, qui me hoc tempore crucifigunt, quam fuerint in die passionis mee. Et quare hoc? Nonne formavi eos, cum non essent, ad imaginem meam? Nonne possebam eos in Paradiso deliciarum? nonne dederam eis præcepta mea? Ipsi namque mandatum fregerunt, et ego veni obediens pro eis. Ipsi gloriam perdiderunt, et ego ipsorum miseriae particeps sum effectus. Ipsi colum perdiderunt, et ego pro eis ad terram descendendi. Ipsi vulnerati sunt, filia, et ego vulneris meis curavi eos. Ipsi dilectionem gratiae, nec non et gloriae, amiserunt: et ego pro eis gustavi potionem amaram. Ipsi coronam regiam perdiderunt, et ego pro eis portavi coronam spinearum. Parvus factus sum, ut eos facerem magnos: esurivi, ut eos resicerem: laboravi, ut quiescerem: et ut magnis honoribus fungerentur, multis approbriis pro eorum salute affictus sum. Considera, filia, si genus humannum sola beneficia temporalia ei a me sub celo concessa meditari valeret, ne dum spiritualia et eterna; cur ergo Reges et potestates, judices et notarii, rectores locorum, et eorum officiales, Iudei, Saraceni et cetera nationes renovant plagas meas; quibus omnia concessa et in posterum concedenda benedicerem si se a vitii abstinenter? Sed ita universaliter mundus vitium sordidus se fiedavit, quod vix de mille invenies electrum unum.

101 Tu me, filia, volui absentatum a te cum amarissimo sapientiū requiri: sed si me tantum desideras, cur non redis ad Crucem, in qua me toties confixisti? Ex quo quidem verbo adeo vulnerata, perterrita et confusa remansit, quod nec audiebat Christum, quem tam ardenter amabat, repotere, nec oculos nos ad cœlum levare. Verma Christi benignitas conseruatum cor ad securitatem reducens, ait: Sine dubio mox stupissime crucifixisti: sed postquam conversa es ad me, et postquam tertii ordinis tui Patris dilecti mei Francisci habitum de manibus Guardieni Fratrum Minorum sumpsisti, et ipsorum te ordini devotissime obtulisti, unixisti plagas meas, et cum dolore cordis amarissimo me de supplicio Crucis deposuisti, et numquā ibi fui per te repositus. Et dicas, filia, Fratribus Minoribus, quod nulli debent habitum, quan tibi donaverunt, concedere, qui sub eorum obedientia et doctrina noluerint conversari. Et scias quod priusquam personam aliquam inducant, studeant intueri diligenter conditionem, statum, atatem et idoneitatem induendorum.

102 Semel cum sola cum genitibus in cella orans suum sponsum Christum requireret, subito se invulnus positam in maxima mentis tranquillitate, dixit: Redde te mihi, altissime Deus. Redde te mihi

amator meus, redde te mihi, Creator meus: redde D te mibi, Redemptor meus: redde te mihi, sponsus Margarita summo amore Christum invocat: qui amanter respondens

103 Et sicut de Magdalena murmuratum fuit, quod ornamenti contempserat, et ardenter sequebatur me; ita te multi deridebunt sequentem me. Sed non cures, quia tu es filia mea, dilecta mea, soror mea, quam praे omnibus feminis, que hodie sunt in terra, diligo. Esto igitur fortis et confortare, quia licet penitus tibi crescunt, crescat et gratia. Et dicas bajul, tuo Fratri Junctæ, quod significet Fratri Joanni, ut oret pro te instanter, quia tu erunt penes tuas, et ita suspicione plena: quod ambo dubitabant sapientia de te: et ita erunt dubitatione plene coram multis, usque ad abitum tuum: in fine autem tuo assecurabo te, et multis reliquias consolationem et gratiam. Nam tu es, filia mea, lux in tenebris posita. Et volo quod vita tua sit confirmatrix fidei meæ, ad instar Patris tui B. Francisci, qui fuit renovator fidei et Ecclesiæ meæ. Ego enim in speculum peccatorum vocavi te ad penitentiam, sicut B. Matthaeum publicum peccatorem. Nola, filia, quod exanimes poenas tuas vel nomines: sed te cunis inter brachia meæ caritatis reclina. Socia ista, quam tenes, affliget te, quia non tenet legem de vaseculo vitro, nec de verbis. Et ait Dominus iterum: Ego te permittam vilipendi a multis et detrahentium verbis percuti: sed tempus veniam, in quo tuos penitentibus murmuratores: de quorum insensata detractione non timeas, quia gratia tibi concessa non iniquetur. Tu dicas, quod delectabilis et suaves poenas tuas astimares, et melle crederes dulciores, si scires eas placere mihi Creatori tuo. Et ego tibi respondeo, quod sicut Frater Juneta Confessor tuus ad confortandum te verum dixit, tuum jejunium, tuus cibus, vigiliae, somnus, silentium, et locutio, consolations et tribulationes, requies et tentatio, labor et tota vita tua mihi placent: quia omnia reducis ad me, et ordinas in me. Tu enim es tabernaculum meum, et in te loquitur summa Trinitas unus Deus: tu es tabernaculum et cella Matris meæ, quia in omnibus donis tibi a me collatis, et in posterum largiendis, mecum est, et tibi congaudet in omnibus consolationibus tuis et super his me rugat instanter.

104 Sabbatho Dominicæ xxii post Pentecosten, recepto corpore Jesu Christi, tam magna suavitatis fuit repleta dulcedine, ut corpus ejus ex p̄ræambula infirmitate et penitentia austerritate viribus destitutum stare non poterat. Ille autem qui cuncta disponit suaviter, sive famulo Margarite loquitur dicens: Quia debilitas tua dulcia Magistri tui colloquia ferre non valet, reclina de mea licentia super cervicali caput tuum et inclinato capite dixit ei: Credis tu, quod ego aternus et unus Dens sum, Pater et Filius et Spiritus sanctus? et Margarita respondit: Domine tu qui omnia nosti, bene scis, quod certissime credo. Cur interrogas me, et in timore me videris ponere? Filia, inquit Dominus, ego et Petrum interrogavi, quia delector in amicibili et mutua colloctione dilectorum meorum. Et Margarita respondit: Quomodo potest in creatura delectari, cuius delectatio tanta est, quod nec augeri potest, nec mutari, nec minui? Et Dominus ad eam: Filia, Scriptura de me loquitur dicens: Delicia meæ esse cum filiis hominum

post tot benefi-
cia.

E

et suspiciones
sinistras de ea,

F

et afflictionem
a socia tuaasserit omnia
ejus opera sibi
placere

G

et Matri sua

et Matri sua

I

jubet eum ob
detrahentem ca-
put reclinare.interrogat an
credas:

J

eum delectetur
cum agere cum
hominibus?

Prov. 8. 31

quales admitti
debraut ad ha-
bitum tertiorum
dinus?

A num. Hoc etiam ago tecum, ut illum quem expuli de Paradiso, in te affligam, qui me non cessat, quantum in se est, in Cruce reponere per animarum sublationem lethiferam.

104 Margarita soli Christo placere desiderans ait: Domine mi, quamvis præse, quas tolero, supra meum virium facultatem, nihil eas reputo, quod tibi placuerint. Placeat tibi, Domine mi, desiderium cordis mei, quod in te posui et locavi. Et Dominus ad eam: Filia multum delector in anoribus puris. Audiens autem amatrix purissima laudem puræ dilectionis, dixit: Domine doce me amorem tuum purum, quem nemo unquam habere potuit, nisi a te fonte bonorum omnium. Vis, inquit Dominus, ut ostendam tibi purissimi amoris signa, quæ in te sunt? Et Margarita respondit, quod sic. Et Dominus ait: Non velles tu mori libenter amore mei? Non est tibi dulces cum fletibus jejunare continue pro mei amore nominis? Nonne paupertatem in te servas arctissimam illius amore, qui pro te pauper et egens factus est? Nonne libenter omnium secularium fugis loquaciam, ut soli mihi Deo tuo facilius unari? Nullum etiam genus tormentorum fugeres amore mei? Et Margarita respondit: Domine mi, nihil est tam grave, dum vel aspernum, quod mihi leve non sit amore suavissimi amoris tui. Sed in tanto me timore relinquis, quod his omnibus exitam me credo. Quia de re dixit ei Dominus. Iste timor afflictivus in desiderio tuo, quod habes de me, solvet culpas de anima tua. Non autem dubites quia omnia, quæ tibi promissa sunt, perficiuntur: et eris in patria mea magna, si pœnas sustinueris sine murmur et querela. Tene tamen modum, quem hactenus tenuisti de alia pœna tua, et ego revelabo tibi statum offenditum te.

105 Cerneamus autem Margarita, quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis, Domino respondit, dicens: Domine mi, quomodo tam alta esse possem, quæ præ ceteris creaturis insinior sum per culpam, et nihil boni sentio in anima mea unde confidam? Et Dominus ad eam: Non possum ego Dominus omnium de thesauris meis donare cuilibet quantum placet? Dic ergo mihi, si nunc es satiata ex mea familiaritatibus larga dulcedine? Et Margarita respondit: Domine mi, vere fateor, quod Paradisus est, ubiquecumque vos estis. Tamen licet ita sit, non credo satiari de vobis, ut satietas aviditatem non pariat, nisi in superna gloria beatorum: nam infinita gaudia te gustantum, sunt fidelium metuum attractiva. Et Dominus ad eam: Tu erdis firmiter, et fateris, quod unus Deus in substantia sit, Pater et Filius et Spiritus Sanctus? Et Margarita respondit: Sicut ego credo te unum in essentia, et trinum in personis, ita donares mihi de promissis plenam securitatem. Et Dominus ad eam: Filia tu non es habitura, dum vixeris, illam plenam, quam requiris cum lacrymis, securitatem, quoque locavero te in gloria regni mei. Et Margarita respondit: Tenuistis, Domine, sanctos viros in his dubiis, in quibus tenetis me? Et Dominus ad eam: Sanctis meis in tormentis dedi fortitudinem, securitatem vero plenam non habuerunt, nisi in patria.

106 Dominica intra octavam Epiphaniae, in excessu mentis diu posita, ad se cum fervore rediens, extra cellam egressa est: et in illa ebrietate quærebat extra quem intus ferebat in anima Jesum Christum, et levata supra se currebat ad locum Fratrum: cui Frater Confessor obvians dixit: Veni ad tuum Dominum Jesum Christum, et sic intra cellam reduxit eam: ubi excessum intentis continuans, audiuit Christum dicentem sibi: Tu vis esse filia Iactis, sed tu eris filia felis, in pœnis quas patieris. Sed per ea efficeris filia mea electa et soror, et simila-

bunt te mihi: pro majori enim utilitate tua statui quandoque me tibi subtrahere, quia volo de te face-re quod fit de auro in fornace projecto, et purgando animam tuam, rusticities et offensas, quas egisti dum eras in seculo. Sed dico tibi quod intensus amor animæ tuæ ac singularis et purus, quæ me solum cum instantia precum requirit in lacrymis, flectit me ad misericordiam largiendam. Et Margarita respondit: Domine mi, tuæ supplico majestati, quatenus mihi digneris concedere, quod ubique et semper tibi serviam, te diligam et continue laudare possim, si-ne offensa cogitationum, locutionum et operum. Tantum namque nomen tuum est dulce in anima mea, quod nunquam recuso fel, nec debeo recusare in perpetuum, quia ipsum pro me in cruce gustasti. Et Dominus ad eam: Si Lucifer inter tuos hostes crudelior posset ad te de inferno venire, statim ad te decipiens veniret. Sic irritatus est contra te, ratione status gratiae, in quo posui te. Et bene filia defenderis: nam licet a te recedam quo ad gustum delectationis, quam nunc audis; semper tamen sum tecum, quantum ad presentiam mere protectionis et gratiae.

107 Diebus Paschalibus, precedentibus, die Veneris ante Dominicam primam in xl. in afflictione E posita Dominum suppliciter postulavit. Cuius ego suus Confessor afflictioni compatiens, coepi ei legere quedam de divinis promissionibus sibi factis, quas dum auditiv novam resumens fiduciam, dixit: Ju-venis me, Pater animæ meæ, ad confessionem subtilissimam faciendam, ut cretorem meum hoc manu recipiam, in cuius desiderio diu protracto infirmata sum, et elanguerunt onnes sensus mei. Finitaque confessione et devotissime corpore Christi recepto, statim dolor et languor totaliter abierunt. Nam illius suavitate refecta, qui Angelos, et beatos inebriat in excelsis, omnis mœror in gaudium conversus est. Tunc etiam ipsius anima liquefacta est cum dilectus locutus est ei dicens: Filia mea es tu nunc in gaudio, quæ tam in lacrymis et dolore stetisti! Et Margarita respondit: Domine mi Salvator bone, dies haec vere dies gaudii appellanda est, quia gaudium meum est ineffabile: sed jejunium tam prolixum de te tam diu in fletibus me facere coegisti. Quare te in tantis angustiis amor singularis animæ meæ, quem soluam a quo, querere et cupio, mihi abscondisti et absentasti? Filia, inquit Dominus Margarita, quia tempus nuper elapsum, illud jejunium represensat, quod a baptismate incepit, ille vero volui quod me solitaria in tuo jejunio sociares. Sed quia hoc tempus jejunium illud insinuat, quod ab Ecclesia per Spiritum sanctum illustrata institutum est, in eo me tibi exhibeo et concedo. Et Margarita respondit: Domine, quia hodie dies Veneris est, quæ vobis amarissima fuit, nolle tam miris abundare solatus, nolle gaudia ista sentire. Sed te Regem meum et Deum crucifixum in amarituline sociare: nam ita fecisti diem istam dulcissimam, quod nunquam in tua locutione suavi tantam securitatem latitiamque suscepisti. Quapropter indulge mihi, consolator amanissime Jesu, quod cum tanta tecum familiaritate locuta sum.

108 Dulcis et rectus Dominus, qui transgressoribus Legis legem rememorat, ut Margaritam timidam redderet tutiorem, dixit: Filia conqueror tibi de omnibus populis, qui ligati sunt snorum fimbriis vi-tiorum, non invite, sed ex certa scientia et voluntate: quod postquam ligati sunt, flagellantur dirissime, et trahuntur de vita in vitium, et verberantur, nec sentiunt, nec resistunt. Conqueror etiam tibi de ipsis, filia, quia populi, quos ad imaginem meam formavi, bestie sunt effecti, et de artis inferni sibi fecerunt in mundo gloriam, et patriæ gloriam, quam eis

AUCTORE F
JUNcta, EX MSS.
quomodo Deus
e p[ro]p[ter]e subtra-
hat?

ies intuet da-
mon statum
gratiae.

Margarita post
communionem
summō gaudio
perfusa,

quo diu canu-
rat,
F
et quare?

Mandanthomi-
nes sponte sua
Iugal trahun-
tur ad infer-
num.

dicit eam si-
gna puri amo-
ris.

almoris filia-
lis utilitatem,

Sancios hic a
deo non salvi-
ri.

nte habere se-
curetatem.

Margarita in
rapta egridi-
tur eccl[esi]a ut
Christum que-
rat: reducitur
a Confessori:

AUCTORET JUNG
TA, SS. MS.

Aeis promisi, infernale supplicium testimorant : Nonne ut eos solverem me ligari ad columnam permisi ? Si autem ipsi voluntarie se ligari promittunt, non impotent horritati meae. Ideoque inerito de ipsis conqueror, quia dicunt amarum dulce, et dulce amarum esse. Nonne ut facerent eos liberos, et velum, quod erat ante eorum oculos, removeretur, feci me pro peccatis eorum servum, et velum coram Pilato et plebe Iudeorum portavi ? Cur igitur me Creatore spretu fecerint sibi illos deos novos, quos eperi degloria Paradisi ? Cur me Creatorem suum oblitus sum ? Cur eorum vineula videntur suavia, ut sic legatus pœnae sponte ducantur aeternam, cum dicamus, item malediciti in ignem aeternum ? Tunc horribiliter turbabuntur, videntes ad regnum invitari Beatos, et se tam infinito bono privatos in incendium projici sempiternum.

B103 His tam familiariter Margarita reseratis a Christo, cepit tamquam pia mater compati peccatoribus et dicere : Domine mihi, non permittatis, quod populi vestri vadant ad tam horribiles poenas. Et Dominus ad eam : Daemones, a quibus se ligari permittunt, flagellant eos quotidie, sicut triticum tritatur in area : nam ipsorum bestie sunt effecti ad ferenda coram onera, et dura, quae patinuntur, pericula non agnoscunt : sed tales, quibus obedientiam

Bpromiserunt, quia non habent potentiam faciendi nisi mala, stipendiabant eos de illa pecunia, quam habent in regno suo : nam pestilentiam promissione mea dabunt eis, et inter se sinant eos venire ad regnum et personarum consumptum. Margarita vero compassione et pietate plenissima, populis obstinatis in male compatiens, dixit domino : Misericordia, misericordia, misericordia Domine Deus. Et Dominus ad eam : Ego vero eos, et ipsi non audiunt vocem meam, quia surli effecti sunt. Et dico tibi, quod quantumunque durus sit bono, et non duplaci corde, nec simundare, rediret ad me, ad plenam misericordiam recipere cum et gratiam. Insper eis Angelos meos ad custodiā transmittit, qui frequenter inflammant eos ad penitentiam salutarem. Audiens Christi lumina Margarita ministerium Angelorum, Christum de ipsis consortio interrogavit, dicens : Dignaturne, Domine, stare cum peccatoribus Angeli gloriosi ? Et Dominus ad eam : Quoniam non continuo propter factorem vitiorum, saepe reinvitant eos ad gratiam, et mitunt eos reducere ad misericordiam meam : ad quoniam invitationem apostolic angelii dolent et contremiscunt. Dicas ergo Fratribus, quid frequenter prudenter verbum meum et aperte doctrina sua surdorum aures, et suis exemplis illuminant eos. Margarita vero solum sui vilitatis imum conspicens, dixit : Domine Rex omnipotens, magna sunt valde quae audio : Sed non invenio in me bonum, pro cuius merito mihi debetas de illatis a mundo iniuriis honorari. Et unde tam mira familiaritas et incredibilis ? Et Dominus ad eam : Ego delector in humilitate, puritate, et caritate tua. Et sicut a magno tempore usque ad hunc non extitit mulier, cui tam alta monstrarent, ita in presenti tempore non est magis adhuc in se quam tu. Sed ne timeas, quia tu scis quia ego sum Deus tuus, qui te custodiam. Ad quid verbum Margarita respondit : Tu es Pater mens, Redemptor mens, et lux vera, cui displacere timo in parvis meis. Et Dominus ad eam : Vine, et disruppe pueris timoris : et confitere bene peccatorum circumstantiam, nec omittas communionem Corporis mei propter tribulationum tuarum varietatem.

C110 Invitata igitur ad diuinam mensam, subito in spiritu delata est eoram Matris Dei regali selio. Et admirans de mutatione tam subita, dixit : Domine, cum vobissem in terra loquerer, quid est quod tam imperceptibiliter meam animam in celum du-

xisti ? Et Dominus ad eam : Hoc ideo, ut familiarius D matri meae Regiae celorum, aliisque Sanctis, qui mihi assistunt, te recomendas. Tunc ait Margarita ad Dominum : Domina cœli, advocata cœli et mundi, et Mater Dei met, Filius vester me duxit ad vos, qui est duxor meus. Et ego, iuquid Domina, recipio te et preces tuas : quia tu es filia, quam

Creatori, qui requievit in utero meo, cum precum instantia continue recommendo. Ex qua responsione mirabiliter jocundata, gratias agere coepit Matri aeterni Judicis, dicens : Multum, Domina, mirabaris cor meum, quod non fruebatur allocutione tua :

agitcum D.
Virg.

sed idecreo vos fortasse non audiebam mecum loquentem, quia solum Filium vestrum Dominum meum desideranter postulaham. Et ait Mater Domini ad eam : Filia, qui querit unigenitum meum, et Dominum, me postulat : et qui habet ipsum, habet me. Et redditia gratiarum actione Matri Dei, quae ipsam et Filium eum in sui recommendatione recepit, convertit se ad Sanctos omnes civitatis aeternæ, et præcipue ad Beatos Joannem Baptistam et Evangelistam, B. Franciscum Patrem suum, et Catharinam, ut oreant pro ea, gaudii et jocunditate repleta in loco illo felicitatis. Dixit Altissimus : Tu se oper es desideras in statu quietis et pacis aeternæ : et non renuniescitur verborum, quae tibi dixi in anno illo, quo te in cella reclusi, quia lactanda eras ad vulnus mei lateris. Unde quia tempus instat, para te ad pœnas tibi promissas. Margarita Christo sibi loquenti respondit : Domine mihi, spes unica et tutum refugium meum, revela milii per misericordiam tuam, si pœnas mihi promissæ sunt purgativa culparum inearum, vel ad gratiam inductivæ. Et Dominus ad eam : filia, propter amaram contritionem, penitentiam et deprecationes varias, misericordia mea præteritas culpas tuas omnes delevit : et ideo aminorunt et erunt in augmentum gratiae ac virtutum. Et lactare, Filia, de matre tua, pro qua rogasti me, quia lieet in purgatorio morari per decem annos contraxerit, nunc est in gloriam Paradisi.

ei ss.

D111 Post haec exstatio illo statu sublato, Margarita se in cella reperiens, subtractis etiam tam dignatibus alloquis, lacrymis rigabatur facies ejus, et diebat : Hei mihi, Domine mihi, ubi me reperio nunc ? Ubiunque enim sine tua præsenti tam suavi me sentio, in inferno videor collocari. Domini famula in cella oranti astitit Angelus confortans eam. Quæ dixit ei : Angele Dei, custos anime mee, ostende mihi, quibus signis agnosci possunt virtuosi et perfecti electi Dei. Et respondit ei Angelus. Ille perfecte electus est, qui totum cor suum a rebus infirmis separat, et conjunctus soli Deo, ad ipsum clamat et suspirat toto corde die ac nocte. Quo auditu Margarita respondit : Veni ad virtutes electorum Angele Dei. Ille, iuquid Angelus, est electus, qui habet has virtutes : prima est profunda humilitas, quam debet habere illius amore, qui se humiliavit usque ad crucem. Secundo debet habere perfectissimam caritatem. Tertio ille est electus, in quo impletur illud verbum, beati mundo corde. Quarto ille est electus, qui seipsum abnegat, immo et interficit propter Christum; non ferro, vel quocunque alio modo, sed suam mortificando voluntatem, et ut paratus sit ad mortem suscipiendam pro Christi nomine, si pro defensione Christianæ fideli tempus exposceret. Ille etiam se pro Christo occidit, qui suos mortificat sensus per penitentiam. Ille quinto electus est, qui compassionem veram habet ad pauperes, et in ejus ore non solum veritas semper est, sed honestas vita in moribus. Ille similiter electus est, qui amore Domini Iesu Christi reservat sibi omnes pœnas, ut aliis auferat, et male vult indui, comedere, bibere, et ceteros hene. Ille etiam electus est, qui de amicorum

intelligit pecata sua dimissa,

maitem post 10
nuntios purga-
torii esse in
celo :

uid se reversa,

discitat Angelo

qui sine signo
Electorum.

Matt. 5. 8

E112 Post haec exstatio illo statu sublato, Margarita se in cella reperiens, subtractis etiam tam dignatibus alloquis, lacrymis rigabatur facies ejus, et diebat : Hei mihi, Domine mihi, ubi me reperio nunc ? Ubiunque enim sine tua præsenti tam suavi me sentio, in inferno videor collocari. Domini famula in cella oranti astitit Angelus confortans eam. Quæ dixit ei : Angele Dei, custos anime mee, ostende mihi, quibus signis agnosci possunt virtuosi et perfecti electi Dei. Et respondit ei Angelus. Ille perfecte electus est, qui totum cor suum a rebus infirmis separat, et conjunctus soli Deo, ad ipsum clamat et suspirat toto corde die ac nocte. Quo auditu Margarita respondit : Veni ad virtutes electorum Angele Dei. Ille, iuquid Angelus, est electus, qui habet has virtutes : prima est profunda humilitas, quam debet habere illius amore, qui se humiliavit usque ad crucem. Secundo debet habere perfectissimam caritatem. Tertio ille est electus, in quo impletur illud verbum, beati mundo corde. Quarto ille est electus, qui seipsum abnegat, immo et interficit propter Christum; non ferro, vel quocunque alio modo, sed suam mortificando voluntatem, et ut paratus sit ad mortem suscipiendam pro Christi nomine, si pro defensione Christianæ fideli tempus exposceret. Ille etiam se pro Christo occidit, qui suos mortificat sensus per penitentiam. Ille quinto electus est, qui compassionem veram habet ad pauperes, et in ejus ore non solum veritas semper est, sed honestas vita in moribus. Ille similiter electus est, qui amore Domini Iesu Christi reservat sibi omnes pœnas, ut aliis auferat, et male vult indui, comedere, bibere, et ceteros hene. Ille etiam electus est, qui de amicorum

et

facit dama-
num jumenta :oral pro ins.
Margarita :intelligit quo-
modo Angeli
mali assis-
tant :quam ipsa
sancta et Deo
cura.rapitur anima
in celum :

A et inimicorum afflictione affligitur et tristatur, et letatur de omnium consolatione, et ad neminem in aliqua prosperitate positum habet invidiam.

112 Intra hebdomadam de Passione, devotissime corpore Christi recepto, timens ne loquentes extra cellam secularia verba proferrent, quia de solo Deo cupiebat audire, dixit : Domine, non me permittas a serpente morderi, ne mens mea vagetur in aliqua re tibi contraria, quae tibi soli adhuc rere desiderat. Post longam vero precum instantiam, quibus solus Christi postulabat alloquimus, dixit ei Salvator noster : Multum es fatigata, filia Margarita : sed plus fatigatus fui ego in ascensi scalarum crucis, nam poena mea fuit prolixior quam dicat Scriptura. Ab illa enim die, qua Lazarum suscitavi, cernebam liberatum in eorum ordinem tormentorum in cordibus hostium : representabatur anima mea Divinitati conjuncte, proditorum studium, congregata in me flagella, et voces adversantium, nunc clavi, spinæ, pons amarus, et crucis pondus, nunc lancea penetratura latus meum : in quarum fixa et certa imaginatione pœnarum alterabatur coram discipulis meis a sua specie corpus meum, nec advertebant. Et quia Dei famula ad illa verba cum tanta familiaritate prolatæ præ dulcedine Christi juxta votum sumum dolere non poterat, dixit : Domine, numquam tam magnam dulcedinem et consolationem recepi. Et Dominus ad eam : Vis esse certa de mea dulceiline, hoc tamen quoad oculum mundi signa dilectionis subtraham, et inde non modicam penam recipies. Non enim videlit mundo de deliciis vita tua sic ordinata, ut erit, quia volo quod sicut mundus me spreverit, et non cognovit, ita spernet te, et murmurabit de te.

113 In festo B. Marci, dum in sacramento altaris optatam letitiam degustasset, ipsum Christum audiavit loquentem et dicente sibi : Tu rogasti ferventi animo curiam meam, ut suis orationibus impetrarent, quod tibi ostenderem si ascensus ad cellam de aere placuit mihi : et in signum, quod mihi placuit, do tibi benedictionem meam ex parte Patris, mea et sancti Spiritus ; nec non beatissime Virginis Matris meae, et ex parte totius curie regni mei. Tu fugis amore mei, et ego fugi amore generationis humanae. Tu fugis ad conservandam et augendam gratiam : sed tribulationes fugere non valebis. Et hoc dicto subito quædam crux apparuit super eum, cuius brachia protendebantur de manu in manum, et stipes ejus a capite usque ad pedes, non tamen Dei famula clavis ferreis erat confixa. Tunc benedicens ei Dominus, et manu propria signum Crucis faciens, statuo alia crux, in qua Christus erat confixus, apparuit : ad eius dolorosum continuam anima Margarite anaricata dixit : Domine in, crucifigas ego. Et Dominus ad eam : Filia mea, tu eris crucifixa tribulationibus, et non in cruce. Tu fugis creaturas, quantum potes, ne me offendas : et ego te conservabo ne possis offendere. Sed dico tibi, quod tu es modica fidei, quia cum habeas tam ferventia, tamque sancta desideria de me, quod amore mei deseris te, cur credis, quod te velim deserere ? Non ego deseram te filia, sed sum, et ero semper tecum. Nam tuum zelum, ut ne me offendas, agnoscere, qui tantus est, quod non curas fugere pro majoribus consolationibus obtinendis, sed solus ne offendar a te. Sed in hac fuga virtuosa, nec me offendes : et cum tribulatione gravaberis, meis consolationibus multiformiter perfrueris, et in tribulationibus deficiet corpus tuum. Dic ergo Fratri Juncta bajulo tuo ex parte mea, quod non impediat quin libere possis ascendere ad cellam arcis. Et scribat Fratri Joanni Benedicto, quod pro mutatione ista non alteret, neque subtrahat sollicitudinem suam a te : Sed recommendet te amicis meis, qui cum eo sunt. Et quia non ita libenter conversa-

tor anima tua cum certis personis, sicut cum quibusdam : hic est modus illuminatus mentis, quem tibi Frater Juncta monstravit. Cum autem veneris ad dictam cellam, ibi stabis, sicut docebo te. Et scis quod talis persona, de cuius statu dubitas, quamvis confessus fnerit, a malis tamen desideriis et suis operibus non cessavit. Et ille hoc dicit tibi, qui de illa matre humili nasci dignatus est, quæ dixit : Ecce ancilla Domini : in quo quidem verbo carnem de ipsa sumpsit. Et ne dubites de predictis, ecce salutem eam, dicens : Ave Maria, gracia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

114 Ad famulam Dei laboribus, temptationibus et infirmitatibus variis fatigatam veniens Sacerdos S. Marci ; cum reverentissima devotione paravit se ad recipiendum nostri Salvatoris corpus, in cuius amoris suavitate, statim ut ipsum recepit, absorpta est a consolatione superna, in qua per magnam moram quiescens, ad suorum sensum sensibilis usum reversa non est usque ad horam tertiam. Stans autem insensibilis et irreverberantibus oculis Domino respondebat, cum mentis jubilatione, quam in facie praetendebat, dicens : Domine, quid dicis mihi, quod quidquid volo postulare a te, nihil aliud quero, nisi ut vita mea tuae majestati perfectissime serviat, et te verum Deum meum solum diligens, sim fidibus tuis, qui in me confidunt, lux, non tenebra ? Cui Dominus : Filia, brevem sermonem tibi faciens dico, quod postquam cellam istam ingressa es, tranquillitatem sensisti corporalem pariter ac mentalem. Amodo igitur para te ad tribulationes infirmitatum et variarum temptationum antiqui hostis.

115 Alia die priusquam Sacerdos S. Marci, defens Christi corpus, cellam intraret, Margarita repletur interna joenititate in sui Salvatoris, quem desiderabat, adventu : et recepto cum summa reverentia pane vite; locutus est ei, dicens : Es nunc in poena, filia ? Et cum responderet, quod sic ; at Dominus : Et ego similiter fui pro amore humani generis, et non pro culpa mea. Filia dilige me, quia pauci sunt qui me ament. Servias mihi Creatori tuo, quia pauci mihi servire volunt. Laudia me quia pauci sunt intenti laudibus meis. Ego enim me feci hominem, de Maria Virgine carnem sumens, a qua lactari volui, in cuna reclinari. Et tandem Crucis tormentum non renuens, fui iudicatus et traditus in manus Pilati, et sine mortis causa, ipso testante, Crucis affixus fui. Et quamvis fuerit dira mors, quam intollerabili tono Juncti, amarior tamen esset ista, si passibilis essem, quam Christiani, peccata peccatis addendo, infligere non cessant. Et tantus est foetor vitiorum eorum, quodjam usque ad Patrem ascendit.

Tu miraris, quod festum Assumptionis habuistum durum : sed dico tibi, quod precebus Matris meæ procuratum est tibi dulce. Nam dicebat mihi Filio suo : Devotam meam, jam al te per gratiam revocatam, que tam contidit de me, consolari placeat in hac mea solemnitate. Tota namque curia cum magna jocunditate præstolatur tñdilectionis diem. Tu es in poena, et ego pro te fui. Pueræ tibi crescunt, quia tñ finis tempus abbreviatur. Roga Sacerdotem talis ecclesie, quod faciat unum confessionem generalem : et non verecundus ei dicere, quod sit tortus in bello carnis, quia sum paratus facere gratiam, si se disponuerit.

116 Quodam mane intra Octavam B. Francisci, accepto cum reverentia pane vite, dixit ei Beatorum cibis, qui omnes reficit, Dominus Jesus Christus : Filia, debilis et infirma propter austeritatem vitae, quam continuasti amore mei, non timeas reclinare caput. Tu credis transisse mare tribulationum, quas passura es : sed adhuc patieris multas tribulationes et murmurations, et eris quasi derelicta. Nam tueris tenebra

JUNCTA, EX MSS.
guardam occulta
aperti :

E
edent ut parent
se ad tribula-
tiones :

eam solatur :

de peccatis
mortaliis
queritur pos-
tot sua bene-
ficia .

F
B. Virginem
pro ipsa orasse
die Assumptio-
nis.

Jubel Sacerdo-
tem moneri de
peccatis :

Christus senti-
re Passionem
capti a suscep-
tione Lazari :

predicat Mar-
garitur, mun-
danorum detrac-
torum :

permittit ut in-
grediamur ad aliam
cellam :

C
predicat cruci-
fixionem tri-
butationibus :

sed in his scilicet
ad futurum .

Jubel FF. Mi-
noribus diei,
ne migrationi
obedient :

AUCTORE F.
JUNCTA, EX MSS.

predicit eam
contemnam-
dant,

temptationes ei
pro martyrio
repudandas,

nec peccatu-
ram mortali-
ter:

cur tamen ei
non del omnem
securitatem?

jubetur etiam
in angustis et
infirmitate
rare:

cur ex lepro,
quoniam petebat
miserores?

A tenebra in oculis lucis, id est, in oculis eorum qui debent esse lux. Et sicut nox sui cognitis in fine meo, sed defecisse reputabar a mundo, qui me non cognovit, et postea cognovit me mundus; ita qui te modo tenebram dicunt, post tuum obitum te cognoscent cum verecundia et dolore. Sed recordare, quod vas tuum purificandum erat variis penit. quas dum toleras amore mei, non solum ex his te vestem defectuum, sed te induam innumerib[us] gratia-

rum.

117 Sabbato Dominicæ xx post Pentecosten, recepto corpore veri Itei, loquitur Christus Margarita, dicens: Separa te, filia, quantum potes, ab omni familiaritate secularium personarum, preterquam ab ordine Fratrum Minorum. Et scias, quod poena-

rum tuarum varietas levis et parva in oculis aliorum videtur: Sed quoad te, quae sentis eam, gravis est et plena doloris. Et si non invenis qui tibi inferat multa genera tormentorum, prout desideras, sustine dulciter calicis ponens amorem mei. Bella autem tua, in quibus vas tuum ornabitur, quia videntur tibi magis amara et suspecta, quam supplicia, pro martyrio tibi reputabuntur. Margarita haec audiens respondat: Dominus, ego non credo, quod vas anima- mae in talibus poenis purificari valeat vel ornari.

B Et Dominus ad eam: Verum dicas, quod simpliciter ponas non pograment vel ornaret te. Et scias quod in temptationibus, infirmitatibus et aliis operationibus bonis tuis multas patieris tribulationes: sed ita in omnibus te defendam, quod nonquam mortaliter, quanquam vixeris, me offendas.

118 Et ait Margarita ad Dominum: Gratias ago tibi, dulcissime Jesu Christe, amator mens, quia semper mihi predicis tam dulcia quam amara, ad que per ventura sum, antequam fluant. Sed rogo te, amantissime Deus, quem solum ferio in corde meo per amorem, ut adimpleas desiderium meum, et de tua defensione fiduciam mihi priesta. Cui Salvator ait: Non habebus confidentiam plenam, quoniamque poneras in gloria regni mei. Et hoc ago, ut melius conserves exhibita tibi dona, et angeantur in te dona gratiarum, ne per hoc circa salutem tuam fas magis sollicita. Ego vero, qui hoc dignatus sum tibi locupi sum Jesus Christus Salvator tuus, de Maria Virgine natus, lactatus, in praesepio reclinator, a Joanne baptizatus, qui pro te modus crucem ascendit. Et quia Margarita Baptistam inter alias Sanctos specialiter honorabat, Dominum interrogavit dicens: Orat pro me majestatem tuam Præcursor tuus, quem elegi pro advocate meo? Et Dominus ad eam: Non tantum ipse, sed Joannes Evangelista, et tuus Pater

C Franciscus, et Catharina, cum omni curia regni mei, To etiam filia, die in tuis angustiis, Pater noster. Et Margarita respondit: Ego dico, Domine mihi, sed in tanta delitilitate non videor sentire superem. Et Dominus ad eam: Non obmittas ob hoc enim dicero poteris et dicendo ad Crucem redens. Et Margarita respondit: Ego tunc orans ad Crucem tuam revertens expelli videor. Et ostendit ei Dominus, quod ideo videbatur expelli, quia mens in tribulationibus efficietur instabilis. Et iterum dixit ei: Etiam sic instabilis et afflicta gustas sine mora beneficium Crucis meæ. Et Margarita respondit: Domine, pone in corpore meo lepram, ne de cetero te offendam, et digneris me pietate tua ad Crucem reducere. Quod ad petitionem primam, dixit ei, quod ei sufficerent penitentiae, quia enim lepra secura esset, sed cum temptationibus et infirmitate corporei ipsum conservabat in timore et gratia. Ad secundam vero petitionem ait: Ego te sape ad Crucem revoco et reduco: sed creatura debes apponere studium, ut reveri merearis. Tu me rugas, ne illorū possis pecare de fine tuo. Sed dico tibi, quod tantum in hac

valle miseria te dimittam, quousque placebit voluntati meæ.

119 In nocte post festum B. Benedicti, cum fleret amarissime Dei famula Margarita præ nimia compassione, quam habebat ad quedam Patrem suum in afflictionibus positum, respondit flenti et oranti Dominus, dicens: Dic ei, quod parest, quia non est hæc ultima tribulatio ejus, nam adhuc intrinsecus et extrinsecus adeo affligetur ipse, et cui donum meæ concessero passionis, quod interdum de casu suo timet. Verumtamen confortetur in me, quia nec ipsu[m] cadere per impotentiam sinam, et tandem in magno statu remanebit. Et cum haec diceret Dominus, videbat Margarita Dominum erga illum valde familiarem.

120 Quadam die Margarita audivit Dominum dicens: Vade ad Crucem, et scrutare plagas meas intus et extra, et discas quantum et quomodo fuerunt acharie. Cumque devota mens statim Domino obedisset, audivit quod sequitur: Ego Dominus, qui nunquam mentior, quia sum veritas, dico tibi, quod per afflictiones tuas varias, antequam de seculo isto migras, intrallos in plagas meas. Ita post haec in meditationem Crucis, doloribus adeo intus vulnerabatur mente, quod nervi oculorum videbantur extrahiri, et volas inanum tangere non valebat.

irrigandas radices arborum aridarum. Tu es enim
filia mea, soror et socia, cui concessit Pater meus
gratiam, quam non perdes. Ad quæ verba Christi
famula Margarita perterrita, Christo respondit dicens : Non me permitas, Domine, decipi : quia nihil
in me virtutis invenio, unde hoc in posterum debeam
priestolari vel presenter valeam possidere. Tunc se
Christus ei ostendit, veluti crucifixum, dicens : Pone
palmas super locis clavorum manuum mearum. Et
cum Margarita ob reverentiam diceret, Non Itomine
mi, subito patuit vulnus lateris amantis Jesu, et in
caverna illa cor sui est intuata Salvatoris. In quo
excessu amplectens Dominum crucifixum sursum ab
eo ferebatur in cœlum, et audiuit eum dicentem
sibi : Filia, de istis vulneribus trahies illa, quæ queunt
praedictiores referre.

Vade post me
sathanas, Matt.
10, 23, magis
diabolo dictum
quam Petro,

*Similis Petri
et Margarita
fervor.*

*videt hoc cor
Christi per vul-
nus lateris.*

*amplexa cru-
cifixum invi-
sum fertur.*

*Hinc com-
mendati
jacentur faci-
les esse in ad-
mittendo.*

*Margarita du-
ra patientia
predicatur.*

B Dicitur ei iterum Dominus : Dicas etiam Fratribus Minoribus, Patribus tuis, quod sedes illa tam speciosissima, quam vidisti in ordine Seraphin, fuit Luciferi, in qua Pater tuus B. Franciseus resi- det gloriosus : et longitude illa, que continuatur cum sede, replebitur Fratribus sui ordinis, qui tanti Patris imitabuntur vestigia : cuius religio magna est, et propter maximam ordinis ejus cor, membra ejus, que parvula sunt, innovabuntur. Propter quod ad ordinem cupientes venire recipere non dubitant : quia si non recipieren al eis nisi castitatem et offi- cium, placet mihi quod eos recipient. Et si non recipieren amplius, nisi quod recedunt a mundi pruditio- nibus, homicidiis, perjuris, furtis, usuris, et carna- nalitatibus, contentus ero. Nam a videntibus, etiam olera, offendor multum, sed siue extenditur misericordia mea ad populum induratum, qui recessit a me, ita justitia mea extendetur ad ipsius punitionem. Et tu, filia, para te ad patientiam, quia tota vita erit in martyrio, tam dubio tamque duro, quod potius eligeres Sanctorum supplicia, quam tuas, quas sustinebis, penas. Et quia Dei famula non timebat penas, sed solum Dei sui offensas, respondit dicens : Quomodo faciam, Domine mi, in penis praedictis? Tunc non parnam, sed tuam offensionem. Et Dominus ad eam : Tu bene juvaberis in tribula- tionibus tuis, filia : et in tribulationibus positâ ini- grabis ad regnum cœlorum. Tu es instrumentum meum, quod, dum volo quod tangatur, tangetur. Quare tibi deo, quod pax Aretini d' Episcopi cum Curtontensibus fiet.

154 Die Dominica post Pentecosten cum devota reverentia Christi recepto corpore, statim gaudio terminato dicere cœpit : Cur anima mea tuum sponsum Dei filium non qua-ris ad Crucem? Quo dicto, surgens de loco, ubi orabat et quiescebat, aspersit se aqua benedicta in suorum purgatione defectum : et subito de cella cum fervore maximo egrediens cœpit Christum vocibus postulare. Quæ in instanti ad Christi pedes intellectualiter posita, levit pedes ejus et tergit : et faciem ejus videre desiderans, ro-
gabat Altissimum, ut desideranti se ostendere digna-
retur. Qui respondens, ait : Faciem meam plene in

*AUTORE P.
JUNCTA, EX MSS.*

*et in rapin
Christi pes-
cis sibi tira-
re :*

sua specie videre non poteris, quo usque locabo te in gloria Beatorum. Et Margarita respondit : Domine mi, prolixas quadragesimas me sintis facere de vobis. Cui Salvator dixit : Sicut sunt quadragesimalia tempora tibi concessa, ita et festa de me tibi pascha- lia reservantur. Et Margarita respondit : Domine, placet tibi, quod liquar magna dona tua, quæ mihi largiris, coram adstantibus? Et Dominus ad eam : Quia in illa tua locutione exatica, eum non sentis quæ loqueris, panduntur misericordiae meæ dona, volo quod ita loquaris. Ad quod verbum Margarita securior reddit, dixit : Tu es pater mens, susci-
tor meus, sponsus meus, latitia mea, et gaudium omnium gaudiorum. Et Dominus ad eam : Tu es filia mea, socia electa. Et Margarita respondit : Quan- tum me diligis, Salvator meus, non me remittas in desertum, amator meus. Et Dominus ad eam. Ego
remitto te, sicut ovem inter lupos. Et Margarita
respondit dicens : Domine mi, destruatur cito moles corporis mei, ut merear venire ad te per viam tri-
bulationis. Et Dominus ad eam : Quamvis tribulatio-
nes tue durae debent esse, major erit tamen illa,
quam patieris de me; neque enim major, nec dñior
esse potest, quam sentire se animam sine me. Et
Margarita respondit : Tu es, Domine, vita mea, por-
quem viva : et si in desertum remiseris me, mortem
inuenio. Tu thesaurus mens, sine quo omnis opul-
tientia videtur mihi summa paupertas. Ad quam
Christus se ostendens hilarem, dicebat ei quod in
desertum rediret. Quem cum Margarita mentali con-
templaret oculo, vidit Christum in throno mira-
bili residentem, et Matrem Virginem a dextris ejus
in alio inestimabilis solio coronatam super omnes
choros Angelorum sedentem, et Margarita congu-
dentem. Tunc invitavit eam aeternus Rex de visione
distincta omnium beatorum agnitionum. De quia pollu-
citione tam jocunda, tam larga, tam immenso gaudi-
o dilatatum est cor, quod aperiri volebatur, et
vix potuit respondere, dicens : Domine, quem unice
diligo, quia a te facta sum, te videre desidero, qui
me tanto replesti gaudio, quod nec tacere possum,
neque exprimere. Domine ad Matrem Domini se con-
vertens, ait : Domina mea, dicas, queso, Filio
vestro, quod ostendat mihi vultus sui iocunditatem.

*videt Christum
et D. V. in
throne seden-
tes,*

*F
summo gaudio
peritura*

155 Dicebat Margarita Confessori suo : Pater mi,
nil de rebus ad victum vel indumentum mihi trans-
missis retinere volo. Nam desidero esurire, ut sa-
tiem pauperes ; exure me, ut induam eos ; dare tu-
nicam novam ipsis, et ipsorum me tegere : emine-
tiis, et in omni rerum penuria remanere, ut ipsi
abundare possint. Et dicebat Fratulus : O Patres
mei, nulli personæ pro meis necessitatibus faciat,
sicut consuevatis, aliquid signari : quia currere
volo ad desiderium animæ meæ Christum, omnibus
rebus exonerata. Et si quid est aliud pro mens ne-
cessitatibus assignatum, pauperibus Domini mei
Iesu Christi crucifixi, quos in visceribus meis porto,
sine mora distribuatis.

*Cupit oratio
sibi paratudini
pauperibus*

156 In festo beatissima Magdalena interrogavit
Margarita Dominum nostrum, quem cum suis stig-
matibus Passionis videbat, si omne genus humanum
in

*SUCCURSUS.
FONCTA, EX MSS.
videt signatu
Christi viden
da in judicio:*

A in hujus seculi termino cum illis plagiis eum visurum est? Respondit Dominus, quod sic eum visurus est omnis oculus. Sed iste plague, inquit, filia mea, erunt ad gaudia Beatorum, et confusionem perpetuam reproborum. Et Margarita respondit: Et non dolebunt de tali visione Beati! Et Dominus ad eam: Quia in eis erit tam perfecta gloria, quod nulla potest eis admisceri tristitia, dolere non poterunt, sed in me Redemptore de sua redēptione gaudebant. Et vis, ait Dominus, ut ostendam tibi dona, quae tibi daturus sum? Et Margarita respondit: Non, Domine mi, tu enim es gaudium meum, quem solum cernere cupio: vita, qua vivo: letitia qua gaudeo: requies in qua requiesco: et totum bonum animæ meæ. Confiteor, Domine mi, quem plagatum video, quod tu es ille, qui pro humano genere pati et mori dignatus es. Sed queso, ut non patiaris creaturas, contra quas video nunc tam iratum, separari a te, et ire ad incendia sempiterna. Scio, Domine, quod nulla poena major esse potest, quam separari a te letitia infinita. Et eum Salvator per modum licentandi eam benedictione donare vellet; Margarita respondit: Domine, vestram benedictionem opto: sed differatis eam, ut non recelam. Timore autem crescente de tanti terminatione solatii, convertit se ad Matrem Domini nostri, dicens: Speciosa Mater et Domina, exora Filium tuum, et dic ei, ut suus aspectus joconditatem mihi non subtrahat, quia nollem ab hoc jocundissima visione recedere. Et si me dispensatione sua remittat, dicatis ei, Mater, quod mihi praestet de reversione ad tantæ felicitatis solatium promissionem. Et quia Christus invitavit eam ad suorum visionem Sanctorum respondit: Domine mi, qui es tu? Sanctus Sanctorum, lumen, dulcedo, et corona eorum, quem solum videro desidero, cum vos video et haluero, ero eorum Beatis omnibus.

cendio, quod gaudium externum a risu non poterat D cohibere. Quippe letitiam saepius illa nocte Angelus visitur ab Angelo cum mira renovavit, descendens et apparet eidem. Unde Fratrem Confessorem rogavit instanter, ut numquam eorum astantibus dictum Angelum nominaret, quia præ letitia tanti nominis cor replete jubilo in jocunditatem faciem resoluebat, quantumcumque gravaretur infirmitate. Et interrogans de tam nova jocunditate, responsum accepit, quod ab illo Seraphico Angelo suscepserat tam mirum jocundumque incendium.

159 In prima Dominica de Adventu, Margarita, quæ fontem vitae sitiebat ardenter, recepto cum reverentia Christi corpore, oravit cum fletu dicens: Per illam misericordiam, quam latroni dare dignatus es in crucis patibulo, te, mi Domine, obsecro, ne me permittas ab antiquo serpente decipi et morderi. Ideo namque ad aream misericordiae tue recurro, et al pietatem tuam cum timore confugio, quia maiestas tua nonquaque servivi, nec servio, sed offendit. Cui plus Pater et Dominus respondens ait: Si me tuis cogitationibus offendis, filia, illos defectus purgas continuus doloribus, quos in animo tuo portas, et lacrymis, quas effundis. Et ego creator tuus, qui te in Paradiso formavi in prima matre, de Maria Virgine natus et in cruce passus, benedico sanguinem illum, quem in tua redēptione effudi: quia tu es illa creatura, quam hodie plus diligo, quam diligatur aliqua mulier quæ inventatur sub caelo.

160 Die Veneris præcedente vigilam B. Thomae Apostoli, famulæ Dei Margaritæ flenti et oranti Angelus Domini locutus est, dicens: Benedico cellam et omnes habitantes in ea, ut illuminetur atque purgetur, et crescat in fervore amoris. Domini famulæ cum fletu dicenti, Domine, ego clamolo dñes et angustias patiens in absentia dulcedinis tue, sive qua vivere non possum, et nemo respondet afflictæ; ad ejus clamorem sponsus dum desideratus Angelum misit hanc dicentem: Ego sum nuntius tui Domini, quem quotidie postulas: Ego nuntius tui Patris et Redemptoris. Quæ in imaginis revelationibus et promissis timore concussa, nec tamen recedens ab actionibus gratiarum, laudavit iunctamente Deum in Angelo destinato, et Angelum in Domino destinante, dicens: Ius tibi sit, Angele Dei, de tam larga benedictione, tamque prolixo sermone. Sed sermo tuus, Angele Dei, valde me terruit, quia propter tam alta promissa dubito ne ipse velit ultrius mecum loqui, quem solum desiderat anima mea; ex quo per te tam alta narravit atque promisit. Cui Angelus dixit: Recordare, Margarita, verbi a Domino tibi dicti, quod inquit ad obitus tui diem nova gratia erescet tibi: nec de divinæ subtractione locutionis tueas, quia tecum loquitur alteriori modo Deus, quam unquam locutus fuerit. Recordare similiter Evangelici verbi, quod tibi expositus Confessor tuus de proximo diligendo. Et Margarita respondit, dicens: Et quis est iste proximus carior et intimior peramandus? Dominus noster, inquit ei Angelus, Jesus Christus, pro te omnibus natus et in præsepio reclinatus: sed lux in tenebris orta est, et tenebre eum non cognoverunt.

161 Super nascentis autem pueri penalitatibus assumptis Margarita meditans, copit timere, ne illa die, qua letitia summa erat, fieret subtractione tanti gaudi. Unde dixit Angelus, quod timebat de duro Paschate. Et Angelus ad eam dixit: Si de duro Paschate times, recordare quod Christus non habuit hic suave. Et Margarita respondit: Quare ergo facit Ecclesia novam letitiam, et concedit carnes in illa die comedere Christianis, et beatus Pater meus Franciscus diebat, quod totus mundus jubilare debet, quia ortum est lumen totius generis humani,

atque

*orai non
dimitti ab ea
visione;*

B timore autem crescente de tanti terminatione solatii, convertit se ad Matrem Domini nostri, dicens: Speciosa Mater et Domina, exora Filium tuum, et dic ei, ut suus aspectus joconditatem mihi non subtrahat, quia nollem ab hoc jocundissima visione recedere. Et si me dispensatione sua remittat, dicatis ei, Mater, quod mihi praestet de reversione ad tantæ felicitatis solatium promissionem. Et quia Christus invitavit eam ad suorum visionem Sanctorum respondit: Domine mi, qui es tu? Sanctus Sanctorum, lumen, dulcedo, et corona eorum, quem solum videro desidero, cum vos video et haluero, ero eorum Beatis omnibus.

162 Tunc invitavit eam Altissimus, ut suis manus e ricatribus signatas tangere non tardaret. Quod agere præ reverentia reuens, amoris signum et confidentiam postulavit. Et Dominus ad eam: In signum dilectionis et confidentiae tibi mando, quod nonnquam loquaris nisi de me. Et Margarita respondit: Domine mi, quia hoc preceptum implere non possum sine adjutorio gratiarum, stiecurrat mihi liberter obdienti misericordia tua: et ipsa solus nosti fragilitatem meam, absconde me a creaturis tuis, et cum loqui nesciam, non me cogas, ut aliquid referam populo tuo vel aliui persone in speciali. Tunc gratissima filia, suis Patribus non ingrata, interrogavit Altissimum, dicens: Domine Iesu Christe, splendor aeterni Patris, quantum diligis Patres meos Fratres Muores, quibus me commendasti? Et Dominus ad eam: Filia mea, maiores sunt apud me magisque dilecti, quam aliqui de mundo. Ad quid verbum cum exultatione perceptum, benedictionem pro omnibus a Sacerdote aeterno Christo Iesu humiliiter postulavit. Qui benedicens eos ait: Benedice omnibus Fratribus Minoribus, filia, ex parte Patris mei et sancti Spiritus. In quo dignatio colloquio effecta senior, adjunxit dicens: Et quid erit, Domine mi, de his duobus Patribus meis electis tuis, qui tui amore tan soliente meæ saluti se inclinaverint? Studiunt, inquit Dominus, semper effici meliores, cum habeant arham aeternæ glorie. Et quid hoc, Domine, quod immi corum permisisti gravari prelationis officia? Cui Christus respondens, ait: Scias quod adversarii mei multiplicati sunt ad tentandum populos meos: et Fratres Minoribus, quibus deli retia predicationis meæ, sentimus animarum.

163. In nocte B. Clarae Virginis, oranti Margarita aspexit unus Angelus sex alas habens: in cuius benedictionem subito tanto fuit amoris repleta in-

*e
Christi vulnera
taugere non
autem pro re
verentia*

C *jubet non lo
quuntur de Pe
Majoribus,*

*quibus benrat
et Christus:*

visitur et bene-
dictus ab An-
gelo.

ei gratias agit;

F

A atque immensum gaudium? Et Angelus ad eam. Verum est, quod gaudium totius mundi natum est: sed amici Dei contristari debent illa die, quia Rex noster natus est ad poenas et diversas tribulationes. Et tu Margarita dicas, quod tali die omnis status fidelium jocundatur. Et ego respondeo, quod tale gaudium Christus Dominus non acceptat. Multi enim sunt, qui latentur in isto paschate, qui finaliter tristabuntur: et multi tristantur in nato puer, qui in eterna gloria latetabuntur. Dixit iterum Margarita ad Angelum: Roga Dominum meum, ut infligat corpori meo infirmitatem consumptivam, ut ipsum de cetero non possim offendere. Et Angelus ad eam: Dominus noster vult ut sis humili, obediens, et reverens: et hoc, quod postulas, erit in voluntate ejus. Et Margarita dixit: Non recedas, Angele sancte, cuius praesentia me laetificat, et benedictio tua de qua me invitatis, inducit novam gratiam, et roborabit in bellis animam meam. Et benedixit eam ex parte Patris et Filii et Spiritus sancti, Matris Domini, et sua, et omnium Beatorum. Et ait iterum Margarita ad Angelum: Roga Salvatorem nostrum, qui novit desiderium cordis nostri, quia nihil sub celo ita formido, sicut majestatem suam offendere, et ejus signa perfecti amoris per negligentem famulatum amittere. Quare tibi supplico toto corde, ut dicas mihi, quantum me diligit, vel quantum coram ipsis oculis displicet vita mea. Et Angelus ad eam: Hæc responsio tibi fiet secundum voluntatem mittentis Dei nostri.

B marimehorret
deceatum:

deprecatur ne
te ei penitus
subtrahat
Christius.

C prepara in
terra reperio a
Gabriele vniuers
tum

Margarita op-
erat tribulatio-
nes, modo in-
-placat Deo,

audivit ipsum dicentem sibi: Es tu in tribulatione? D

Et cum Margarita responderet, Domine tu scis; dixit ei Dominus:

AUCTORE F.

JUNCTA, EX MSS.

qui te mibi conjungunt. Et Margarita respondit:

Domine, tu dixeras ancillæ tue, quod ego jam

conuncta eram tibi per gratiam. Et Dominus ad eam:

Omnis anima, qua in gratia est usque in finem,

si non crescit in gratia, retrocedit. Et Margarita

respondit: Verum est, Domine, quod es in consola-

tione, quia tu es ipsa consolatio. Et Dominus ad eam:

Filia, ego fui quantum ad humilitatem in

magnis tribulationibus. Et tu fuge mundum, quem

tam fugere postulasti, quod adhuc largiar tibi istud

bonum. Et Margarita respondit: Domine, ego me

ipsam fugio, et de me ipsa tibi lamentor. Et Dominus

ad eam: Fiha, et de me similiter lamentaris. Et

Margarita cum tremore dixit: Domine, ideo de te

conquista sum, quia de fuga mundi meum deside-

rium minime complevisti. Vellem namque orum fa-

miliaritate creaturarum carere, ut plenius te cognos-

cere ac diligere possem. Animarum vero zelator, se

ad predicatorum exhortationem convertens ait: Di-

lli parvulo, quem in coelesti Hierusalem magnum

faciam, quod studeat semper in amore meo atque

servitio et in Scripturis meis: et ego dabo lumen ei

ad praedicandum in injurias, quas recipio quotidie a

deceptoribus hominibus, secundum artes eorum et

officia. Numquam enim tam me offendit mundus.

Offendor enim de illo vitio, quod in mea nativitate

punivi, a conjugatis in matrimonio, et a Virginibus

et a nuptiis, per superbiam, inanem gloriam et invi-

diam. Die ergo, quod praedit Evangelium meum,

et vita corrigit: praedit cum auctoritate et ardore

cordis: nec timeat infamantium verba, quia faciam

adducere ejus predicationes agnoscere. Et die ei, quod in

situ meo eum porto, et in statu gratiae, in quo posui

animam tuam, suam portem.

ut placere in-
telligito Chris-
to,
el jubetur
quendam con-
cionatorem
unitare,

162 In festo B. Dlasi, aviditate crescente de

Christi sumendo corpore, cum timore communicavit.

Quo recepto, sentiens gaudium excendens alia cuncta

gandia, dixit, quod ineffabile gaudium erat, ubique

que se offerebat amanti anime Christus, lactitia

Beatorum. Tunc locutus ad eam Christus ait: Ego

me tibi, filia, subtraham. Et Margarita respondit:

Non respondeat subtractio tua, Domine, multitudini

vitorum meorum: sed intuere sitim, quam contineue-

pator de te, et timores, quos habeo, et ob tui reveren-

tiem animi mea sustinet. Satis namque videntur

nibi graves et importabiles istæ poenæ, ut sufficere

deberent tantæ fragilitati. Et Dominus ad eam: Non

recordaris tu Matris meæ, quantum sine me reman-

st in mundo, et præsentiam meum non videbat? Et

Margarita respondit: Domine, si Mater illa gloriosa

stabat in die sine præsenti visitatione, in nocte vi-

sitabatur: et si in nocte, visitabatur a præsencia

misericordie tue frequenter in die. Et Dominus ad

eam: Scias diem transisse cum nocte, in quibus me,

sicut intelligis, non habebat: habebat tamen Archangelum

Gabrielem, quem ad eam præmisseram salutandam, dum de ipsa dignitas sum carnem sumere,

qui saepissime visitabat eamdem. Et Margarita res-

pondit: Domine Jesu Christe, Mater vestra sanctifi-

cata fuerat antequam nata. Et vos (ut ego) offen-

dere non timebat, quia magis erat confirmata in

gratia, quam alia creature. Sed ego ancilla tua sum

velut res quæ non est, et statim desinxit esse. Et ideo

timens ne a te summa vita peccando recedam, tuam

visitacionem desidero, quia sine te perseverare posse

non credo. Et Dominus ad eam: Ego quidem, filia,

tibi ad tempus me subtraham, et tribulationes tibi

crecent et multiplicabuntur. Et Margarita sortiter

Christum amans, respondit: Dummodo tibi placeant,

et in illis tibi serviam, et incessanter laudem nomen

tuum, ea opto, et ad recipiendum me præparo. Et

Dominus: Filia mea, quam feci in penis album per

innocentias puritatem, et robursum per amoris ar-

dorem, in te requiesco, et in poenis tuis mihi servis,

et laudabis me factorem tuum.

163 Feria tertia post priuam Dominicam in Qua-

dragesima, cum reverentia corpore Christi recepto,

Februarii T. III.

ipso in se ser-

vare coribilem

et reveren-

tiem :

et

E

ipso in se ser-

vare coribilem

et reveren-

tiem :

F

nulli rei cor

præbere, nisi

Deo :

AUTORE P.
JUNCTA, EX MSS.

A et laudari faciam. Tu dicas quod in continua fame vivis de me. Et ego dico tibi, quod in majori fame vixi, quam tu: nam corpus meum, quod traxi de Virgine, semper fuit de quiete recipienda famelicum.

166 Post festum translationis beati Patris Francisci, in excessu mentis posita propter promissa ostensa præmia, ita coepit loqui: Nihil horum, quæ promittis, Domine, et ostendis, sciām referre. Et Dominus ad eam: Ego tuus Dominus Jesus Christus volo, quod nunc salutes beatissimam Trinitatem, et gloriosam beatam Virginem Matrem meam, cum tota curia Beatorum. In quo verbo tam immenso fuit repleta fervore, tantoque dulcedine, ut nova securitate percepisse diceret: Tu es ille, qui pro salute humani generis de Maria Virgine nasci dignatus es. Et Dominus ad eam: Es tu digna huic tam mira suavitatis gratia, quam nunc sentis? Et cum Margarita responderet, quod non; quia cum illa non erret posse puti quidquam molestiae in inferno; dixit ei Dominus: Haec gratia non solum tibi pro te conceditur, sed pro filio meis, qui etiam digni sunt. Est autem dignus ille sanguis, qui emanavit tam large de meo corpore in Crucis patibulo pro ingratis. Et Margarita pro quibusdam orans, Domino dicit:

B Exaudi Domine preces servorum tuorum. Et Dominus ad eam: Non sunt preces, sed appetitus superbie, qui cogit eos labore in terra. Oratio enim recta requirit eorū ab omni labe defectuum deficiat, cor humile ad stuarum miserationum notitiam, mense etiam maiestatis cognitionem ac reverentiam optimandam. Requirit etiam cor separatum ab omni strepitu mundanorum affectuum, atque internarum et externarum sollicitudinum. Ego enim, qui sum dignior omni nobilitate, me feci servum et subditum præcunctis humilitorem.

167 In vella sua quadam die Margarita orationi et meditationi divina vacans, audiuit in spiritu vocem dicentem sibi: Veni sponsa in desertum, et esto ibi, ut plenus voces detectori cum Iesu Christo dilecto tuo, et ibi sapiens anima cum divina sapientia commonetur. Et Margarita respondit: Quonodo associaretur tanta simplicitas cum sapientia infinita? Et Dominus ad eam: Nobis de sapientia mirari, noviter nomina, quia numquam de me Creatore tuo, et de subtilitatibus hostis tui agnovisti tantum, quantum cognoscere ameo. Et cum diceret ei: Anas tu me? Et ipsa respondisset: Tu scis, Domine, quia amo te; Sed numquam, Domine, te amavi; dixit C Dominus: Non recipies tu supplicia mortis amore mei si oportaret? Et Margarita respondit: Domine, nec grata, nec innata, debetur mihi, nec alieni creature morienti pro te, quando a paciente supplicia non recedis, sed ex eum ipso. Tunc gratissimum Deus adjunxit, dicens: Dic servo meo, quem tibi in Confessoreum, spiritalem bajulum, assignavi, quod tale studium apponat in omnibus que gerenda sunt, ut merito illius mens vocari possit. Et tu in oratione tua reverentius me invita, et duc: Quando veniam ad te et inveniam te, Salvator Deus meus? Et noli dicere sicut haec tenus dixisti: Veni, vel redi Domine, cum tu dehinc tamquam me indigens reverenter venire ad me.

168 In festo BB. Joannis et Pauli post communione corporis Salvatoris, audivit subito vocem dicentem sibi: Ego sum pams vivus, qui de celo descendit: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in eternum. Pro quibus verbis iocundata mentaliter, gratias egit divina benignitas, quia se permiserat recipi abundantem. Et in excessu mentis evecta, vidit Christi humanitatem candidissima vesto indutam contexta aureis stellis, et matrem virginem indutam auro et colestini indumento. Et cum interrogaret de specioso Angelo, qui astabat, summi fuit Regis responsio quod erat Princeps celestis curie Mi-

chael, qui semper est paratus divinis obedire mandatis, et meam divinam sine labore perficit voluntatem. Invitata vero a Rege, cuius stare, decorum contemplabatur, ex parte vulneris lateralis adducta est, Et quia desiderabat coram facie ejus storie, dixit ei Dominus, quod ideo posita fuit in parte dextera in arrham societatis benedicendorum. Et dixit ei: Tu eredis in debilitatibus tuis desiccare, et recedere de hac vita: sed non migrabis hoc anno de mundo isto, nec in sequenti. Tot enim annorum erit vita tua, quod ordinavit voluntas et sapientia mea: nec diuerum numerum vitæ tue refero modo tibi. Tu dicas, quod frequenter dubitas me recipere: Etego tibi cedo, quod me possis recipere omni die. Nam, sicut Frater Joannes tibi retulit, in omni mei communione anime tua largiar novum lumen, et de plagiis meis hauries tam altas et tam familiares allocutiones, quas mundus capere non potest, nec ei pandendas sunt.

a hoc scriptum. An circulum legendum? an cruculam - b vobis perspicua sentimus. An parte legendum, Christi famula supermodicabile habet. superna amors igne) amplius renovata? — c An exercere gratiam vobis, gratis cooperari? ut potius hoc et merendum, ut merendum, legendum? — De eo actum ad rup. 4. Not c. — e Vulca dies, legendus manus.

CAPUT VII.

De puritate conscientiae et frequenti confessione et communione.

E

F ratrum Minorum plantula, Christi famula, Margarita in sue conversionis primordiis non tantum intebatur confiteri qualibet die, verup etiam cum fletu et planetu repentinos detegebat coram astutis sociis cogitationum incursus. Semel igitur continuatis diebus onto generali confessione cum geminis, doloribus et circumstantiarum expressione mirilla, sicut ei oranti fuerat divinitus præstensa, ad optatum diem B. Joannis Evangelistar, jejunando et vigilando devemens, in oratorio predicatorum Fratrum, populo recedente, appensa chordula ad collum, madida facie, capiteque nudato, coram altari beatae Virginis se prouternens, ad Domini corporis sacramentum tremens et totaliter effecta subito pallida, reverenter accessit. Et recepto corpore summi Dei, inter adstantium brachia insensibilis effecta, declinavit se atque defecit. Tunc præ divini gustus dulcedine coepit serenata facie jocundari, visumque prætendebat Angelicum, ac dicebat: Hanc ebriatam amorem divino lactitiam, quam pro die Nativitatis ejus petieram, in hanc diem Salvator omnium reservavit. Exinde irreverberatis oculis et apertis nihil videns, querenti Domino, qui loquebatur ad cor ipsius, quantum revererat ejus anima, ita respondit, dicens: Domine, maior est nunc anima mea, quam totus mundus, quia in eis vos babeo, quem cieli et terra non capitunt. Et cum fletu postulans dilecti Dei continuare præsentiam, ita de subtractione dulcedinis coepit timere, ut nihil aliud nisi flere liberet. Et ait fleti Dominus: Filia mea, scias indulanter, te enim isto timore ad celum tuum reversuram.

170 Ad tam altissimum sacramentum corporis Christi reverenter se præparans, ante orationem cellum totam purgabat a pulvere, dicens, quod vobis debetem auro purissimo, qua transiunt sunt eum Christi corpore Sacerdotes. Unde liquefiebat ut cera, cum ejus præsentiam sentiebat, et retinebat cereum ad Christi corpus illuminandum. Intantum namque ipsam allexerat divinae suavitatis notitia, et deterrebatur sue consideratio vilitatis, quod aviditatem frequentandæ communionis retardabat humilitas, et formidinem ex adverso mentis aviditas animabat. Propterea valde admirans de pugna tam nova, quam sentiebat in se, cum timore se fletu coepit tanto novitatis investigare principium. Cui Dominus respondens ait: Non timeas, filia, nec mireris, quia quilibet

Confessione ge-
nerali per 8
dies facta,

communicati
fune ad collum
ligato :

in rapto mira
pili gaudioper
fratrat : F

communica-
tu cellam
mundat :

ardet et metuat
communicare.

in summa con-
solatione

fotetur se ea
indignam :

dicit quatis
esse debent or-
atio, ut expon-
datur :

intellatur in
desertum .

Interrogatur,
an auctor :

jubetur rever-
rentius orare

26 Jun.

videt Christ-
ianum, B. Virg.

S. Michaelem :

A quaelibet anima cupiens tam nobilissimum Sacramentum recipere, sic deberet a cunctis purgari defectibus, ut solari munditiae similis videretur et esset.

171 Christi famula Margarita dum in oratione sacratissima Deo diceret, quod tam vilissimae creaturæ se numquam Christus communicare deberet; responsum recepit a Domino, quod splendore tam mirifico non erat induit virtutum pro tantummodo, sed ut a Christo tam dignitatem vocacionis spes desperatis redendi plenaria ad simum misericordia donaretur. Et dixit ei, quod tempus appropinquabat, in quo tam copiosis ditanda erat gratiarum muneribus, b cum summa devotione fideles cuperent audire loquentem, et ejus tunicam lacerare devote, et ad ipsam accederent de propinquis provinciis et remotis, ut eam possent videre et tangere, et a suis pestibus liberari.

a
donatur gratia,
ut aliis prout.

b

c
confiteretur quo-
dile:

qui optimus
illi Confessa-
ritus

invenitur a
Christo, ul-
tate commu-
nicare,

ratio loquuntur
secularibus:

unum quo-
de communica-
re:

fervorem et
rapuum vult
coram populo
tigere:

per conser-
vacionem, a
Christo confes-
sor:

in tentatione, consolabor in angustiis, et ducam in D vitam aeternam. Credisne, quod sim verus Deus aeterno Patri Filius coequalis? Et Margarita respondit: Non solum credo, sed vehementer admiror, quomodo non aliter anima mea liquecet in presentia tua. Et timens ne cum aliquo defectu Christi corpus assumpsisset; benedixit ei Dominus, et dixit, quod purgaverat eam, et recordaretur verbi, quod B. Paulo dixerat: Sufficit tibi gratia mea. Et quia dulcedo illa mirabilis subtrahi videbatur, ob hoc semiviva caput suum reclinavit, dicens. O summa dilectio mea, rogo te ut animam de corpore isto educas ut liberius tecum sim. Ille vero qui sua levitate suavitatem cuncta disponit, in lacrymis postulatus, Margarita dixit, quod ideo ipsam in timore posuerat, ut implerentur omnia, quae de ipsa scripta fuerant, et quod in timoribus suam vitam duceret et finiret.

172 Conscientiam puritatem sectantem c habent Salvator redarguit, quia propter metum circumstantium personarum, fervorem ipsum requirendum cohibuit vel celabat. Mandavit etiam purissimæ sponsæ suæ, ut qualibet die ad minus semel confiteretur Fratri Juneta Confessori suo, tum quia magis eorum praedito Fratre verecundabatur, tum quia plus alii Confessoribus redarguebat eamdem. Et ideo dixit famulæ suæ, quod ratione circa precepit, quam dictus Frater de ipsa gesserat, reservabat eidem munus gratiae specialis. Haec stepe a communione corporis Christi se humiliiter subtrahebat, nunc ex contemplatione majestatis excelsæ, nunc ex consideratione propriæ vilitatis. Ex qua humilitate inclinatus Altissimus ait: Filia, non te subtrahas, ut cœpisti, a me Corporis sacramento, quia sic est cor tuum jam purgatum a vitiis, quod ut me saepè recipias tibi mando. Tu vero confessori priuilegio de tuis defectibus te accusa, et secularibus parum loquere, cum pondus orationis ferre pristino more non valeas propter infirmitates. Ama igitur silentium, et si potes continue confiteri prinsquam comedas, nullatenus negligas adimplere. Et sicut agebas dum ibas ad locum Fratrum, ita prinsquam cibum sumas, confitearis defectus tuos Fratri: et Fratribus supradictis semper detege vitam tuam, ut nulla tentatio te decipiat.

173 Ignis amoris adeo erat in ipsis anima accumulatus, quod tam in publico, quam in privato, in magna Dei dulcedine posita diceret: Domine, Domine ubi es? Ego antem, qui semper fui de statu salutis ejus zelotypus, dicens quid dixerat, Domine Pater et Fili et Spiritus sancte, an Domine Jesu Christe, respondit dicens: Ego illum unicurum et aeternum Deum invoco, qui est Pater, Filius et Spiritus sanctus. Et cum super isto verbo timeret, Dominus dixit ei: Satis, filia, mihi placet modus, quen tenes, quia tua devotionis intentio dirigitur ad maiorem descriptionem meæ dominationis. Sicut namque vicarius meus, in quo posui plenitudinem potestatis, ad maiorem sui status perfectionem non vocatur Papa, sed Pater sanctus; ita in modo tuae locutionis quasi digniori vocabulo utens me ita nominas. Et quia amens hostis deceptionem dicebat, Domine Salvator meus, nihil aliud quero nisi te Redemptorem meum; audivit eum dicentem sibi: Ego sum Christus, de Maria Virgine natus, qui te diro redemi supplicio. Et Margarita respondit: Domine, quid est hoc, quod aliquamlo sic a me videmini elongatus? Christus respondens ait: Noli timere, filia, quia cum tibi videtur, quod deseruerim te, tecum sum, ad tuas sedandas tentationes, et ero, ut mea dulcedine quietius perfruaris.

174 Cerneis se Christi famula Margarita, velut triticum sub tribulo positum, quantum ad ponarum molestias diversarum, quas tolerabat, dixit: Domine Jesu Christe, fili Patris aeterni, qui de Virgine nasci dignatus es, hoc tecum agat misericordia tua ut omnes afflictiones, quas fero pro tui amore et honore nominis, tibi placeant, et in eis de cetero non omittant ciborum abstinentiam, et lacrymarum effusionem, quas mihi hucusque tua curialitate largitus es. Est haec enim consolatio mea, ut numquani corpori meo parcas. Nam si tua mea vult damnare justitia, ut sum digna, concedatis mihi interim, quamdiu vixerim, quod purissime tam mente quam corpore tibi serviam, et in nullo de cetero vita te offendam. Et in isto modo parata sum pergere ad punas. Christus autem sue pietatis aures ad has humiles preces inclinans, ait: Filia recipe mo sapius solito, quia per mei corporis visionem, et sumptuose devotam, ad tam multiformium munera gratiarum ascendere meruisti. Et hoc fuit tua magnum salutis, et consolationis principium. Nec mireris, si post acceptam requiem plus non affligeris et tentaris, quia prægustata suavitatis subtractio tibi fit ad tua fidei maiorem probationem: namque me tecum sentis, te nulla pena pinguis: sed cum subtrahi tibi videor, in angustia remanes. Et tamen tecum sum per gratiam, quare quoad dulcedines videar absentatus. Sustine igitur cum omni patientia penas tuas, quia tu posti quare pateris tot adversa.

A Et quid dices, si non dimisero tibi nisi timorem, a-

morem, temptationes et pauperes?

*AUCTORE P.
IUSTA EX SS.
Iubetur redire
ad priorem
cellam, nec cu-
rare hominum
dicta:*

*Ibi specie ser-
pentum trahantur
a diabolo:*

*non comedit
die Veneris,*

*jubetur tamquam
communicare;*

*damonem tur-
pia conturbantem*

*precibus et la-
crynis fugat :*

*docetur quam
mundus esse de-
betur Sacerdo-
tes;*

*purgatur sub-
tractione con-
solationis:*

*jubetur abin-
nere alloquio
secularium
Confessariis
præroganda,
quibus suis in-
struant.*

176 Revertere sine dilatione ad illam cellam, ad quam te Frater Joannes redire jusserset, ubi voces tui devoti servoris securius elevabas. Et quia tibi videtur, quod ingressus iste, propter apparentiam levitatis, materiam præbeat alii murmurandi, hanc verecundiam parnalem ideo tolera, quia mulier te invitanti ad aliam cellam non expressisti tuam plenaria voluntatem; sed excusando te dicebas, quod eras ire parata, quoque Fratres, quorum cura commissa es, te locare decreverint. Revertere, inquam, ad cellam illam, in qua te antiquus hostis in serpentum specie molestabit. Tu enim scis quantas consolations in superiori cella, ad quam de mea voluntate perrexeras, recipisti, juxta promissionem quam tibi feceram. Et si dubitas de murmuratione loquentium circa hoc, recordare quod de me vero et summo bono etiam extitit murmuratum.

177 Passionis Christi vestigia Margarita sequi desiderans, nil in diebus Veneris gustare volens, nisi morem et luctum, diebus illis communicare nolens. Quapropter Salvator locutus est ei, dicens: Cur me die Veneris recusas recipere: in qua velocius ad me deberes accedere, quam in Nativitate mea vel Resurrectione, cum illa die magis humano generi me conjunxerim per amorem? Illa namque dies est, in qua extensus in ligno Crucis per amoris amplexum totum genus huic unum, sicut pater unum illum, amplexatus sun.

178 Altera vero die tentator, ipsius cellam ingrediens, quia principis tenebrarum perficere jussa contra Margaritam non poterat, quasi dolens et moerens dicebat in cella: Heu, heu quo ibo? quomodo indignationem me trinitatem ad istam, quae suis me vicit orationibus, ferro potero? Et post modicum audaciam fingebo cum simulata lactuca, sectando per cellam orantis et flentis, cantavit turpissimas cantationes, et Christi famulam lachrymantes, et se Dominum commendantes, procaciter invocabat ad cautum: qui quoniam a Helyo incutens ejus nequivit suspendere, turpissimis impropriis spiritus fodus utens blasphemavit eamdem. Et quia vasculum sanctitudinis Christum ferens non poterat quicquam in se recipere, quod divina majestatis oculos posset offendere, tentantem precibus et lachrymis repulit ac ejecit.

179 Ut ad Christi corpus suscipiendum cum reverentia quilibet se disponat, Salvator inveniat in his verbis: Filia, inquit, conqueror tibi multum de irreverentia Sacerdotum, qui me in tam magna multitudine quotidie tangunt, nec me diligunt, nec agnoscunt. Si enim me veruciter agnoscerent, scirent quod nulla posset in celo creatus similitudo, pulchritudo reperiari per aliquem, cui debet Sacerdos celebrans comparari. Et tamen me pollutis manibus intigerem non vererentur: sed magis faciunt de me forum, quam de into facerent platearum. Ad quod verbum Margarita, timore percussa, Christo respondens, ait: Cur ergo, Domine mi, tam saepe cogitis, et tam frequenter me invitatis, ut sic indigna vestrum recipiam corpus? Cui dominus: Ego quidem, Filia, veteri Dei Patris Filius de Maria Virgine natus, jam te purgavi a defectibus tuis: et ideo benedico te ex parte Patris mei, mea, et sancti Spiritus, et beatae Virginis Matris mea.

180 Quidam mane post communionem corporis Domini Margarita super tam dignitativa Domini condescensione admirans, dixit: Cur, Domine, in cornuta Iudea et aliis te tam humiliasti: Et nunc te ipsum largiendo hominibus? Et Dominus admirantem respondit: Filia, multi sunt hodie Iudei similes, a quibus me sacramentaliter recipi et tentari permitto. Sed quia tu amore mei te scipio existi, et enemis rebus inopeo te fecisti, gratiarum donis te induam et di-

tabo. Quare in tribulationibus tuis ne timeas, quia te mihi unient et acceptam facient per amorem. Et *paupertate et tribulationibus unitur Christo*

181 In octava S. Laurentii, tanta post communionem corporis Christi fuit repleta dulcedine, quod præ desiderio recipiendi eum sequenti die, dicebat: Domine Jesu Christe, infinita dulcedo animæ meæ, ego indigna famula tua cum desiderio me invito pro die crastina ad sacramentum tui corporis recipiendum. Ille vero, qui se desiderantum vota non spernit, dixit quod die quolibet dabat ei de communione desideratam licentiam. Ego feci, inquit, maius donum tibi in Cruce cum passibiliter me donavi, quam sit istud. Et Margarita respondens, ait: Verum est, inquit, Domine, quoad pœnam, quam tolerasti pro nobis, quos tam caro pretio redemisti. Cujus gratitudini se Christus inclinans, Margarita respondens ait: Tu es creatura mea, et ego Creator tuus; filia, et ego pater, electa, et ego electus, quem præ omnibus elegisti. Ego Dominus tuus, et tibi non dico ancilla, sed socia mea es. Tu alba per innocentiam in me facta, et rubicunda per ardorem caritatis. Non ergo timeas me recipere omni die, cum in anima tua locum quietis paraveris humiliiter et devote.

182 Die quadam sumpto filio summi Patris, tanta fuit subito pace repleta, ut alte clamaret, et diceret, se esse in deliciis summi Dei, et beatæ sentire gaudia Paradi. Cui cum Christus diceret, si esset satiata mentaliter, respondens ait: Domine Jesu Christe, talia sunt gaudia tua, quod etiam in celo gaudens esurire credo per incrementum aviditatis. Tanta etiam panis in te, quem modo sumpsi, me fortitudine roborasti, quod omni debilitate remota, ot infirmitate sublata, me vera joecunditate replesti. Et Christus ait: Cur ergo me non recipias omni die, cum in te locum odoris et quietis reperiam? Et quia timere coepit, ne fervor de domis et consolationibus promissis conceptus pateret adstantibus, rogavit omnes qui aderant præ devotione plorantes, ut sine mora exirent de cella. Verum lux vera sui communicativa nobis æqualiter dixit ei; Non loquar tecum, si emiseris assistentes, cum fecerim te speculum peccatorum.

183 Sequenti die communicans, vix Dei lamula Margarita superinfusam laetitram potuit tolerare: quæ niro modo completa dulcedine, audivit Christum omnia dulcorantem, dicentem sibi: Fila mea electa, benedico tibi ex parte Patris, mea et Spiritus sancti, nee non et beatissima: Virginis, de qua carnem sumpsi, in qua multa tormenta sustinui. Et deo tibi, quod in subtractione mea tu punicis et purgo de tuis offensis. Et quia majora secreta suscipes, quam unquam senseris, priusquam ad ipsam pervenias, afflictiones non modicas tolerabis. Reccede ergo a secularium accidentium locutione, sicut haec tuus desiderium habuisti. Quanto namque ab eorum consortio fueris separata, tanto propinquior ero tibi. Et diecas Fratri Juncta, quod pareret se ad impertiendum tibi tuæ salutis consilia, secundum ordinem sacrarum Scripturarum, que quidem consilia semper circa te diligenter prærogabat. Et tu ipsius reverenter utaris consilium, et te recommendo eidem, sicut olim te commendaverant Fratru Joanni defuncto.

184 Dominica vigesima tertia post Pentecosten, in hora dii prima, recepto cum reverentia corpore Salvatoris, audivit Dominum dicentem sibi: Fila, credis tu, quod ego sum Dominus Deus tuus? Et Margarita respondit: Creator meus, Pater et vera iocunditas cordis mei, eur me interrogas? Et Dominus ad eam: Fila, in majori parte hominum quam hucus seculi, quantum in eis est, morior: et pauci sunt in quibus vivam per gratiam. Intantum etenim me

A me offendunt, quod si in me vero Deo cadere posset pœnalis affectus propter horrorem vitiorum, quem commitunt, striderem cum lacrymis, dum communicant. Nam me indigne recipiendo, denso crucifigunt, et porrigunt avariaris poculum quam propinatum milii fuerit a Judeis. Propterea recordare, quod sicut pernisi me tangi, et portari in sanctam civitatem, et excelsum montem, ab hoste antiquo; et ita nunc injurias patior ab indevote suscipientibus et sine reverentia tractantibus me. Unde dicas Fratri Juncta Confessori tuo, quod mandans ei ex parte mea, ut nemini de cetero præbeat corpus meum, nisi sit persona religiosa, vel secularis, quæ sui vultus curiositatē spreverit, vel deserere sit parata, et in meis beneplacitis et præceptis disposuerit se serventer; nimis enim offendit in communionib⁹ secularium in vita eorum. Va autem illis, qui me indesinenter offendunt, ut sine suarum correctione culparum sumere me presument, quia contra eos alibi examinatio dura fiet. Et quis per conscientia lumen a gratia illustrata, notitiam habet de statibus plurimorum, hic est gladius, quem te docuit Frater Juncta. Para te interim ad tribulationes, quia venies in multarn contemptum personarum: quia vilificatione de te facta erit loco martyrii, quod non infligitur modo sicut temporibus tyrannorum. Tunc præ timore ne me offendas, parvæ poenæ tibi maximæ videbuntur. Sed ne timeas, filia mea, soror et socia mea, cum in presentia personarum minuentur consolations tibi. Nam ideo fieri ita, ut mundo despectior habearis tuæque gratia securius consequerentur.

B 185 In Nativitate filii Dei secundum carnem, puer ille qui omnia fecit verbo virtutis sue, dixit: Filia, quæ es in poena, pete modo quicquid vis. Et Margarita respondens, ait: Domine Iesu Christe, concedatis mihi, ut numquam vos offendam. Et ait ad eam Dominus: Non queris tu vita supernæ regnum? Et Margarita respondit: Concedatis mihi, Domine mihi, hoc donum, quod postulo, ut vobis semper serviam, et numquam vos offendam. Et postea mittatis me quocumque vultis. Quod verbum in tantum Nato de virginie placuit, ut ei diceret: Tu es ancilla mea, propter statum culpas præteritæ, famula mea propter obsequium pœnitentia, soror mea in statu gratiae, et filia propter arrham aeternæ gloriae.

C 186 Post hujus diei solennitatem convertens se Margarita ad suorum memoriam delictorum, in cordis umaritudine, et indicibili copia lacrymarum, generalem confessionem continuans in fletu rauca est effecta, et præ diebus octo nec quasi cibum sumere potuit, nec dormire. Confessione completa comaram me Fratre Juncta usque ad minimum vitium, in octava Innocentium recepit Christum honorum omnium largitorem, dicens: Domine Rex optime, hoc donum postulo a misericordia tua, ut vita mea tibi serviat, et per exemplum meum te laudent omnes creaturae tuæ, et numquam tuam valeam offendere majestatem. In tanto autem fervore tunc excrevit, quod extra cellam egrediens pro desiderio audiendi Missarum solennia, etiam verbum Dei, currebat ad locum Fratrum: et venisset, nisi quia ego suus Confessor, qui aderam, reduxi eum in suam cellam, et respondit Domino interroganti, si esset in jocunditate maxima dicens: Domine, jocunditas tua est infinita et invisibilis, et gaudium, quod de te sentio, est inæstimabile. Et interrogavit eum, si ejus confessio tam dolorosa, suæ placuerit majestati? Et Dominus ad eam: Tu es, quæ per sollicitudinem continuum facis te nova gratia dignam.

187 Paulo post audivit pulsari campanam quamdam cuiusdam ecclesiarum secularis ad levationem corporis Christi, ob cujus amorem statim rapitur, et in manibus Sacerdotis vidit puerum speciosum, nive

candidiorem, indutum auro purissimo: sed manus D

AUCTORE F
JUNCTA EX MSS.
i: del in rapitu
Christum spe-
cio: una Sa-
cerdotie migris
manibus ele-
vare,

et pro eo orat:

tenentis eum omnem nigredinem excedeant. Et ait Dominus ad eam: Videtur tibi, quod ego Creator tuus sim speciosior omni re? Et illa respondit: Domine mihi, dicere non valerem admirabilem pulchritudinem tuam: sed risus meus in fletu vertitur: tum quia te Regem Regum video tam irreverenter tractari, tum quia cum dolore ac timore clamare compellor, Misericordia, misericordia, misericordia, pro illis fedissimis manibus, ut gratia tua remissionis purgentur. Inclinans antem se pietas summa ad preces filiae supplicantis, respondit: Paret se Presbyter ille, pro quo misericordiam implorasti per custodiam sui ad pœnitentiam dolorosam, si volt misericordiam invenire. Et dicas Fratri Juncta, quod magna pars illorum tam fidelis manibus me contingunt. Rediens autem ad usum sensuum, coepit dicere Pater noster, et ultra Qui es in celis, propter mentis ebrietatem dulcedinem usque ad diei serum saepius inchoans, procedere ulterius minime valuit. In hac etiam visione felici Christum audit dicentem sibi: Corpus meum, quod tam candidum conspexisti, repræsentat humanitatem: sed aureum caput et indumentum, assumente divinitatem. Post haec accessit Angelus ejus custos, et cum letitia dixit ei: Confortare in Domino Margarita, quia senties de dulcedine, quam in patria degustauis, priusquam venias ad consortia Beatorum, et parum durabit tibi.

188 Sabbato inter octavam Epiphanie, sumnum bonum, quod in se continet, nonne bonum, communicando suscipiens, audivit ipsum dicentem sibi: Es modo filia contenta et consolata? Et dum responderet, quod sic, ait: Para igitur te ad recipiendum me saepius, quia in anima tua locum quietis et dulcis amoris invenio. Et Margarita responsum: Domine tu solus me preparare potes ad condignam receptionem tam inæstimabilis Sacramenti. Et Dominus ad eam: Verum dixisti, sed adhuc studium ex parte tua, ut animam puram teneas atque dulcedinem: et cum talis fueris, sapere communica: et dicas bajulo tuo, quem tibi concessi, ut ipse sibi agat. Et Margarita respondit: Domine, si bonitate tua, a qua omnis virtus descendit, haec quæ mandas invenientur in me, nihilominus frequentare timerem tam altissimum sacramentum, dum meam considero vilitatem. Et Dominus ait: Quamvis, filia, verum dicas, sperare semper debes de misericordia mea. Et ego a te recedere volens, remanendo tecum do tibi paternam benedictionem. Et Margarita respondit: Domine, quando facies sermonem illum terrore plenum, in quo etiam Confessor mens timebit mecum, sicut promittis? Respondit Dominus: Sermonem illum tibi faciam, quando erit voluntas mea. F

189 Ad tam altissimum sacramenti remedium invitata a Dominino saepius frequenter, Christo respondit, dicens: Cum ero, Domine, in pelago variatum penarum quomodo recipiem vos? Et Dominus ad eam: Precipio tibi ex parte Patris, mea, Spiritus sancti, nec non beatissimæ Matris meæ, B. Pauli, cuius hodie festa celebrantur, et totius exercitus Beatorum, ut tunc saepius recipias me, fiduciam plenariam de mea misericordia tecum ferens. Benedico autem tibi, si hoc feceris, ex parte Matris meæ, et omnium electorum: et mittam tibi Angelum meum. Ad quod verbum Margarita respondit: Libentissime, Domine, ipsum volo; sed libentius opto Creatorem omnium Angelorum. Paullo post Angelus interrogavit eam, si vellet aliquid postulare. Cui Margarita respondit: Dominus Jesus Christus novit cor meum: et quoniam sit nuntius desiderii moi coram ipso, tu reverende Angele Dei digneris pro me a Domino impetrare, ut semper ei serviat vita mea ita perfecte, ut ipsum de cetero non offendam.

190 In festo Purificationis purissimæ Dei Matris famula

invitatur ut
sapere commu-
nicet,

(sed bene pa-
rata)

præcepit in
tribulatione:

Angelum orat,
ubi impetrare
ampius Deum
offendat:

AUCTORE F.
JUNcta. EX MSS.

*in desolatione
item cummu-
nare anima-
tor a Confes-
tatione:*

*a Christo
Mater pecca-
torum appelle-
latur,*

*et Lignum cam-
pi
quare?*

*quid la ea imi-
tationis peccato-
res?*

*orat securita-
tem:*

A famula Christi repleri avida de corporis Christi communione, sed humilis humilia de se credens, dicebat se despiciibilem coram Deo, quia subtraxerat ei consueta sua suavitatis gaudia. Ego autem immensus ejus Confessor, de Scripturis divinis cum ea loquens, exco ad fiduciam cor timentis, ita quod statim confessa est, et absolutione recepta, mandavi quod sine dilatione Christum recipere, etiamsi consolationes pristinas esset nullatenus recepta, tum quia novum gratiae donum in Communione recipere, tum quia ex Christi susceptione robustior fieret contra invisibilium hostium tela nequissima, et dolosas tentationes. Confessione autem generaliter facta, misit ad Sacerdotem, de cuius manu Christi reverenter suscepit corpus. Sed quia more solito statim consolationem non senserat, timenti et flenti et conquerenti Christus respondit, dicens: Filia, noli mirari, si me citius non sensisti, quia gustus animae tuae, primumquam me reciperes, non erat dispositus. Idecirco tibi me talem praebeo, qualem te reperio. Et Margarita Christo respondens, ait: Domine, ego te recipere dubitabam, quia non videbatur mihi, quod ad tam altissimum sacramentum recipiendum disposita esset anima mea. Et Dominus ad eam: B Filia, quia mihi placet, quod tu recipias me, qui prelai tibi adjutorium ut venires ad me, praestisti cum Patri peccatorum. Ego enim feci tibi peccatorum matrem; et qui impedit te, impedit matrem meam. Super quo verbo admirans et stupens, audivit: Si eut ego beatissimam Virginem Matrem meam feci pro salute humani generis, ita et ego elegi te in speculum, et modo in peccatorum matrem. Tu enim es speciosissima facta per gratiam coronam me in celo, et sanctam faciam te in terris; et non dicunti, quod faciam, quia ornata per misericordiam facta es jam. Tu dicas te medium virtutibus, et ego dico tibi, quod tu es ornata. Tu dicas te pauperem, quia me creditis carere; et ego infinito thesauro te ditavi. Filia, in qua locum quietis inveni, non te nomino Lignum horum, sed campi: quia tanti odoris eris, quod naras vitiis olituratas, quae me nunc minime sentiunt, apries ad sentiendum odorem tuum, et sicut desert aura odorem filii ita ego portabo odorem tuum longe lateque, ut campi lignum merito nomineris. Et quia mirabilis illa, quam de Christo sentiobat suavitatis dulcedinem, eni interpolatione dudatur; admirari coepit et dicere, cur hoc esset? Cui Christus dixit: Non mireris, si me talem tibi dono, qualem te inventio: mens uniuersus sparsa est, et in multis laboribus tediosa. Vide Magdalena, eni me talem presentavi post resurrectionem in horto, qualis erat apud se ipsam. Sealam peccatorum te feci, ut per exempla virtutum pergant ad me. Et Margarita respondit: In quo virtutibus exemplo peccatores imitari me possent? Et Dominus ad eam: Imitabitur abstinentias tuas, jejunitam tuam, humilitatem, et traholationes, quas amore meo alacriter receperisti. Imitabitur humilitatem sancte conversationis tue, et mansuetitudinem, quam habes in vita tua. Imitabitur honestatem tuam, et sollicitudinem, quam habes de fuga mundi.

B 191 Cupiens itaque super cedestri dulcedine inhaerere, interrogavit dulcedinis fontem, dicens: Magna sunt, Domine, que ostenditis, sed mihi non affirmatis. Et Dominus ad eam: Non habebis securitatem quam petis de te, nec otium illi qui corrigit te, quondam vixeris. Et Margarita respondit: Et quare, Domine, semper dum mihi inquieris novam mihi facis de tuis donis promissionem? Et Dominus ad eam: Idecirco hoc ago, quia qualibet die usque ad tuum obitum nova gratia dona recipies, et cum eis novas afflictiones: et tu hodie novum gaudium receperisti, sed Mater mea in die Purificationis secundum Legis observantiam isto fuit privata gaudio,

duna a Simeone me tenente in ulnis praemuntiatus existit interne gladius passionis. Et Margarita respondit: Bene credo, Domine, Christo vero seruorum perficiente, Margarita dicenti, Domine, si parvum sermonem facis, securitatem des mihi, ut quondam vixeris, vobis sine vestrorum transgressione serviam mandatorum. Et Christus ait: Assecuro te, quod quondam vixeris, numquam mortaliter me offendas. Et Margarita respondit: Domine, ego credo vos offendere semper in afflictionibus meis, et temptationibus tam dursis. Et Dominus ad eam: Tu purgabis in pennis simorum tuorum.

192 Puritatis amator Jesus Margarita puritatem querenti cum lacrymis, dixit: Quantum potes recordari de cogitationibus, loquelis, et omnium quae audivisti cum displicientia mea, dic Fratri Junctæ Confessori tuo. Timensque Margarita preceptum hoc non posse perficere, respondens ait: Quomodo possem, Domine mi, omnium defectuum recordari, cum navigem inter marinos tempestuosos fluctus hujus seculi? Et Dominus ad eam, quantum diligis me Deum tuum? Et Margarita respondit: Quare me de amore interrogas? Tu es Deus meus, Creator meus, Redemptor meus, quem suppliciter rogo, ut non facias tam arctum preceptum de tuo recipiendo Corpore.

193 Cum oraret Dei famula Margarita, audivit vocem dicentem sibi: Prepara te, o stella, quia Sol justitiae descendere vult ad saeculum in te seidemnam, et suos vult radios extendere pietatis atque justitiae. Sed surum aspernatris lumen Margarita haec audiens, dixit: Si placet tibi, nolo hoc dicere Fratri Junctæ. Et Dominus ad eam: Dic ei et Fratribus, quod abscondant te: et tu abscondere, quantum potes. Tu enim stare vis ad ubera consolacionum mearum, et nolles te communicare filiis meis. Bene poteram te secrete solam vocare, et ad regnum duocere Paradisi. Et Margarita respondit: Ego considero fragilitatem meam, et desidero solum vohiscum esse; et ideo filiorum vestrorum non recordabar: venientium si de hoc vos offendi cum timore et tremore dico meam culpam. Et Dominus ad eam: Si es es plena caritate, compatereris penitus meis, quas pro peccatoribus passus sum, et filii meis, quos redemi. Et Margarita: Domine, egodico meam culpam de modica caritate, quantum ad sollicitudinem, non quantum ad desiderium, quod in mente gerro, et supplico ut facias in plenam misericordiam. Et Dominus ad eam: Numquid non dixi tibi, quod tu eris lumen cœorum, et qui caritatem habet, ad filios meos, me diligit?

194 Dic etiam illis meis Fratribus, quod non faciant sermonem de inanibus, sed de verbis Evangelii et epistolaram B. Pauli electi mei; et non eurent de murmuratibus populorum, quia de me omnium Dominus fuit murmuratum. Dic etiam iterum dictis Fratribus Minoribus, quod ipsi retia a me sancti Evangelii in majori auctoritate, quam omnes qui prædicanter in seculo et sancta Ecclesiæ verbum meum, quibus mundo, ut recommandatam habeant mortem meam, ut dico predicant, in corde suo ferant meorum ordinem tormentorum. ex hac enim morte materialem habent deterrendi homines ne peccent, et alliciendi eos, ad promissam et acquisitam tanto pretio beatam felicitatem: et durant peccatoribus, qui me in illo vita offendunt, quod ponivi in Nativitate mea, quod novus exercitus demonum de inferno egressus est ad generationis humanae vexationem. Idecirco mundus plus solito indiget prædicacionem. Item dixit ei: Tu dicas, filia, quod amas me; et ego dico tibi, quod non est, creatura aliqua sub celo, quae credit vel cogitet quantum diligo te: et doles tu de offensu, quas egisti contra me? Et Margarita respondit: Tu, qui omnia nosti antequam fiant, scis si deo, et quantum doleo.

*solum intelli-
git, non pecca-
turam amplius
mortaliiter;*

*jubetur omnes
defectus accu-
rate confiteri,*

*peccatorum
salutem cura-
re.*

*et dicere PP.
Et nolle illus
querdam ser-
vanda circa
conclusiones i
d*

A 195 Dictaque culpa de præcepto Domini coram ipso de offensis omnibus ab hora baptismatis usque in illa hora quomodo cumque patrat, audivit Christum dicentem sibi : Et ego, filia, te absolvio ab omnibus offensis tuis, quas egisti cogitatione, loquutione, et operatione, a tue nativitat exordio usque nunc. Tunc ex inopinata gratia, quam recepit, in lacrymis liquefacta exclamavit, dicens : Angelici omnes exercitus, cœli, aer, ignis, mare, terra, et omnia que in vobis sunt, laudate pro me Creatorem nostrum de tam infinita misericordia, quam fecit mihi maximum peccatum. In Cauditorumque omnium mentem levans, ait : Ego ancilla tua, que anno a te recepi cunctorum meorum absolutionem defecatum, retero tibi summo et æterno Sacerdoti gratias sine fine. Postquam vero gratis, sine omni merito tam large mihi parcer voluisti, coucede mihi ut in spiritu audiā quod post absolutionem suam B. Mariae Magdalene dicere dignatus es. Vade in pace : et misericordia tua roborata virtute, te de cetero non offendam. Cujus precibus Christus aeneus, ait : Et ego, filia, tibi confirmo gratiam, quam petisti, ut non quam mortaliter me offendas : in cuius signum te iterum benedico. Tu dixis mihi, quod ego sum Pater tuus, et ego dico, quod tu es filia mea, que dicens quod amas me. Et Margarita respondit : Domine, idias præcepisti mihi de communione frequentanda : sed in ea multa impedimenta sustinui. Et Dominus ad eam : Crede, filia mea, Fratri Juncta Confessori tuo de primis tentationum motibus, et cum tensione peccatoris statim dicas culpam tuam. Nec tamen tali confessione contenta sis, cum postea Sacerdoti poteris, et scieris confiteri, sed de his cum facultatem confidendi vel memoriam non habueris ; ego tuus protector ero : neque timeas, quod tibi Confessor desit : quoniam in tuis necessitatibus tibi provideri faciam de Confessore. Cave tamen, ne Confessorem tibi deputatum recuses, sed ei totaliter aperias vitam tuam. Tunc Dei famula Margarita cepit altissima voce clamare, dicens : O infinita misericordie pietas, cui tantum inclinamini, ut velitis esse meus Sacerdos et doctor ! O infinita misericordia mea, que nunc dimisi mihi culpas omnes preteritas et presentes ! Domine, inquit, mi, offendio te in fuga creaturarum. Et Dominus ad eam : Non ostendis, tum propter situm, quoniam habes de me, tum quia tuam fugis fragilitatem.

B 196 Dicit Margarita Salvator : Nullum de certe, filia, iudices, nulliusque vitam despicias, et animam nullam speras. Propter quod Margarita obediens cupiens, respondit et dixit : Domine mi, facies mihi unquam gratiam de fuga creaturarum ? Et respondens Dominus, dixit ei : Filia, sine Fratres meos Minores te ponere et tractare per manus quae eis placuerunt : quia ipsorum regumini et curæ totaliter te commisi. Et Margarita haec audiens, Christo respondens, ait : Domine mi, cum velim penitus a seculo separari, ipsi me non ponant in solitudine, sicut desiderat anima mea. Et Dominus ad eam : Filia, ideo te non ponunt, quia tu es stella mundo, concessa noviter ad cœcos illuminandum, devios reducendum ad viam rectam, et erigendum lapsos de sarcina delictorum. Tu es vexillum novum, quo redcentur peccatores ad me, sub quo et peccantes devote funderent lacrymas suas largiter et suspiria. Et quia humilis Margarita de his, quae promittentur, fiduciam propter suæ vilitatis contumum non habebat, audivit vocem dicentem sibi : Ego Christus Dei filius, de Maria Virgine natus, adimplendo promissa mea, et usque ad finem tuum cresces in ardorem majoris dilectionis.

C 197 In die Calendarum Maii novam moutis intravit cellam Dei famula Margarita, ut tumultum ac præsentiam fugeret personarum. Qua ingressa, mi-

sit pro Sacerdote S. Georgii sene Domino, et Fratri D. Juncta, a quo facta pro mane crastino petit corpus Christi. Facto igitur mane Sacerdos accipiens pixidem hostiarum non consecratarum obtulit ei, cogitans corpus Christi. Hoc nimurum accidit Sacerdoti, quia propter inæficas, quae corpus Christi de ecclesia furabantur, Christi corpus in vase firmaverat intra domum, in qua pyxis erat juxta pyxidem posita de hostiis consecrandis : qui propter defectum memorie, et affectum celerioris accedendi, detulit pyxidem quam non dehuit. Domini autem famula Margarita, nullam sentiens in communione dulcedinem, ut solebat, suis ascribebus defectibus, indulgentiam lacrymis inconsolabili postulabat. Mæstorum autem consolator mirificus, dubitanti et flenti respondit, dicens : Filia, ne plores, quia Sacerdos ille non dedidit me tibi, ideo mea suavissime suavitatis praesentiam non sensisti. Hac responsione percepta sine dilatatione pro ipso Sacerdote remisit, et interrogavit eum, quare non dederat ei Dominum Jesum Christum. Qui cum verecundia ei respondens, assignavit rationem superius enarratam. Ex tunc plena fide Margarita tantum de Sacerdotis obliuione timorem capi, quod potius volebat a communione desistere, quam in præterito deceptionis dubio plus affligi. Cujus dubium Agnus innocens evanescere volens, in sequenti communione locutus est Margarite, dicens : Ego sum Jesus Christus, Dei vivi coeternus filius, qui mundum visitavi, et de Maria Virgine carnem sumpsi, in cuius signum Matrem salutans dico, Ave Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Tu dixisti Fratri Juncta, quod permetteret Dominum suam peccatricem acriter verberare, et non doleret tantum de afflictionibus tuis. Verum dixisti, nam mea peccatrix es, quam intus et extra mundavi, et cum qua plenissimam pacem feci.

D 198 In eadem cella sequenti die, summa cum reverentia recepto corpore Salvatoris, audivit eum dicentem sibi : Tu miraris, quod non loqueris ita sape tibi vis; sed si tantum servire tibi, dignum est, antequam ad plenarium consolationem pertingas, servias mihi cum oratione et lacrymis, desiderio magno et suspiris dolorosis. Tu etiam cum timore interrogans, si tua vita status mihi placet ? Et ego dico tibi, quod desideria tua, quae habes de me, mihi accepta sunt. Tamen venialiter me offendis, quia in visis et auditis distractionem recipis ex timore, cum deberes solum cogitare de me. In aliis vero tuis operibus nulli places. Et Margarita respondit, dicens : Domine, tu nosti quod non habeo sollicitudinem de rebus a populo subtrahendis pro me, que tantum paupertatem desidero, sed ne begula et pauperes, qui recurrent ad me, indigentias suæ damnum patientur pro me, et ne de receptione rerum præbeatur de edificationis exemplum. Et Dominus ad eam : Numquam scrutaris terrena : sed menum præsepe, meam paupertatem, eunam, magnos labores, præditionem discipuli, et immensa supplicia, que in Cruce sustinui.

E 199 / Reverentissima Christi famula Margarita irreverenter vitium tota mente detestans, audivit iterum Christum sibi dicentem : Tu, filia, dulcitas, me recipere de manu Sacerdotis S. Georgii, quia tibi videtur quod irreverenter me tibi præbeat. Sed ne timeas, quia recipio reverentiam cordis tui. Et quamvis actus snorum sensum mihi displicerent, noui tamen displicerit mihi oratio pro me ordinata ad tamen altissimum Sacramentum, ad quod descendeo. Si autem maiorem fidem et devotionem habes in recipiendo me ab uno Presbytero, quam ab alio, scis, quod quia libentius me concedo per manus hominum quam malorum, ideo majora signa gratiae conferuntur in manibus corundem.

DOCTORI F.
JUNCTA, EX MSS.
e

Malificor cor-
pus Christi de
ecclesia furan-
tur.

Notiam non
consecratum
sibi proximum
divinitus co-
gnoscit :

ne id alias fiat
valde ang-
tur.

Jubetur solu-
de Deo cogi-
tare,

nee terrena
terrare,

studiosa rete-
nentu ergo ve-
nerabile.

AUCTURE F.
JUNCTA, EX MSS.

*arguitur a
Christo, quod
despiritualibus
solatis sollici-
ta.*

*minus laborei
pro conversio-
ne peccatorum.*

g

A 200 Quodam sabbato in mane desiderium habens adhuc majorem de Christo sentire latitum, dixit, quod volebat plenus gaudium de Christi gustare praesentia. Ad quam petitionem Christus interrogavit eam, dicens: Quomodo tu es digna tam grandia postulare? Et Margarita respondit: Non sum digna, Domine Iesu Christe, sed ad solam misericordiam tue sedem configio. Cui Dominus: Tuus gustus infirmatus est, quia gratias, quas tibi donare dignatus sum, non tibi concessi propter te tantum, sed etiam propter amorem illorum, qui me, quantum in eis est, in Cruce reponunt, et tamen eis paterna pietate, ut ad me redeant, in omni re misericorditer descendeo. Et tu es indiscreta, quia non curas lactare nisi te; et de redemptis filiis, pro quibus tantam gratiam feci, curare non vis. Et Margarita respondit: Domine, si haec via ultior est filii tuis, reducite me ad sermonem vestrum, et ad pristinæ nostra familiaritatis statum. Et vereor, Domine, quia factus Sacerdos meus ad absolvendum me. Unde tibi Sacerdoti aeterno de indiscretiis meis dico meam culpam. Et Dominus ad eam: Non sum contentus, ut mihi soli de tuis defectibus dicas enipam tuam, nisi Confessori tuo integraliter studeas confiteri. B Cum autem hoc egeris, recordare, quod leprosos misisti ad Sacerdotes secundum Legem.

B 201 Et quia in suorum rememoratione defectum tota replebatur letitia, dixit: Domine, quomodo potuit Mater vestra tam ineffabilem gaudium sustinere, cum vos concepit de Spiritu sancto? Et Dominus ad eam: Sicut volui per potentiam et sapientiam meam, ita et potuit. Quid est, inquit Deus, quod tu es filia mea, et ego non sum pater tuus? Quod horum prius eligeres, an quod ego essem tuus pater ex parte mea, et tu non esses filia, vel quod tu filia, et ego non essem pater? Et si vis super hoc consilium, do tibi licentium requirendi. Anima vero ejus internus illuminata respondit: Domine, eligo ut sum filia ex parte mea, nam tu Deus creatione pater es omnium. Et Dominus ad illam: Magnum custodiā circa se nimis dohet gerere, quae facta est instrumentum tuum. Et Margarita respondit, dicens: Domine mihi vere magnam. Et Dominus ad eam: Si vis habere, separare te a mundo. Et Margarita: Domine mihi, separata tunc non servio maiestati. Et Dominus ad eam: Licet cum tentationibus certes, tamen tunc via est, quam cum secularibus conuersari. Nam certando purgatur anima; sed si cum secularibus

tuam sensi, coram qua nemo turbari potest, ostendisti multa quæ narrare nequirem: et idcirco a te igne, qui numquam deficis, inflammari desidero; cognoscere cupiens quantum aior a te. Et ait iterum Dominus: Tu non curas, Margarita, nisi de te. Et Margarita respondit: Domine, quia dixisti, quod appetitus animæ meæ erat infirmus, supplico misericordiam tuam, sanes eum. Et Dominus ad eam: Ego tibi præbui medicinam, qua minime uteris, nisi quoad timorem et desiderium. Et quia non curas de corpore tuo propter anorem meum, tu vis esse in Paschate, atque deliciis gratiosis modo, sed de me facies Quadragesimam. Sed recordare illius, cui dimisi quingentos denarios, et noluit dimittere quinqaginta. Tunc pro duobus Patribus suis Dominum rogans, audivit eum dicentem sibi: Dicas eis ex parte mea: Beati mundo corde, quia facie ad faciem me videbunt.

C 202 Ut autem illa cum Beatis visione in perpetuum frui posset, splendor paternæ gloriæ Dei filius eruditivus eam dicens: Cum fecerim te tabernaculum meum, volo et rogo, ut ipsum omni puritate custodias. Et Margarita respondit, dicens: Domine, de hoc deheo te rogare, non tu me. Et ideo tu supplex majestati, ut custodias innaculatum tabernaculum, quod creasti. Ita enim, Domine, in custodiendo requiritur labor et cautela, quod nulla ratione me sine te summa potentia custodire valerem. Et quia sermonem hunc videmini velle finire, cum tua, qui ubique præsens es, benedictione dimittre. Et Dominus ad eam: Et ego te benedico, et per gratiam usque ad tunu obitum tecum ero. Et Margarita respondit: Domine, quomodo l'atri meo Fratri Junctæ potero tam alta referre? et ipse quomodo capere? Et Dominus respondit: Filia, studeas dicere, sicut scies, et ego instruam eum. In tribulatione mentis et corporis Dei famula Margarita se videns, dubitabat Christi corpus recipere, quia non credebat posse tanto Domino debitam reverentiam exhibere. Divino antem in ea crescente fervore, in tantum de sumendum eo sitis ancta est, quod cum lacrymis et metu Christi corpus recepit. Quo gustato audivit eum dicentem sibi: Filia, tu distinctus et plenius tuos defectus in confessionibus aperis, quam aliqua creatura que sub celo reperiatur: unde non dubites nec timeas me saepè recipere, quia tecum ero. Et Margarita respondens, ait: Domine Iesu Christe, quia te nimis offendio, idecirco communionem tui sanctissimi corporis frequenter non audeo. In hoc, inquit Dominus, me offendis venialiter, quia nimis conqueraris, et super te ploras in tribulationibus tuis. Tamen dico tibi, quod solita confessione premissa saepè tunu me recipias Creatorem.

D 303 Post hanc dignitatem invitationem, sequenti die communicans audiuit Christum dicentem sibi: Ego, filia, sum panis qui de celo descendit: si quis manducaverit ex hoc pane, mortem non gustabit in eternum. Iste vero panis, quem ego do, caro mea est. Et qui de pane isto devote conederit, resuscitabit eum in novissimo die. Sed dico tibi, quod in multis morior, quantum in eis est, qui me indigne recipere non verentur. Et Margarita respondit: Cum sis vita infinita, quomodo posses mori? Et Dominus ad eam: Multi me recipient, in quibus nullam approbo gratiam, quoniam me in suis peccatis denovo crucifigunt. Et Margarita interrogavit Dominum, dicens: Domine, ergo quomodo dona conceditis his, qui non vivunt in continua puritate? Et Dominus dixit: Credis tu, quod Magdalena in illa puritate stetit, quam intelligis, ut sine momento temporis continuo mei recordaretur? Dico tibi, quod non: vivebat tamen in continuo desiderio placidi mihi, et in continua vita asperitate. Deinde ignis sancti

*magnis per-
fructus menti
delictis:*

*benedicatur
Christo;*

*cum timore
communicat:
distincte con-
ficietur:*

F
*in tribulatione
nunnum plo-
rat:*

*Intelligi chris-
tum crucifixum
ab inductione
communicatio-
nibus,*

Spiritus

*jubetur absolu-
tere se a con-
versatione se-
culiurum,*

*el compiti
Christi rursus
a peccatoribus
crucifixo:*

A Spiritus, qui ardebat in ea, subito omnes defectus anime concremans, expurgabat et consumebat eos.
et quomodo
Magdalena at-
tende seruabat
Deo.

B 204 In Paschalibus diebus sacramentum vitæ recipiens, Regem omnium seculorum audivit dicentem sibi: Ego sum panis vivus, qui de celo descendit: et qui manducat me, non videbit mortem in aeternum. Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Ego sum divinitas illa, quæ se reclusit in carne illa, quæ prius concepta fuerat in corpore Annæ. Semper enim reclinavi me ad misericordiam, et numquam inveni plenarie correspondentem caritati meæ, et curialissimæ largitati. Et dico tibi, quod propter injurias et peccata, quæ multiplicant peccatores, impeditur verbum prædictiōnis meæ ne proferatur eis.

C 205 Die Luna: post secundam Dominicam de Pentecoste, Christi recepto corpore, ineffabilem jocunditatem et attrahentem dulcedinem sentiens, audiuit eum, qui summa dulcedo est, dicentem sibi: Filia, ego sum Creator, lumen, fortitudo, amator et gloria animæ tuae. Et Margarita respondit: Domine, ne dicas hoc verbum nisi ex parte tua, quia scio quod semper amasti me, aiorum summe. Nam ex parte mea meus amor est sicut umbra frigida et obscura. Sed supplico tibi, Redemptor mens, ut me facias candidam puritatem, et rubicundam per amorem: et ange semper in me desiderium caritatis tuæ. Die Martis sequentis Dominicæ, antequam Christi corpus reciparet, in confessione sua dolorosæ contritionis amaritudinem passa est, quia non videbatur, quod ejus vita curreret secundum divinæ beneficitionis voluntatis. Cumque Sacerdos surgeret completa confessione, ut Margarita fleti pararet hostiam sahitarem, subito omnis dolor in letitiam conversus est, et audiuit panem vivum dicentem sibi: Ego sum panis vivus qui de celo descendit, et in te delectabiliter requiesco. Et Margarita respondit: Quomodo magnitudo tua tam immensa, Domine, et justitas admirabilis, inclinaretur ad tantam misericordiam, quæ est in me? Et Dominus ad eam: O incredula, cui dedi pulchriorem arrham, quæ possit penitenti donari, et perfectiorem in rebus omnibus, per quas annua mihi placere potest in via, die isti filio meo et tui, quod nunquam tecum de danda tibi communione contendat, nisi prius perficeris. Horas tuas. Margarita vero soli Deo conjuncta per desiderium inflammatæ dixit: Domine, quid est rogatæ, quod tu venis ad me, et ego non venio ad te? Et Christus respondit: Filia, tu es illa, quam divinus oculus per gratiam intuetur. Et Margarita respondit: Domine, vos intuemini omnes creaturas, et nulla cogitatione cordis humani sapientie tue invisibilis potest esse. Et Dominus ad eam: Ego te per gratiam respicio ab modo quam universaliter alias creaturas. Et tu timorem magnum hales, sed majorem adhuc senties, et facies unam Quadragesimam de me, quæ ducit ad solemne Pascha.

D 206 Die Luna intra octavam Assumptionis beate Virginis, post communionem perceptam, auditio, Ego sum panis vivus, etc. usque, in aeternum; audiuit enim vocem dicentem sibi: Filia, laboribus, tentationibus et infirmitatibus fatigata, que te necessis ordinare, quare te laudes excusando et lamentaris? Angelus tuus hoc mane in tua confessione recepit, et in expressione ciremstantiarum defectum cordis tui. Scis, quod multum est utile revertentis ad me, dispositio naturæ bona ad gratiam. Et ego tibi hunc dedi ad notitiam veritatis adipiscendam, quod plaecebit magis quam litterarum studium, qui conservunt sermonem. Nullus enim sermo tam nihil placere potest, quantum tenere viam veritatis.

E Vel sic: et aliud, vel vox hac, Christo, reddudat — b me Februarii T. III.

quoque videtur deesse aliquid. — c Hoc quoque vox habent redundare videtur. — d Deest aliiquid. — e Hic quoniam — f Hic de- riu mūltis interjectus. De confessione et communione, Caput vii. — g Suspicio hic mendum.

AUCTORE P
JUNCTA, ET MES.

CAPUT VIII.

De materna pietate, et de ejus infatigabili zelo animarum.

M atris affectum induens, pietate simul et zelo salutis plena, sollicite invigilabat ad singulos. Cum igitur quadam die super erat sederet infirma, una dumtaxat de a tacito induita tunica, hyemalis aëgoris tempore super cilicio, revelante Domino didicit, quod in quadam villa per milliaria plura distante, quidam morabatur homo, verecundus et pauper, parvulum ætate familiam babens, ac per hoc inatitem et inertem, numerosam tamen, vietu pariter et cultu parentem. Eapropter mandatum a dilecto Christo recepit, quod tunicam sui amore de novo transmissam, sine dilatatione homini supradicto curialiter destinaret. Tunc illum pauperem cum jocunditate et fervore mirabili, exuendo se, induit, dicens: Domine, libenter cor meum, si fas esset, donare pauperibus vellim.

B 208 Ordinaverat ad communem utilitatem orationes suas, sicut fuerat a matre iudecta in seculo, dicens: Rogo te, Domine, pro salute omnium, pro quibus me vis orare. Sed caritatis ardore amplius exercente, sine personarum exceptione Dominum pro omnibus deprecans coepit timere, quia morem suæ matris fregerat in orando. Ad quod verbum Christus respondit, dicens: Filia, non recte docuit te mater tua. Nam (quis debes orare pro omnibus) multum mihi placuit oratio tua generalis. Ego enim veni pro omnibus, et pro omnibus fui mortuus. De patre tuo, pro quo me tam instanter rogasti, dico tibi, quod de purgatorio eductus est. Nec dubites propter vitam ejus præteritam, quam nosti, quia purgatoria pœna sunt variae, et sihi fuerunt multum afflictioræ reservatæ, ut citius purgaretur. Filia mea, dicas Fratri Juncte, pro quo me rogas, quod sollicite prædicet, ferventer audiat confessiones, inter discordes concordiam seminet, non sit tener, sed fortis, hominum abhorreat laudes, et non discurrat Missas suas.

C 209 Ad tan latissimam caritatem suam disponerat sponsam Christus, quod non solum a renotis provinciis quamplurimi properabant, verum etiam divina permissione anime defunctorum de suis receptaculis accedentes, ipsius suffragium cum instanti postulabant: inter quos duo, qui fuerant interficti, dixerint ei: Quamvis in morte non poterimus confiteri, quia nostram prævidimus mortem cum prædones extraxerunt nos de itinere, quo ihamus, per silvam ducentes, dedit nobis subito Creator noster contritionem de culpis nostris, et patientiam in morte, quam crudeliter intulerunt, et sie per misericordiam suam nos ab aeternis incendiis liberavit. Nos autem, dilecta Dei, sumus ambo sutoris, et ego præcipue tecum loquens, legalitatem, quam debui, in mercando non habui. Quare supplico, ut facias, pia mater, cum meis de domo, ut pro me satisficiant specialiter: et pro isto similiter, qui est mecum: nam sumus in magnis purgatoriis cruciati bus; et ego magis propter dolosas et amicibiles in signo locutionis, in ficta dilectione: ora ergo pro nobis, sponsa Dei. Igitur oranti Dei familia Margarita pro istis duobus, et aliis qui in tantis angustiis ercentur, respondit Dominus dicens ei: Ducas Fratribus Majoribus, quod animas defunctorum habeant in memoria quæ sunt in tanta multitudine, quod vix corda hominum cogitarent, et tamen a carnis suis modicum adjuvantur. Et dicas eis, quod religiosi, ex: qui

a Christo jube-
tur tunicam
pauperi do-
nare,

E pro omnibus
orare:

ab eo cognoscit
patrem suum
in celo esse;

quædam con-
fessario con-
fessio Christi
monum:

pro apparenti
bus auctoribus
orat,

et pro aliis in
purgatorio
existentibus,

AUCTORE P.
IUNCTA, EX U.S.S.

oral pro quo-
dam afflito,

et Christi mo-
nitu, ut ei
ignoscat Super-
ior procurat,
ne labitur :

29 Oct.

zubem pecca-
ta extupare,

scribere pia-
monia reli-
gioso Sacer-
doti,

b

piscari am-
mas,

monere FF.
Minores, ut
solita Det ho-
norem euent :

A qui nimis curis secularibus se immiscent, in Purgatorio graviora supplicia patiuntur.

210 In festo B. Clarie Virginis, dum Christi simulca Deum exoraret pro quodam in amaritudine et levitate animi constituto, dixit ei Pater clementia, quid ipsa misericordia statim pro suo Confessore, et dicaret ei ex parte sua; ut illius Praelatum induceret ad compatiendum subditu suo, qui est sicut lapis in machina, et paratus ad precipitum. Et quantumcumque Praelatus doleat de injuria mea, nihilominus recrilevit, quod Petro respondi: Non dico tibi septies, sed septuagies septies. Quare volo, quod debili faciat plenam misericordiam, et ipse postea dolebit amare de omnibus, in quibus me graviter offendit. Tu etiam regasti me pro Gilia, quam propter amorem tuum, et opera ejus virtuosa ponam in gloria Paradisi in ordine Cherubin.

211 In festo SS. Chrysanthi et Dariae, post Christi corporis sumptionem locutus est ipse Christus Margarite, dicens: quamvis tribulationes tibi crescant, non omittas propter hoc vitiosorum vita extupare, et in eorum mentibus serere, et plantare germina virtuosa. Filia, semina, et ego dabo tibi semen, et infundam gratiam verbis oris tui. Et si

B rarius loquar tecum, et sine locutione largiar tibi lumina, ut verba tua prædicere vera possint. Filia, Deus tuus est immunitata innocentia, et ideo non miraris; si tibi quae pervenisti in quandam columbinam innocentiam puritatem, talia referuntur.

212 Tempore quo morabar Senis, Margarite granti Salvator ait: Scribe: Pater Deus filio suo benedictionem et recommandationem internam suorum Filiorum, quos tanto redemit pretio, et illorum præcipue qui recesserunt de via mea. Cresce in gradibus gratiarum, ut quae sunt Bei, semper Deo, et lumen tibi donatum appropries Creator tuo. Nam ego summus et unus Deus, volo tamen in celo, quoniam in terra meos honorare amicos. Unde non sit tibi durum, illi laborare pro me: quia si memor fueris fatigationum meorum, et infiniti praemii, quod paravi tibi, labores dulces erunt et cum indecessa letitia fatigaberis, b entpani, quam meus amicus Franciscus vidit mentaliter pro te orans, significat sacrificium operum Dei tui, quia portas nomine meum, ut ferventi devotione coram populo duro prædices. Crux illa in tuis manibus posita, invitat te, ut saepe ad Crucem redeas. Rosa autem tibi data significat purissimam castitatem, cuius odor extendit ad animos. Quare doceo te, sicut pater filium, ut cum populo prædicaveris, præbeas te peccatoribus tractabiliem et humanam, et in communionibus, quae contra peccata facias, peccatoribus meum elementiam, quam ibi henter largior peccatori redemti, misericors verbis illis. Tu etiam, illi mihi, reddite te gravem moribus in omnibus operibus tuis, quia semper ero tecum, nisi me perdas culpa tua.

213 Sequenti die post B. Magdalena festum, accipienti cum reverentia corpus Christi, Salvator locutus est Margarite, dicens: Plora misericordiam meam, quia die nocturne clamavi, et quasi timo vilior astumatur, quia non cognoscitur a generatione humana. Plora misericordiam tuam, quia non obedisti mali de pescatore animarum, quae indigent me summo et vero bono, non ego eis. Et Margarita respondit: Domine mihi Jesu Christe, ego dubito de men fragilitate. Et Dominus ad eam: Non nomines beneficia mea et opera, que fecio per te fieri: nec dubites, quia te habui non sicut in aliquod mortale peccatum, si necesseris per viam per quam te ducam. Ego namque habeo misericordiam, et cum ipsa justitiam exequor. Ama igitur, filii, unicum Deum tuum, et ipsum solum postula et honora, et solus honorem Dei tui desidera, et non tuum: et dicas Fratribus

Minoribus ex parte mea, quod non erunt de murmuracionibus, infirmitatibus, tribulationibus, et suorum necessitatibus subtractionibus, fame ac siti, non de honoribus; sed soli me postulent, et tenent veritatem. Oportet enim, quod honor eorum me honoret, et omnis ad me honorum omnium referatur honor.

214 Quadam secularis Domina magna fama propter frequentationes confessionis, sic erat in anno quieta, quod non credebat aliquod grave peccatum in anima remansisse. Sed quia intenta erat, ratione et honori ac necessitatibus, Margarite Dei famulie, pro ipsa ferventer oranti Salvator locutus est, dicens: Filia, incipias murare Fratri Junctæ defecus illius, pro qua orasti: et cum coperis loqui, ostendam eos tibi per ordinem, et ipse scribat ad ejus utilitatem. Ibi ergo, ut illa tibi pro amore meo devota confiteatur, quia priusquam nupti tradiceretur, fuit numis audax, sive prompta, et corde non perfecte honesta. Confiteatur de aviditate nimia circa illum virum, quem habuit postea, et de immoderato desiderio ad eum cito eundi. Confiteatur de honestate, quam habuit in oculis, loquela et opere inanum, quia desideravit eam quoad honorem mundi. Confiteatur quia priusquam fuerit annulo subarrhata, caput suum ornavit et dorsum et nimia cordis hilaritate vadens ad ipsum virum, morando secum, de me veram non habuit notitiam, nec saporem. Confiteatur de inordinatis appetiis secum, et quod in loquela et tactibus etiam in solennitatibus meis atque Sanctorum transgressa est ordinem jura que conjugi. Confiteatur de excessivis desideriis standi secum, non solum in ejus presentia, sed absenta. Confiteatur, quo tempore magna adversitatis cupusdam afflitis sui juravit illicite, et falsam, quantum in ea fuit, dari sententiam procuravit: nec doluit tantum de nota infamie accusati, quantum de damno pecuniae communis solvenda. Confiteatur, quia me offendit eundo ad palatium Potestatis, in quo appetit supra sorias de pulchritudine corporis commendari. Confiteatur, quia familiam saepe accusabat occulite, et ostendebat signa tenerioris dilectionis circa eos et domus negotia, ut ab eis plus certi amaretur, et tamen nec illos, quos tanto venerabatur studio, nec alias personas vere dilexit, exceptis viro suo et filiis, quos numis amavit. Dieat suam culpam de laudibus mundi, quarum avida sunt, et quod numquam me digne ad altare suscepit: nam nee enim amara communicatevit contritione, nee cum integritate confessionis: et quamvis multum ecclesiis frequentaret, parum gustavat devotionis in mea Nativitate, Coena, Passione, Resurrectione, et aliis solemnitatibus Virginis et Sanctorum: nam in his temporibus et Quadragesimis parum cogitavit de me, nee ordinata in orationibus scivit expendere tempus suum: sed orationes aridas sine lacrymis habuit, et jejuna sua fecit absque honore et amore devotionis. Confiteatur de inordinatis ciborum desideriis, et ileal suam tenacitatem, quam in eleemosynis habuit. Confiteatur diligenter, quia usa est male ablatis, et recordetur bene quod quantumcum expendit: nam deinceps quos expendit et extrahit de marsupio viri sui, vel fuerunt violenter et fraudulenter acquisiti, vel de ludo. Unde volo quod certis personis, quas ipsa novit, satisfaciat per se, vel per alium diligenter: de incertis vero, ad sui libitum Confessoris. Et quia haec de bonis viri sui, dum potuit, non restituit, nunc integraliter de suo restitut. Recordetur, quod tamquam mater familiæ tenuit marsupium sue dominus, et multas inutiles expensas fecit et superfluous de illicente aequis, de quibus satisfaciat pro illa parte, quoniam in se non recusavit expendere. Confiteatur, quia non doluit de sua terra destructione,

vidua per
vidua vetera
peccata divini-
tus cognita,
per Confessa-
rum revoca-
tu memoriam,
ut ea confitea-
tur.

E

F

qua

A quia volebat quod una pars alteram superaret, et ei donaretur, propter quod palliatam habuit invidianum ad multis consanguineos suos, si non erant in seditione suo viro conformes. Multum enim dolebat, si vel modicum in suis elationibus redderetur abjectior. Dicat etiam culpam suam de omni dominatione quam tenere voluit, in domo patris, quam a sui sorore viri nullo modo sustinuisse. Dieat suam culpam de omnibus rebus consortis sui, et reddit quidquid ei ablatum de consensu ejus fuerat. Confiteatur etiam, quod nimis parca extitit circa pupilos consortis sui, quibus sicut pauperibus satisfacere debuit, et injuriis prolatis contra mares et mulieres de domo, cum veritate ac mendacio. Dicat suam culpam de omni ornato corporis.

Deut. adhuc plurimam peccata et defectus omnia committuntur etenim viduae jubet.

213 Totius perfectionis amator integraliter animam, quam redemit, curare desiderans, reliquias morborum reliquias potenter expellens, ait: Confiteatur iterum de detractionibus et judiciis circa proximorum nobilitatem et pulchritudinem; quia sperneth atque vilipendebat aliorum sufficientiam, defectus exprimendo quos noverat, et si alii dicarent, libenter discebat: bona vero si qua de proximo noverat, reticebat: et corde, ore ac signis judicabat alios de superbia et aliis vitiis, et sapissime de vitiis que numquam commiserant, sicut ipsa; que si nullum vitium, que alii imputahat, de certo perpetrasset, de aliis minime murmurare debuit. Confiteatur, quia si inventebat personam, de qua confundebat, mordaciter detrahebat, et loquendo blandiebatur presentibus, dicendo de ipsis bene. Confiteatur, quia superbe cupiens alii dominari, iudicari desideravit praeterea, de nobilitate et rerum copia, quam in aliis cum in errore animi invidiebat. Dicat etiam culpam suam de mentis vagatione et de discursu sensuum, quia appetit quacumque appetibilia alios possidere aspiciebat. Confiteatur, quia licet frequenter ecclesiam, tamen non habebat cor ad divinum officium, sed ad loquendum enim mulieribus in ecclesia: et si silebat, ibidem cor in exterioribus vagabatur. Et quamvis sanctarum personarum notitiam quereret et haberet, et specialiter Fratrum Minorum, de ipsis non hausit saporem, nec se ipsorum moribus conformavit: sed, quod peius est, murmurabat de prædicationibus et officiis eorumdem: et si ei aliquando placebat prædicatio divinumque officium; extra ecclesiam posita, Dei oblitus erat et verborum ejus. Dicat suam culpam de ingratitudine beneficiorum meorum, quia eam de multis periculis liberavi, que credebat se penitus decessuram: nec cum his omnibus a mundo evelli potuit, sed ei mente inhaesit, neque nunc studet amissum redimere tempus.

C Dicat suam culpam de tempore vita sua: in disciplentia mens consumpto: et quod, si quod mihi gratum est opus, hoc non egit solum amore mei, sed vel metu aeternae pre næ, vel timore verecundiae temporalis. Sed si se damnandam firmiter credidisset, debuit mihi cor ejus cum intima service dilectione, quod per proditricem loquelam in malitius texit. Dicat etiam suam culpam, quod multas virtutes in pluribus commendavit, quas commendatas sciebat, penitus non habere. Et quamvis ab immunitate virtus pura esset, præterquam cum viro suo, cum sanctum matronum copulavit, tamen non dolerat de lapsis in earnis vitium, sed eis detrabendo, cum aliis plerumque letabatur. Dicat suam culpam, quod alios arguebat de male lnero, possessionibus, loturis, ornamentis et ligaturis, dicens, quod tam pretiosa tamque cara possidentibus nimis congruebant: quia sepe inordinate comedebat: et si non vitasset dispensationem, inordinatus et ardentius comedisset: de gula virtus alios condemnabat, et sua distribuit pauperibus pro mei honore nominis: et retributionem postulabat

et expectabat temporalis premii potius quam aeterni. D

Dicat suam culpam, quod ipsius orationes opprimebantur honore euclidinum mundanarum. Confiteatur autem de indiscretione, quam habuit circa famulas sue domus, et cum modica compassione ad pauperes creature manus extendebat amore mei: et hinc est quod pauperes judicavit, quantum ad eorum conversationem, ad fletum, risum, jocum, cibum, et potum subtrahendo eleemosynam suam, et per detractionem similiter alienam. Confiteatur, quod duplicita inducera ferens et pretiosis, nuditate et frigore laborantibus compati neglexit et misereri. Libenter enim pecuniam cumulavit, et vix de frusto panis subvenire pauperibus studuit. Dicat suam culpam, quia illud nomen, quod Matri meæ per autonomiam competit, ut sola Domina nominetur, sibi adscripsit: et si quae nobiliores illo nomine vocarentur, deridebat eas: et servire nolens alius, exigebat ab omnibus famulatum. Dicat suam culpam, quia offendit me in cibo et jejunio, in solitudine et societate, stando et ambulando, tempore adversitatibus et prosperitatibus: et quamvis libenter sociaret se mulieribus formosis, ornatis et comptis, in tantum se amavit amore privato, quod ceteris melior ac pulchrior voluit reputari. Confiteatur, quod in mei sui factoris injuriam, ad speculum se ornatal, et se videndo E meditabatur miseras huius mundi, iuvidendo saepius decori ac pinguedini mulierum. Confiteatur, quia parvas tribulationes suas, astimavit magnas; et alidrum maximas, dicens parvas, de tederantibus eas murmurando tam dure, quod de homicidiis et proximorum languoribus non dolebat in corde, sed latabatur, quantumcumque fuerit cum flentibus in ecclesiis vel dominis eorumdem. Dicat suam culpam, quia non recreavit famulas post laborem, sed erat tenax in earum necessitatibus, non tantum sanitatis tempore, sed argritudinis: quando enim consolatione indigebant, dicebat eis improperia multa, et infamabat eas per domum te gula et de negligentiis; in partibus suis nimis deliciis attendebat: faciebat etiam quae loqui volebat, et loquebatur se ceteris confirmingo quae siluisset libenter. Confiteatur, quia devias personas propter honorem mundi vitavit, nec eas in suum consortium et familiare colloquium admittebat, quia intus et extra superbia plena fuit. Verumtamen confortetur in me, et vitam suam examinare non differat, reducendo ad memoriam suas culpas: et ego infundam lumen gratiae menti ejus.

216 Frater quidam, Philippus nomine, dubitans interrogare in confessionibus primitentes propter F stultitiam male interpretantium interrogations, et non interrogare sinebat, propter verecundiam vita occultantium, per me Confessorem, Margaritam rogari fecit, ut in oratione impetraret a Domino hujus dubii veritatem. Cui dixit Dominus: Dic ex parte mea, quod secure andiat et interroget confitentes, quia divisiones gratiarum in hominibus sunt distincte: quapropter hanc virtutem audiendi et interrogandi concessi ego propter sui cordis et corporis puritatem. Ideo si mille posset in die una confessiones audire, nullum deserat, qui desideret confiteri: nullumque interrogare postponat, quem interrogatione eredit verisimiliter indigere. Peccatores namque per se non confitentur, quia cæcitatem mentis contrahunt a peccato, et ideo suos defectus nequent videre: merito quippe cæci sunt, quia me lucem veram in suis mentibus refinere non possunt propter factorem peccati: postquam vero anima per confessionem fuerit defæcata, illuminatur, et sua vita conspicit, et intuendo veraciter plorat et dolet. Idecirco filia, necesse est, ut Confessores de peccatis interrogent: ex hoc enim tam pio studio, tamque ferventi animarum zelo, plus diligo Fratres Minorum,

sed eam ad spem erigi:

*Item Minoris
cuidam dicit,
ne omittat in-
terrogare pa-
nitentes, cum
et putat facien-
dam.*

AUCTORE F.
JUNCTA, EX MSS.

Cur plus afflictiones necessaria?

*monita Dei
jura data ejus
Confessor:*

*Oratio pro Cortonensis
orantibus,*

*exaudita, se
hunc habuit:*

A quam aliquem Ordinem, quia ex eorum laboribus studiosis plures animas hucor.

217 Visitans Christi famulam Margaritam celebravi in oratorio, et dedi ei Christi corporis sacramentum. Quae cum reverentia magna communicans, oravit dicens: Domine reddite mihi alta consilia, quae consuevi a te recipere. Et Dominus ad eam: Quia do tibi quod magis tu salutis expedit, non postules consilia pristinae redditi tibi. Colloquimus enim meum familiarie dilectis meis reservo alibi. Ego enim in vita ista steti in tribulatione, et amici mei similiiter debent velle stare. Et si nulla tribulatio eos tangeret, quia tamen a peccatoribus ubique offenditor, deferent affligi, juraque mea defendere pro viribus et docere. Illi autem qui hoc faciunt nullum timeant, quia cum illis ero. Quare dicas Fratris Juncta bajulo tuo, quod verba Evangeliorum meorum et epistolas B. Pauli, electi mei, predictet serventer popule, et ego in eo speciale gratiae domini ponam. Et quidquid tibi ex nunc ostendero, solum loquaris. Scias etiam, filia, quod simonia in mundo crevit in tantum, quod patres filios sacerdotes fieri faciunt propter avilicitem mundanum rerum: qua excrescente ecclesia moa tribulacione magna percutietur; et Fratres Minores tunc temporis affiguntur, et si encti qui sunt in

B ordine, non agerent aliam penitentiam, satis videtur eis magna illa, quam habebunt. Dicas etiam bajulo tuo, quod ego habeo paucos pugiles, qui viriliter pugnent pro mei honore nominis. Postquam igitur eum elegi pro me ad pugnandum, semper studeat mihi placentia suoposse perficere; et corum me sit lux in ordine suo, et occupatus non faciat congregacionem de horis suis.

218 Die Lune post primam Dominicam de Adventu, audivit intellectualiter in anima vocem dicentem sibi: In deserto hiujus mundi posui te, sicut rosam inter spinas. Ego enim Dei filius de Maria Virgine natus, qui haec loquor, perficiam que promitto. Anninarum autem zelatrix fervida de se humiliata sentiens ait: Domine, non sum digna, ut in me tanta magna promissa perficias, sed propter gloriam nominis tui, quod tantum offendili, et propter saltem quoniam desiderio fiat quod tua gratia reprobuit. Et Dominus ad eam: Filia, verum deis, et ego interponam remedia animarum multarum, languorem sanativa, non solum in terra ista, sed in multis et remotis locis utique provinciis propter amorem tui. Et Margarita respondit: Domine, Cortoneses tunc recommendo bonitati, ut fidei eorum, quam pro amore tuo in me habuerint, respondere digneris. Et Dominus ad eam: Quia Cortoneses tibi fuerunt largi amore mei, ipsorum fideli respondereo, et pro omni numata quam expenderent in te, recipient aucti mirem in domo pacis et consolacionis. Et Margarita respondit: Domine, non rogavi te pro ipsis eum desiderio sic ferventi, quia velim minimum laudem temporis honoris ab eis recipere; sed solam quero salutem eorum, ut qui amore tui se tanta inclinaverunt ad laborandum pro me, recipient in me gratiam specialem. Et Dominus ad eam: Et ego ponam eos in magna statu, et eorum pretio venerabundam mihi bona mea. Et tu non cognoscens, quousque videbunt homines, quae non vident; et audiens, quae non auditor. Tu enim es filia, electa, soror, quae solum dilectionem sequitur meam. Et Margarita respondit: Cum nullae creatura plus metuus majestatem offendit, et omni fuerit abyssus profundior vilitate, quandoque possent credi magnitudine mea. Tu dicas, inquit Dominus, quod nihil amas praeter me, et mihi soli servire desideras. Et ego tibi dico, quod me amabis, nihilque servies ita pure, quod nunquam me mortaliter offendes: et amor tuus in quantum creatura convenit, dici poterit sine

mensura et tu poteris dici immensurata: Tu dicas, quod sum latitia ineffabilis electorum: sed pauci sunt, in quibus latari possum sicut in mente tua: amatores enim et electi mei debent esse humillimi, corde puri, ut me cernere mereantur, et in fine suo per amorem amplectar eos, eis obvians cum Beatis.

219 In festo B. Joannis Evangeliste in scholis Fratrum cum fratre Ranaldo et Fratre Ubaldo, ego scriptor horum, Margarita assistens post communionem,cepit ei Frater Ranaldus tunc Custodiae Custos Iohanni, dicens: Ecce mihi in Christi dulcedine quiescenti nova relatione monstratur, quod anima quedam sit criminibus onerata, ut penitus sit aeternis deputanda suppliciis, nisi eam reduxeris ad poenitentiam statum monitis et exhortationibus tuis: et unum dumtaxat e duobus tibi conceditur: primum, ut vel qua nunc frueris, priveris dulcedine, et animam illam reduces ad gratiam, vel si expavescis tam jocundo privari solatio, inferni deputabitur omnino suppliciis. Quod horum deliberabis omittere? Et Margarita respondit: Angustiae mihi sunt undique, et ex utraque parte timore pereciutor, nam si deserem inefabilem Christi suavitatem, quam gusto, amarissimam penam novae mortis incurro; et si deserem animam, Christi redemptam sanguine, dubito de mei Creatoris offensa. Qua de re propositam questionem, insolitam dimitto: tanta enim est haec dulcedo, quam sentio, quod si perseveraret, in anima, sempercederem in poenis illas vivere sinecibo.

220 Sero igitur facto Margarita tremens ad celum redit, et illam noctem duxit insouinem, orans et lacrymans, cum spiritali dolorosis, interrogavit de suorum remissione peccatorum Creatorem. Cujus votis Rex pietatis Christus placidus immensus respondit, dicens: Nequaquam vocassem te in die dilecti Iohannis, filia, si tuorum omnium non donassem veniam delictorum: in cuius veritatis certitudine argumentum, quemadmodum tunc, ita et modo absulvo te ex parte Patris mei colestis, cui sum co-terminalis et consubstantialis filius, et sancti Spiritus. Et quoniam omnia peccata tibi dimisa sint, semper tamen scrutinum conscientiae facias et de enctis desideris cordis tui, quibus me offendisti, non differas confiteri. Mira res, et memoria commendanda; mox namque ut prefatum preceptum recepit, irradia splendoribus sapientie Dei mentaliter, encta desiderio cum confessa quam inconfessa in una luce panduntur.

221 Nocte insuper sequenti super ei proposita querstione a Fratre Ranaldo alloquitur Christus Margarita dicens: O Filia, quia Fratri non respondisti, F quia tibi dederat optionem, bene fecisti: nam sine mea presentia jam tibi communicata per gratiam non erendo vivere posse, et animam pro suis clamandanis sceleribus solebas liberare: quantum namque animas diligis, quas tanto redemi pretio, tibi pluries revelavi: de quarum zelo plus milo placent Fratres Minores, quam aliquis ordo Ecclesie mense: Sunt enim utiliores animalium zelatores, quos hodie mundus habeat. Unde sicut ego Salvator mundi praedictum fundavi ordinem et plantavi, ita se student caritatis vinculo ad invicem communire et caritatem servare tam integralem, quod sine differentia personarum inter eos tractentur minores quemadmodum et maiores: et ut tantus ordo in sua permaneat puritate, volo quod praefati Pastores ordinis amovero snumopero studeant quidquid in ordine sancto modo reperitum abolendum. Sicut enim mare omnem abjecti sordori, ita et ipsi omnem defectum, tam excelsum ordinem maculantem. Circa insuper predicationes, quas faciunt, constantiam habent et fervorem, nec amore vel metu a veritate tramite obliquentur. Et si aliquando contra predicationes eu-

*interrogata an
lucrari anti-
mam vellet,
perdendo dul-
cedinem gra-
tia;*

*non potest re-
solvere :*

E

*cognitum
omnia peccata
sibi condonata,*

*subiecta tamen
conscientiam
examinare, et
confiteri defec-
tu,*

F

*Ordo Minori-
n Ch. - late-
rato*

AUCTORE P.
YUNCTA, ET MSS.

ob zelum.

et Amoris vi-
ridarium vera-
tor.

Margarita in-
dei Dei Ma-
trem.

præclaro mo-
nito accipit pro
Confessario
iuxto,

d

docteur omnia
ad Christum
referre:

quidque futu-
rum illis qui
iustus monitis
terribilis.

Arum per aliquos fuerit murmuratum, recordentur humiliiter quod mihi omnium Creatori in praedicationibus et miraculis multas injurias invidi paraverunt atque insidias. Hic est ordo, inquit Dominus, filia, qui mihi suscitat animas a morte peccati: et cui dedi, do, et dabo gratiam specialem in operibus suis. Margarita autem cordialiter amans ordinem prælibatum, ex his quæ audierat jocundata, respondit dicens: Intrabunt omnes, Domine, in hoc amoris tui viridarium? Et Dominus ad eam: Omnes ingredientur, sed de fructibus ejus æqualiter non gustabunt. Nulla enim res quantum amor mihi placere potest, nec amore potest res pulchrior inveniri. Si totus namque mundus daretur amore mei, sine sapore ac fervore amoris, si sustinerem quod misericordiam id quod fieret, quantum ad complacientiam parum valeret. Nemo enim potest ad me venire nisi per viam dilectionis. Et Margarita respondit: Cnr, Domine, Fratrum Minorum ordinem vocas Amoris viridarium? Numquid non aliud est tam singulari viridarium caritatis? Et respondit Christus dicens: Non est tanti amoris aliquid in orbe collegium, ut ordo prædictus. Et ideo ipsum tibi dedi, et do ad instruendum te, sicut Apostolos, quos intelligere faciam, quæ dabuntur tibi. Et tunc ostendit ei Matrem suam, dicens: Hæc est, quæ diligit te. In quibus verbis tanta fuit dulcedinis anima suavitate repleta, ut diceret, quod si vel modicum ulterior cresceret, ipsam tolerare non posset. Et rogavit Dominum nostrum, ut ipsam in vita consolationibus, quas silere non poterat, mundo absconderet, quia laudes vitabat humanas.

B 222 Die quadam Margarita oranti pro suis Paribus audivit Ieronimum dicentem sibi Servus mens defunctus, est in optata gloria. Unde die etiam seruo meo viventi: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt in regno eorum. Qui cum fuerit occupationibus hominum deditis, reddat mentem suam statim ad me, et cuncta quæ agit, ad me honorum principium referens; et ego ita illuminabo eum, quod non offendet me. Numquid secularium famam consideret, nec subsidiorum eorum paveat subtractionem: sed semper contra eorum vitia in ore suo usum teneat, et conservet sermonem sanctissimæ veritatis: d Et dico tibi, filiæ, quæ ista nunc recusas, quæ panduntur tibi propter salutem humani generis, ut veraciter trahatur ad me, et discat in te quod pro modica pœnitentia cito potest C ascendere usque ad excellentiam gratiarum.

C 223 Feria secunda post Pentecosten recepit corpus Christi, dicentis ei, quod salutare B. Virginem, usque Benedictus fructus ventris tui. Quia salutatione finita, iterum dixit ei: Si omnia bona mihi Christo, et non tibi reddideris, cum desiderio profectus animarum, cuncta quæ promittes in nomine meo, et non ad famam tuam, perficiuntur, et sanabis animas tibi devotas, sicut tibi prædictum est: Sed omnes, quas sanabis, non perseverabunt in me. Et Margarita dubitans super promisso verbo respondens ait: Promittam ego, Domine, tue pietatis largitatem indifferentem? Et Dominus ad eam: Ita imperferti et perfecti promitte, quarendu majestati meae servire volerint, et me amare ac laudare. Nam in illis, qui non perseverabunt, fulget in inferno contra eos tua caritatis splendor, quia quoad hoc patientur majora supplicia: et perseverantibus in consiliis tuis, mei sanguinis meritum communicabo, cum eos premiabo in gloria regni mei, et per exempla tua sequentur me: reddent mihi gratiarum actiones, et vocem laudis. Et quia tranquillitas dulcedinem, qua frui consueverat, non videbat, admiranti respondit Dominus, dicens: Talem me tibi dono, qualiter te invenio.

D 224 Feria quarta post Pentecosten sumpto Filio Dei cum reverentia mirabili, ad altare audiuit eum dicentem sibi: Amas tu me? Et priusquam aliquid responderet, dixit Dominus: Dicas, quod non. Ubina est pristinus fervor desideriorum tuorum, quo accessa, et in motu violenti amoris dulciter ducta, me continue cum lacrymis postulabas, inclinans voluntatem meam ad preces tuas: De hoc amore iterum requirens Dominus Margaritam, dixit: Ama me, filia, quia ego amo te. Illa vero timens ne haberet in mente aliquid, quod divinae majestatis aspectum offenderebat, ait: Domine mihi, si aliquid latet in anima mea, quod voluntati tui dispiceat? Et Dominus ad eam: Filia, nullum habes peccatum mortale in te, sed nebula mundanorum auditum, sonusque verborum, quæ referunt accidentes ad te, impedient locum quietis conscientiae tue: et separant mentem tuam a contemplatione mea. Tunc Dominum rogavit, pro quadam in tribulacione maxima constituto: audivit Christum Dominum respondente: Scias, quod secum sum quantum ad misericordiam retinendi eum ne pereat: sed duritas cordis ejus mearum consolationum impedit largitatem.

E a In Italico Vocalionario Academicorum furfur, sic della Crusca, autem Taccolino genit. esse vestis sum opulenta. Sed hoc portus veterum vestitur significare, quam formam vestis. — b In scriptum Non inserviat anima. — c Tunc licet requiri, Diectionem culpam illæ verbi. — d Hic quicquid obversus sensus.

provocatur ad
fervorem amato-
rum.

et moderanda
alloquia secu-
tarium.

F CAPUT IX.
De revelatione sui status et aliorum.

Q uædam nolens et devota Domina, filium habens parvulum et unicurn in mortis articulo constitutum, cum filiuera recuperande salutis ipsum Dei famulæ cum lacrymis commendavit. Pro quo dum oraret supplexiter Deum, tum ratione pietatis ad matrem, tum ratione gratitudinis, quam gerebat in corde propter reverentiam magnam, quam baliebat ad eam, audiuit eum dicentem sibi: Tu plus compatis matri pueri, quam sanguini quem effudi. Tu enim nosti, quod ætate proveeli nolunt venire ad me, et ideo parvulos, qui sine macula egridinunt de mundo, in hereditate regni eorum adopto. Ego Dei filius natus de Virgine, quamvis recedam, tecum remaneo.

G 226 Quidam carus Deo Frater quotidie communice desiderans, tamen retrahebatur timore, ita quod etiam raro communicare non audebat, nec accedebat ad Christi corporis sacramentum suscipiendum. Quia ex re Dei famulam Margaritam requiens, rogavit eam, ut impetraret. Bonino pars precibus donum sape communicandi. Cujus orationi Salvator annuens, dixit: Die Fratri, quem feci de numero electorum, et diligo ut filium, quod quantum ad ejus innocentia puritatem ipsi me concederem omni die, sed non quantum ad lingua usum. Suum igitur prius linguam coercat, quantumcumque loquatur ex magno zelo: et cum benedictione jubetur non multum loquiam ex zelo: me recipiat, quando volet.

H 227 Frater Benignus re et nomine, dubitans de frequentatione Missarum, meruit per Margaritum in hac forma responsum a Domino: Dic Fratri Benigno pavile frequentanti mei corporis sacramentum, quod de hinceta mea frequenter celebret, sed priusquam accedat ad altare ad celebrandum, suos defectus plenarie confiteat, suum animum ordinet ad quietem. In misericordia autem, quam habet tam vigilanter ad pauperes, usque ad fine mando quod perseveret: quia multum mihi placuit modus ejus, quem haec tenet, requiringo per dominos pauperes, debiles et infirmos, quos in confessionibus libentius recipit, quam divites seculares. Adeo enim pauperum necessitatibus erat intentus, quod non solum

Feliciter qui
parvuli mori-
natur.

F quidam desi-
deans Christi
communicare.

F Benignus
languit in
studio erga
pauperes.

AUCTORE F
IURATA EX MSS.

jubeturque se-
vere uregere
restitucionem :

naturam a
regnumne

commendatur
obedientia :

alteri puritas
mentis,

et parva circa
mutam

el conciones :

alteri religiosa
virtutes :

confessorio
qui, memorin
Cruifex,

castigatio su-
periorum populi.

A solmu eis que poterat procurabat, sed sibimet necessaria subtrahebat, et pro eis debita de Prelati sui licentia contrahebat. Et ait iterum Dominus ad eam : Dic etiam ei, quod dimittendo solum panos de dorso, illis, qui tenetur restituere illicite acquisita, non parent. Si vero confitentes non habent unde restituant, et dolent parati fideliter reddere, si facilius adesset, absolvat eos ex parte mea.

228 Frater quidam de administratione provinciae Thuseie, ne ulterius praedicationis gravaretur officio, orationis Margarite suffraginum cum instantia procuravit. Et orans pro eo soror, audivit pastorum Principem taliter respondentem : Quamvis placeat mihi praefatus Frater de fuga praedicationis, recordetur iam, quod propter obedientiam mori volui : quam omni virtuti religiosus debet praeponere, patienter obediendo. Praefatis, cum tantum mihi placeat, quod vere obedienti multos defectus indulgem.

229 Cum semel Deo devota Soror pro uno Fratre Dominum exoraret, audivit enim dicentem sibi : Benedicta Fratrem, pro quo me rogas. Cum dicas, quod menteum tuum semper in puritate conservet, et sine inoma cum potest, nos confiteatur defectus et cognitus. Non sit tener et dubius, sed fortis et constans. Ad Missas antein dicendas accedens, dicat ens cum magna mentis tranquillitate. Non sit in suis predicationibus curiosus, sed caritate servitus, et interna pace placatus. Missas ejus praecebat devotio preparata : Missas non currat, nec ante eas cum Fratribus loqui velit. Si autem ipsum loqui oporteat, roget Fratres, quod differunt ei loqui; et talem secundum ministerium dicat, qui nec ignorantia, nec tardio sen negligenter deordinet animum celebrantis. et si contigerit cum non gustare consolades in Missis, quis appetit, non diffidat, quia ob hoc gratia non decreaserit. Praedicti sollicite verbum meum, cum omni rectitudine et vigore, et retia predicationis ferventer extendens, populo referat que discursurus est. Et si nihil poterit in sua predicatione Incerari, securus expectet remunerationis aeternae munus. Vigilanti animo student peccatoribus subvenire, non solum predicando et confessiones audiendo, sed tractatum concordiarum non deserat propter diffiditatem, quoniam incurrit ex duritate persecutorum. Iste namque sapiens, cum summ erit contempti consilium, et molestientium reperiit dura corda, se retrahit ab inceptis : non autem sic, dum invenient eor paratum.

230 Cum pro Fratre Joanne de Castell Dominiū exoraret, respondit ei Salvator dicens : Dic ei, quod recordetur verba mei, Brevi mundo corde etc. Super quo verbo dum subtiliter fuerit meditatus, dulce ei lumen, ut ipsum intelligat ea subtilitate, qua debet intelligi et servari. Student me suis precibus invenire, quoniam donabo mihi anima ejus. Elapse tempore servivit mihi de Inquisitionis officio : nunc servire student de cordis munditia, mentis constantia, corporis maceratione, et in statu orationum. Nec pretermittendum est divinum consilium, imo beneplacitum et precepitum, in quo inventa anima, unde purgetur a vita, et reguletur in mortuis. Illustretur sapientia mellifici, et in virtutibus creseat.

231 Dixit ergo Dominus Margarite crux : Dicas filio meo, quod ego me recommando ei, ut recordetur sui Patris Christi, non semel, sed plures, uno continuo : et sciat quod de terra, ubi nunc est, quod gentis multitudinem ibi existentis, plures vadant ad inferni supplicia quam ex alia terra Christianorum. Tanta enim est eorum superbia, quod non solum ibi, sed in multis mundi partibus seminatur per eos, et multiformiter emittitur. Quare sicut B. Franciscus, dilectus filius meus, inuidem compam coegit ad portandum per vicos Assisii super capit D suum pecudum intestina, ita mulieres seculares, et aliae in sue detractionem superbie a Confessoribus suis similiter cogi facere deberent. Tu conquereris, quod non habes solitam suavitatem, nec habere potes modo in me ; quia in corde tuo timoribus et variis sollicititudinibus sparsa, inveniri non posset, et quia separasti me a delectatione mea, volo quod ipse te dure corripi. Dic etiam ei quod cum mensuris constantia et locutionis dulcedine instanter praedicit de Epistolis Pauli et de Evangelis meis. Nam dulcedeo est habitus trahens audientium corda ad amorem praedicatoris. Cumque arguit de vitis criminosis, arguat in communī : quia tam universaliter mundus infectus est vitis, quod cum veritate potest generaliter mundum redarguere dicens : Qualibet Christiana persona, cujusunque sit status, debet caveri sibi a tali vito, debet de agendis querere consilium Scripturarum sanctorum, et Deum continuo postulare. Ipse similiter, qui haec praedicare novit, me cum lacrymis in orationibus postulet : et ego decebo eum, cor ejus illuminans in predicationibus suis : Praebeat mihi cor suum semper, et cuncta, que agit, bona mali soli bono diligenter appropriet, et secundum ubique ferat frenum timoris mei. Filia, Apostoli dubitaverunt de me, et ego retinui te tam robustam in file, quod de me dubium aliquod non sensisti. Dic etiam bajulo tuo, quod ego feci eum caneram thesauri mei : propter quod circa me Creatorem summū perfectior esse debet. Unde sicut diligit benedictionem meam, in predicationibus suis ardeenter extrahat veritatem, quia paucos hodie predicatorum invenio, qui eam proferant sicut debent.

232 In die a Translationis B. Francisci post communionem Salvator, quem receperat, locutus est ei,

dicens : Comperior de injuriis mundanorum. Et Margarita mundo compatiens, Christo respondit,

dicens : Domine, tu nosti de quoniam fragili materia secundum corpora facti sunt : et ideo tue supplico

magistri, quatenus eorum infirmitati condescendere non recuses. Et Dominus ad eam : Si ipsi scirent,

quantum eis dimittitur hac de caussa, magis essent grati quam sunt. Propterea dicas devotis tuis, quod plorent, quia ego flevi ; jejunent, quia ego jejunavi ; orient, quia ego pro eis oravi secundum humanitatem ad Patrem ; agant penitentiam, quia pro eis feci aspergam in hac vita, non pro me, et ipsorum peccata portavi, non mea. Et quae promiseris in nomine meo tibi creditibus, illa faciam eis. Sed peccatores avari me fecerunt de largo avarum, et duri, de pio durum : non quod ego sim avarus vel durus, sed ipsorum exigentibus meritis talis contra eos effectus sum.

233 Dixit semel Dominus Margarite vigilanti et flenti Firmissime tene, quod magna tribulatio erit in mundo, quam movebit Ecclesie a b Lucifero demoni, qui numquam, postquam fuerat religatus, egressus fuerat de inferno. Iste totum circumabit mundum, et viam Anti-Christi, sicut precursor ejus, sollicite preparabit. Et erit tribulatio talis, quod multi religiosi egredientur de ordinibus suis, et moniales de monasteriis. Illo quidem tempore ordo Fratrum Minorum valde affligetur. Sed confortentur in me quia ipsos protegad, dubioque praedicta religioni gratiam meam. Et sciant, quod amphorem gratiam eis dedi, quam aliquibus religiosis, qui sunt in mundo. Parent se ad tribulationes, per quas mihi conformes fient : quia tantum eos diligo, ut ipsorum vitam mea velim per ordinem conformari. Ille similiter malignus spiritus ordinabit in mundo proditiones et homicidia, congregans demonum acies contra genus humanum ; sicut una civitas exercitus et insidias preparat contre alteram civitatem. Hic plurima

jubetur Mar-
garita nisi de-
vots quidam
commendare .

prædictio ei
nova & celens
persecutio,

b

prædictio or-
dinis Minio-
rum .

et officio or-
dinis Minio-
rum .

Arima contra sanctam Ecclesiam pericula suscitabit, ut fideles contemnant eandem: et de divino officio et praedicationibus murmurabunt, et verbum meum non poterit liberè predicari.

234 Feria sexta in Albis reperi Christi famulam Margaritam lucrymas cum magno morore cordis fundentem. Cui dum Evangelii verba Resurrectionis exprimerem, ex tam jocunda relatione repleta letitia bis coram Fratribus rapta, in illo mentali excessu multa vidi, et postea retulit, quae propter angustiam temporis non collegi. Unum autem, quod sequitur, memoriae commendans, interrogavi eam humiliiter, ut virtutes nobis referret, quas verus Frater habere debet: sed propter profundam humilitatem referre nolens, sequenti nocte orantem Salvator interrogavit, cur nobis noluerat respondere; et dixit ei: Dic Confessori tuo Fratri Jnnete, quod ille est verus Frater Minor, in quo adinstar mei, qui sum veritas, invenitur. Ille est Frater Minor, cuius cor mundum est secundum verbum meum, Beati mundo corde, etc. Ille est Frater Minor, qui snum tempus in oratione dispensat, si non est Clericus, si autem est praedicator et Sacerdos, expedit ipsum in praedicatione, officio, Missis et confessionibus audiendis. Et dico tibi, quod lacrymae praedicatoris orantis plus illuminat, quam lectio Scripturarum. Ille est Frater Minor, qui paupertatem diligit amore meo, qui pauper extit. Ille est Frater Minor, qui est obediens, sicut ego Patri meo fui obediens usque ad mortem Crucis. Ille est Frater Minor, qui paratus est suscipere mortem et verbera gaudenter, si opportebit, et inter verecundias pro me illatas et contumelias erit humiliis in omni tribulatione jocundus: Nam et ego creator vester patienter toleravi penas amaras.

235 Plantula Minorum Fratrum cupiens gratium Ordini fructum reddere, quadam die pro suis nutritoribus Dominum exoravit. Cui Dominus: Die Fratribus Minoribus meis, quod anime eorum in me intrare non differunt per amorem, quia sic animas eorum intrabo per gratiam. Ingredi autem cupientes incipiant a praesepio meo, et dirigant suam meditationem cum dolore per ordinem usque ad mea finale supplicium Passionis. In quotibet gradu meorum suppliciorum considerant ardentes cordis dilectionem. Sic enim agendo fortes erunt in tribulatione sua, et in animas eorum me transferentes confirmabo eos mihi, cum ipsorum studio in praedicationibus, orationibus vita mea, et opprobriis meis.

236 In mense Mayo anno Domini 1288 locutus est Christus famulæ sue, dicens: Electa mea, ille malignus spiritus, quem tibi praedixi, jam exivit de inferno in periculum animalium transmissus cum exercitu suo, scilicet demonum valide magno, et est nunc cum daemonibus in vasta solitudine, ad quam non est accessus hominum, quos libenter occiderent si audirent. Et iste legatus Luciferi tanquam astutus timet se Lucifero presentare, si mala ad que missus est perficere non valebit. Iuic omnes qui sub celo sunt daemones, ad nutum obedire nituntur, et tamquam magistro, malitia sagacissimo instructori, referunt sigillatum cuncta, quae per mundum perpetrant mala. Hujus novi et pessimi ducis tanta est ad malum subtilitas, quod a principio mundi non fuerunt sagaciiores homines ad peccandum, discordiasque seminandum, quam nunc sunt, et amodo fient. Hic omnis perditionis rigidus procurator et permix majorum stragem faciet suo tempore animalium, quam facturus sit cum venerat Antichristus, qui nondum est natus. Nam Antichristus multis animis capiet, sed in fine paucas retinebit, et quia hic tan crudelissimus multi mala ordinabit, et multos faciet homines occidi per mundum; die Fratribus Minoribus,

quod viriliter contra ejus malitiam sint parati, quia **D** contra eos multas ordinavit afflictiones. Confortetur autem ordo meus quia cum eis ero, et sciant Fratres quod peccatores de animabus suis stabula faciunt vitiorum, vido, quod ipsi suis praedicationibus eas purgent, et nullum suis terroribus ad deperationem inducent. Quod si peccator penitentiam resupnit quae injungitur, accipiunt Fratres ab eo quod poterunt, evellendo totaliter omnia germina vitiorum per subtiles confessiones de mentibus eorum.

237 Quidam Frater, scilicet Frater Corradus, de remota provincia ad famulam Dei videndam pergebat, se orationibus Margarita commendavat. Qua orante, responsum accepit a Domino hac dicente: Die ei quod Missas celebret in hunc modum: die Dominico dieat Missam proprie mense nativitatis et resurrectionis memoriam. Die Luna Missam de mortuis, pro his qui affliguntur in Purgatorio. Die Veneris de passione mea. Die autem sabbati de Matre mea Virgine gloria: quas si dixerit liquefiet in amore meo. Non lamentetur de obsequiis, que Fratribus facere consuevit, quia non facit modo: non enim impono ei quod expletia Missa sua in aliis Missis serviat quantum potest. Demide Missis expletis ad cellam suam, et interdum de me loquendo possit cum Fratribus recreari. Nec se omnibus in suo fervore communicet. Numquam audeat petere certum dominum: sed omnia que postulaverit, in orando voluntati mee committat. Quod si fecerit, spirituas gratias ei dabo. Sed unum faciat, et sciat quia nunquam tam caro pretio emit eas sicut atuod.

238 Et quia in signum gratiae cupiebat a Christo corrigi, dixit: O Domine mihi, quare me non corrigis, sicut illum, cum sum de omnibus corrigendis? Dixit Dominus ad eam: Tunc te corrigo, cum te ab hominum secularitate separo. Tunc te corrigo, cum in timore te constituo. Tunc te corrigo, cum te in difficultate promissorum conservo. Ille autem Frater cum sequenti nocte pro Margarita Dominum exoraret, vidit eam in spiritu, divini amoris igne totam ardentem, et tunc audivit vocem Angelorum dicentem sibi. Haec est illa Margarita, que nihil desiderat, multique requirit nisi Dominum nostrum Jesum Christum.

239 In die B. Laurentii videns Christum Margaritam in magna laetitia, dixit ei: Cur Domine, cum sis laetitia infinita, non reples me iocunditate tua quia sum solus desidero? Et Dominus ad eam: Quando me contemplaris in laetitia, tunc ostendo tibi, quod ego sum. Cum autem aliter, meditari debes qualis effectus fui pro salute humanæ generis. Eadem hora ostensi sunt in illa fontali luce multi bellantes adversus ordinem Fratrum Minorum, ad enus bellum spectaculum Christus ad ordinem B. Francisci modo jocundabar, et tanta videbatur moveri laetitia circa eos, quod Dei famula nesciebat describere: ad prædictum autem Ordinem persequentes jocundari minime videbatur, nec turbari. Ex qua re admiratione posita dixit: Quid est hoc, Domine? nomina cunctæ creaturae tue sunt? Cur ergo ad Fratres Minores tuum aspergunt cum tanta serenitate convertitis, et ad impugnantes eos turbata facie, sicut ad illos qui de tanta culpa perire possunt, non te ostendis? Et Dominus ad eam: Filia, circa istos ita jocundor, quia eos mihi reservo, et in altissimo statu ponam eos. Sed circa illos turbari non videor, quia finaliter per Fratum Minorum monita et exempla et documenta reddimur ad me. Amen quippe dico tibi, quonodo quibusdam de illis religiosis persecutio non placebit, quam facient invidentes, et tamen seponerent eos, sicut in Passione mea quidam Judeorum non consenserunt, nec eam tractaverunt, sed non impeditiverunt conspirationes.

AUCTORE F.
JUNCTA, BY MSS.

complentibus
prudenter pa-
nitentiam in-
jungunt.

Cuius F.
Corrado com-
mendata pro
obliganda de-
votione

idem videt
Margaritam
divino igne ar-
dentem

cur et Christus
Itrus apparet

F
Itrusque PP.
Minores ver-
tentes apud eam

*Quis sit verus
Frater Minor?*

*Commendatur
PP. Minoribus
ut meditentur
ritum et pa-
sonem Christi*

*monita da-
monum resu-
tent.*

AUCTORI ET
JUNCTA, LX. SS.

A 240 In festo B. Catharinae Virginis post communionem corporis et sanguinis Salvatoris, rogavit sociam cum afflentia lacrymarum, ut Dominus Iesu supplicaret celeriter, ut nihil nisi Dominum, sicuti se, larga condescensione donaret. Dicebat namque, quod anima postquam suavitatem Dei gustare inchoat, graviter tollerat quidquid audit, quidquid sentit, quod Deus non est. Tunc astutani anime misit Deus Angelum suum qui diceret, quod mulierem sibi assistentem licentiarer, ne gaudia Margarite revelaret extraneis. Quia emissa locutus est ei Dominus, dicens: *Filia mea, penae tuae mihi placent: et quia tibi crescent, para te ad eas.* Et Margarita respondit: *Salvator meus nomina eas mihi.* Et Dominus ad eam: *Non nominabo omnes tibi, sed dico quod tu es manus trahens illos, qui sunt in pelago vitiorum seculi sufficiunt. Tu Iux trahens illos, qui sedent in tenebris. Tu es filia electa et benedicta a Patre et me Filio, et Spiritu Sancto, et beatissima Virgine Maria matre mea, quam cum Catharina beuererit omnis ecclesiastis curia Beatorum, exspectans adventum anime tue, rogans cum instauria, ut accelerem tuum de mundo exitum.* Nec volo quod venias ad me nisi prius experiaris et videas, quae senserunt Apostoli mei. *Dic enim Fratribus Minoribus, quod tempus approximat, ad quod parent se ad tribulationes, in quibus videbantur a statu pristino cecidisse: sed ego eam eis era, nec remouebat in mundo religio tam dilecta, nec aliquis ordo tantum serviet mihi.*

D. V. cl. 55.
oratu ut Mar-
garita citio mo-
riatur:B providet ins-
tautem FF.
Minoribus tri-
bulatione.cupient cui-
dum reipub
communione,incaecatur
enunciatio de-
fectuum,et spiritalis
crucifixio.Margarita in-
tellegit famu-
lam ob traesi-
dam zelum
fore mense
uno in purga-
torio.

instanter rogasti me, Margarita, tibi, inquit Christus, respondeo, quod secundum illorum opinionem, qui eos judicant, nequaquam damnati sunt: sed tam penes tolerant cruciatus, quod nisi ministerio beatorum Angelorum visitarentur, crederent se esse damnatos, quia prope damnatos stant. Scias quod variis tribulationibus mundus affligetur propter peccata: nam intantum creverunt iniuriae hominum hujus seculi, quod, si ex parte mea dici posset, propter eorum crimina vereor pro eis rogare Patrem: et Mater mea, omnium advocatrix, timeret me suum pro eis Filium exorare. Scias etiam, filia, quod quemadmodum celice Fratrum distinctae sunt, ita Purgatorii penae per loca diversa sunt: aliqui enim purgantur in tenelarum densitate, alii vero in aquis fluentibus, alii in glacie, alii incendio aestuantis ignis etc.

243 In nocte secunda: Dominica Adventus, et infra, sic locutus est Christus Margarita: *Volo quod omnes amici mei habeant intentis puritatem, oris veritatem, carnis castitatem, sensuum mortificationem, et perfectam ac inseparabilem caritatem.* Et sicut ego Dominus omnium, me subjeci pro omnibus creaturis, ita servi mei omnibus se astiment viiores, et abjectiores appetant reputari. Et si alii finierint per munditiam castitatis, et rubicundi per amorem, eorum laudes coram me faciem redolere: et a me bonorum omnium largitore abundantiore gratiam obtinebunt, et electi mei reverentur nominabuntur. Conqueror tibi de simulatoribus et duplicitibus, quorum opera mihi non serviant, sed offendunt. Conqueror etiam, sicut alias conquestus sum, de Regibus, Potestatibus terrarum, Rectoribus, Judicibus, scribis, officialibus, censalibus atque arbitris-questiionum. Conqueror de malis virginibus, conjugis et viris, de mercatoribus falsis et usurariis pravis, qui de suis offensionis asperie punientur. Nam qui in hoc secundo dilatationem punitionis recipiunt, punientur durius in hoc illo et tempore, quibus voces eorum exaudiiri non poterunt, nec aliquorum suffragiis adjuvari.

244 Quando credebat Dei famula Margarita recipere novac consolacionis signum a Domino, dicebat prius intra se: *Quid mihi dabit Dominus nunc?* De qua meditatione rediugnit eam Salvator, dicens: *Cur niteris estimare sapientiam infinitam? Numquam imponere audies operibus meis sine, in nulla sui parte mea tangas opera perscrutando: si autem via perlingere ad id quod optas, curre per viam Crucis, et inde securè venire poteris ad domum maximam, quae expectas.* Et in hac tua simplicitate ideo te non deserui, quia sitis, quam habes de mea gratia, te excusat. *Rogu te, quod omni die specialem facias reverentiam laudula beatae Virginis, S. Joseph devotissimo nutricio meo, quia Beati mundo corde, quoniam ipsi Domini videbunt.* Et tunc ostendit Margarita opera bona homani generis tepide facta, et semiplena cum defectu et negligencia. Et quanvis tandem imperfecta sint, a Deo tamen per inclinationem misericordiae receptantur. Et ait ei Jesus: *Quare non adornas mihi locum in anima tua, in qua sedere volo?* Et Margarita respondit: *Parvum locum nescio, nec valeo sine volas.* Et cum hodie dies Veneris sit, in qua sentio debet quod sensisti, debeo me affligere in meditatione tuorum vulnerum quae portasti. Ad quod verbum Christus respondens ait: *Quonsique in terra viator moratus sum, una die in corpore consolationem perfectam non habui, et tamen amicos meos super sentire facio Paradisum et requiem in hac vita.* Et Margarita respondit: *Quid est, Domine, quod in monte non possum retinere tam alta dona, quae mihi concedit tua largitas?* Et Dominus respondit: *Ideo tibi hoc accedit, quia sitis tua cogit te currere ad*

pot inter Che-
rubic locan-
dum;Animax in Pur-
gatorio visari
ab Angelis:diversas esse
penas purga-
torii:

B 245 Quidam Frater adeo se orationis studio mancipaverat, quod quidquid aliud ageret quam orare et divinis officiis interesse, aut praedicationi verbi divini, tardiosum vulnatur videatur pariter et damnosum. Is inter cetera hoc desiderabat praecepere, ut Christum scilicet intra octo dies recipere posset: sed quia considerabat divinæ Majestatis submittitatem, et proprieam vilitatem, ad tanto Majestatis Sacramentum accedere minimè presumebat, nisi cum primis Christi farruca securaret. Quia cum oraret pro eo Dominum, audivit eum dicentes sibi: *Filia, tu dixeris, quod de quindam in quindam me sum recipere per Creatorem, et hoc concedo; nec otiam hinc oratione consentio propter affectus, quos ipse habebat; sed ut angelet in ipso sitis de me, et avidus me recipiat.* Cum autem me desideraverit, et non summet, recordetur Doctoris mei dicentis: *Credo et mandauisti. Quare die ei, quod ad novam gratiam se disponat, et illus, quos de sua conversatione agnoscer, student emundare ac purgare defectus.* Crux mea beneat: et coram se in dormitorio, choro et clauistro, coquim, refectorio, et omnibus locis intus et extra et ubicumque fuerit, crucifigat se in me: quia de hoc fonte non solus hauiet gratias, quas optavit, verum alias, quas poterit, salutares. Et die ei, ut confortetur in me, quia tempus veniet, in quo ei concedat quod me possit recipere omni die, et time separabitur a corpore. Et ita postea impletum est, sicut ipsa predixerat.

246 Bajilli sui non immemor Margarita, hinc a Christo ipse accepit. Die ei, quod sicut ego nondum eram cognitus, dum eram in terra cum discipulis meis; sic ipse in locis ei terras a religiosis et secularibus quaudam cum eis erit, id est, famulae Dei supplimenti pro anima Gilliae famulite sum jam definita, respondit Angelus, dicens ei: *Gillia morabitur in loco Purgatorii mensa uno, in quo tamen leyes penas patiuntur propter mias suas per zelum, etc.* In festo Purificationis Virginis gloriose facta Margarita a Domino revelatum, quod illo mane ipsa tutor Angelos proximam Gillie destinaverat, et eam, sicut ei praedixerat, collocauit in ordine Cherubin etc. Eadem manu pro tribus defunetis, pro quibus

quod requirat a
servis suis
Deus:vortorum fa-
tuum peccatase per viam
Crucis ad con-
solationes pre-
reducatur,monet ut
B. V. et S. Jo-
sephum hono-
ret quondam,

F

A ad consolationes alias, quas habituram te credis. Et dixit ei iterum Dominus : Volo, quod doles de tempore, in quo me offendisti. Et Margarita respondit : Domine, si corpus meum magnum esset sicut est machina mundialis, et totum liqueceret in lacrymis et sudore sanguinis, prae dolore injuriarum, quas intuli vobis, non possem minori offensa plenarie respondere. Et tamen doleo et tantum dolere desidero, quantum mihi concedere dignabitur tua gratia. Quia tanta mox fuit repleta dulcedine, ut prae admiratione diceret Salvator : Quomodo possunt, Domine, omnes exercitus Beatorum, qui sunt in patria coram te, tantam sustinere dulcedinem ? Et Dominus ad eam : Ita possunt sicut largitur eis virtutem curialitas mea. Et iste gradus pro suo modulo similitur statui Joannis Evangelistae, quando vidit infelicitatem, et de illo statu remansit ei tantum lumen quod fuit paratus docere totum orbem, et omnibus Ecclesiis de me scribere copiose. Et hoc ei curialitate mea donavi, quia tempus passionis meae dubitavit de me. Et Margarita respondit : Domine, numquam in praedicationibus haec audiri, quod Scriptura tua hoc diceret. Et Dominus ad eam : Si Scriptura mea discipulorum dubia per omnia posuisse, etsi quibusdam fuisset utile, multis vero fuisset damnum.

B sum. Et cum ostenderet se velle terminare sermonem, ait Margarita ad Dominum : Domine, non permittas me separari a te. Cui cum Christus diceret, quod a gratia ejus numquam separaretur, tanta fuit repleta cum novo corde dulcedine, quod in coelum anima trahebatur, dicens : Domine, tua humiliter supplico majestati, quod omnia corda haec dulcedine repleas, quia si te gustaverint, numquani tuam presument offendere majestatem.

245 Post Purificationem Domini, communione percepta audivit Christum dicentem sibi : In desideriis tuis laboras, et ego laboravi. Sed labor tuus non plene dum vixeris cognosetur : sed post finem examinabuntur opera tua, et fructum facient, et tu de laboribus tuis recipies tantam gloriam, quantam corda hominum cogitare nescirent. In illo tempore, quadam mane pane vita devote recepto, audivit Christum conquerentem de injuriis a peccatoribus perpetratis, et dicentem : Conqueror de illo innominabili viro, quod in mea nativitate punivi. Conqueror de conjugatis, qui matrimonii tam viciose utnuntur, quod non veri conjuges sunt, sed adulteri nuncupantur. Conqueror de vana gloria noviter aduentata in indumentis et aliis ornamentiis, quae sunt occasiones lucrorum illicitorum, et faciunt intuentes peccare mortaliter, imaginationes immundit ipsorum mentibus imprimento, et ideo de hujusmodi lotoris, ornamentis et ligaturis saepe mortaliter offendunt. Nam in facie sua ferunt audaciam et arma Sathanam : nee non et in cordibus recondunt opera pessimi ducis et tentatoris. Et hinc est, quod non solum eorum cogitationes, locutiones, et opera terminentur ad ipsum ; sed inde oritur, quod eorum orationes, peregrinationes, eleemosynae jejunitia, cum ceteris horis operibus minime Deo placent. Conqueror de falsis Prostatibus terrarumque Rectoribus, qui non dirigunt oculum recte intentionis in Deum : sed intuentur cogitatione obliqua et ad famam propriam et ad pecuniarum thesaurum requirendum. Et de centum hodie non invenies unum qui jus subiit alteri tribuat sine obliquitate. Pro dictis igitur causis, sive ratione partis, seu carnalis attimentice, scrutantur leges, et dolos novos inveniunt, ut decipiant et opprimant innocentes. Conqueror de notariis, qui offendunt me addendo, alterando, minuendo, differendo, de his que audiunt in testamentis et aliis contractibus, qui crudelitate rigidi non compatiuntur viduis, orphanis, et pupillis, sed solum pe-

cuniae cumulandæ intendunt : et haec est ratio, qua- D re conficiunt in injuriam meam instrumenta feno- ris et injuste acquirendorum. Conqueror de pravis consiliariis, qui particularibus et privatis amicitiis capti communem utilitatem impediunt, non defen- dent, et si aliquando pro Reipublicæ utilitate vi- dentur logni, haec ideo fideliter agere se ostendunt, ut laus et fama propria in eorumdem commodum convertatur. Quare verba eorum sub colore liciti proferuntur, ut etiam collegus opprimant, et in contentione confundant, majorem legalitatem ad com- mune bonum monstrantes, opera vero nulla. Con- queror de nuntiis omnium curiarum, qui similantur eis, qui spoliaverunt me in Passione mea, defendendo pro vero falsum, videns et pauperibus, pupillis et orphanis non parceunt. Conqueror de mercato- ribus falsis, qui mendaciter et sine lege discre- tionis fuerari volunt, et veritatem in verbis oculant. Conqueror de vendentibus panem et vivum, ce- ram et oleum, pannum et olera, et quæcumque ven- dentur cum malitia in proximorum deceptionem, et de his qui vendunt mala pro bonis, et infirma pro sanis. Conqueror etiam de his qui vendunt etiam triticum, saltem, et oleum : et de artificibus omni- bus, et de his qui me offendunt in pondere et men- sura. Conqueror maxime, de illis qui ementibus et vendentibus invident, et odiunt ementes ab aliis quam ab ipsis. Hi omnes si non se converterint ab his virtutis, ita multiplicabuntur eis adversitates, quod vix eas poterunt tolerare. Nam merito hoc fieri, cum ego Dei filius sustinuerim pro eis tot verba et verbera, et ipsi pro me nolunt sollemmodo verbum pati. Et quare hoc quia in me suum speculum non attendunt, verbum praedicationis meæ audire con- temnunt, imitantes hostis antiqui dolos, actus et vo- luntatem.

AUCTORE F. IONCTA, EX MSS. Consiliario- rum,

mercatorum,

vendentum.

E

246 In vigilia B. Joannis Baptiste recepto cor- pore Salvatoris audivit eum dicentem sibi : Filia, tibi dico, quod ego sum pastor bonus, qui custodio et cognosco oves meas. Jocundare filia Hierusalem, cum Fratribus tuis, qui sunt in civitate supernæ gloria, et exhilarantur de adventu tuo. Et dico tibi, quod tu eris unus speculum in vita aeterna omnibus peccatoribus. Necessaria namque est, ut misericordia mea demonstretur in celo et in terra; et sicut in die iudicij dividenteri justi ab injustis, ita cognoscentur tunc peccatores, qui receperant a me gratiam, ab aliis justis. In die illi jocundabuntur simul omnes, qui ad vocem fanne et penitentiae tuas fecerunt poenitentiam de laboribus et pennis, quas modo pateris. Tu es incredula, quia non credis, quod de te possim facere vas purissimum. Ad quod verbum respondit F Margarita dicens : Certa sum, Domine mi, quod nihil impossibile est sapientie, potentie, et bonitati tuae : tamen impossibile mihi videtur, quod aliqua creatura possit respondere claritati tue, et magnitudini bonitatis tuae, et quod mihi, quæ sum tenebra, inclineris. Tunc pietatis Rex et Magister Margarita respondit dicens : Nec istud est impossibile misericordie meæ, quia nunc es plena, cui meam misericordiam sum largitus.

ipsa speculum peccatorum agnoscenda in die iudicij :

247 Cum tempore quadam domino Iesu Christo ordinem Fratrum Minorum commendaret, audivit eum respondentem et dicentem sibi : Filia mea, qui mihi placere desiderat, talis esse conetur, qualis extitit dilectus B. Franciscus : in eujus ordine, quem mihi cum tam intimâ devotione commendas, numquam fuerunt tot sancti homines, quot hodie, nec tot debiles : sed fortes et justi qui sunt in eo, suis orationibus et exemplis sustentant et levant debiles et infirmos. Unde die eis ex parte mea, quos animarum posui pescatores, ut non cessent praedicationum snarum retia tendere in mare hujus seculi fluctuosi. Sicutam, jubentur Minores predicare expeditonem in terram

Prædicationem

Februarii T. III.

valde dolet de
presentibus pec-
catis :

magna conso-
latione reple-
tur

ora pro omnibus

a Christo in
telligenti peccata
hominum :

tamboti ita-
mentum,

Judicum,

Sacerdotum,

AUCTORE F.
JUNCTA EX MSS.

parare se ad
instantem tri-
bubinationem.

ad Ordinem
facile admitt-
tere.

monitur Mar-
garita mundo
plene morti,

Deo adiuvare,

in timore am-
bulare.

demonstrando
tamen eam ad
desperatum,

A Predicationem insuper Crucis vellem quod facerent, ut passagium fieret generale pro illius sancte terra recuperatione desiderata, in qua nasci et mori dignatus sum. Multi namque (si hoc fieret), ad fidem meam redibunt, et ibi a fidelibus honorabat. Prudent etiam verbum meum cum fervore Spiritus, et promittant punitentibus meo misericordiae largitationem, et impunitibus econminuent aeternam punitionem. Et sciant Fratres Minores, quod amphores gratias dedi eis, et dabo, quam aliquibus religiosis, qui sunt in orbe. Tamen parent se ad tolerantiam tribulationum, per quas mihi conformes dant, et cum eis ero. Neque timeant, cum vos velim nulli, quantum ad vita ordinem, similari, quia numquam deseram eos. Habetur enim, c per Pa. Qui videbatur totius mundi ordinator, et erit potius dissipator. Post tribulationem vero illam, praefatum ordinem exaltabo et magnifice sublimabo, confortentur igitur in me, soli mihi placere cupientes, et de parvis atque magnis, quos possunt ad ordinem ducere, recipiant diligenter: quia mundus adeo vitius hodie nascatur, et tanti periculi est in seculo remanere, quod, si recepti ad ordinem cum observantia castitatis solum dicerent horas suas, ergo talium arcepto receptionem, et ad hoc solum vos recipio mando, si plus in ordine quam sit dictum facere non valerent. Hic est ille ordo, qui mihi per omnibus placet, quia Fratres Minores sunt homines lacrymarum et abstinentiarum imponit hierum referunt animarum quam aliqua religio injus mundi.

B 248 Quodam mane, orto juv sole, cum magna mentis latitia hac qua sequentia recitavit, dicens: Noviris, Pater, quod hanc noctem cum dulcedine quietam transegi, et Dominum audiri dicentem: Soror mea dilecta, tu vis ita deficer in consolationibus meis, ut oculi tui nihil videant, et omnia corporis tui membra ad instar mortui nihil sentiant: hoc quidem donum habutura eris, quandounque mundo fueris mortua quo ad cogitationes, sicut mente defuncta es quantum ad opera secularia. Adhuc enim plene mortua non es, quia venti variarum cogitationum intrant animam tuam, idcirco murum caritatis custodia facito cordi tuo tam fortem, ut praeferre nihil intrare valeat. Nam in te sponsa mea posui tabernaculum meum: ea propter soli nihili servire sollicita sis, vivendo in meorum obedientia praeceptorum et sollicitudine amoris, ad instar hominis igneum ascendere cupientes, qui postquam ligna in struere cooptaverit, sufflat et ventilar, ut ignis accendat. Predicit autem admonitionibus a Christo praemissis, adjunxit, dicens: Vivere etiam debes in timore continuo, quia inter hostes tuos adhuc in bello reperis te. Fae igitur, sicut qui solus incedit per terras hostium crudelium, a quibus timet capi, vulnerari, spoliari, et occidi: qui circumspicit undique, armis numquam abjeciens, nec quiescens nec confidens de alio, donec ad becum perveniat, dilectum. Morete mundo fonditus, collatas a me gratias recognoscens. Et recordare, quod haec tens fugisti secundum personarum visitationes, locutiones et iacies, propter timorem meum. Et nunc plena voluntate petis instanter, ut te silvestrem secularibus reddam, et ab eis faciam tam corpore quam mente semotum. Consolare itaque, filia et puparella mea, confortare in me Domino Iesu Christo, quia tecum sum, et benedico tibi ex parte Patris, mea, sanctoque Spiritus.

C 249 Tenebrarum princeps Dei famula dolose insidians, et ei crudelissimo affectu se monstrans, necessit et dixit ei: Sebas te numquam a Domino Deo tuo indulgentiam recepturam vel misericordiam, quam expectas, quia te ipsam per abstinentiam occidisti. Cui cum ipsa diceret, Recede, quia

tuis non acquiesco blanditiis; statim ab oculis ejus D evanuit, iterum reversurus. Brevisime tandem horae spatio interjecto tam horribilis tamque stupendus rediit, quod nihil terribilis sub caelo credelbat posse imaginari vel dici, qui dixit ei: O miserrima omnia, que sub caelo sunt, forminarum, cui servis? quem tam fideli animo sequi niteris? Cui te tam singulari et unico ardore junxisti, omnibus amoribus procul pulsis? Talis enim est ille tuus dilectus Jesus Christus, quem die noctuque requiris, et pro quo te tam variis penitibus affligis, ut nulli suum velit communicare amorem, nisi deserentes, destruenti et occidenti, Tunc Margarita antiquo serpenti respondit, dicens: Nunc ex fallaciis tuis perpendo, quod tibi credendum non est, quia contrariarum propositionum es simulator: nam paullo ante mihi dixisti, quod me Deus propter abstinentiam misericordia sua privaverat, et nunc in contrarium objicis, quod me destruere debeo, si volo divinam gratiam invenire. Ex cujus responsum tam prompta hostis antiquus acerius provocatus ad iram, teterimus et sievus apparet, ait: An ignoras, quod super te nihil potestas est data, ut omnes tui capillos capitum evellere possim, et te solitariam per cellam tam vilissime traham quam crudelissime? Christi vero famula Margarita, nullis fracta vel mutata terroribus, sciens quod forintari E non debet, qui nihil nisi permisso potest, intrepida respondens ait. Si Dominus meus Jesus Christus hoc tibi jubet, quod jussit fac citius, ut suum non differas adimplere mandatum. Ad quod verbum prolatum humbler, virtus statim disparuit.

D 250 Quo disparente Christus alloquitur eam, Margaritam redargueus, quia in prima suggestione timuerat: et instruxit eam, ne metueret minus ejus, dicens, quia ciborum abstinentiam, et discretam refectionem secundum mea libitum voluntatis fecisti. Et dico tibi, inquit Dominus Jesus, quod tentationum fraudulenta varietas te saepius ducit ad ripam: sed sic impulsam cadere non permittam, sicut etenim in omnibus hellis tuis tecum: et quanto alloquitionibus seculariorum te subtraxi, tanto largius mea gratia perfrueris. Recordare quod hactenus in temptationum certamine lacrymus non solum refrigerantibus, verum etiam delicta purgantibus abundasti, quas ideo in angustiis tibi subtraxi, quia misericorditer tibi sunt sine lacrymis magis penosii, quia te preparo ad inastinabilem gratia ornamentum recipientem, sine quo nemini beat ingredi gloriam regni mei. Sed oportuit te, filia, prius exiere veterem F culpe tunicam, cum qua meam omnipotentiam offendisti. Quam quia peccatores hic exuere contemnunt et differunt, in Purgatorijs variis et crudelibus eruciatibus eam cogentur deponere ac comburere. Et sicut undas sui pro salute humani generis in cruce clavatus, sic quilibet anima nihili placere desiderans, debet se miseram illam vestem extire: ut prius per contritionem confessionaque purgata, tandem proponat me nunquam offendere, nec ultrius se vitius maculare. Quae dum in vitandis agendisque summi ferventer comatum posuerit, postulet gratiam confidenter, quia curiahter in domum misericordiae, cuius ostium nunquam clausi, cum letitia introdram. Et dieas Fratribus meis Minoribus de fervore prædicationis habendo, quem tibi in præterito numeravi, nec tradant obhvioni, quod sicut Apostoli mei non valuerunt omnes annas, quas optavirunt, lucrari, nec eneta ad votum desiderata compiere, cum in se haberent Spiritum sanctum, ita nec ipso. Et sicut illi nec mino, nec flagelis aliisque periculis obviaribus undique, veritatem obliquaverunt, aut tepido protulerunt, sed se eunctis periculis expONENTES PRO VERITATE MORI PARATI ERANT, ITA ET

postea ad mor-
tem sibi infi-
rendam,

lum dira mi-
naniem,

littere in prima
tentatione li-
muerit:

in uniuersitate
Christi,

galeburgae FF.
Minores horfa-
ri, si nul si-
miles Apollon
in prædictio-
ne,

Fratres

*et aduersis.**monetor de
instante obtin,
ea insidatur
demon :**tumel ne in re-
velationibus
decipitur .**secura redi-
tura Christo,**cum mirabili
illustratione**jubetur nihil
mei compito
Conferari
agere.**fodiu preceps
i drimone os-
tentosa.**et sus prece-
ps, crang-
matur:*

A Fratres mei nec blanditiis mundanorum aut minis a veritate praedicanda recedant. Et quia populi tenebris involuti, eorum prædicationem spernent, et eos audiire contumaciter renuent; non merebuntur minus, si importune instabunt, sed eorum præmium magius erit. Quare cum non infigatur eis adiuc martyrum propter universalem Ecclesie statum, volo quod loco suppliciorum murmurationem populi tenebrosi humiliter ferant, quibus cum prædicaverint verbum meum, verbis communicatoris nascantur Scripturarum, et misericordiae largitatem, ne de suis peccatis desperatione incurant. Ego autem, qui hoc dico, sum Dominus tuus Jesus Christus filius Dei vivi, qui pro humano genere carnem sumpsi de beata Virgine, et omnini, que propter veritatem populi reservavi, paude. Et quia tu es prope tuae salutis portum, idcirco antiquus hostis tuo fui insidians, infestantius solito te impugnat, et summo procurat studio quicquid contra salutem tuam, cui tam crudeliter invidet, poterit inclinari. Et hoc vigilantes tractare molitur, quia nihil modo penes se inventi, quod tibi pro statu pristino possit opponere. Tu vero ne timeas, sed confortare semper in me, quia ego sum tecum in omni certamine et quolibet tuo opere.

CRESCONIO, ZENONE, MENANDRO, CARINIANO, ARIONE, HIPPOLYTO, DIODORO, MENELANTO, ATHORA, PE- TRO, LAMBESE, LUCIANO, FELICE ET ALII XXXV.

C 2 In aliis Martyrologiis, non omnes, sed qui celebriores fortassis fuerint, nominantur. Ita MS. Augiae muciora alibi duntis: In Africa, Cresconii, Zenonis, Menandri, F Diadori, Nethoris, qui a vix annis vixit, In Africa, aut, Grysonni, Zenonis, et aliorum multorum. MS. Letiense Pannonis Sanctus, de quibus infra, jungere eas rudetur. In Pantonis, inquit, SS. Antigoni, Ruthi, Libii, Eminander et Zenonis. Ita et Hermannus Greven cum Aquisgranci martyrologio, Polycarpo utique Asiani Felivem jungit: Et in Asia Polycarpii, Herofiti, Felicis, cum aliis xi.

D 3 Differentia est aliqua, ut patet, nonnullorum nominum in variis exemplaribus, Cresconius, alibi Crisconius, Chrysogonus, Grysonius appellatur. Menander, Minander, Eminander, Eminandus. Carinianus, in MS. Aquincimino Carinianus est: Menelantus, qui in ceteris Menelantus. In eodem et Marchianus Luciana, qui alia Lucianus. Deinde duo illi codices xxxvi socios ubi sunt tredecim illis nominatis, qui soli xxxv in veteri Romano,

DE SANCTIS MARTYRIB. SMYRNENSIB. EROTE, CARPOPHORO, GERONTIO.

J. B.

XXXI FEB

Smyrnæ Episcopus fuit, ac totius (ut *S. Hieronymus* auctor est *cup. 17* de *illustrib. Eccles. scriptorib.*) Asiae Princeps, *S. Polycarpus*: quem *Lotini* venerantur *xxv* Januarii, *Græci* *xxii* Februarii, ut ex *Menœtis* et *Menologio* ac *Maximi Cytheræti* *Vitis SS.* constat. *Hoc* etiam die quibusdam *Lotinorum Martyrologiis* inscriptus, ut *autem dictum*, *Illi* quoque *hoc* die martyrum aganem peregerunt *Eros*, *Carpophorus*, *Gerontius*, uti ex *veteribus Martyrologiis* liquet: *tempus mortuisque vestimentis incerta*. *Quod post S. Polycarpum*, *descripta corum nomena sunt*, *argumento id est fortassis*, *illo fasce xfole posteriores*. *Vestitissimum Romanum*, sive *S. Hieronymi*, *In Asia*, *inquit*, *nat. Polycarpi Episcopi* cum aliis *xii*. *Smyrnæ nat.* *Sanctorum Herotis, Carpofori. Distinctus*

B. Notherus · *Smyrnæ nativitas Erotis et Carpophori*. *Vetus MS.* *monasterii S. Martini Tornaci*: *Suyrnæ natalis Sanctorum* de antiquis, *Heroti et Carpophori*. *MS. Divitis-Iugie*, sive *Richenovense*: *Et in Asia Herotis et Carpofori. Jungunt Gerontium MSS.* *Aquiraneti et Marchianensis canonorum*: *In Smyrna, inquit, natalis SS. Herotis, Carpofori, Geronti*, *Hermanus Greven in Auctario Usuardi anno 1521 excuso*, et *Martyrol.* *Aquisgranense Felicis*, qui inter *Ifricauus Martyres* antea numeratus, *Polycarpo et Eroti sociant Carpophoro omissis*, ita enim habent: *Et in Asia Polycarpi, Herotis, Felicis, cum aliis *xii*. De hisce duodecim artum in Vita S. Polycarpip. Solum Erotem habet MS. monasterii S. Cyriaci Romæ: Smyrna, inquit, nat. S. Herotis.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS ASIATICIS

SINONE, HERULO, CUSCUMO, MENALIPPO, ZENONE, B SINERTE, SIRICO ET ALIIS.

J. B.

XXXII FEB.

In eadem *Asia*, *incertum quo loco, tempore, murtis genere*, *martyri lauream eodem die consecutae sunt* *ali septem*: *de quibus antiquissimum Martyrol. Romanum*, sive *S. Hieronymi*: *In Asia Sinonis, Heruli, Cusecum, Menalippi, Zenonis, Inertis, Sirici. MS. monasterii Marchianensis*: *In Asia Cosconii, Synorii, Heruli, Zenonis, Menalippi, Sinestis; Syricis, cum sociis eorum. Eadem habet MS. Aquitanum. MS. Ruthenovense duas solum recent-*

set: Item in Asia Sinoris, Heruli, Zeno hic Asiaticus, plane alius videtur ab Africano, qui Cosconii et Menandri atque aliorum socius: cum in usdrum ambo Martyrologiis murarentur. Qui Sinon nominatur in veteri Romano, alibi Sinor, et Synorius: Cosconius, qui Cusecumus: Sinestes denique, qui Inertes; melius forte Sinertes, Siricus, Siricius, un Cyricus sit, qui postremus locatur, hanc diuinam.

DE S. THEA MARTYRE.

J. B.

XXXIII FEB.

Duos Græci Theas venerantur, ut ex *Menœtis* et *Cytheræti* constat. Altera *Egyptia* fuit cum *Paulo fratre ac sorore Valentina*, sive *Ozias, Ieraya, paulina* adepta martyri in *Palestina*, *ut ipsi reserunt*, *xviii Julii*, *ut vero Romanus tabulari habent*, *xxx ejusdem: quinque in his These nonnou exprimuntur. De altra Thea isthac prædicant Menœta: Τῷ ἀυτῇ ἡμέρᾳ, ἡ ἡγία μάρτυρις Θεοῖς φέσηται.*

*Θεοὶ ἐποντόποτεν τοῖς Θεοῖς πλέοντος
Οἱ τὰς πλέοντας κτείνονται προστίθεται ξηροί.*
Eadem die, sancta Martyr Thea gladio vitam finit.
Theam deridentem falsos deos,
Erroris presides gladio trucidant.
Eum Cytherætus quoque reserit hoc die. Nihil præterea nobis compertum.

huc gladio
exsa.

Dux SS. Thea

DE S. SIRENO, SIVE SINERIO,

MONACHO ET MARTYRE SIRMII IN PANNONIA INFERIORE,

F

Commentarius historicus.

J. B.

CICERANUS COCHI.
XXXIV FEB.S. Sireni
monachus
Martyr

Si. *S. Sirenu Sirmii in Pannonia peremptus, non Firmi, aut Sexti Firmi.*

2 *Vetus Romanum Martyrologium ab Heriberto Roswegen nostro editum ita habet: Apud Sirmium Siterii monachii, et *xlii* Martyrum. De hisce, non *xlii*, sed *xli* aut etiam *lxii*, seorsim agemus. MS. Martyrologium monasterii Centulensis, sive *S. Richart*, quod *S. Bede numere præsumulotum*: Apud Sirmium *S. Sireni monachii*, qui sub Maximiano capite car-sus est. *Usuardi plurimi habemus exemplaria, etiam recentissima, et non longo tempore post ipsius atatem auctorius exoratu, et non pauca typis edita, quibus et Romanum congruit, et Bellini de Padua ante centum fere et sexaginta annos excusum, ita habent: Apud Sirmium B. Sieri (Romanum, et quadam exrusa ac MSS. Sironi) monachii et Martyris, qui jubente Maximiano Imp. tentus, cum se Christianum esse confiteretur, capite cæsus est. Consentaneum in hoc Martyris elogio alia ab omnibus 10 aut pluribus scripta Martyrologia, quæ aliquam Usuardi nec nomen præferunt, nec ordinem phrasimque in omnibus retinunt.**

47 Uuardi

Februario T. III.

Sirmii passus
traditur in
Martyrologio:presentem an-
nigus,

A Usuardi editio Parisiensis anno 1100, Sicutum
AUCTORE B. recat, apud Smyrnam possum.

B Beda nomine vulgariter Martyrologium ita
S. Sireni cardine ac eadis locum, causumque explanat:
Apud Sirmium, natale S. Sireni monachi, qui tem-
pore Maximiani Imperatoris, cum unius ex domes-
tis eius uxori, hora incongrua in horto, quem
ipse sibi excelerat, deambulante, acris increpan-
do repulisset, jubente Maximiano tentus, et Chris-
tianum se esse confessus, capite caesus est. Endem
habentur in B. Adonis Viennae, et in B. Nothari
Martyrologiis: nisi quod in hoc prius quatuor voces
ita efferventur: Apud Sirmium S. Synerii. In Bru-
zellesci quoque Ecclesia S. Gaudiae Martyrologio ita
habetur: Apud Smyrnam S. Syneri. Ita et MS. Co-
loniense S. Marci ad Gradus: In Smyrna S. Sireni
monachus, qui a Maximiano Imp. capite caesus est,
Sirmio cum tribuunt cum plerisque reverentibus, Mo-
lanus, Cauinus, Ghinus, Galesinus. Monet postremus
in Annalibus, etc. Sirenum scripturam, Synerum
tamen in multis MSS. appellari. Est ergo Sirenum,
vel Sinerus, Synerius alibi, et Synetus, Serenus
quoque et Serenus, uno et Sergius. Ita enim MS.
Floriarum: Apud Sirmium B. Sireni, alias Sergii,
alias Seneri, monachi et Martyris sub Maximiano
anno salutis 287.

B Probat varius testimonis et exemplis Barons in
Notationibus hoc die, Maximiani temporibus fuisse
monachos, et ex eis quanplurimos coronatos esse
martyrio additique agere oiam de Sireno Petrum in
Catal. lib. 3. cap. 147. hec enim oiam Episcoporum
fuisse dicat. Id vero Petrus non dicit, ita namque scri-
bit: Serenus monachus et Martyr sub Maximiano
Imp. apud Smyrnam passus est. Nam cum ipse sibi
hortum excelerat, et unius ex domesticis Imperato-
ris amicus intimus esset; quadam die uxori illius
in horto suo hora incongrua deambulantem reperit,
cumque acriter de in honestate increpavit, quod sola
hora incepit monachu pomerium introisset, cum quo-
que cum indignatione ejerit. Quis vero suo de Sereno
conqueritur, et quod cum turpiter ejecerit lamentatur.
Qui verbis ciongatis ad iracundiam motus, quem
dudum ut a vicini celaverat, Maximiano uti Chris-
tianum accusat. Sieque Serenus jubente Imperatore
tentus, et se Christianum confessus, capite caesus
est vi Calen. Martii. Ita ille, nullo Episcopali dis-
gredi facta mentevit. Discrepant tamen ab his paul-
lum, que infra dictamus, S. Serenus actu.

C 3 Audierat nunc quis in Italiano ac Hispaniam avan-
cant athletae hujus vertum. Franciscus Maurolyceus,
Mesmonensis in Sicilia Abbas, cum Martyrologia a se
conveniente, anno 1100 vulgari Typographium
Sanctorum Christi Martyrum, per Primum Calulu-
nensem Episcopum ac Theodorum anno salutis
ejecta olim compositum, et tunc denovo recogniti-
tum. In eis ita scriptum: Firmum Italie civitas,
in Picenis. Hic Serenus monachus sub Maximiano
Imp. Martyr. Serenus ipse Maurolyceus ad vii Calen-
das Martii scribit: Apud Firmum Italie civitatem
in Picenis, B. Sireni monachus et Martyris, qui ju-
bente Maximiano Imp. tentus, enim se Christianum
esse constiterat, capite caesus est. Nam Serenus
Abbas in Seythiaen crebro Egypti, sanctitate et
castitatem melitus, alius fuit. Maurolyceum Italie
expressat Constantius Felicis medicus in Calendario,
sive Ephemeralibus historice anno 1100, lxxvii editus;
Serenus, inquit, monachus et Martyr, Firmi in Mar-
chia, plexus capite, jussu Maximiani: Serenus Ab-
bas Seythiopolis, in solitudine Egypti, exemplar
sanctimonie et castitatis. Est Seythiopolis, ut alii
derimus, urbs Palastinae: solitudo vera, in qua Ser-
enus Abbas rixisse dicitur, Seithi vel Seethi aut Sey-
this appellata in Egypto erat.

D Nemo aliis, etiam Italicorum, quem quident vide-
rimus, hisce tribus scriptoribus, de loco certius S.
Sireni assentur. Ex eorum tamen verbis unsam ha-
buisse videtur viri quidam docti, ut eum in Hispaniae
urbem Sexti Firmum, aut Sexi Firmum pertulerent.
Nam quae nostra memoria ab iis processu sunt, vel, ut
crevi volunt, producta, e vetustis scrimis in lucem com-
mentaria primum titula Fragmentorum, Luitprandi,
dem Adversarium; ea in priori editione Madridensi, ex aduersario
adorata a D. Thoma Tameo de Vargas, iuuu, 158 Luitprandi,
tu habent; Decessit Q. Serenus Samone in Galicia
cum opinione sanctitatis anno clxv, reliquo filio
adolescensculo, qui fuit egregius medicus, et virtutis
ac religiosissimissimus. Dies senioris Q. Sereni
dicitur fuisse xxi Kal. Martii illo anno. Medici duo
filii Q. et M. Sereni passi sunt sub Severo Alexan-
dro. Item tertius et quartus Sereni passi cum aliis
in Africa sub Diocletiano. Horum filii L. Serenus
monachus, famularis Diocletiani, et PUBL. Serenus,
Martyr, in Africa hic, ille vero in Hispania Sexti
Firmi in Britica passus est sub Diocletiano anno
cxc. In posteriori editione Antwerpensi, anno ccccxxi
a Laurentio Ramirezo del Prado Constitutio regio et
Hieronymo de la Higuera nostro curata, num. 177
eadem habentur, nisi quod pro Severo Alexandro,
scriptum est Severo Alexandria. Dem siquitz num. E
158. Item Zenas et Q. Serenus passi cum aliis etc.
quod in priori editione erat. Item tertius et quartus
Sereni passi cum aliis. Demum num. 179 pro Sexti
Firmi est Sexti Firmi.

E 7 Huius scriptoris auctoritate minus Joannes Ta-
mains de Salazar, cum esse censet, qui a plerisque Su-
mum passus scribitur, atque in Martyrolo. Hispanico
hoece elogio celebrat: Sexi Firmi in Baetica S. L.
Sereni monachus, filii Q. Sereni Samonensis Gallaei,
qui cum in Domino Diocletianum Iup. aliquando audi-
cus versaretur, vitam periculosam relinquens, et
enupto hortulo, inde contemplationi vacasset, a
femina quadam aulica persecutus, primo Maximiano
imperante in Hispaniam relegatus, post ad martyrii
coronam intrepidis agonista peruenit. In uox pro-
bat urbem Hispanie fuisse Sexi Firmum, vel Sexti
Firmum: quod ultra damus. Addit, si non illuc mar-
tyrit consecutus est coronam, prosapia tamen Hispanie
fuisse: nec hoc tamea sat sole probat.

F 8 Non hic dicam, quod viri auctissimi, etiam His-
pani, ista sive Fragmenta, sive Adversaria, ab re-
centiavibus suppedita, neque Luitprandi legitimum fu-
tum esse: non enim ea argumento nunc opus ad retu-
rern scriptarum de S. Sireno tenuiam sententiam. Non
quaram item cur alter excusa quedam tu secunda edi-
tione, ac in primi: quidque sibi velit, quod harum (id
est Zenas et Q. Sereni) filii dicuntur L. et P. Serenus?
Uter ictus est? Non enim utrinque uterque. Aut
unde novi D. Tamains Salazarus L. Serenus,
Quincti filium fuisse, et non potius Zenas, qui prior,
ut et ipse inter filios, ponatur? Deus omnino ita
scriptum a Luitprando, et mouere obsecne: etiamne
asserit, eudem esse Serenum qui relastoribus Mar-
tyrologiis id vii Kalend. Martii inscriptus? Dixerit id
tamen cum denus: epus potius sententia stabimus,
quam S. Beda, qui amplius et annis eo antiquior fuit,
et in omni sententiarum genere veriusissimus? Potiusne,
quam Usuardi, qui Caroli Magni temporibus, centum
et quinquaginta annis ante Luitprandum? Potius,
quam B. Joannis Episcopi? Denique cur illi lxxii aut
lxxiiii Martyres, qui, ut max dicimus, ibideum, in pra-
fusa orbe, ubi S. Serenus, certamen consumantes,
regna manusca percepero; non etiam Sexti Firmo
tribuentur a Luitprando? Fiet id fortassis in tertia
editione.

G Quod Ferrarius, Galesinus, Molanus, Saus-
sius apud Avernos coli S. Serenum testantur, non est
cur

*in prouincia
Smyrenz:*

*diversimode
appellatus:*

*Filius episcopi
Irenei et Petro
de Natal.*

*ab aliis Sexi
Firmi in His-
pania.*

*indebet Mar-
tyrologe His-
panico compre-
hendere.*

Acur non adstipulemnr : neque enim isthic occidum, sed
ut non quod modo coli, ob reliquias eo astatas asserunt. Nisi forte et
apud Arvernos aliis sit. Neque illud assequimur, quod Tamaius scri-
bit, doctis perperam arridere segmentum, absque
vetusta commendatione politum. Nobis sane, quan-
tarvis recommendatione politum segmentum, quandiu seg-
mentum esse deprehenditur, arridet namquam : ac ne
tum quidem quando solum suspicio est segmentum.

**§ II. S. Sireni Acta, martyrii tempus,
reliquiarum.**

Acta S. Sireni breviter complexi Usuardus, Bedu-
Adu, Notkerus, ac Petrus Equilinus Episcopus, antea
citati, Joonus Tamoius Acta aut sui illius Sereui pe-
nituit deperiisse, illa se ex more compaginare.
Summa est : L. Serenum, ab uno filiorum Q. Sereui
medici, Quacu numerum aut Marca, processisse. An-
tra dixerat Quinti filium. Aversaria ab eo citata,
Zenae aut Quacu Sereui filium fucium : qui, Quintus
in Africu pessus, Sereui medici nepos erat. Tradit
deinde Tamaius, Lucua politoribus litteris Romae
eruditum, curum Diocletiano, ejus Damsteicum et so-
dalem fortunam : postea aversantem aulae fraudes, Prin-
cipisque in Christianus scrutinum, e palatio abscessisse,
et hortulo, quem erat, calendo octopatrum, sibi ac Deo
quatum vocasse. Cum dem unius ex anticis Maximiani
nrorem, hora intempesta, in hortulo illo sum deambula-
lantem, et clamoribus omnia completem, acris objur-
yatam, inde expulisset; eam apud virum suum cum
lucrymam de injuria questum : ab hac accusatum San-
tum, Urbe decreto Maximiani ejectum, narigasse in
Hispaniam, atque ad Sexti Firui portum appulsum:
ubi a satellibus comprehensum, cum se Christianum fas-
sus esset, plerum cupate, vix Kal. Martias anno circ. 280.
Hec Tamoius, ubertore stylo.

n. Aha Acta antiquiora ac veriora descripsimus et
reveri codice S. Martinu Ultrajecti quo ita hahent

Apud Sirmiumnum civitatem Syrenus peregrinus
monachus, Graecus civis, cum de locis peregrinis
venisset, hortum volere coepit, ut inde vitam transi-
geret, eo quod aliam artem non nosset. Qui tempore
persecutionis metuens corporales plagas, latitavit :
et domi excolet hortum suum, quodam die que-
dam mulier ingressa hortum ejus, coepit deambulare
hora incompetenti. Cumque eam vir sanctus caussa
lascivitatis discurrere cognovisset, increpavit eam,
inconens ut egredetur, et ut honesta matrona, dis-
ciplinata se haberet. At illa cum confusione egressa
de horto viri Dei, coepit fremere, dolens non quod
inde pulsa esset, sed quod libidinis sua causam
non adimplisset. Et statim seripsit ad virum suum,
qui erat Domesticus Maximiani Imperatoris, insi-
nuans ei injuriam, quam passa fuisset.

12 Cumque accepisset litteras vir ejus et legis-
set, statim conquestus, ait Imperatori Maximiano :
Nos cum lateri tuo adiheremus, matrone nostrae in
longinquu positae injuriam patiuntur. At ille dedit
ei potestatem ut vindicaret in eum per Rectorem
provinciae. Ille ergo prefectus ad Judicem, ei Im-
perialia dicta porrexit, conquerens de Syreno. At
Prases ei sibi exilio dixit : Quare intulisti injuri-
am matrone tanti viri? At ille constanter respon-
dit : Nulli matrone aliquam injuriam feci : sed re-
cordor, quod ante hos dies quedam mulier in horto
meo hora indecenti deambulabat, quam increpavi,
et dixi, quod non recte versaretur mulier, que illa
hora egressa de domo viri sui esset. Quod cum au-
disset vir ejus, erubuit et obmutuit, nihilque am-
plius loqui Praesidi ausus est.

13 Prases vero intra semetipsum cogitare copit
de sancti viri libera objurgatione, et ait : Hic homo
Christianus est, cui displicuit mulierem in hortum

suum impudice se gerentem videre. Dixitque illi : D
Cujus professionis est? At ille sine aliqua mora res-
pondit. Christianus sum. Cui Prases : Usque nunc
ubi latitasti, vel quomodo subterfugisti, ut diis non
sacrificares? At ille, Quomodo, inquit, placuit Deo,
usque nunc me reservavit in corpore : modo autem
quia palam voluit me esse, paratus sum pro nomine
ejus pati, ut habeam partem in regno ipsius. Pre-
ses autem haec audiens, vehementer iratus, dixit :
Quia hucusque Imperialia praecepta latendo contemp-
sisti, et diis sacrificare induisti, jubemus te capite
plecti, qui statim raptus ac ductus ad locum pas-
sionis, decollatus est.

AUCTORE J. D.

*fusione re
Christianum,*

*capite plexum
Sermis.*

14 Qui apud Arvernos in Gallia colitur S. Syre-
nus, sive Syreneus Martyr, cum Sirmiensem hunc
esse asserta Soussius supplemento Martyrologii Galli-
cau ad hunc diem. Coli Arverni scrupsevante rum
quidam : ubi pro religione decertasset, non inveniunt.
Jounus Molanus in Ancturia ad Usuardum ita habet
hoc die : In territorio Arvernensi, S. Syrenei Mart-
yris egregii. Petrus Galesius : Arvernus, S. Sy-
reni, qui egregio martyrio coronatus est. Ferrarius
in generali Catal. SS. qui Galesium in Naus etat :
Arvernus S. Sereni Martyris. Nec aliud Soussio
perspectum fuisse videtur, cum Martyrologium capit
endere, nam in eo ad hunc diem ita scrupit : Claro-
monte Arvernorum S. Syrenei Martyris, qui propter
egregiam in Christi nomine confundo constantiam,
dira perpessus, exacto illustri agone, palmarum semi-
piteriarum gloria accepit.

E

15 Ast in Martyrologii ejusdem supplementa disser-
tans rem expressit his verbis : In Arvernico Billo-
nensi, susceptio et veneratio pretiosi corporis S.
Syrenei monachi Martyris, qui cum se Christianum
esse confiteretur, jubente Maximiano Imp. apud
Sirmium capite caesus est. Cujus sacra gleba deinde
in Gallias translata, in collegiata ecclesia presignati
vici colenda reposita est, cum osibus SS. Juvenalis
Martyris et Maximini Episcopi et Confessoris. Fit
autem ad tanti Coelitis patronum perpetuus me-
larum conursus; qui maxime occurrente necessitate
serenitatis vel pluviae, ad hujus gloriose sui Tutela-
ris praesidium fideliter recurrentes, operi ex ejus
meritis et suffragiis desideratum consequuntur.
Beatisim autem hujus Martyris his in anno recor-
ditur summa veneratione memoria : hoc die sollicit
in antedicta Ecclesia Bilboniensi ; porro vi Idus Maii
ab Ecclesia Matrice Arvernensi : forte quod haec
colat translationem, illa natalem propria solemnitate
veneretur. Ita Soussius.

*reliquias ejus
filiorum atta-
tus.*

*invocatur pro
serenitate ac
pluvia :*

*Clarificate 10
Maii collitur ;*

16 Quem Billonensem vicum appellat, reor Billon-
um, infraeius Arrevia, sive Lomanum, oppidum
esse. Nam Franciensis Rauchinus in descriptione Fran-
ciae pag. 296 primariam ejus oppidi ecclesiam, in qua
numerous Canonicorum collegium est, dicuntum scribit
Sancto eidam, quem Cernent Gallici vocat : reor Se-
renum vel Sirenum esse. Qui sunt autem S. Juvenalis
Martyr, et S. Maximinus Episc. Confessor, albi
quarremus, vel ad proprium cupaque diem, ubi cum
eritis assecuti, vel ubi commodum videbatur, cum alterius
Sancti, nomine vobis nunupali, facienda erit
memoria.

F
*habet ribi dia-
conum Billont
collegium ec-
clesiam :*

17 Porca S. Sireni lugus nostri in quibusdam
Martyrologiis ad alios dies translatus natalis, incuria ab aliis colluit
librariorum qui ea transcripsero, an alia potius eussa,
hunc seto. In Martyrologio monasteriorum Marche-
neensis et Aquincum, xxi Februario, virtus, quibus
hor xxiii die utilit Usuardus, inscripti, et lxxii Mart-
tyres Sirmi passi, et Severus, (pro Sirena,) mona-
chus ac Martyr, ut doi indicavimus. At xxii da habet
MS. S. Hieronymi, seu retulissimum Romaenum ;
Sirmianus. Sereni et aliorum xiii. MS. Divitius Auger, et 23.
seu Richenoviense codem xxii die : Sirmio S. Severi
et

Auctore I. B.
A et aliorum lxxi. Vetus MS. Latiniensis Monasterii: In Sirmio, natale Serenae, quo tempore Maximiani plexione capitis suscepit martyrium. Varunt in verbis pauculis mendose expressis MS. S. Martini Tornaci: In Syria, inquit, natalis S. Serenae, quo tempore Maximini, plexione capitis proprium suscepit martyrium. Richardus Wifordius in Martyrolo. Ingenuo initio seculi superioris edito, ad xxiv Februarie cum quando martyrum subierit?

B 18 Non videtur autem S. Serenus, quod in Adversariis Luitprandi scribit Jo. Tomasi, anno cccc octubris; nemus ccc xxxviii, quod Floriarium: sed fortassis circa annum cccc ant. eam. Miratur certe Pro-

ses, uti num. 13 Acta MSS. habent: usque nunc ubi D latitarit, vel quomodo sacerdotes fugerit ut diis non sacrificaret? At Martyr, Quonodo, inquit, placuit Deo, usque nunc me reservavit in corpore. Non ergo initio persecutoris casus, quando non tanta cura perquievabantur Christiani; sed postquam ea ita immotice erat, ut nulla eos latet alia tegere, nullus abscondere agnitus posset, quod principi duobus imperiis Diocletiani et Maximiani postremis vanis occidit, eam et cccc. Atque adeo fortassis, qui post Sirenum hic subiectuntur lxxi aut lxxxii Martyres ante eum in urbe eadem palmarum consecuti sunt. Petrus de Natali. lib. 3 cap. 150 scribit sub eadem Imperatore passos, quo Serenus.

J. B.

DE LXXII MARTYRIBUS SIRMI IN PANNONIA INFERIORE.

XXXIII FF. 2.

Sirmientes
Martyres 72
vel 62

E idem quo S. Sirenum hoc, gloriosus pro Christo depugnauit Martyres ubi lxxii, ut plurimi codices habent, aut lxxi ut ali: ne fortassis ante eum, ut diximus. Cum ea certe Martyrologia adscripta ad vii Kal. Martii, quo die Beda crevus, ac MS. monasterii Centalensis: Item aliorum lxxi, qui ibidein passi sunt; ubi scilicet Sirenum, de quo immediate egerat. Idem habet Ado et MSS. Martyrologia complura. idem Notherns, sed lxxii statut, et cum Smyrne crevum Sirenum scripsit, consequens esset, etiam hos Smyrnam amundamus, nisi errarem cum plurimum sententia corrigendum probasssemus. Usuardus ita habet. Item natus sexaginta dimidi, qui martyrum certamen in prefata urbe consummantes, regna mansura perceperunt. Usuardum plerique alii sequuntur: sed ex his Romanum Martyrol. Murendicus aliisque plurimi, lxxii statut. Vetus Romanum supra in Sireno citatum, xlii. MS. Florarium: Natale Sanctorum lxxii Martyrum in prefata urbe. Sirmio, nomen Galesinus: En ipso praeterea loco Sanctorum lxxi aliorum Martyrum, qui caelesti praesidio divinaque constantia ad omnem crux

ciatum perferendum committi, coronati sunt non firmant.

2 Murenducus, qui, ut diximus, Apud Firmium (ita enim habet) Italia civitatem in Picenis Sirenum martyrum constitutum, adverteratque fuisse Serenum Abbatem in Scythicae crevno Aegypti, subiectum: Item natale Sanctorum lxxii, qui martyrii certamine in praefata urbe consummato, regna mansura perceperunt. Quare illa praefata urbs? Firmum, opinor; nam in Scythicae crevno celle ascetarum multa, urbs nulla alia. Obscurius a Constantino Felice Serenus monachus et Martyr Firmi in Picenu locatur, Serenus Abbas in Scythopolis, in solitudine Aegypti; dein ista subiecta: lxxii Martyres occisi in superlicita urbe, Scythopolis an Firmi? Qui S. Sirenum Sexi Firmi in Hispania ponunt, idem de his statuant aportet, si Martyrologia retusa ad se trahere veliat, ut salutis Sexi Firmi pro Sireno restituunt.

3 MS. S. Hieronymi, ut in Sireno diximus, cum xxii Februario refect cum aliis xii qui hi ipsi sunt, numero alteratu. In MSS. Aquincum et Marchianense xxi Februario, uti et Serenus, ipsius Usardi verbis positi. Nihil de huc actis praeterea conpperimus.

alibi 22 et 21
Febr. relati.

DE SS. SENEROTE, ANTIGONO, RUTILO, LIBIO, ROGAT..

J. B.

XXXIV FF. 2.

Hi Martires
Sirmi passi,
aut ab iis
Pannonia, in
certum.Nomina parte
scripta.

S irmi quoque, ut praecedentes, agnus gloriioso perfundet esse hos Martires indicat retusissima Martirologium Romanum, sive S. Hieronymi, in qua ista legitur. In Sirmio, Senerotis, Antigoni, Rutili, Libi, Cousonat Richenoviense: In Sirmio Senerotis. Pannonis generatum, nullu per culturi oppida locore expresso, eas tributum plerique alii, Beda, Rabanus, Notherns, Martyrologium Ecclesiarum Aquisgranensis, Hermannus Greven, Galesinus: In Pannonis Seneroti, Antigoni, Rutili, Libi, Quem Seterofem Richenoviense MS. et S. Hieron. ali Senerotum vocant etiam MSS. Bede exemplum, evusa Seronetum, uti et Galesinus ac Ferrarius. Audigonius est Beda et Rabano, qui ceteris Antigoni:

qui Rutulus, is Beda, Nothero, Galesino, ac MS. Letiensi Rutulus, Rotulus Rabano, Greven, Martyrol. Aquisgranensi. Libi ac Libi nomen promiscue scriptum. Libi apud Grevenum. Letiense Martyrol. solum habet: In Pannoniis SS. Antigoni, Rutuli, Libi; omisso Senerote, MSS. Marchianense et Aquincum, quartum addunt, Rogatianum, quem praeferuntur nobis reliquo fuit, cum sit illa valde bona no[n]e Martyraboyta, ita ergo habent: In Pannoniis Seneroti, Antigoni, Rutili, Libi, Rogatianum. Alium Rutulum in Pannonia passum memorat Martyrol. Romanum xv Junii, qui ubi hor diversus. nam MS. S. Hieronimii hunc Sirmii evasum tradit cum tribus sororibus, illum Sabariorum cum duabus.

MARTYRIBUS IN PANNONIS.

C

qui Rutulus, is Beda, Nothero, Galesino, ac MS. Letiensi Rutulus, Rotulus Rabano, Greven, Martyrol. Aquisgranensi. Libi ac Libi nomen promiscue scriptum. Libi apud Grevenum. Letiense Martyrol. solum habet: In Pannoniis SS. Antigoni, Rutuli, Libi; omisso Senerote, MSS. Marchianense et Aquincum, quartum addunt, Rogatianum, quem praeferuntur nobis reliquo fuit, cum sit illa valde bona no[n]e Martyraboyta, ita ergo habent: In Pannoniis Seneroti, Antigoni, Rutili, Libi, Rogatianum. Alium Rutulum in Pannonia passum memorat Martyrol. Romanum xv Junii, qui ubi hor diversus. nam MS. S. Hieronimii hunc Sirmii evasum tradit cum tribus sororibus, illum Sabariorum cum duabus.

C

DE S. PRIMIANO

EPISCOPO ET MARTYRE, ANCONÆ IN PICENO,

Commentarius prævious.

XXXV PER.

S. Primianus
Ep. M. editio,

Anconæ, urbe Picæ antiqua et celebre, ad Hadrianum mare sita, colitur xxii Februario S. Primianus Episcopus Graecus (in certum cuius Sedis) ac Martyr, ut Philippus Ferrarius in Catal. SS. Italæ, inquit generali Catalogo SS. et Ferdinandus Ughellus tam. Italæ sacre tradunt: ut fatentur ambo, quo tempore floruerit, tuleritque palma martyrii, ignorari: ex sepulchrali inscriptione

constare, Graecum fuisse: proprium habuisse Anconæ templum, in quo etiamcum ejus servantur reliquiae: rerum id haec tempore S. Francisci de Paula appellarunt, quod hujus alumnus in eo nunc divinum opus perfringebat.

2 Preter inscriptionem, quam etiant, erat narratio Inventio ejus, quae ante fere ccc annos contigit: itemque Revelatio martyri ac translationis, et miracula quedam.

Inventio et
Translationis
narratio ex-
cusa

A quædam, tunc descripta in libro, qui cum reliquias assertari dicitur in Curia Anconitana. Utramque eam narratorem Italice veritatem Georgius Tromba Thologus et Sacerdos Anconitanus, videlicet in lucem typis Mori Salviorum anno circ. 1500 currit: nos Latine denuo interpretati sumus, cum adipisci autographum nequeremus.

3 Ex ea narratione constat, inventas esse S. Primiani reliquias sub Joanne Episcopo Agenitano, aliquanta ante quam Arreptione in Italiam Gregorius XI Pontifex Max. remigraret, quod anno 1306 accidit. Episcopum illum Inconitum appellat Thomas Herrera in Alphabeto Augustiniano Joannem Thedescum; Vghellus Joannem de Tudesca, atque hic, antea Episcopum Capitoliensem fuisse, sive Capitoliadis in Palermoni sub Archiepiscopo Seythopolitano: electionem Anconitannum anno 1309. x Kal. Novembris, annos multos ei praefuisse Ecclesie: cui nempe successor Bartholomaeus Ularius ex ordine Minorum electus anno 1309.

4 Joannis huius Episcopi tempore p.c. mulierem indusso in somnis narratur S. Primianus, se ante annos umptus mille martyrum subisse: ut ad tempora Diocletiani indeutare posse referri. Quod aut Ughellus, dubitari a plerisque an Anconitanus fuerit Episcopus; ipse se alibi Episcopum fuisse eidem matrone indicavit;

B sed inde ab Inconituis suas reliquias Anconiam navigio fuisse deportatis annis crederet ecco ante eam revelationem, decimo minirum Christi seculo.

5 Ferrarius scribit cum propriam habuisse ecclesiam in urbe Ancona: Ughellus quoque templum, in quo quiecit, ejus nonini fuisse consecratum assert. Ex inventionis historiæ constat, eam ad eam dictum fuisse S. Maria de Turriano. Au postea, cultu meo S. Primiani instruato illius caperit munere celebrari, hunc seruum.

6 Testatur Georgius Tromba, solemnem ejusdem Suneti translationem factum die x Maii an. 1509, curante Carolo Cardinale de Comitibus, tunc Inconitano Antistite. Constitutum fuerat alio a Joanne Episcopo, ut metanum S. Primiani anniversaria celebrante pergeretur Dominica in Quadragesima, venereturque in classe frustorum mobilium: affixa eo postmodum die vii Kal. Marti, ut ex Tabulis illius Ecclesie scribat Ferrarius. Qui S. Primianus martyr sicutus fuit S. Georgius, an usquam, et quo die, colatur, incertum. Primianus Martyr memoratur quodam i Januari, sed nec Episcopus dicitur fuisse, et plures socios habet.

NARRATIO INVENTIONIS

B. PRIMIANI EPISC. MART. ex italico Georgii Trombae.

D

Deus Opt. Max. qui mirabilis est et gloriens in Sanctis suis, divitias pauperum servorum suorum non patitur absconditas latere: sed ut sine omnipotenti in victoriosis illis athletis magnificencia splendescat, quæ eorum exuviae mortalibus omnino erant ignota, eas non sine miraculo profert in lucem. Eximius certe thesauros corporis B. Primianni Ejusdem et Martiris, Ancone in ecclesia S. Marie de Turriano dicta, immemorabili tempore occulitus jacuerat: sed cum dies adfuit, qui cum inueni decreverat crux et latebris oportere, Jacobus Benatamus Canonicus Anconitanus, et Smedutus Panhus itidem Canonicus, illiusque Ecclesie de Turriano Rector, dum peracto officio divino soh intra eam ad eam essent; divini Spiritus instinctu, conspicantur quas aliquod e marmore fideicatum in muro, ad dextrum latus arcem majoris, quod tantillum fere spatii occupabat, quantum ad sepulturam quampli opus esset: supra quod armarium erat concinnatum, in quo Divina Eucharistia tum asservabatur, asservaturque

etiam hoc tempore ab templi illius Rectoribus ac D. Presidibus. Cum enim spectantes mirarentur operis elegantiam, propius accessere, ut antiquam aedem memoriam explorarent. Ubi magno labore, ad id idoneis instrumentis discoperte litteræ erant, epigrafe apparuit muro incisa, ita tamen vetusta trita et obfuscata, ut non facile perlegi posset. Erat autem ejusmodi: **HIC REQUIESCIT CORPUS BEATI PRIMIANI EPISCOPI, QUI FUIT GREGORIUS.** Eaque verba exinde spectata lecture passim ab omnibus.

2 Paucis post diebus idem Smedutus Ecclesie Rector, quique ejus fabricæ præter magister fabrum, cupido eruendæ veritatis, numine instigante, omnibus accurate circumspectis, ex superiori parte, ubi fenestra erat et sanctissimum Sacramentum asservabatur, quibus opus instrumentis lapidem quadratum, artificiose laboratum, pia opera inde revellunt. Post eum lapidem inane spatum erat, ibique theca lignea. Qua reverenter ac religiose aperta universa integræ corporis membra reperta, præclaru sindone obvoluta. Omnibus dein, uti anteau fuerant, repositis, rem Episcopo Anconitano F. Joanni ex Ordine Eremitarum, a vita honestissima ac sanctissime viro, aperiendo mandatudinare. interreaque curandam cratim ferream, ac novam thecam argento alioque nitore eleganter ornatam instruuntaque, ut tanti thesauri dignitas merebatur.

3 Primum igitur Episcopum adeunt, rem omnem diserte exponunt, orant, quo certis omnia confirmantur, ad locum ipse conferat, Iustitiae omnia. Admiratus, quemlibus, alisque fide dignis hominibus, varia ejusdem Martiris miracula narrabantur, sponte se ad eam adem esse venturum: veniente cum magna Cleri cetera, et summa reverentia ac sensu pietatis oculis ipse suis emeta lustravit, compertaque rite sibi emeta esse relata. Dein Deo actus gratiis, hymno Te Deum laudamus decantatus, decrevit ut is dies, quo sanctum illud corpus erat inventum, secunda minirum Dominica Quadragesima, inter Festam mobilis, ut vocant, referretur. Namque celebratam idem Episcopus cum Clero et populi concurrentis turba permagis, Officio ac cetero solemni ritu, recepto Ecclesiæ more, condecoravit, Jesu Christo suffragante, qui cum Patre et Spíitu sancto vivit et regnat in secula seculorum, Amen.

a Ughellus scribit cum Anconitanum reesse Ecclesiam, cum summa laude prudentior pietatisque in populum.

REVELATIO S. PRIMIANI

de suo martyrio et translatione, ex Italico
ejusdem Georgii Trombae.

O

mnipotens Deus, ut illustris opera sua manifestet, ac servos suis ingentis gloria extollat, multa ac mirabilia per insomnia declarare solet, ut ex veteri et novo Testamento lequel in illo futura denuntiata in somnis Josepho Jacobi Patriarchæ filio, ac Pharaon Regi Egypti; in hoc vero, Josepho sponsio Deiparae Virgins, ac Magis, qui Christum adoratum venerant, et responsu accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regnum suum. Beati quoque a Liberis corpus, loco anteau incognito tumulatum, debere ad basilicam Cathedralem Anconitanam deportari, monita in somnis mulier quædam narratur in ipsius historia. Quoniam autem idem semper fuit, est, eritque Deus, apud quem nulla præterit futuræ temporis differentia est, hanc videti minirum debet, si, ut olim, ita nunc quoque, aliqua suorum famulorum miracula per quietem manifestet.

2 Certe quo tempore S. Primiani repertum est corpus, mulier quædam, Cecoda nomine, cum filium haberet morbo epileptico misere conflectatum, Deo

Sanctoque

Reliquia inv.
venient circa an
1370.

martyris tem-
pus.

R
translatio 1 se-
culo 10.
cato 10.

ecclesia ejus
Anconie.

translatio na-
pere 10. Janu-
ariorum.

Auctores L. B.

ugellus ex in-
scriptione.

inventus in eo
reliquia.

ab Episcopo
evidet.

festum institu-
tum
Dominica 2
Quadrage-
sima.

Deus multa in
suum revelat.

a

S. Primiani
Ep. Mart.

inventum in
muro.

A Sanctoque Primiano sese voto obstrinxit, Divo hinc, si ejus patrocinio ab hac infirmitate filius ejus liberaretur, curaturam se ut decimam orationem, que is acquisisset, bonorum, offerrentur. Secundum id votum, species est matrone nocte insequenti per somnum oblati ejusmodi : videre sibi videbatur S. Primianum, procula statura, forma eleganti, habitu pontificia induitum, ornatum mitra pedoque pastorali, via Ceptaria versus adem S. Marise de Turriano incedentem, et cum ad hanc fere jam pervenisset, ab en se advocatam, eumque serutam, sed prae metu ac reverentia, propius minime ansam accedere; nec eum secundo quidem esset accessita : sed cum tertio eam appellasset, tum demum ei appropinquaesse, et ista edicentem audisse : Adi hujus templi Sacerdotes, mecum nomine eos mone, minime nihil placere, ut erat ante sepulchrum meum conficiant, verum id postulare, ut corpus meum Antistes Anconitanus ex eo, in quo nunc jacet, monumentum eximat, imponatque in thecam cypressinam, argento minime cooperant : enip enim, ut quilibet mea intueri ossa queat, neque ullus his ornatus allibetur, cum supra corporis mei reliquias custodiatur sanctissimum corporis Christi sacramentum absque simili ornatu : nec deceat, servo maiorem quam Domino exhiberi honorem. Id propterea dixisse Sanctus videtur, quod jam tacite apud se derreverant Presbyteri episc. Ecclesie, capsam novam fabricari, eique argentea insignia obducere, ut superius dictum.

B Tam familiariter Sancti sermonem audienter facta mulier, ex eo ita querit : Sanctissime Pater, unde huc venisti, et quando hic es tumulatus? Respondit Sanctus. Sceni tres simul pro Christi fide martyrium sustinimus. Primianus ego, alter Georgius : tertii quoque nomen protulit, enip ipsa obliterata fuit. Et milio quidem, addidit Sanctus, post alia tormenta, crudelissime rapit ictus est, itaque exensa anima ad corda cum palma martyrii evolavit. Amplius mille anni a eadis mea tempore effluxerunt. Cumque boni cives Anconitani navibus appulsi essent ad eas oras, ubi mecum sepultum corpus erat; id me vidente, huc vexerunt, et in tumulo, ubi nunc jacet, condiderunt. Quievi hic annis ccc, usqueque porrui quiescere ad diem usque universalis resurrectionis. Permissum autem a priore loco insportari me, quia illic in me Christi nomen ab mediis minime celebratur.

C Seito autem, intra breve tempus mare sievissum turbatum per tempestatem. Vae nutritibus quoniam non illi navigant : multi enim naufragium facient, et morte periculum incurront : sed nonnullos Deus multorum Sanctorum meritis discriminat eripit. Illa vero, Quid fiet, nis, tristri, missa ad Pontificem b. Maximum Romanum reverendum, aut certe in Italianam, nam in ea multi sunt e primoribus hujus urbis? Ea

triremis, inquit S. Primianus, praesentissimum nautragii periculum incurret : verum quia e vectoribus nonnulli auxilium a me poscent, divino munere in columnes evadent. Rursum percunctatur matrona : Quid futurum, Sancte Pater, navi Cescoli Rossi Anconitani, vicini mei? Luctuosa sane foret ejus iactura. Respondit Sanctus : Admone Cescoli uxorem, me ut religiosa obsecratione veneretur : atque ego numen precibus flectam, ut periculo eripiatur, et ad dominum meum, ad templum nempe, in quo meæ reliquie asservantur, salvus adveniat, etsi ingentia pericula ac praesente prope ruinam sit subitum.

D et sic quibus
dam subrecepta
rum :

E 5 Percunctata deinceps mulier : Nihilne, Sanctissime Pater, ad illam propulsandam tempestatem prasidii est? B. Primianus dixit : Suggere id consibi Sacerdotibus basilice hujus, ut cum incipiet dira illa tempestas desaevire, linteum sumant, quod in capsula, in qua reliquia meæ jacent, repertum e-t, et in tectum ipsius basilice cum tedis, sonantibus campanis, ascendant, atque linteum ad omnem eoli partem protendant. Ad quantum spatii cerni linteum, audirique campanarum sonitus poterit, subsidet tempestas, et circumstantes Deus ex eo periculo liberabit, depreciatione mea placatus. Id si Sacerdotes neglexerint, multi naufragio peribunt. Soluta somno mulier, ad eam adiit ecclesiam, et in somnis visa narravit.

E Haud vana vaticinatio fuit, nec inam insomnio delusa mulier. Tertio post mense in ipso Pentecostes per vigilio, ita truculenta et inmanis in mari coorta tempestas, ut nemo eorum qui tunc aterant, similem vidisse se vel audisse meminisset. Quæ in portu erant naves, crassis validisque rudenteribus religatae, vix toto plurium navicularium conamine retineri poterunt, ne mutuo alliso quassarentur: una nequidquam contra intentibus nantis in murum impacta diffraactaque est. Epidauria quadam, quæ extra portum ad eum murum stabant, vi tempestatis in scopulum S. Clementis projecta, perit ipsa, et quotquot in eis erant, submersi sunt.

F 7 Deinde recrudescente tempestatis ejusdem rabie, Anconitana una Pasqualini Perueci ad eundem alba est sepolcum. Quod cernentes eorum uxores, qui in ea erant navi, ejulantur, vimque magnam lucrymarum fundentes, ad sepulchrum S. Primiani religiose configunt, eum exorant ut ab suis exitium avertat. Similis concepit preces, repressus ventorum furor, procella sedata, redditu celo serenitas, navis periculo exempta, salvis vectoribus nautisque, illiusa portam subiit, propitiante iratum numen S. Primiano,

G a S. Liberius Confessor, Regis Armenti v, ut aiunt, filius, Anconitanae urbis Patronus, colitur 27 Maii. — b Invictus fuisse Georgius xi, qui Aventione, ubi decisores epus per annos 70 comorari erunt, in Itabua remigravit anno 1370.

in

suggerit mo-
dum ad eam
depellendam
procul ab ea
urbis :

en tempes-
sas occidit pridie
Pentecostes :

multa ad An-
conam fabi-
ficiare naves;

una ope S. Pri-
miani e pre-
sentis pericolo
crepta.

DE S. POLYCARPO PRESBYTERO ROMANO CONFESSORE, Sylloge historica.

ANNALES.
VOL. 39.

§ 4. S. Polycarpi natum, artus, sepulti ab eo
Martyres.

Venerabilis Grati die XXII Februarii S. Polycarpum Smyrenensem in Asia Episcopum, cuius Vitam ac martyrium dedidit XXVI Januarii: nam in die illius Romana Ecclesia celebrat. Hoc tamen etiam die multis Latinorum Fastis adscriptus reportatur, sed Gravorum imitatione, seu quia, cum nomen undum, ut fere in antiquissimis Martyrologiis, legantur, qui eos Fastus concinnabunt, existimarent Polycarpum Episcopum esse, martyrio

scriptisque clarissimum, qui presbyter Romanus erat, Episcopo illo Asiatico annis circiter CXXX junior. Hujus cum ita conservata hic in plerisque Martyrologiis, Usuardi, Adamis, Bede, Notkeri, Bellint ac Romano quoque memoria : Ipso die (pro iis verbis, Romæ habet Mauriliens et Martyrot. Rom.) S. Polycarpi Presbyter et Confessoris, qui cum B. Sebastianio plurimos ad Christi fidem convertit, atque ad martyrii gloriam exhortando perduxit. Endem habet MS. Flororum, Constantius Felicis, atque recentiores : Galesinus pharsi diffusore, uti et Canisius; sed in hoc nonnato cogenda. H'andebertus monachus in

A in *Martyrologio metrico ante icccc annos scripto ista de eo canit :*

Septimus eximio Polycarpi splendet honore,
Presbyter ore, fide, Christi qui jussa secutus,
Martyrio turbam potuit servare fidelem.

Quedam probata retinatis, sed fere tamen avi ignoti
Martyrologia, eis quam brevissime meminérunt. Vetus
Romanum a Rosweydo editum: Roane Polycarpus
Presbyteri, Audiat MSS. Carmeli Coloniensis, et mo-
nasterii S. Martini Tonacri, et Confessoris. MS.
monasterii Centulensis, Beda nomine prenotatum:
Romæ S. Polycarpi Presbyteri et Confess. qui B.
Sebastiani adjutor et cooperator floruit.

2 Idem ipsum MS. rursus die sequenti ista habet: Rome S. Polycarpi Presbyteri et Confess. de quo
in gestis S. Sebastiani legitur. Forsan eo vie reli-
quiarum ejus ad monasterium Altomittare facta trans-
latum, at annulari Sancasius infra citandus. Alioquin et
xxi Februario in MSS. *Martyrologia* monasteriorum
Marchinensis et Aquicinctini, isdem, quibus hic ab
Uuardo, verbis refertur.

3 Epus acta non ridentur seorsim conscripta, sed alio-
rum Sauctorum rebus gestis permista. Acta S. Urbanus
Papa: acceptamus Capua ab humanissimo et eruditissimo
Silvestro Tossa, in quibus memoratur S. Marmernia,
qua sanctum Pontificem, Sociusque Martyres separte
trudicerat, et ipso martyra palmarum adspicere, una cum
S. Lucina filia et alias protocesi serua xxii, quarto
Kalendas Junias. Deni ista subnectuntur: Quidam
autem Sacerdos, Savinus nomine, qui iam sere per
xx annos in carcere fuerat pro Christi nomine ma-
ceratus, cum audisset B. Marmernia una cum omnibus
bussus perrixisse ad Dominum, in eadem custodia
nimis afflictus, orans emisit spiritum. Quod audiens
Taurinus, jussit funem in pedibus ejus ligari, et
trahi corpus ejus, et in foro publico inhumatum re-
linqui. Cujus corpus rapuit noctu quidam Polycarpus
Presbyter, et sepelivit in sarcophago cum cxxv aliis
Martyribus. Eudem a Pante Aringo tom. I *Rome*
subterranea lib. I cap. 13 ex Actis S. Marmernia (qaz
Acta nos neclum ridimus) ita narrantur: Venerabilis
per omnia Sanctus, nomine Sabinus, qui et ipse of-
ficium sacerdotale gerebat, etc. migravit ad Chris-
tum, iam per xii annos maceratus diu in carcere ob
confessionem Jesu Christi Nazareni filii Dei omnipotens.
At ubi sensit Taurinus, cum esset carcer-
arinus, quod S. Sabinus defunctus esset, funem illa-
queavit pedibus, et trahebat corpus ejus per terram,
et in foro illud dimisit inhumatum. Deinde venit
quidam Polycarpus Presbyter nocte, et accepit cor-
pus ejusdem Sancti Sabini, et recondidit in sarcophago,
ubi certi cxxii, de quibus supra, sepulti fuerant.

4 Quarat tamen fortassis noanremo, hunc Polycar-
pus idem ille sit, qui in actis S. Sebastiani memoratur,
voliture hoc die, quo haul satis congrue etas ultra-
usque invenitur. Interfectus traditur S. Urbanus Papa
Agricola et Clementino Coss. anno nimuram cccxx
Christi. Si jam tunc Presbyter erat Polycarpus, matu-
ravat virtute ita et auctate, pro temporum illorum disci-
plina, initiatus sacerdotio; quam grandem natu fuisse
necessere est, cum iux post annis ea egit quæ mor narra-
bamus? Diversos tamen facere obsque certioribus tabulis
volim. Porro si idem, quam multa et illustria tam longo
annorum decursu, tam variis ecclesiæ temporibus, exti-
tere illius benefacta! Verum ea vel non sunt omnia
conscripta, vel intercederent, vel certe nobis nondum in
nolitum venerunt. Ex Actis S. Sebastiani editis ad xx
Juniarum, quæ palam explorata recitabimus.

§ II ex cap. x et xi Aeterum S. Sebastiani,
Baptizati a S. Polycarpo LXXXVII, conversi a
S. Sebastiano.

Cum S. Sebastianus viros clarissimos Marcellianum

et Marcum fratres geminos, parentum ac conjugum D
blanditus, ut Christo renuntiarent, diu multumque op-
pugnatos, et jam nutantes confirmasset, parentesque ipsius
et conjuges olosque amicos. Et Nicostratum Primis-
seriumcum Zœnori, et captivos, qui in publica custo-
dia detinebantur, converti: posthac autem Ietsu ejus ha-
bent cap. 10 num. 31 et deinceps S. Sebastianus abiit ad
Polycarpum Presbyterum, ubi erat causa persecu-
tions occultus, et narravit ei omnia que gesta sunt.

6 Quibus auditis S. Polycarpus gratias egit Deo,
et una cum eo venit ad dominum Nicostrati Primis-
serii, et videns turbas credentium, salutans eos
cum omni gaudio, dixit: Beati omnes vos, qui audi-
tis vocem Domini nostri Jesu Christi dicentes: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et
ego vos requiescere faciam. Tollite jngui meum super
vos, et discite a me, quia misericordia sum, et humilis
corde: et inveniatis requiem animadibus vestris. Jngui
enim meum suave est, et onus meum levo. Vos
itaque fratres nostri, quos nondum baptismatis unda
diluit, et consecrandi Deo omnipotenti carissimos
filios fecit, pro hoc quod a proposito sancto revocare
concati estis beatissimos milites Christi, opus vobis
erat paucitatem, et per ipsam ad indulgentiam veni-
retis. Nunc autem quia ad tantam gloriam accessis-
tis, ut etiam ad passionem a qua dolenter alios
revocare voluistis ad ipsam desideratis graniter velle
currere et libenter amplecti, scimus vos et ad indul-
gentiam pervenisse, et ad palmarum attingere. Vetus
hoc est artificium Christi. Nam ipsum quem vas
electionis sue dignatus est, et vobis magistrum gen-
tilium dare, qui non solum fidellum animos a pretatis
proposito revocat, sed etiam nolentes a Christo
discendere lapidibus obruebat, hunc nobis ipse Do-
minus Apostolum condonavit, tribuitque nobis ex
Saulo Paulum, ex apostata fecit Apostolum, et dedit
Ecclesie sua ex persecutore doctorem. Amator pas-
sionis factus est is, qui persecutionis auctor exti-
terat: et qui in alienis afflictionibus prius grati-
culabatur, in suis postmodum persecutionibus ho-
tabatur. Ipse ergo qui tunc in Apostolo suo virtu-
tem istam exercuit, ipse et nunc de ipso infernum
conclavi, et ex ipsis draconum fauciibus ammarum
vestrarum rapitatem eripuit, et vobis nunc a te-
nebris ad lucem remeantibus aeternæ vita jannas
patefecit. Quia ergo omnes daemones, qui sunt tene-
brarum filii, contristantur, unde et omnes sancti
Angeli, qui sunt filii lucis, gratulantur: acredunt omnis-
quisque vestrum, et dei nomen suum, ut hodierno
die usque ad vesperam percurrente jejuniu, festivum F

baptismatis sacramentum opportum tempus inven-
iat. Justum est enim, ut lux a mortali mundo ab-
cedens ad nostras mentes immortales accedat, ut
qui in isto seculo voluntat in luto tenebrarum sumus,
aqua sanctificationis abluti in Mundati, et in certitate
induti alacres pergaamus ad Christum. Hec et his
similia prosequente S. Polycarpo universi gavisi
sunt, et unusquisque nomen suum festinalat, prius-
quam interrogaretur, offerre.

7 Cumque haec agerentur, venit Claudio Com-
mentarius ad Primicerium Nicostrati dominum, ubi
ista agerantur; et dicit Nicostrato: vehementer
prefectura conuota est, quod personas reorum tua-
donis custodie tradi jussisti. Hac du causa suis te
jussit prefectus aspectibus presentari. Vide quale
debetas interrogare dare responsum. Ingressus ita-
que ad Prefectum Nicostratum, cum interrogatus
fuissest, cur eas personas, quas carcere clausa re-
tinebant, sue voluerit demus mancipari custodie,
respondit: Amplitudinis Vestre jussu Christianas
intra domum meam custodiendas suscepit personas,
quibus ut terrorem passionis incuterem, regum
illos feci sociari personam, ut iussioni veterae et per-
suasiōni

ACTORES I. B

S. Polycarpus
et Sebastianus
et in celo ero
odam,

conversus grat.
voluntur
Matth. 11. 28

coquæ ad pas-
suantiam hor-
tales,

B

inquit illis
jejunium us-
que ad respe-
rare.

Vicentius
Prefecto Urbi
de captivo do-
mum ducta
respondet

AUCTORIBUS.

A *suntioni nostrae, si non consensu suo, saltem alieno experimento consentiant, et inveniant ne summis eos peuna concludat. Libentissime igitur haec audiens Praefectus dimisit eum dicens: Magno te censu a parentibus eorum remunerari faciam, eum per te illis fuerint incolentes filii restituti.*

conversionem
suam ei suorum
narrat
Claudio.

8 Revertens itaque ad dominum suam Nicostratus Primiscrus cum Claudio Commentariensi, caput universa referre, et qualiter S. Sebastianus cum sit atavus Imperatorum, Christianissimus sit, et in eruditio divina perfectus, et qualiter animas Christianorum sua exhortatione revocasset, et quod satis idoneum ratione docuisse istam vitam fugitivam et imaginariam esse, et sic dum teneri putatur, affiri. Narrabat etiam, quonodo veniens repente lux de caelo per illustrasset eum, et quonodo uxore ejus, qua per sex annos muta fuerat, fecit loqui.

16 Cumque , secundum tanti Pastoris intemabile statutum , die nocturne Fratres in pausatorio Justorum , nunc sub divo , nunc sub tecto divinum frequentarent officium : summiisque importunis preibus compellarent solem , qui voluntatem timentium se proculubio facit , et depreventionem illorum exaudire solet ; non multo post corrugata est imperiali edicto solennis synodus quamplurimum Episcoporum atque Abbatum , Patrum videlicet Belgicorum necnon Germanie , apud regale palatium , quod barbarico vocabulo Engilenheim vocitatur : in qua nonnulla Ecclesiastica utilitat necessaria , sanctorum Canonum praeiente auctoritate , dulciter sunt promulgata , atque successurio posteritati inviolabiliter observanda indicta . Cui necessario interfuit Treverice Ecclesia Metropolitana benemeritus Eghertus , cupus memoria , quandiu Hodie dicitur , semper est in benedictione habenda : quia ipsa eius studiis ascribitur , quod sua Ecclesie Clerci scientia ne religione nobilitatur . Discessis sane inibi multis , que synodica postulat rubrica , postquam tantus Archipresul , qui inter omnes illos primatum tenet , vacuum sibi fore ad boquendum perdidit , arrepto putacio , cui erat inscriptus B. Celsi titulus , ordine quo oportuit ; qualia apud urbem suam divina dignatio praemani bus revelaverit , Tulliana faecilia coram peroravit , titulunque ipse recitavit .

17 Quibus auditis Imperator , immenso peritus gaudimontio , sacrum et Deo decibitem his verbis affatus est conventum : Gaudete fratres et Patres in Domino , et laude ex intus visceribus Dominum Deum nostrum , qui mira pietate sue bonitatis gratia respicie dignatus est ad tempora nostra , dundo Ecclesiae suae apud Trevericam Metropolitam novum patronum B. Celsum , quem virtutibus perplurimum pleniusque dierum , a tempore exitus sui de Egypto , haecenus in supernis sedibus concivilitavit frequenter Angelorum . Iterum rogo , gaudete , quia , ut verum faterem , non sedum exinde nobis salus aucta est , verum etiam prius Pastoris probitas ejusdem urbis , item in presentiarum cernitis , enucleatim patetfacta est . Quod cum audissent utrinque ordinis Sacerdotes Domini , qui eidem sacra interfuerunt synodo , expansis ad celum manibus , piis praegaudio fuderunt facrymas , immensas Conditoris referentes grates , qui tam gloriosus pignus non passus est subterrani diutius , sed eis apud ipsum esset meriti , miraculis , coruscantibus censuit palificari . Neque enim fas fuit , ut illi decesset in terris obsequium Ecclesiastica militiae , cui jam in celis a Domino redita erat europa justitia . Post hanc sacro placuit concilio , quatenus Augusti g prosternante praeciente , atque Episcoporum indiscrepantibus consensu comitante , Trevericus Vates haviter Seden suam revisere debuisse , et glebam B. Celsi , una cum h subire Clero , de tumulo proprio levare , atque sublimiter in arella , quasi in quoddam divinarnm opum gazophylacij colloccare , sieque totius sanctitatis cultu , aesi summi Regis non qualemunque membrum , sacro altari imponere .

B Polyandrum septem in vita SS occurrit , pro certeerto autem in libro S. Iosephi 13 libro cap 7 num 37 pag 814 . Dunc inventatur Sancti polyandrum Virgilii . Et in Iona , in histori Tristis & Iona cap 7 num 47 pag 1000 . Venerabilis exornare non destitut polyandra sanctuarum . Item 28 Jan. pag 636 in 23 in S. Propterea 3 num 21 . Vas directus argenteum ad polyandrum sancti Pontificis extinxandum . At 17 Iona , pag 178 in Vita S. Salvi in prologi , n . eum pro munusno vel santo ad chrysate sumi . Cul scilicet prudenti viro , et natura delecta mortis et mortuorum corporiscomponit fulget tamquam viventium interacionum polyandrum . In vultu eiuscepsit hic servitor Cuertenus , Virgilius , Persius , et aliis q . et ea r . ee ad hunc sensum usq . — c in 18 Iona , pag 202 in Vita S. Benedicti cap 2 , num 11 . Venerandi fratres Gallus atque Delobus , quorum et superioris vocabula carassavinius . Hunc ipsum ex nostro

opere locum citat lib 4 de virtutis glossatibus cap 3 pag 664 D Gerardus Janneus Vossius , et alia multa addit ex aliis scriptoribus , notatque claravare potius legendum videtur . — d Tapis sepulchrum ex Graec , sive tumulus . — e Tomus , reges , sectio i st aut fragmentum libri . Huic sensu est , in initio aliquo : aut charta descriptam illum sepulchri epigrapha fuisse . — f Gaudimontum a veteri quando interpretate propheta Birch cap 4 num 24 usurpatum . Et gaudimontum eum eru in locum . — g Epistola mandatum est , lex , dictum . — h Subiectum aut Subiectum pro subiecto dixerit veterum quidam . Vide Gethum lib 4 cap 47 .

Gaudimontum .
Subiectum .

CAPUT III.

Retiquiarum S. Celsi solennis elevatio , translatio : eorum veritas igne probata .

T ali quippe mandato atque consilio percepto , beatus Archipresul Egbertus , uti prudens animal , tot Patrum se benedictionibus atque orationibus munivit , necnon Imperiali gratie tenacius juuxit , sieque prospero successu iter maturavit , divina vallatus tutela , comitumque lateratus caterva . Cumque semetipsum in propria Sede receperisset , pauculis intercepituantibus diebus , convocavit ad se omnes sapientia praeeditos Abbates et monachos , Presbyteros quoque et Clericos , ad suam diocesin pertinentes : rem gestam palam omnibus retulit . Quos cum omnes synodali decreto consentaneos inveniret , processionem festivam illico construxit , cum Crucibus , et cereis , thuribulis quoque textibusque Evangelii gemmatis , omnique Ecclesiastico apparatu , combinatis Fratribus hymnum Domini dulce canentibus , asylum B. Eucharii , latitiae lacrymis plenus , pedentem adiit . Jam vero postquam sanctus Christi Confessoribus sese votumque suum simpliciter commendavit , laudisone voce tanti collegi ad celum usque pertingente , ad speiticum locum tremebundus accessit : ibique Divinitati morosis supplicavit , quatenus tam sacro desiderio non frandari , quin potius voti compos mereretur effici .

19 Sed quoniam diligenteribus Deum omnia cooperantur in bonum , postquam a oramini finem impedit fide plenus Deo gratum aggressus est opus , ablatoque minimine sigilli : sacrum mansoleum fecit regapulari . Quo aperto , tanta misericordia odoris suavitatis profusa est , ac tanta superni nectaris fragrantia emanavit , ut testimarent se omnes , qui aderant , Divinitatis gloria obumbrari , atque deliciis interesse Paradisi : sieque metu simul gaudioque perculti , hoc modo prouperunt in laudem Domini : Benedictus Dominus Israel , qui numquam deserit sperantes in se , quia nostri Pontificis exigitibus beatis meritis Isaelitanum suum , qui b merito et nomen prodit Celsum , revelari dispositus in diebus nostris . Ac deinde , Beatus , inquit , quem elegisti . F Domine , et assumpsisti , quia super omnia bona tua illum uti fidelem servum constitisti , ac nostrae partitati Patronum piissimum contulisti .

20 Inter haec sacre modulationis otia Sacerdos Domini Egbertus reverenter depopulavit tumbam , auferens ab ea ossa c exsulta et albida , et posuit in similem mundam et candidam , jubilans cum omni Clero aptissimum et commodum tali officio responsorium : Exultabunt Sancti in gloria , laetabuntur in cubilibus suis . Quis enim dicere sufficiat quantus ibi , non meror , sed latitie spiritualis flatus exindahat , quando tantus Pontifex inter hymnisonas vores se cohobere non poterat , quin ad laudes Redemptoris lacrymarum imbris faciem irrigaret devotus ? Inter leta vero monachorum carmina , atque resultantia Clericorum jubila , permixti undique vulgi vox perstrepsit canora , et in tanto fidelium coetu nihil aliud audiebatur , nisi tantum Kyrie eleison , et Gloria tibi domino . Postquam autem B. Celsi ossa , tanto tempore humiliata , Domino revelante fuerant glorificata ; Episcopali sunt diligentia in arca gestatoria

S. Egbertus
Clericis sua
diocesis con-
vocata .

E
coequo peobante
sollemnem sup-
plicationem
institutu .

post precem .

a
tumulum S.
Celsi aperi-
t , quo suavis
odor diffundi-
tur .

b

c
elevans Celsi
retiquias .

d
reponitque in
arca gestatoria

A
AUCTORE TDEO-
DERICO, ET MSB.
*in qua ad lem-
plum S. Encha-
ru feruntur.*

A toria collocata, et a viris riuoratis de loco sepulchri
honorifice delata, atque Ecclesie B. Eucharistii sum-
ma reverentia illata. Cumque Deo amabilis Archi-
presaui celesti dote locupletatus, et tanta creden-
tium numerositate circumfultus, ibem monasterium
fuisse ingressus, illum hymnum Ecclesiasticum
Paschali gaudio celebrem, cuius initium est, TE
DEUM LAUDAMUS, ipse primus diapasonica voce in-
echoavit, et tuni collegii sonoritate honeste finivit,
lampadibus candentibus, campanis crepitantibus,
thuriolis aromatum incensione fragrantibus, quate-
nus omnibus indubium constaret, quod in illa tante
jucunditatis processione, Angelorum simul atque
hominum concentus summae Divinitati in odorem
snavitatis esset oblatus.

*magni om-
nium paulio:*

Egbertus Mijn
seminar

in ea concluditur.

*d
festum S. Celsi
celebrandum
indicti*

*partim digit
eius agit impo-
nill,*

qua non fadi-

*ment illusq
miraculum;*

21 Peracta igitur sanctarum reliquiarum decen-
tissima illatione, reverentissime a beato Pontifice
sublimato sunt super S. Enchurii altare, gratissimis
plausibus, omnibus in commune gaudientibus, dul-
cesque lacrymas uberrime profundentibus. Et rever-
ta magna et ineffabilis erat causa gaudendi,
quando supernae civitatis tantum municipem, Tre-
veriensis populus, per divinam gratiam in patrocinatu
meruit habere partem. Cumque ad Missarum so-
lempnem Archipresul infusatus copia ministrorum
processisset, et tam devidus conventus Domino dul-
citer philarie exquisisset, erexit in omnium cordibus,
qui aderant, timor ac reverentia erga B. Celsum,
enixius divinis suppliciis gratie, quatenus ali-
quod indicium ejus sanctitatis ipsa die experiri mer-
erentur: quod et factum est. Nam recitata sancti
Evangelii lectione, Pontificis Ecclesiae more popu-
lum admonendo allocutus est, et sicut nardos dedit
odorem suum, intimans omnibus revelationem san-
ctorum pigitorum; exhortans eos, ut frequentius
B. Celsum visitare non a supersederent: et ut in
posteriori singulis annis ejus natalitium diem, qui
constat pridie Nonas Januarii, summo honore cele-
brare studearent, Apostolica auctoritate mandavit.

22 Finito vero doctrina sermone, de pulpite rediit ad altare, quatenus Deo omnipotenti ad honorem B. Celso, obique totius salutinem Christiani populi, nostrae redemptiois hostiam devote mente offeret. Cumque iam offertorius cantus cum magno jubilatione serio consummatus fuisse, et iam Praefationis ordo instaret; examinationis gratia experiri Sacerdos Domini presumpsit, quid de B. Celso sentiendum fore, ne forte in vacuum enreret, aut enerrisset, antequam in oculis totus Cleri paucicula tenuissimi filii, et involvit illi articulum de comparsa.

tennissimi filii, et involvit illi articulum de compago
digiti sacerdi, et injectit penum thymibili vivis, qui-
bus thymianata incendebantur, et totum illud horae
spatium, per quod Canonum mysticum ex integro
poregit, illecum atque ab igne intactum permanuit:
quatenus Apostolicum illud per ignem materialem
in B. Celso chrysiceret evidenter, quod de purga-
bano generaliter presagatum est omnibus, quia
uniusquisque opus quale sit, ignis probabit.

23 Erce qui tribus pueris in camino ignis sedatio nsumit, ipse ad declaranda lujas viri merita ne mro- retur panemibus, ardendi potestatem admittit carbonibus, qui nunquam fuit, nunquam non erit, nunquam alter est: quo nihil est secretius nihilque praesentius: qui difficile inventire ubi sit, difficilis ubi non sit: cuius unius bonitate facti sumus, justitia per nos humana, clementia liberamur: in ejus simplici substantia vel natura nihil est violabile, nec compositum, nec fictum, nec terra particula regnum eius est, nulla flagitia probat, nunquam mentitur: cui nullus parentum aut moerit, aut perturbat ordinem imperii sui, vel in primo, vel in uno. Si enim violentia materialis et extinguiibilis ignis non habuit potestatem laedendi illud involverum, ob tantorum

meritorum magnitudinem, qui fieri potest, ut in die D
furoris Domini, elementis ardentibus, potestatem
accipit ille ignis purgatorius alieujus laetionis in B.
Celso, jam resurrectionis filio, qui super fundamen-
tum, quod Paulus architectus posuit, anrum, ar-
gentum, lapidesque pretiosos, quoad in carne præter
carnem vixit, ædificare non desit?

24 Quo viso miraculo, Missarumque tenore completo, reposuit Episcopus Deo acceptabile pignus, reliquis ossibus super altare decenter locatis : dataque benedictione, dimisit populum in pace, laudantem Denim, ac dicentem : Nunc cognovimus quid habemus, quoniam bonus Dominus, quoniam in seculum misericordia ejus.

^a Oramen pro oratione, ien precatione, etiam alibi usurpatum.
^b MS. Budicense, meridum nomine prodit. — ^c Ita MSS. utrumque. — ^d MS. Treverien. desiderant

MIRACULA S. CELSI

CAPUT I

*Contractus et energumenus S. Celsi invocatione
sanati.*

Expeditis tandem, sermone licet impolito, calamoque silvestri, que narrationis series poscebat, de Inventione corporis S. Celsi Confessoris Christi pretiosi, hinc iam stylum vertamus oportet ad dilucidanda ejus inclita miracula, que pius ac misericors Redemptor noster Jesus Christus revelare dignatus est, per ejus merita gloriosa, ut totum ad laudem ejus pertineat, sive quo omnes Sancti nihil facere poterant. Et quis habet aliquid non suum? Praevenit namque, ut bene velint: sed nisi subsequatur et prevest ut possint, frustra conantur: quia non videntur, neque currentis, sed miserentur est Dei. Sed quia B. Celsus ante tempora secularia cum omnibus Sanctis praedestinatus est in regnum, idecero Spiritu sancto praeventus est et subsecutus: quia nihil profuit illi vocatio, nisi subsequeretur in fine electio. Servatis igitur sacris reliquiis B. Celsi super altare S. Eucharistie, post Inventionem per mensum integrum; placuit ejusdem conobii Patri, Gunderaldo nomine, cunctisque Fratribus, quatenus arcam S. Celbi deferre debuissent in navem Ecclesiae, et ponere super sanctae Crucis altare, quod est in introitu Propitiatori, darentes, ne sorte B. Celsus, ab maximam humilitatem cedat Domino ac magistro suo S. Euchario, adeo utique, ut quandiu socialiter super sanctorum altare sortiuntur quietem, cohabeat se, utpote minor ac junior ab indicis signorum, sciens sibi in Evangelio scriptum quia non est discipulus super Magistrum.

2 Quod cum factum fuisset, postea rarissimis interpositis solibus, multis mirisque modis declaravit omnipotens Deus, quantum apud ipsum valeat dilectus Confessor sumis B. Celsus. Nam in eodem monasterio S. Eucherii fuit quidam pauperculus, nomine Richolphi, qui ab ipso matris utero ita contractus abilisquis egressus est, ut vix humani corporis speciem aliquantulum ostentaret: ambulare non valuit, sopia pedes recurvi atque monstruosus natibus adbarerunt, et genitennus pergens, reptile potius quam ambubibile animal simulavit: interdum vero sustinuit solecumine per ascellas subportatus, inferiorem corporis partem peri potius quam terrae commendare solebat. Hunc etenim Fratres adhuc curulant, quotiens concessis nisiibus altare sancte Crucis visitaret frequentius, promittentes ei openi sanitatis per intercessionem provenire S. Celsi, cuius sacra-tissimum inibi habebantur lipsana. Qui miserabilis, dum in eodem loco quadam nocte se in orationem daret, et frequentibus suspiris B. Celsum ad suum auxilium compellere: subito divina super eum grazia

*reliqua ova in
aliari ponit.*

*Reliquiae
S. Celsi pos-
tensem*

*transfervuntur
ad ultare sibi-
us Christi :*
Math. 10, 24

*quidam in le-
re contractus*

10
11

A tia resplenduit, et ex una corporis parte sospitatem, quam illi nativitas negavit, per tanti intercessoris obtentum promeruit: ita sane, ut altero ibidem sustentaculo in testimonium relicto, per alterum autem strati proprio sese redderet. Sed quare ille, qui nihil non potest, qui omnia, quae ex nihilo creavit, in nihilo suspendit, semisanatum hominem reliquerit, quem tamen postmodum ex integro sanavit, quia penetrare nequeo, vivacioris ingenii lectoribus discutiendum reservo. Scriptum quippe de illo est: Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul. Sic namque ille plus, ille misericors facit, qui continent aquas in nubibus, ut non erumpant pariter deorsum, quia omnia in mensura et numero et pondere constituit: interdum concedendo parva, suadet ad quaerenla majora. Infirmum quippe vasculum, totum sanitatis pondus fortassis ferre non valuit: idcirco medicus partem subtraxit, et portable fecit.

B Ex hac ergo divinae miserationis particula pauper animatus: fides indubitate spei illi totius recipienda sanitatis promisit: reputans in corde suo, quia qui caput in me opus bonum, potens est et perficere. Et iterum quadam nocte, quiescentibus Fratribus, sese B. Celso in loco eodem offerens, perfecte sanitatis a Domino, ejus patricianitibus meritis, indeptus est dominum. Nam media lere nocte cepit aestuare, atque nimis doloris voces emittere, et quasi tortorum violentia distentus, per omnes compagnum junctoras tantum dedit fragorem, quasi tremulum quoddam tunderetur. Quod Fratres expergefacti in pueratorio audientes, alacriter ad divinum spectaculum omnes prorunt, et invenerunt eum inter divinitatis manus tam mirifice jam conformatum, quatenus totus incommodi, quo ab incubinalis possesus fuerat, vel extrema vestigia in eo minime remanevissent. His perspectis, omnipotenti Deo, ejusque famulo B. Celso gratias referre curabant, atque campanarum sonitu, hymnorumque dulcione cantu cives passim ad landom Domini incitant.

C Cumque praeturbata letitiae, tam insigne factum absque recrastinatione Archipresuli intimare studiuisserint, solito ketio effectus, omnino bonorum largitori gratias retulit, qui in diebus suis ad confratram Ecclesiam Italiam exhibere miraculavoluit. Cita tempore totius urbi Clero, nec non monachorum sacro collegio, B. Eucharistii monasterium adire non distulit: compertoque minutus ordine atque opportunitate curations, juxta quod in Apostolorum Actibus legitur, repleti sunt omnes stupore et extasi in eo quod configerat illi. Pontifex autem ut tam evidens divini medicaminis miraculum longius latiusque innotesceret, Missarum protinus solemne festive celebrare studuit. Cumque populum, hora tempestiva, secundum datam sibi sapientiam Catholicis more evangelizaret, atque donum sanctorum coram propagaret; jubet recreatum humunculum in medium, quasi ad spectaculum sisti: quatenus apud omnes, qui aderant, mirabilior fieret gratia Dei, cum illum cernerent divinitus reformatum propriis meedere plantis, quem eatemus non ignorabant hospite gressu ut, fastigiumque subsilio mitti. Qui cum in medium adductus fuisse arbitrat, et ab omnibus fuisse agnitus; Iesus est ab Episcopo hoc illucque gressum tendere, et palam cunctis ambulare. Cumque et Iesus novis viator explore conseretur, quis ibi risum, licet honestum, cohibere posset, cum nunc retro nunc ante, utpote ambulandi nesciens, lapsantibus cruris, incederet, atque a vno ingurgitatu simularet? Quo experto B. Celsi miraculo, omnes in commune Deum benedixerunt, qui tam praelate nraenlo Sanctum summi magnificavit. Peracta denique Missarum celebratione, omnibusque rite consummatis, Pontifex dona dedit B. Celso: et ipsum sanatum, qui

omnibus prodigo extitit, monachico habitu contexit, D (erat enim de familia Episcopii) et quandiu adiviceret, ne ab Ecclesiæ servitio pedem retrahere presumeret, praefixo mandat pracepto. Isdem autem renovatus pauper, plurimi annis, uti iussus fuit, in monasterio deservivit: et post curationem tanta corpulentia viguit et viribus abundavit, ut inter omnes monasterii servidores, parem invenire sibi non posset. Unde factum est, ut ad majorem utilitatem, Fratrum consensu, accedere debuisset, id est, ad officium fullonis, quo per plures annos irreprehensibiliter desudavit, atque omnibus amabiliis permansit.

E Sed neque hoc silentio oculere debeo, quod in praeventia nostra ante paucos contigit annos. In eodem quoque S. Eucharistii cenobio erexit quidam monachilis indolis parvulus, nomine Martinus, qui ab ipsis maternis sinibus B. Eucharii fuit oblatus. Hic denique cum vigilanti cura, una cum ceteris pueris juxta inviolabile decretom Regule, in claustru custodiretur; quadam die festivo tempore arcidit ut magna nimborum violentia subita ingmeret aquarum inundantia. Cumque Fratres, exulta jam vespertina synaxi, secundum consuetudinem ad coenam convenientem; puerulus idem, accepto in refectorio vasculo, solivagus quasi, ad hauriendum aquam egressus est. Qui, cum aquam de puto trahere non valeret, perrexit oculus cum vaseculo ad oratorium S. Materni, ut tandem de achaea biberet, que nuper illie ante ecclesie fores pluviae importunitate constitit. Cumque ibi diutius moram ageret, secumque revolveret, utrum necne bibere dehisset, subito malignus spiritus, in speciem se cujusdam servitoris Ecclesiae transfigurans, astigit puerum propius, et accepto ab eo vasculo, tepon de clavae hausit, eique ac si largus pincerna propinavit. Puer ergo tam miserabiliter delusus, poculum oblitus signare, stumbuit fundotenus eibitere, sieque ad refectorium redire. Finita autem comus, et hymno dicto, Fratres ad ecclesiam, juxta morem, cum psalmodia pregunt. De oratorio vero redeentes, cepit puer vagis oculis hac illaque tendere, et ex tremulo pectusculo quedam granulum emittere, ut palam omnibus daretur intelligi, quod ab immundo possessore esset pervasus. Cumque puorum pugnogus, nomine Dominicus, horre spci adolescentis, disciplinam puer, adhuc rei mestus adhibere vellet; subito Magistrum puerulus conviciando assiluit, eumque tenacius per rapidos temut.

F Quod dum Fratres immum attoniti pervidissent, unanimes in orationis armis erunt: vincitnamque puerum ante altare S. Eucharistii ponunt: Divinitati flexibiliter supplicant, quatenus per Sanctorum suorum sibi caro morita, quanturus puerum ab antiqui hostis liberaret perversione. Oratione autem prolixius fusa, de divina miseratione Fratres praesumentes, aquam protinus coram altare benedixerunt, et in honore B. Celsi puerum libere fecerunt. Quo hausto, dictu citius antiquus predo, Dominicæ juris fabricam fuga lapsus deseruit, seseque gehennalibus anfractibus dedit. Cumque iam sane mentis puer ceteris associatis cœvolis in claustro resideret; testem sibi adhibuit rerum inventorem Deum, quod evidentius in hora sua liberationis corneret, qualiter vir Domini B. Celsus, cumdem malignum hostem stomachando loris ad portam ligatum teneret, cumque diutius cum ejusdena porta verbis torqueret, arcuins interdicens ei atque interminans, ne locum Deo sacramum annodo temerare presumpsisset. Benedic-tus per omnia Deus.

a Collationem aquæ pluvia videtur scriptor intelligere

AULTORE THEO
DERICO, ET MSS.
et monachica
veste donat,

qui deinde ro-
tussum.

Puerum
erue non
signatam bi-
tenuit,

a dñe cor-
ripitur,

et magistrum
mole accepit

monachum
preciosum, et
aqua brachia
in honorem
S. Celsi pola,

liberatur

A

CAPUT II.

*Cæcitas, paralysis, aliaque incommoda, ope
S. Celsi depulsa.*

Neque enim illud memorabile factum a minus censio oblizioni tradendum, quod divina largitas per veneranda B. Celsi patrociniâ, ante aliquot annos, in conspectu Fratrum nostrorum operari dignata est. Nam miracula B. Celsi quid aliud astimanda sunt, nisi fructus laboris S. Eucharii? Probitas nempe discipuli, est incrementum honoris magistri. Si enim talis apud Deum præmeretur discipulus, quid putamus, si necessitas incubuerit, didascalus? In ejusdem quippe monasterij salubrio, ante hoc fere quinquennium quidam adolescentis, Thiezo nomine, qui adhuc superest, ea peste percussus, quam elephantium medici vocant, ad extrema venit, adeo ut ab omnibus iam amicis desperatus fuisset. Sed quamquam lues ipsa eodem anno minima grassaretur, et non minimam stragem populi Christiani dedisset; huic tamen vita non extorsit, sed suæ malignitatis rabie acnolorum lunata extinxit. Cumque jam ipsa invalestudo quogno modo ab eo post obsecrationem cessasset; mater epus veterique cognati, valide super excitate ejus contristati, salutre sibi invenire consilium dicentes: Quid est hoc, quod patinur? Num vero B. Celsus, si ad eum confugimus, impos apud Deum judicandus est, qui tam evidenter quotidie apud nos miracula exerceat? His sermocinationibus mater, quoniam nimia doloris vis praeterea torsi, fidei spem agglutinans, quidam die cumdem filium suum, cum cereorum oblatione, B. Celso ad illuminandum offensens; prostraverunt se ambo in pavimento, emixi usq[ue] Divinam clementiam adesse rogantes, ac B. Celso suffragio flagitantes. Quod plura? Divina mox affuit misericordia: lumen emicuit raro, et qui alieno dñe B. Celsum visitavit, divinitus concessisse proprio visa, inoffensa planta repelavit propria, laudans et benedicens Domonum nostrum Iesum Christum.

b Illud quoque nequaque in ultimo loco ponendum esse judico, quod in diebus b. Luitoldi Iunioris Trevericae urbis Archiepiscopi plus ac misericordius mundi Redemptor Christus, ad cœlumculam famuli sui dilecti Celsi merita gloria, exirere dignatus est. Nam ejusdem monasterii quidam ministerialis subaleum habuit, nomine Petrum, qui ingrumento diutina morti instrutus, ita contractus ac premotus per omnes nervorum nexus effectus est ut per multis dies in strati reclinans, absque aliorum juvamine, nullo se pecto in aliud posset latro declinare. Cumque jam tanti temporis prolixitate, omnis ab eis spes recuperandi sospitatis ablata fuisset, tandem antecoram lumen, ad ecclesiam deportatus est, atque ante S. Celsi sacerdotissimum glebam positus: apud quem nec tantum remansit virium, quod salem extremis digitorum articulis tangere quivisset humanum. Sed quid sunt aliud Dei mirabilia, nisi que hominibus sunt impossibilia? Custoditus namque ihudem per hunc tortu tandem die Iuvine taetus respectu, plenis surpedit de terra viribus, adeo ut, sine ejusponni solido, sic se referret dominante, elundens manu adhuc uno pede, quia non fuit restitutus plene. Quare antem et al percorutum non sit, dicit qui vidit.

Bixa Dei, meritis et pio Celsi tuis.

c Quoniam quidem, ad hunc Redemptoris, B. Celsti miracula qualemunque sermone endere delhevavimus, d' fons si temnitas e ingenio nostro, enemeta quae de his ad nostram instituta pervenire potuerint, edere nequit, immo tamen, quod ad præsens animo recurrit, nullo modo inductum abiit. Ante hoc sane quadriennium crevit in eodem monasterio quidam

septennis puerulus, nomine Azelinus, qui adhuc in columis spirat, quem pene Fratres nostri omnes moverunt: qui quadam die subcutaneo morbo crudeliter percusus, tanto turgore cepit inflari, ut quasi hydropticus videretur. Quid enim aliud fratres sui et amici erga tantam infirmitatem agerent non inveniebant, nisi desperato sanitatis reditu, exequias festine parabant. Nam juxta humanam æstimationem omnis vivendi spes aberat: quippe qui totus vesicarum aggere cunctatus, male lucida pelle videbatur quasi vitreus. Cumque in hac doloris angina ultimum traheret spiritum, repente frater ejusdem major natu subtilit, clamore flebili dicens: O sancte Dei Celsi, qui jam tot miseris et morte perclitantibus ad plenum subvenisti, succurre et huic fratri meo in præsenti periculo. Et si hoc egeris, testor gratiam tuam, quia quādū supererit, sanctitati tuae singulis annis cereorum ratum persolvet censem. Quia peracta stipulatione, eadem hora (quod mirum dicta est) ita omnis illa inflatio defumuit, ut absque cunctatione aliqua cunctis constaret, quod patriota noster B. Celsus apud Deum hoc obtinere potuisset.

Hinc laus, hinc Dominu trino sit semper et f uno,
Qui damnat reprobos, glorificatque pios.

E 10 Neque enim hoc minore veneratione habendum est miraculum, quod in præsentia nostri, per B. Celsum operari dignatus est Christus, filius Dei, anno vero Domini Incarnationis millesimo septimo, Indictione quinta, quidam arreptu fœmina de contigua monasterii villa, parentum atque amicorum turma comitata, super vehiculum S. Celso sanctorum adducta est. Cumque S. Valerii Confessoris Christi annua g festivitas adesset, et ad tantum Patronum plebs Treverica certatum properaret, continuit se B. Celus ipsa die ab efficientia curacionis, ob strepatum tante multitudinis. Nam et ipsa domonaca per multa Sanctorum loca fuerat prins delecta, sed quia divinitus S. Celso fuerat reservanda, nusquam alio fin liberanda. Defluxa vero eadem festivitate, deportata est misera in oratorium B. Materni, posita super eam arca B. Celso. Custodita ergo ihudem ad triduum, quarto autem jam a malo spiru erupta, verum Christianæ mentis statum est h indepta.

F 11 Qua vero beati viri miracula, quæ a veriloquii nobis comperta sunt relatoribus, quam verius potumus, aliquanta jam stylo commendavimus; incolis omnibus inderens fore censemus, si ea, quæ nostra letate per eundem Patrem Divinitatis velle exercerit, torpenti silentio obnitescant. In sepefato quippe B. Euchari conobio, quidam singularis indolis adolescentis conversatus est, Burchardus nomine, qui ab ipsis pene cunabulis Deo omnipotenti nutriendus, ihudem a parentibus fuerat delegatus, quippe adhuc superest, ac diaconi fungitur officio, ne non et mira utilitate prie multis honori est monasterio. Hie demque cum morte quidam juxta in convulsum Regule stationi, una cum Fratribus in dormitorio penitaret, eas accendebat quidam animal insolens per vicinasque plurimum, quod araneæ nomens sorti in est, subito ariende epus cavernulas intrare persensit, atque tam infesti hospitis improbatate perendens, de nocte illico surrexit, de tanto infornu satis anxius. Quidnam ageret, quove se eouslo committeret, praenimia inquietudine obvium non habuit. Cumque per tres continuos dies, totidemque noctes, hoc miserabilis dolore vexaretur (nam illud fugac suum animal, quod patrem vocat, tandem sibi irrogare intestinorum ereditat) Abbas monasterii, beatae videlicet recordationis Gundersodus, capitula cum Fratribus eidem adolescenti, quod propter monachorum est, tandem in omnimodis

*excus ad ejus
tumulum illu-
minatur i*

*paralyticus
sanatur,*

*non habent
immuno Inter-
gre i*

d e

*quidam a
lethalis iunctore
liberatur:*

*ergomena
liberata:*

h

*aracea autem
adlevigata
dormientia
incessu, m-
gumenta ex-
clusa, ruci-
tum,*

s celso intro-
cato exulta.

A omnimodis convenientibus compati, ac de ejus incommoditate nimium conqueri, necnon et ope medicinali, tanto dolori frequentius mederi. Multa jam siquidem medicinalia incassum sibi exhibita somenta; cœpit a nonnullis omnino desperari, quoniam videbant dolorem esse vehementem. Quid plurimis insundandum? Subito superno nutu incitatus, unicum sibi ac speciale solamen delegit, terratenusque, uti monachis propositum est, B. Celso diutius prostratus, fide comite, meritis ejus se commendavit intentius. Finito tandem pauculis oramine verbis, illa maledicta extenso bestiola retrogradò ito exiens, involam ejus dexteram cecidit. Quo viso miraculo latissimus Frater isdem effectus, Deo omnipotenti ejusque dilecto famulo Celso, quem intercessorem promeruit, immensas gratiarum actiones, uti debatum poposcit, devotissime retulit.

Sit laus, sit virtus, necnon jubilatio Christo.

^a Duplum nequonem pro simplici usurpat. — ^b Lutolus sive Ludolphus Egferia successit, seduicere annis fere 13. — ^c MS. Budu dilectubronda — ^d MS. Trevir. tamen — e Idem MS. igniculi — f Ita MS. Draymone, pro uni. — g Die nimirum 20 Janu. — h MS. Trevr. adeptus

NUCTORE THEO-
DORICO EX MSS.
Mar. 11. 24

reliquerant confligentem. Haec sunt dona tua, Jesu D Redemptor Christe, qui Apostolis tuis pollicitus es, dicens: Quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis, quique tanto virtutum jubare dilectum tuum Confessorem Celsum facis coruscare. Tibi semper sit, cum Patre sanctoque Pneumate, laus et gratiarum actio per aeterna secula. Amen.

13 Alio quoque tempore, in eodem semper Virginis Mariae monasterio, quadam sanctimonialis feminæ extitit, quæ generoso sanguine procreata, haud ultimo in loco ibidem est habita, nomine Geila. Quam die quadam acerrima satus febricula invadens, totum circiter annum absque intersticio aliquo, nunc ardore, nunc algore inimicus vexavit. Jam vero omni virum possibilitate exhausta, ultimum pallidula trahebat spiritum, nihilque aliud nisi exequias prestatolabatur: cum subito omnipotentis Dei famulum Celsum ad memoriam reducens, sub omni festinantra fecit se ad monasterium S. Eucharii semi-viam provehi, atque ante patrocinia B. Celsi terraneus prostrerni. Cumque aliquandiu pro posse tanto supplicet Patrono, tandem sui intercessoris suffragantibus meritis, divinus super eam resplenduit intuitus: sicut optata sanitatis dote recepta, cum omni alacritate remeavit ad propria, laudans ac benedicens Deum ac Dominum Iesum Christum, qui saluos facit sperantes in se, cui gloria in secula seculorum. Amen.

alia diurna
febi liberata:

14 Sed neque hoc silentio praeterire fas esse censens, quod tam recenti memoria in eodem monasterio Divinitatis benigna dignatio, per B. Celsi inclita merita ostendere dispositus. Quadam namque ibidem magna parentele Nonna ab cunabulis versabatur, que Glismoda vocabatur: quam ita a remibus usque ad talos paralysit divulsa, ut per totum annum in lectu recubans, nunquam se in latu ad latus posset declinare, nunquam absque bacularum adminiculo de stratu se posset erigere. Cumque jam in extremis posita foret, subito quadam die magnis copit vocibus fantlices suas compellare, ac minus obtestationibus d quiescere, quatenus sese cursum absque cunctatione alquia, ad monasterium B. Eucharii deferre maturarent. Quia postulata nil moratae, corpus præmortuum summo conatu carucæ velucle imposuerunt, et quo suavius potuerunt, ad locum destinatum perduxerunt. Cumque alminie latricium manibus ante cistellam B. Celsi posita fuisset, quibus valut viribus, tanto se interventori capitasmandam commendavit, ibique in orationibus pernoctavit. Mane autem facto, secundum quod monachis moris est, jentaclo caritatis accepto, ad propria remeavit. Jam vero deinceps post biduum, cum hora solita de lecto surgere cuperet, et nemo sibi ministrantium aflare, nisi quo potuit stiphani lectuli apprehendit, ac sese ad ambulandum suffulsi. Quo tentato, subito superna B. Celsi patrocinis respecta gratia, totis exclamat viribus, dicens: Gratias Deo: ecce S. Celsi opitulantibus patrocinis dimissa sum ab infirmitatibus meis. Ex hoc namque tempore usque in praesens tam perfecte restituta est sanitati, ut ab omnibus secum commemorantibus quotidie dicatur: Benedictus sit ille in firmamento cordi, qui te respexit per sustragia beati Confessoris sui Celsi.

alia diurna
paralysi.

15 Hactenus pro parvitate ignicoli divinitus mihi collati, audita tantum qualiter dictati notavi: nunc jam in calce opusculi aliquid libet deponere, quod in me virtus divina, per B. Celsum dignata est ostendere: sed opportunius hoc, ut opinor, reputatur, si semotim proprio capitulo utatur. Nam sicut ad divinas cumulum laude aliorum commoda veracissimis gestis inserere magis mercedis esse dignoscitur, ita propria retinere, non minimè damna-

d

d

d

CAPUT III.

Tres monache Horreenses, ipseque scriptor,
meritis S. Celsi sanantur.

^a Hactenus de his egimus, quæ domestica et familiari relatione, de sancti virtutibus viri comprehendimus, hoc est de his dumtaxat, quæ vel in B. Eucharii septulis, vel in ejusdem monasterii appendicis, congruis temporibus contigisse referuntur: jam ordo flagitat necessarius, ut et de medioximis atque a extimus ad nostram notitiam usque perlata disseramus aliqua. Non enim potest civitas abscondi supra montem posita: et clarissima virtutum lucerna noluit, sub ejusdem monasterii modio, acsi radiorum impetu, occultari, sed potius, ut omnibus, qui in domo Dei mansitant, protensis miraculorum flammis, præduo luminis esset, longe lateque innotesci voluit b dilucibet. Est namque in eadem Treverica urbe quoddam monasterium situm, quod antiquitus e Horri vocabulum accepit, Reginæ cœli consecratum: in quo, a tempore orthodoxi Regis Dagoberti, sanctimoniales semper virginæ Deo consueverant devotius deservire. Illic denique quædam sanctimonialis foœmina de claro stemmate progenita, cui vocamen erat Henza, non minimæ (ut aiunt) utilitatis extitit: quæ ineluctabiliter quædam miserabilique infirmio tacta est, non aliqua, ut credimus, ultione divina, verum ad declaranda insignis gloria B. Celsi merita. Quadam vero die, dum hora competenter reficeret vellet, ita subito mandibulæ ejus ab invicem divulse sunt, ut mandeni officium prorsus sibi fuisse ablatum: sicutque hianti fauce, prodigio encticis extitit, atque per plures dies inediæ molestia laboravit. Cumque jam ab omnibus consoribus suis, ob diutiniorem dolorem, desperata fuisse: subito animo illius occurrit, quanta et qualia amator hominum Christus Jesus per B. Celsum quotidie ostenderit miraculorum beneficia, nequaquam fide laesians, sed plenius credens, quia citius et illius sanitatem non impo apud Denim obtinere posset, si pro illa pia precator accederet. Haec dum sepius secum revolveret, tandem aliquando amicis suis parificavit, quantum spem in B. Celsi meritis haberet: sicutque salubri reperto consilio, placibilem cereorum oblationem tanto festina transmisit Patrono. Res mira, ac vehementer stupeunda. Denique una eademque hora, qua cerei coram patrocinis beati viri sunt accessi, recepit eadem Nonna pristinæ sanitatis gaudia, ita procul dubio, ut cereorum portatores sub omni celeritate domum realeentes, jam invenissent vivida facie reflectentem, quam paullo ante cum morta

Monachæ Ro-
reenses divulsa
maxilla,

curia S. Celso
divulsa regula
te

AUCTORE THEO-
DORICO, ES 1593
Scriptor an.
1006 monachus
factus,

inveterata po-
dagra libera-
tur.

Horeum mo-
nasterium.

Festum S. Cel-
si monachus
Eucharistia
colendum,

ciclo jona in
cario termino
phant gratia
laudante.

Joan. 43. 8
qua hic fruc-
tum proficit.

A tiosis creditur. Dominicæ Incarnationis anno millesimo sexto, qui est ultimus vicesimi quinti decennialis Cycli, in secunda serie magni anni, qui Paschalis dicitur; undosum hujus mundi salum, Christo gubernante, nudus, evasi et ad tutissimum B. Eucharistii portum hospitalitatis gratia confugi. Cumque ab ejusdem monasterio Patre, summae veneracionis viro, nomine Richardo, germanitus satis esset susceptus et omni monachili devotione tractatus; Fratrum me conventui immeritam jussit aduari, nec quasi hospitem jam, sed sicut familiarissimum, adestus est grativenerum. Postquam autem pusillitatem meam monastici ordinis non minimam persens habere notitiam, cum ex ipsa sui columbina simplificate, tum et proannositas mea grandavite, scilicet me esse autumnum, cum nec primis (ut ita dicam) litteris ad plenum suissem instructus; paterna mihi persens auctoritate, quatenus aliqua in laudibus Redemptoris, de S. Celsi inclitus virtutibus ac miraculis noviter exhibitis, calamolice rusticano, scriptitate nullo pacto differrem. Cui sane persuasione nequamquam refragandum fore ratus, partim tanti Patris imperatu, partim communis Fratrum compulsa rogatu, nuper in diebus Quadragesimæ, tantulum studii fabricare. Cumque, ut verum faterem, per tres fuisse continuos annos ita podagra intricatus tumor, atque eriarum exulceratione, ut vix baculo sustentari possem (laus Deo) tantisper de S. Celso, quod didici, peracto, tam perfecte, tanto Patrono intercedente, restitutus sum, catenæ me Asahelum potius quam claudicantem monachum, existimare possim.

^a MS. Trev. extendebat nisi foris externis — MS. Trev. habebat, dilueret, quod cum præcedent verbo significaret, absque coniunctio minus aperte collatione videbatur. MS. Bodle. diludere. Hanc dubitatem scriptum ab auctore, nova identitate affectu verba dilucidebat, quasi clare in dilucidebat, quod dilueret. — ^b Exst. illud cibarium Treviris monasterium, quod S. Irminus filius sur. Bayoberetus Reg. sollicitavit, non prius, Clarij se et audi filii, sed S. Michaelis Regis Austrasie filii, primi Bayobereti nepos, ut in Instruenda de tribus Bayoberetis demonstratum est, — ^c Ita MS. Bodleian. Alterum habebat petere, sed dilutus magis scriptoris hujus stilo congruit.

SERMO

Thyderici Sacerdotis et monachi in solennitate S. Celsi legendus.

Indieram solemnitas, Fratres carissimi, quam nobis auctor atque opifex humanae salutis Christus Jesus, exceptatissimi Patris nostri, B. Celsi festivo transitu consecravit, tanto a nobis propensius debet observari, tantoque religiosius celebrari, quanto nos constat apud eum sepulchrali presentiam, quotidiani atque continuus patrocinio solvijvari. Creditur enim apud omnipotentem Deum tanto arctius pro nostris excessibus intervenire, quanto devotus ejus sanctam festivitatem solemnizando intimir relinetur.

2 Haec est unumque dies illa gloria, omnique spirituali tripli veneranda, in qua superna illius civitatis semper virientia persona, mundi lugis felix triumphator intravit: et super omnia bona Domini sui constitutus, sine fine cum Christo regnans, est coronatus. Quapropter gaudemus, et exultemus Domino, quia iam illum cum omnibus Sanctis deo et collaudatio, quorum in regni Capitulo perpetuo agglutinatus est consortio. Iterum rigo, gaudemus, quia iam ille septimus beatus corona justitiae est a Domino remuneratus.

3 Erit quippe vir beatissimus Celsus nuns de Evangelio illis palmitibus, de quibus ipse Dominus, Qui manet, inquit, in me, et ego in eo, hic fert fructum multum. Nisi enim in vera vite, que Christus est, per alium et dilectionem, quamvis carnem vegetavit, maneret, talem fructum ferre nulle modo

valeret. Mansit autem inconvolvabiliter in vita, si- cut sponsa Ecclesia in suo capite: quia Spiritus adoptionis filiorum Dei, certissimam sibi in ejus pectori sedem delegit, in quo semper, Abba Pater clamauit. Unde Dominus ipse in Evangelio, A fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos. Ergo, Fratres ^D Marth. 7. 16 mei, vultis fructum cognoscere palmitis tanti, quem de succo traxit Spiritus sancti? Audite Apostolum, Fructus, inquit, Spiritus est, caritas, gaudium, pax, Gal. 5. 22 patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia, castitas, mansuetudo. Iste namque est virutum fructus, qui permanet in vitam aeternam. Unde et Dominus ad discipulos: Ego, inquit, vos elegi, ut etis et fructum afferatis, et fructus vester maneat. Sicut enim de fructu arbor cognoscitur, ita B. Celsus oliva fructifera in domo Domini plantata, per fructum honorum operum, notitiam dedit virtutum suarum, quia Spiritus ambulavit, et desideria earnis crucifixit. Fuit enim crucifixus mundo cum Apostolo, et omnia hujus seculi blandimenta, quibus nonnumquam magni viri, veluti in visco capti sunt, quasi stercore recusavit, ut Christum luciferaseret, et verus superni regni haeredipeta fieret. Non enim incircumcisus aure audivit sapientiam Iesu in plateis clamitante, hoc est, in latitudine omnium per orbem nationum predicantem. Si quis diligat sapientiam, ad me declinet, et eam inveniet. Ergo quia sapientiam dilexit, per quam Deus Pater omnia creavit, et ipsam videlicet incarnatam: audivit etiam per Evangelium suum clamantem a dicentem: Venite ad me omnes, qui laboratis et oneriatis estis: et ego reficiam vos. Post hanc vocem huius eccecurrit, quia Christum esse Dei sapientiam cognovit; et ideo jugum ejus suave et onus ejus super se fuit, et ut mansuetissimum animal patienter portavit.

4 Ut autem ille Beatissimus in proposito a cero-
mate, quasi proprii immutens viribus, non succumbe-
ret, audiens ab Apostolo, quia non coronabitur, nisi
qui legitime certaverit, et ipsa veritate discipulis
attestante, quod sine illa nihil facere possent; super-
numerum desideriorum affectibus incitatis, cum ipsa
Ecclæsia sponsa in Canticis, quotlibet ab ipso juvari
postulavit, dicens: Trahe me, ut merear post te cur-
rere in odore inquicitorum tuorum. In odore quippe
ingumentorum Domini, hoc est, in doctrina sancti
Evangelii, B. Celsus non tantum ambulavit, sed
etiam eccecurrit: quia nescit tertia molimina sancti
Spiritus gratia. Ipse enim liberator noster Christus
Jesus, ad redemptionem humani generis properans,
sicut de eo Psalmista testatur, exultavit ut gigas ad
currentiam viam, ut esset a summo celo egressio
ejus et oceanus ejus usque ad summum ejus. Tanta
vero Spiritus sancti efficiencia vivacitas est, ut nequaquam omustos et fessos, sed agiles atque expeditos
querat operarios. Hinc Paulus dicit: Sic currite, ut
comprehendatis. Et rursus, Festum eius, inquit, in-
greli in illam requiem. Unde notandum summo opere
est, quod omnia opera Domini ulique cum festinatione
jubent fieri. Hinc est, quod Virgo Maria, percepto
ab Angelo Divino oraculo, statim cum festinatione
montana descendit, ac matrem Praecursoris Domini
visitavit. Unde et Redemptore nato, atque in praesepi
reclinato, venerant pastores festinantes, ut ea
probarent quae ab Angelo audierant. Hinc est enim,
quod in Legi præcipitur pascha cum festinatione
comedi, quia tanta beatitudine non cum desidio ac
torpore querenda est, sed alacriter sunt Christi se-
quenda vestigia.

5 Liquet ergo inuidius enclitis ratione ostentibus,
quod iste vir Domini, Spiritu sancto præventus, in
omnibus mundanis divinisst strenuissimus inventus.
quia in hac vita odio habuit animam suam, ut in vi-

tam

modum con-
temnens,

E Prov. 9.

attendens, in
pientia: ^a
Math. 41. 28

2 Tim 2. 8.

Joan. 13. 3

Cant. 1. 2
celeriter Chris-
tum sequens,

Psal. 18. 6

Cor. 9. 16
Heb. 4. 11

Ez. 10. 12. 11

A tam æternam custodiret eam. Erat enim Evangelicus architectus, summarum instrumentis virtutum edoc-
tus, de quo ipse Dominus ait: Omnis qui venit ad me et audit sermones meos, et facit illos, ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fudit in altum, et posuit fundamentum supra petram: inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, et non potuit eam movere, quia fundata erat supra petram. Venit quippe per fidem B. Celsus ad Dominum, et audivit sermones ejus per ministerium Apostolorum et Evangelistarum, eosque in corde bono et optimo retinuit, et fructum centu-
plum fecit: quia caritas Dei diffusa erat in corde ejus per Spiritum sanctum, qui fuit possessor illius. Fecit autem eosdem sermones Domini, quia vigilanter audivit Apostolum Paulum Romanis intonantem ac dicentem, quod non auditores Legis justi sint apud Deum, sed factores Legis. Jacobum vero Apostolum non minore perspicacia intendit, qui fidelibus persuadet dicens: Extote factores verbi, et non auditores tantum. Audit enim ipsum Salvatorem in Evangelio dicentem: Beati, qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud: atque omnibus medullis cordis et viribus corporis studuit audita custodire, præ se ferens curam animæ sue. Et quia non auditor obli-
viosus est factus, sed factor operis: idcirco beatus in facto suo apud Deum et homines inventus est. Iterum audivit Dominum discipulis dicentem: Sint lumbi vestri priuicti, et Incarna ardentes. et in-
vincibili agone per se, quod audivit, custodire curavit: quia et munditiam Angelicæ castitatis exercuit,
lucernam se ardenter ad exemplum bonorum ope-
rum omnibus præbuit. Lucerna quippe est B. Celsus, quia in hoc caliginoso tempore vera lucis radios, per miraculorum efficacia cunctis solet spargere, qui in via Domini nituntur ambulare. Lucerna, inquam: nam sic luet meritorum ejus lux coram hominibus, ut per eum glorificant et collaudent Deum, qui gratia sua præveniente et subsequente talem ac-
tantum fecit eum. Rursus ex Evangelio audivit: Extote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae: atque eorumdem vim verborum solerter perpendens, omni vigilancia spiritali ita se eidem mandato coaptavit, ut et serpentis astutia novum hominem, quem in baptismino induit, nullo modo pos-
tea temeraret, et columbe simplicitate, que nulli cupit nocere, astutiam serpentis temperaret. Ita quoque secundum Apostolum malitia parvulus exis-

tere curavit, ut tamen a perfectorum sensu nequaquam deviaret. Sieque in palestra Catholicae fidei indigadibilibus miles agonizans, bonum certamen certavit, eurus consummavit, fidem servavit: nunc demum reddita est ei corona justitiae, quia fidelis est qui repromisit. Ergo quia B. Celsus sermones Domini et audivit et fecit, ideo assimilatus est homini domum humilitatis ædificare cupienti, qui posuit fundamentum fidei supra petram, que Christus est: quia omnis qui se hic humiliat, exaltabitur cum ipso in futuro, utpote membrum sincerissimum in capite suo.

B Sed quia omnes, qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patiuntur: postquam fundamentum supra petram posuit, et secundum Apostolum super ædificavit aurum, argentum, lapides pretiosos, onusque virtutum geminas inseruit: inundatione variarum tentationum a malignis spiritibus, sive tyrrannica præsumptione lymphante, illisum est flumen omnigenarum tribulationum domui illi, et non potuit eam a statu suo movere. Quare? Quia fundata erat supra petram. Karitas enim, ait Apostolus, numquam excidit. Nam qua fronte cadere potest, quem omnia continens confinet Deus? Ipse quippe est caritas. Usque adeo vero divinitatis inflammatur odoribus, ut omnino certus cum Apostolo es-
set, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creature aliqua se posset sequestrare a caritate Dei, quae est in Christo Jesu.

C 7 Laus illi et gratiarum actio, qui eum secundum Apostolum ante tempora secularia, cum omnibus Sanctis predestinavit, in regnum, et in beatitudinis albo, utpote divini prælli bellatorem, conscripsit. Honor sit illi et potestas, qui eum elegit et assunxit, manum ejus dexteram tenuit, in voluntate sua deduxit, atque hodierna die cum gloria suscepit, in cœli palatio collocavit. Ecclesia sue adhuc in terris perenigranti piissimum patronum simulque sautorem concessit. Benedictus sit ille in firmamento cœli, qui est gloriosus in Sanctis suis, mirabilis in majestate sua, cuius regnum et imperium absque ullius ævi mutabilitate permanet inconvulsum, et nunc, et semper, et per immortalia secula seculorum. Amen.

^D <sup>AUCTORE THEO-
DERICO, EX MSS.</sup> ^E <sup>fortissimadever-
sus,</sup> ^F ^{1 Cor. 3. 12} ^G ^{1 Cor. 13. 8} ^H ^{Rom. 8. 33}

^I <sup>Deo grativ
ideo agend.¶</sup>

^J ^{Tit. 1. 2}

^K ^{Ceroma.}

^L <sup>Videatur hic ceroma ponit pro lucis, quam iuturi ceromate, Ceroma.
Ara, in mari et in omnibus abyssis. O quantum distant humana merita a supernis iudiciis atque divinis! O quantum humana sapientia ab illa sapientia, de qua dicit Apostolus: O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae, quao incomprehensibilia sunt iudicia ejus et investigabiles viae ejus! Hanc enim sapientiam completam videmos in B. Mathiae electione, quem Dei sapientia in thesauro suo reconditum habuit humilem et parvum: sed tamen voluit in seculo pandere magnum et gloriosum, scilicet cum in throno illum duodecimo exaltaret. Exicipiamus ergo eum tamquam a Deo donatum, tamquam ab ipso praordinatum: veneremur illum et tamquam ab ipso inter discipulos valde glorificatum. Non enim ille praedictus Barsabas aestimandus est ille Barnabas comes B. Pauli Apostoli: nam ille filius consolationis, hic autem filius quietis interpretatur.

a Est hic prologus in MS. nostro et Moubrillo, et in antiquis breviariis legitur: non tamen memini Baronus. Disceimus est ex Isidoro. — **b** Ita Iudorus hab. 7 Orig. cap. 9. Mathias, inquit, qui inter Apostolos sine cognomine solus habebatur, incepit predictus Donatus, ut subauditor pro Iuda sic. — **c** Hoc ut Isidoro additur, quod vel uth Zuchius, a d. Barnabas habebatur, ut supra dicimus. — **d** Hoc in primis citat Burbonius in Notis ad Martirologium — **e** Hec deinde Moubrillo. Sicut in MS. et breviariis. — **f** Edidimus passim. Ut dies variis non videantur dividere. Montanus. Ut diebus variis non dividere videamus. — **g** Hunc. Intus sancta secunda Ecclesia — **h** Additur apud Lucam. Ita ut appellaretur ager illa lingua cornua Horologia, hoc est, ager sanguinis. — **i** Inscriptus est hic Josephus Marthiologio homino ad Iacobum. — **k** Ita Auctor infra, Beda in Acta, et alii interpretantur Dei parvum de cuius etyma Hebrei disputata Cornelius a Lapide in codice 107a, — **l** Imo tum praevidenter sententiam dixit de monasterio, at sequentem sapientis alia occasione dixit.

CAPUT II.

Electio S. Mathiae sorte facta. Donum linguorum in Pentecoste collatum: Privilegium cum Christo judicandi mundum.

a Et dederunt, ait Lucas Evangelista, eis sortes, et cecidit sors super Mathiam. Neque etiam hoc exemplo, vel quia Jonas Propheta sorte deprehensus sit, inifferenter sortibus est credendum: cum privilegium singularium h. communem legem facere omnino non possint. Nam in sorte Jonas Propheta Gentiles tempestate coacti auctorem periculi sorte querrebant: et hic B. Mathias dilectus Dei sorte eligitur, ne ejus electio a lego veteris testamenti discrepare videatur, ubi summus Sacerdos sorte queri jubebatur: sicut de Zacharia dicitur, Secundum consuetudinem sacerdotum sorte exit, ut incensum poneret. Sed hanc figuram licuit exerceri, donec veritas per Jesum completeretur: cujus hostia tempore Paschae immolata, sed die Pentecostes, Spiritu sancto in igne apparente, et vere consummata est. Inde est, quod

Cur iuste electi
int.

Luc 1. 9

a noui S. Stephanus, et
socii Diaconi?

C B. Mathias ante Pentecosten sorte ordinatur: septem vero Diaconi (inter quos beatissimum Martyr primus ipse Stephanus, qui glorificando Iesum Christum, a dextris Dei stante illum cernere merito) postea nequaquam sortis agitatione, sed discipulorum tandem electione, Apostolorum vero oratione et manus impositione sunt ordinati. Qui autem hanc regulam exemplo Apostolorum tenere voluerint, eaveant et videant hoc beatos Apostolos non fecisse, nisi fratum cœtu collecto, et precibus effusis ad Dominum.

d 7 Quis etenim hanc Dei misericordiam perfectam, quis ejus dispensationis gratiam prevalet enarrare? Ipse utique sui Apostoli electionem per ignem Spiritus sancti confirmare dignatus est, qui hostiam sui corporis, quam pro nobis obtulit, die Pentecostes per ignem Spiritus sancti mirabiliter consummavit. Sic etenim ordo sacre Scripturae per beatum Evangelistam denuntiat, dicens: Et dum completerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco: et factus est repente de celo sonus, tamquam adveniens spiritus vehementis, et replevit totam domum, ubi erant sedentes, et appa-

runt illis desperitiae linguae tamquam ignis, sed itaque supra singulos eorum: et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et corporum loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Illa namque in Lege hostia acceptabilis Deo erat, quæ colesti igne consumehatur: sicut divinitus actum legimus in holocausto justi Abel et Manue, patris scilicet fortissimi Sampson, atque Heliae et ceterorum Prophatarum, nam ubi nos legimus: Respxit Dens munera Abel in Graeco scriptum est, et inflammavit. Gen. 4. 4 Ergo B. Mathiae Apostoli hostia electionis sacre Scriptura documentum, habet maximam sanctionem, et sautissimum possidet firmatatem. Unde igitur et ex quo? Quoniam confirmans approbat illam de celo Dominus, dando ignem Spiritu sancti omnibus Apostolis, utique et ipsi B. Mathiae, ut omnium gentium linguis perpetuo loquerentur.

Sed forsitan dicit aliquis: Fuit utique Spiritus sanctus Apostolis et B. Mathiae datus tantummodo illo in tempore et in illo loco, postea vero ablatus est, sicut et ab omnibus Prophetis et a B. Eliseo, qui dicit de muliere orbata prole ad puerum: Dimitte illam quoniam anima ejus in amaritudine est: et Dominus celavit a me, et non indicavit mihi. Absit, inquit, hoc, absit a catholica veritate. Nam si B. Eliseo ac ceteris Prophetis fuit olim Spiritus sanctus datus et ablatus; sed nequaquam a sanctis Apostolis et a B. Mathiae. Illis etenim etsi ad tempus fuit datus et ablatus, ita expediebat, ita congruum fuit, sicut prophetantibus Veritatem. Cum autem Christus Veritas venit, sanctis Apostolis Spiritus sanctus permanenter est datus et confirmatus, sicut et gratia omnium linguarum. Et merito. Nomen magna est differentia apud Dominum inter Apostolos et Prophetas! Illi enim ut famili adventum Domini praedicerant, et crediderunt, nec tamen incarnatum videbant: sancti autem Apostoli Incarnationem ejus et viderunt et crediderunt, comedebant enim illo et biberunt, et, ut predictum est, amici ab eo appellari mernerunt: insuper etiam pro ejus amore sanguinem suum fuderunt. Approbat hoc idem Christus Dominus cum dicit: Multi Reges et Prophetae volunt videre, que vos videtis, et non viderunt, et audire que auditis, et non audierunt. Qui autem hoc proterve improvere voluerint, civeant omnino, ne veritati resistant, et ne a veritate recedant, quæ est Christus. Ipse enim hanc sententiam confirmat, inquit apostolis: Si diligitis me, mandata mea servate: et ego rogabo Patrem et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobis in æternum. Animadvertisendum est utique, quid sit in æternum manere. Quid est enim in æternum manere? Hoc est, quod nunquam finitur, quod nunquam recedit, non habens finem, neque occasum, et revera non ait, hodie vel eras, vel tot diebus vel annis, sed in æternum. Hoc sentiens B. Hieronymus, affirmat illud in duodecim questionibus indebet dicens: Ego utique audacter ac tota libertate promulgo, ex eo tempore quo Apostoli in Ieronimo crediderunt, semper eos habuisse Spiritum sanctum, nec potuisse signa facere alisque Spiritus Dei gratia. Et infra de gratia omnium linguarum, Magis, inquit, necessarium fuit apostolis varietatem linguarum universarum gentium loqui, ut annunciatori Christum, nullo egerint interprete. Unde in Lyconia, cum audissent accolae Paulum et Barnabum loqui linguis suis, Deus etiam in homines conversos eos existimabant. Idcirco Apostolus in epistola sua hoc approbans, int. Gratias ago Deo, quod omnium gentium linguis loquor. 1 Cor 14. 18 Illoc ideo instituendo protulimus, ut intelligamus ad quantum perfectionis gratiam B. Mathias est electus, qui inter duodecim Apostolos duodecima apostolatus culmen scandere coeruit: ac proude enim dominus ad

AUCTORE AUTH-
PERATO ABATE
CASINENSIS.
in Pentecoste
acepsit Spir-
itu sanctum
et donum lin-
guarum

Gen. 4. 4

E

4 Reg. 4. 27
nuquam u-
batum:
E

Luc. 10. 14

Joan. 14. 15
F

alioque inter-
prete Christum
predicat.

Act. 2. 1

AUCTORE AUSTERTO ANDATE
CASIRENSI.

I

g h

Electio ab Ama-
tores carmine
descripta.

i

k

A ad judicium venerit, glorusus enim illo residens f apparelbit. De hujus quoque Apostoli Mathiae mirabili electione ac Judee traditoris dejectione textum B. Lucae Evangelista prosequens Arator sancte Romanae Ecclesie Subdiaconus, quod B. Petrus Apostolus *g prosa* oratione perlocuit, ille *h* versibus heroicis deprompsit dicens :

9 Prinus apostolico, parva de poppe vocatus,
Agmine Petrus erat : quo pescatore solebat
Squamea turba capi, subito de littore visus, r
Sorsgit, et insinuans divina negotia, coram
Sic venerandus ait : Nostis, quia prodition amens
Corruit, ipse suam stringens in gutture vocem,
Mercedem sceleris solvit sibi, tedia noxae, k
Aeris ut medio communis peneret hosti,
Debita poena locum : colo terraque perosus
Inter internum perit, nullo comienda sepulchrus
Viscera rupta cadunt, temquesque elapsus in uras, l
Nunc opus est votis, quod verba propheta clamat.
Quem habeat supplicare vices, tunc summa precantes,
Constituere duos, Joseph cognomine Justum
Mathiamque, Dei parvum quod nomen, ut alius,
Hebreo sermone sonat, humilemque vocando.
Comprobat. O quantum distant humana supernis
Judicis I parvi merito transcenditur ille.

10 Lande hominum qui iustus erat : diuina resurgent
Signa, choris terrisque jubar jaculatur olympi.

10 Verumtamen, si aliqui imperiti et sanctarum
Scripturarum minus idonei documentis, de hujus
sancissimis Apostoli electione obsistere voluerint,
dentes; Si B. Mathias duodenarius numeri apostolatum
explevit, et duodecimus sedebit cum Domino ad
judicandum; ergo B. Paulus Apostolus ab ista
sessione sequestratus erit; noverint utique, quia
duodenarius numerus in hac re vel ceteris sacrae
Scripturam elegit, secundum tropum, qui dicitur
Synecdoche, pars pro toto accipitur: qui ratione
proculdubio et B. Paulus Apostolus, et ceteri Sancti
sedebant enim Domino ad judicandum. Hoe namque
verissime approbat B. Augustinus in explanatione
Evangelii de villico, inquit: Videmus Apostolum
Dominum Paulum sine illa ambiguitate dixisse: Nes-
citis quoniam Angelos judicabimus. Quos utique angelos
nisi malos et ipsum eorum principem posuit. Ergo
sedebit ipse Apostolus in duodecim sedibus, de quibus
Dominus ait. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes
duodecim tribus Israel. Sed ipse noverat
inter duodecim Apostolos. Ideo suggerio, ut noverit-
is intelligere duodecim sedes. Novimus enim, quia
primitus a Domino electi duodecim exedit traditor
Judas, in loco eius subrogatus B. Mathias. Si enī
singuli in singulis sedibus sedebant, jam impletus
est numerus: ubi ergo sedebit Apostolus Paulus? An
forte indebitum sibi sedem usurpavit, quando dixit,
Nosce quia angelos judicabimus? Duodecim ergo
sedes, invise sunt sedes, in quibus et Apostoli et
ceteri Sancti sedebunt cum Domino ad judicandum.

a Hoc utique ad finem numeri ex Bula descripsi sunt, nonnulli
omnes, et punctum de S. Stephano addita, ut sororione S. Ma-
thiae nominata habet S. Ignatius cap. 3. Extrahatur Hierarchie
Bula. B. Consulto interprete in Acta Apostolorum. — b Interpolatio
Bula ut Hieronymus sit. — c Bula vera consulto est. Velo-
ris enim erae consuetudinis accepta. Hoc vletum celestis Igne
consumi. d Ms. confundit. — e B. S. Hieronymus ex Theodo-
torio. Et informavit Dominus super Abelituper sacerdotium
Gratia Theodosio informavit. Informavit. of 70 Interpretes scriber-
recessit. — f Ms. elocedit. — g Monstr. sum. h B. ad adjuncta
habea insertum Vigilia Pontificis, crebro anno 340, scripto anno
883, sub quo Aratorum Cardinalium post alias statutum Vigellius in
Additionibus ad Clauitum. — i Omittuntur dictum apud Arato-
rum interpositi versus. — k tertius & versus omittuntur. — l
Alii decimi versus omittuntur. — m Monstr. et quibus una inde
eggerunt, et quibus in loco eius fuerit subrogatus, est. B. Mathias.

CAPUT III. S. Mathiae gesta reliqua. Obitus.

Ilis ita definitis, breviter ad laudem B. Mathiae

Apostoli devotissime revertamur. Glorificemus illum, D et veneremur, ac triumphali laude perpetuis praecmis declaremus: imitantes interior sanctam illius humilitatem, qua est mater omnium sanctorum virtutum. Caveamus superbiam, qua est radix omnium malorum: quam sequendo ille, qui primus ejectus est et princeps exitu omnium malorum, in eternam precipitatus est damnationem. Unde Deus noster clemens et omnipotens, non tantam passus in colesti patria permanere a ruinam, novos Angelos recreans, novamque creaturam ad imaginem et similitudinem suam hominem plasmare dignatus est: ex cuius progenie, tantos illuc ascendere statuit, cum ipsa videlicet instaurazione decimi ordinis, quantos illic sanctos Angelos remansisse creditur, docente sancto Propheta: Statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei. Ab ista namque ruina superbis Dominus Christus discipulos suos ervere procavens, cum dixissent ei, Domine, etiam demona subjiciuntur nobis, ait illis: Videbam Sathan *Luc. 10. 17.* *et 18* sicut fulgor cadentem de celo. Ac si diceret: Studete in omnibus humiliter vivere, et de miraculis nocte gloriari, ne cadatis similiter sicut ille, qui talia dilexit. Proinde hoc praeceptum Domini beatissimus Dei Apostolus Mathias amplectendo et retinendo, in caritatis fundamento solidatus, in humiliatis nocte commixsus, sic humiliter vivere stuluit, ut inter septuaginta duos discipulos Divina gratia electus ad apostolatus gloriam descendere me-
E

ob humilitatem, a nobis imitandam,

a

Luc. 10. 17.
et 18

S. Mathias
Apostolis an-
numeratus,
E

b 12 Habet ergo Apostolus Domini glorusus, habet praelecto praerogativam et excellentiam apostolicę di-
guitatis, non supra omnes, sed cum omnibus: non b excellentior enim, sed omnibus coequalis. Quare hoc? Pro eo utique, quod Dominus Christus, cum potestatem tribueret B. Petro Apostolo ligandi atque solvendi in celis et in terra, non illi solummodo tale privilegium contulit, sed omnibus numerum Apostolis, omnibusque in Sacerdotiis dignitate locatis. Unde sicut ad inreputationem B. Petri Apostoli Ananias et Saphira, teste B. Benedicti Abbatis c regula, corpore utique non anima mortui sunt; ita et inreputatione B. Pauli Apostoli Barjesus quidam Elymas magus, humilio privatus est: idemque Apostolus stu-
pratorem noverce sua sola missione epistola: demoni tradidit, et rursum, cum vobis, restauravit, dicens: Confirmate in illum caritatem, ne forte 2 Cor. 2. 7 abundantio tristitia absorbeat, qui ejusmodi est. Similiter autem Simonem illum magum, de sublimi-
nere cum Coapostolo suo Petro mirabiliter prae-
cipitavit. Belime enim illos Christus instrueret, dicens: Qui credit in me, opera quae ego facio ipse facit, et majora horum faciet (quod de semicinctis, et umbra posterum factum legimus). Iusta referente in Actibus Apostolorum non prestat ali quem, sed omnibus equaliter illam contribuant potestatem.

c 13 Si autem queritur: utrumnam miraculorum virtutibus, tantus Apostolus Domini specialiter clauerit; sciendum est per omnia, quia multas et stupendas virtutes cum ceteris Coapostolis et apostolice viris operatus sit. Nam utique inter illos erat, quibus Christus trahent potestatem, dicens: Signa que ego facio, et vos facietis. et in alio loco: Si dixeritis monti hinc, transi hinc, communovebit se de loco suo. Identidem: Habete potestatem calcandi super bestias et scorpiones. Si enim, Christo attestante, qui veraciter veritas est, de miraculorum virtutibus retinendum est, quod iste vir Domini inter ceteros Apostolos operatus sit: quantas illum credimus exercuisse virtutes miraculorum; in provincia scilicet Judea, que illi in sorte predicationis advenit. Neque enim incredulum populum ad fidem Christi convertere valuisset sine miraculorum patratione, sicut de sanctis

equalem eunt
utius potesta-
tum obtinat,
Act. 3.

cap. 37

c

Act. 13

t Cor. 3. 1

Joen. 14. 12
F
Act. 19. 11 et
3. 13

miracula clau-

ret,

Matt. 17. 19

miracula clau-

ret,

Luc. 10. 19

- A** tis Apostolis legimus. Per manus autem Apostolorum fiebant signa et prodigia, et de B. Stephano scriptum est : Stephanus autem plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. Sed quia minime scripta sunt miracula S. Matthei, non sunt incredibili deputanda, sed veritati, cum de ipso Domino Salvatore scriptum sit : Multa quidem et alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, que non sunt scripta in libro hoc. Et ut potiora inferamus, sciendum est utique, quod tot mortuos suscitaverit, quod ab aeternae damnationis morte, salutifera predicatione eripuerit ; quod per omnia excellentius atque gloriosus esse decernitur a peccati morte animam defunctam Christo restituere, quam morituro corpori vitam donare. Quid enim gloriosus atque prestantius, quam aeternaliter cum Christo vivere, cum Christo gaudere, celeste regnum cum Angelis, cum Sanctis omnibus possidere ? Quanto enim melius atque decentius beatissimum Paulum a morte anima resuscitatum, quam Lazarum a morte corporis videmus ?
- B** Interea neque hoc de his Apostoli gloria praeremitendum, quoniam quidem, quamquam omnes Apostoli ante secula electi a Domino esse creduntur, docente Apostolo ac dicente : Qui elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus. Sed tamen non de quolibet, sicut de hoc sancto Apostolo. Dominus Christus contulit mentionem, cum diceret in Evangelio : Nonne duodecim horae sunt diei ? sanctos videlicet Apostolos significans, et Iudam inter eos. Si enim horae erant, S. Augustino docente, lucabant : si lucabant quoniam Iudas diem Christum ad mortem tradebat ? Ergo non Iudam dixit in hoc loco traditorum : sed B. Mathiam successorem ejus et prae dicatorem. Hunc ergo praevidit, hunc insinuavit, quem in loco illius alterius postea mirabiliter ordinavit. Ipse etenim in celo iam regnans, Apostolum illum constituit, qui in terris positus ceteros elegit Apostolos : nam et in celis tunc cum Patre regnabat, et in terris eos ut filios gubernabat, sicut pollentes inquit. Ecce ego vobis sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Ac per hoc datur intelligi : ut, sicut decimum ordinem in coelestis gloria restitutus de humana generatione, ita duodecimum numerum de B. Mathia digna electione.
- C** 15 Passio namque illius si queritur haberi, sicuti ceterorum Apostolorum, manifestissime constat, quod ipse sibi intulerit passionem, et crucem sum ferendo, Christum fuerit fecundus, descendens aucto rialto : Miki autem abs gloriam, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem nullus mundus erexitur est, et ego mundo. Cum enim manifestum sit, quod duo sunt genera passionum, unum in occulto, et alterum in manifesto patet nimis, quoniam quidem illi unus erat crucifixus, quia odio illum habebat, et tanquam mortuum astinuerat. Similiter et ille mundo : quia illum ad sua gaudia trahere non valebat. Quis etenim sapientia ignorat diuiniora esse supplicia, quotidiane spiritualter in auctoritate, diabolice frondi resistere, quam uno momento tyramnico gladio vitam finire. Hoc sentiens beatus Apostolus Petrus, communere curabat dicens : Adversarius noster diabolus, tamquam leo rugiens, circumquerens quem devoret, cui resistite fortis fide. Et B. Paulus similiter, State, inquit, succincti lumbos vestros in veritate, ut possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere : et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Nomen magnum Jacobus gladio Herodis trucidatus ; sed dilectus admodum Christo Joannes Evangelista germanus ejus in pace sancta Ecclesie a Christo vocatus et coronatus est ?

D 16 Ergo heate nensis Apostole Christi Mathia exulta et gloriare in Domino Iesu Christo : gaudet jam Iesus gaudio sempiterno : et merito, quoniam praesago nomine vocatus, et a Christo donatus ; jam non parvus, sed magnus, non infimus in seculo, sed gloriosus polles in celo. Et quare hoc quo pacto ? qua gratia ? Pro eo scilicet, quoniam cum esses humili in corde tuo, nec laudes hominum cuperes, nec favorem, non aurum, non gemmas, non fluxa seculi regna : pro terreno regno celestem patrui : properitatis gaudiis adeptus paradisi amicitatem. Nam te mirabiliter ut Apostolum Paulum placide vocavit e celo : illum namque prius preclaro lunamine privans, ad gremium sancte Ecclesie eohitus destinavit ; te quoque per celum sanctum, per sancti Spiritus actum celum et apostolicum fecit descendere thronum. Ille te nimurum elegit de grege discipulorum, qui Petrum et Andream, Jacobum et Joannem de littore ethniconum. Plaude ergo nimis, plande per cuncta beates : jam cunctis angelicis sociatus, jam Christi nectare satiatus : inter apostolicas sedes in iudicio illo magno, cum judicialit orbem terrae in aquitate, cum Christo Domino nostro exaltatus. Sed quia hoc totum donavit tibi gratia Christi, suppliciter petimus, humili postulamus, quod enim pro nobis exorare digneris. ut nos elemente exaudiat postulantes, et placide remuneret decertantes. Postquam vero id relinquit Iudeam patriam praedicando, quam in sorte predicationis accepit, et plurimos ethnicos ad fidem Catholicae convertit B. Mathias Apostolus, migravit ad Dominum nostrum Iesum Christum e sexto Kalendas Martias, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita secula seculorum.

a Membrum, dominationem. — b Idem, excelsior — c S. Benedictus cap. 87. Memoriatur, magis, Attanei et Suppliis, ne forte mortem, quam illi in corpore pertulerint, hanc est vel omnes, qui aliquam fraudem de rebus monasteriorum fecerint, in anima patiantur. Cetero quid Patres severum de domum horum, disputant Haffenus lib. V. Disquisitionum monasticarum tract. 3. disq. 3. Cornelius a Lapide et illi Interpretis in cap. 3. Actorum. — d Dicit hoc verbum et Monobrio et MS. xvi. ex antiquo Breviario Morimenti apposuit. — e Beest Monobrio dies : legitur in MS. et Brev. Morimenti.

AUCTORE ANTRI
PERITO SUBTLE
CANTINENSI

Erebat
scriptor a
S. Mathiam,

ejusque patro-
ciniu[m] impli-
rat.

d

e

ACTA S. MATTHIE

ab anonymo olim Hebreice conscripta,
ab interprete monacho Trewir. aucta,
ex iv MSS. et editione Wolfgangi Lazil, et
varii Breriaris.

PROLOGUS I. INTERPRETIS.

Cum multo studio et sollicitudine flagrarem, quoniam gesta B. Mathie Apostoli, que apud nullum Ecclesiasticorum interpretum habentur, inventarem ; quidam Presbyter, nomine Theodoriens, fluctuantem me se tristem videns, canthus a me tristitia requivit et accepit. Unde summa exultatione perfusus, quia hoc mihi studium invenerat, dixi. Quod, si ceterum gestorum interpres esse vellem ; emi podium Iudeo familiaris suo secteturum, ut ampli librum, quem ipse Dammatum intitulat, pro eo quod in ipso contra Legem agentium dammati continetur. Mathie scilicet, Jacobi utriusque, et Stephani, idem Iudeus presentaret. Didicram en tempore a quodam ex Iudeis litteras Hebreicas. Venit ergo libellum deferens, cuius cum ego titulum legerem, Sir Hasirim. hoc est, Cantica canticorum scriptum inventi : tantaque indignatione connotus sum, ut vix ab illo manus continuerum. Nam illos sibi in Christianos odio ingenito desipere me gestiebat. Et tu, inquam, leno sparsissime, Clericisne lillere tentas, qui Hebraicarum Graecarum et Latinarum historiarum plenissimum accepserit scientiam ? Nullus est certe in vestra bibliotheca, sive Graeca, sive Latina, quod mes- cram

P

b
Interpres
Acta S. Mat-
thie solita dicit.

AUCTORE AUTH-
PERTO ABRAHE
CASINENSIS.
a Judo ea acci-
cipit:

adnunt
Translationem
et miracula:

JUANUS Abbatia
ini Latine
edit:

c
et latius expo-
nit.

a
S. Mathias
nascitur e no-
bilibus et pli
parentibus:

Aciām. Timore ergo correptus, maxime ne ei apud Principem, in cuius gratia tunc fui, nocerent, jure jurando se mihi satisfactum promisit, quod et fecit. Leeto namque titulo libri, quem postmodum detulit Ay Mathay, hoc est, Vita Mathiae, scriptum deprehendit. Denique opinatus omnia me intelligere, quae infra scripta erant, licet invitus, omnem tamen ex ordine veritatem mihi aperuit, accepto a nobis preto viginti trium solidorum. Post hunc anno sequente Dominus meus Archiepiscopus ab alio Iudeo, in periculo rerum suarum constituto, ita se omnia balore deprehendit, excepto quod ad nomen suum allusisse dixit versiculo Psalmi. Postea eisdam inclusa pro hoc ipso triduum peregrinum agenti idem revelatum est. Legatur itaque absque omni dubitatione scrupulo, quod tam certis argumentis verum esse deprehensionum est, quia omne ambiguum Spiritus sanctus abodevit. Quomodo autem de Iudea in Treverna venierit, sicut in historia Treverna et in monumentis Silvestri Pape legi, miracula quoque ejus subsequenter edisseram.

n Sunt ea suspecti fidet, et o nou nullis apocrypha habentur
— In Propheta hic dicit in MS. Terciordi et Sacerdoti, datur ex
MS. Radicatu et Ultrajectiu, ac Lazio Haymooy

B PROLOGUS ET INTERPRETIS

Reverendissimo Domino suo, Ecclesie S. Euclitii Treviris Aldati vere dignissimo, humiliis Levita, omnium Fratrum illi commissorum ultimus, delicto subjectionis devotum obsequium. Cum verbo simul et opera prepollens, Pater beatissime, plurimos a levitate seculari retractos theorie k elanstro societati, ex quibus in spedius illud tuae sollicititudinis studium impendisti. Attestantur isti tua instantia, quotidiana ammonitia, correptio: quam licet ex juvenili levitate non satis liberenter excipiam, ex qua tamen pietate prondeat, cum mentem a vanitate recollige, non ignore. Illud quoque preterire non debeo, quod me lectio instare jugiter praecepit ethortari, ne scilicet otiosum inimicis inveniant, ne murmurando mente necpet, ne detracatio in lingua deseruat, ne manus operi, quod ad rem non attinet, insistat. Præcipit igitur beatitudine tua, ut Vitam B. Mathiae Apostoli, ad cuius ossa digne praesides, ab Hebreo vo- luumine (qui Damatoem libet intitulatur, quod in eo contra Legionem agentium, judicium contineatur) exceptum et latius expondere, secundum indagatam avido, vel potius extortam omnem rei veritatem. Quod ego, licet audacie merito denoter, factum tamen ut potius. Proinde licet alii latius, tum eloquentius expunare, stylumque rusticum lima urbana decen- tius expolire, Dominus te incolumen nolis custodiri, Pater carissime. Amen.

b Value ex Lazio solo. Dicit in omnibus MSS. — h. Dicit verbum, adjucisti in clauso aut muro. — e. Hinc consul non esse natus interpretationem, sed nonnulla a monacho adiuncta fuisse.

PARS I Vita et Opus S. Mathiae

CAPUT I.

S. Mathiae virtus, educatio, electio in discipu-
lum et Apostolum Christi. Prædictio in
Iudea.

Igitur glorioissimus Apostolus Domini nostri Jesu Christi Mathias, do tribu Iudea, civitate Betleem, illustri prosopae urandom fuit. Parentes vero ejus multis divitius et nobilitate generis a insignes, grandi apud Denim et homines morum venustato pollebant. Unde vero divinitus illis creditur concessum, ut religiosi parentes religiosorem ex se filium procrearent. Natum itaque puerum Mathiam, quod in nostra

lingua Dei parvus, sive donatus, dicitur, nuncupaverant: quem etiam ab amis puerilibus divinae institutionibus Legis manciparunt. Ad pedes itaque b Simeonis summi Sacerdos et incomparabilis viri, in lege instruendus: atque tunc temporis in Legi Mosaica doctissimi, prima Legis elementa percepti; divinaque sibi gratia cooperante, omnem in brevi Legis et Prophetarum scientiam comprehendit. Studebat iam tunc in tenera etate majorum militari studia, divinæ lectioni incumbere jugiter, lascivie sensum non impendere, sed amos pueriles morum vincere maturatire. Pronde addescens factus, crebris disputationibus examinatus, non solum condiscipulis, sed et ipsi Magistro suo mirabilis habebatur. Quippe, qui licet eruditissimus esset, nullatenus extollebatur, sed juxta nominis sui etymologiam se vere parvum et humilem exhibere intebatur, illud Saquentis saepe commemorans. Quanto magnus es, humili te in omnibus. Et illud, c Superbum sequitur ignominia, humili autem spiritu gloria. Erat igitur vir beatus corpore d inmundissimus, animo porosus, in solvendis sacrae Scripturae questionibus acutissimus, in consilio providus, in sermocinatione undus et expeditus. Informabatur sensu animalis ejus ad virtutem, ut esset ad intelligentiam habilis, ad misericordiam facilis, in prosperis non elatus, in adversis constans et intrepidus. Satigebat ut quod sensu perceperat, opere completere, et manus assertione oris probaret doctrinam. f O beatum virum, cuius preconum non solum in Ecclesia Sanctorum, sed, quod narratum magis est, in synagogue resonat y Iudeorum. Nam qualis quantusve existimandus est fuisse, quem boni totius animalium, indeque damnatores ejus, non desinunt laudibus extollere?

4 Ut igitur lucerna de h modo Legis ad candela brum transtret Ecclesie, viactione Christi dignus habitus, pauperum Christum pauper ipse secutus, in sortem et numerum septuaginta duorum Discipulorum ab ipso Domino designatus est. Completo deinde dispensatione Dominicæ i sacramento, Incarnatione videlicet, passione, resurrectione et ascensione in caelos, surgens Petrus in medio fratrum dixit: (hac autem turba hominum fere centum vi- ginti) Viri fratres, oportet impleri Scripturam de Iuda, quam predixit spiritus sanctus per os David, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum, qui communiterat est in nobis, et sortitus est sortem ministrii hujus. Et hoc quidem possedit agrum de mercede inquitatis, et suspensus crepuit medius, et diffusa sunt omnia viscera ejus: et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum. Iacobdania, hoc est ager sanguinis. Scriptum namque est in libro Psalmorum: Fiat habitatio corum deserta, et non sit qui inhabitet in ea, et episcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum congregati sunt in omni tempore, quo intravit et exiit inter nos Dominus noster Jesus Christus, incipiens a baptismate Joannis usque in diem, qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis ejus fieri nobiscum unum ex istis. Et statim erunt duces, Joseph, qui dieebatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, et Mathian, et orantes dixerunt: Tu Domine, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii hujus. Et apostolatus, de quo prævaricatus est Judas, utabiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, et ecce sors super Mathianum. Et numeratus est eum undecim Apostolis. Cum ergo comprederetur dies Pentecostes, accepta in linguis ignes Spiritus sancti gratia, Apostoli dispersi sunt toto orbe terrarum. Beatus ergo Mathias ex decreto ejusdem Spiritus sancti, Iudeam in sortem praedicationis suscepit, in qua k quantum divinæ gratiae

Psal. 68.26 et
108.8

sorte electus
est apostolus:

doctus et humi-
lis,
Eccl. 3.20
Prov. 29.23
c
d

e
in omni vir-
tute excellit
E

f

g

adoptatur a
Christo inter
72 discipulos.

i

in locum Iude-
proditoris,

Act. 1.

F

in Iudea pro-
digio:

Psal. 68.26 et
108.8

in Iudea pro-
digio:

k

in Iudea pro-
digio:

A gratia lumine praeventus, annulorum in se livorem accederit, sequens pagina declarabit.

s. Simeon se-
nec.

a Lazarus venerandi. — b Vnde intellegit S. Simeon senex, qui Lm. 2 Christum in aliis except. Lazarus impressus Simonis summi et incomparabilis viro omnis vox Sacerdotis, qui in § MSS. habetur, S. Simeon a Cyrillo Hierosolymitano, Ephraio, aliusve deictor Sacerdos suus. Iuxta Hilleli, Doctoris apud Hebreos insignis fuisse, natus discipulum aut filium, et in eo spiritum Synagogarum magnum Iudorum deservire tradidit ex Talmudicis Galatinus lib. 1 cap. 3, Genebrardus in Chronologia aliisque. Consule Borradum iusto Concordia Evangelio lib. 10 cap. 2. Cibilis S. Simeon 8 Octobre. Fuit interius Simon filius Borithi summus Sacerdos, sed ut Josephus ait lib. 15 Iunior. Judeacum 12, regni Herodii, cuius sacer erat, anno 13, ante Christum ann. 24. Albus Simon successor Capha statuerat natus deinde tertius a Cyprian successor. — c Editio yahita habebit Superbum sequitur humilias, et humiliem spiritu suscipit gloria. — d MS. Ult. castus. — e Item, sermonem nitidus. — f Lazarus hic interponit. O beatum virum, qui sub umbra postus, opera lucis erubet, qui Legi subtilius, virum gratia preferet. — g MSS. Dicitur in 4 MSS. — g. MS. Treveri, cum Lazarus impiorum. — h MSS. Ultraject. et Lazarus medio. — i MSS. Treveri mysterio. Lazarus ministerio. — k Item MS. et Lazarus quemadmodum divina gratia quosdam mancipans, annulorum etc.

ali Simones
summi Ponti-
pices.

CAPUT II.

S. Mathiae miracula: quæstio de eo habita.
Blasphemiae Judæorum in Christum.

a b
c
d

Anno igitur post passionem Domini b trigesimo tertio plus minus, c Ananus junior, cui a Caypha Pontificatum adeptus, d credens se opportunum tempus invenisse, idem Pontifex adversus discipulos Domini inflammatus, et Festo Præside mortuo, et Albinio adhuc in itinere constituto, concilium Judaicum fecit, et quosdam deducens ad se, inter quos et fratrems Jesu Jacobum tradidit puniendos. Qua tempestate beatus Apostolus Domini Mathias verbum vita æterne Judæis per eirenitum nuntiabat, multosque filiorum Israel convertebat ad Dominum signis et prodigiis. Cæcos namque illuminabat, leprosos mundabat, dæmones ex obsessis corporibus in nomine Christi fugabat; claudis gressum, surdis auditum, mortuis quoque vitam restituiebat. Instruebat eos quid erat vita, quid morum, quid religionis, Moysen quidem sanctum prædicans, Legem nihilominus omni cultu dignissimam, sed quas sub palea littere maxima in se Christi et Ecclesie sacramenta contineat. Christum denique ab ipso Moyse signis et enigmatis præsignatrum, verbis prophetici annuntiatum, in redemptiōnē generis humani missum a Deo Patre per Virginem mundo innutuisse, divina Legis testimonio comprobabat, plurimaque elisserens, et interpretans illis, omnia signis potentissimis approbat.

Miracula cla-
ret.

CIn hunc ergo modum dum circuisset viros et castella, benefaciens et annuntians verbum Dei, devenit in civitatem Galileæ, qua Latine c Gisca dicitur: et introiens in synagogam, caput ex Scriptura Legis evangelizare Christum. Illi autem intentabant contraire sermonibus ejus, blasphemus et detestacionibus, nominis sancto maledicentes. Cumque instantius ipse de Jesu sermonem faceret, illi repleti zelo, duxerunt eum, et vincentes, nuntiaverunt Principi Sacerdotum et senioribus, dicentes: Condemnati illius Jesu, qui se Filium Dei dicitur, discipulum comprehendimus, quem subvertentem plebeum per synagogas et computa deprehendimus. Quid opus facta sit, consulte. Nos enim multis Legis questionibus examinavimus illum et invenimus hominem contra Legem quidem agentem, sed in ipsa Lega peccatum, qui et gloriatur / Simeonem se habuisse Magistrum. Nobilis est genere, illustris et acceptus in plebe, quamobrem docevimus nihil in illum absque auctoritatis vestrae imperio presumere. Quidam ex synagoga Princeps dixerint: Lex nostra, fratres, ut nostis, non nisi ex sua confessione, seu testium veracium assertione, condemnat, sicut scriptum est: In ore duorum vel trium testimoniū stabit omne verbum. Et absque testibus nemo pu-

comprehendens
Iudeus:

...water.

f

Februarii T. III.

nietur. At illi dixerunt, Invenimus eum per synagogas subvertentem populum per totam Galileam, conventicula facientem, circumserentem doctrinam Jesu Nazarenii, Principum judicio crucifixi. Denique non est civitas aut vicus, in quo novam sectam non invexerit homo perditissimus, et qui in Moysen locumque sanctum et Legem blasphemare non timuit. Hujus rei testes sumus.

7 Pontifex Ananus dixit: Nomen ejus edicite.

Responderunt: Mathias natus de Bethleem Judæ: Pontifex dixit: Quandoquidem non expedit nobis nec generi nostro, sermonem de Jesu propagari, adducatur, ut, si qua temeraria per ignorantiam protulit, diluat per punitentiam: sin alias, ponam Iudeicationis incurrat. Abeantes ergo cum ministris Pontificis et aliis Principibus Magistratum, adduxerint beatum virum in concilium. Quem intuitus Pontifex, ait: Seit omne concilium hoc et orbis universus, in quantum res publica nostra devecerit opprobrium, non quidem culpis nostris exigentibus, sed paucorum qui exierunt ex nobis perveritate, Praesidumque Romanorum avaritia, vel, ut ita rectius dicam, severitate. Nec enim fuerunt nominandi quinque rerum novarum cupidi, sectas adjucentes, per quas tot millia Iudeorum perversa sunt, quæ a Romanis exercitibus interempta, vos nostis. Nec enim talia ex ipsa sua magnitudine latere potuerunt, et ex ipsa vicinitate seu potius visione terruerunt. Verumtamen illorum cum suis auctoribus vanitas, non sine magno generis nostri opprobrio penitus interiit. Nec inventus est, qui populum ex ipsis superstitione vel heresi post illos irretiverit, fuerunt enim g Judas Galileus, et h Theodas wagus, quos post illorum interiū nemo recolit, nemo venerari vel imitari contendit.

8 Maximus horum haeresiarchæ Jesus Nazarenus surrexit, qui Deum ac Ite Filium se prædicans, Legis observationem nihil pendit, multorum oculos et animos signis suis et præstigijs illiciens avertit. Suscepit tamen in se Legis decreta, que contempti, realiter hoc approbans, quod verbaler interdixit. Sed quorsum ista? Scimus a Domino Moysi sancto Legem datum, a Patriarchis verbis et effectibus approbatum, a Prophetis nihilominus observatam: quibus et Deus mirabile facere dedit: qualia Jesus facere non potuit. Quis enim nesciat Moysen cum Domino quasi homine colloctum? Quis nesciat Helianum igneo curru ad sidera tractvectum? Quis ignorat cadaver Heliei mortuum de sepulchro inventum suscitasse? Quis ambigat ceteros Dei sanctos plurima miracula perpetrasse, quorum nullus tamen hanc dignitatem nominis divini usurpavit, nullus Legem novam alinvenit. Denique sancti Prophetæ augeo habitu, voce humili, qua tantum datur intelligi, non sponte sed torrente sancti Spiritus impoli, locuti sunt. Illic autem ad ostentationem omnia agens passim verba vana jactavit. Intutum processit ejus insaniam, et nt Principes Sacerdotum sins contumelias lacraret, Scribas et Phariseos hypocritas appellaret. Quis hoc Prophetarum presumpxit? Sed illæ presumpções dignum finem invenerit, atque utinam memoria ejus cum ipso permisset, neque esset qui errorem doctrine ejus semel emortuum resuscitaret! Sed priore volum accidit. Ecce templum sanctum, civitas sancta, leges paternæ, Romano Præside et legibus Romanis exposita sunt. Non est qui condoleat, non est qui misereatur, nemus qui judicet, nemo qui reputet. Trahimur ad Iudicium, et sustinemus: seducimur, et consentimus: in direptione sumus, et tacemus. Isti præcipue Galileini manus Romanorum nos tradunt, dum sanguinem Jesu, quas innocentis hominis, in nos et in genus nostrum refundere non erubescunt. Expedit ergo nobis, ut paci perirent,

D INTERPRETE MO-
NACRO TRAVI-
RENSI
Deuter 19. 13

sistitur conci-
lio.

Ananus Ponti-
fex deplorat
misericordiam Ju-
daeorum:

g h

in Christum
impie debac-
chatur:

37 ne

INTERPRETE NO-
NACCO TREN-
TINI
RENSI.

A ne Romani totum locum delect et gentem. E duobus malis si nentrum vitari potest, minus et tolerabilius eligendum est. Prospicere tamen errantibus, et salutis afferre remedium, magis est sinere quam de voluntario ipsorum interitu vel perditione gratulari. Neque nos in periculis positi, enjusquam desideramus periculum: sed, quod nostro competit officio, lapsos reformare, errantes corriger, periclitantibus summoque adesse studemus. Perpendat et hic igitur animi nostri mansuetudinem: tempus habet, datur inducie, quarum interstitio possit animum suum revocare religioni. Habet postatem pro se qua expedient allegare, verbis & executoris objecta refellere.

a Debet hoc initium in MS. Treverensi. — b si foret Err Christianus 64, sed forsitan subtilius annus a passione 30 aut 31, ad uno cum S. Iacobus occidit. — c Abis Ananias, Ananias. Beatus Josephus libr. 20 antiquit. Judate, cap. 8 vita Iosephi. Rex vero Agrippe junior Iosephus Ponticus iussu privatae vita agere, sacerdotium ejus dedit Ananii filiu, et ipse vocato Ananio. Isodus erat, erat et ferox ingenua, secta Sadducees, quod hominem genus apud Iudeos in iudicando est severissimum. Ananphorus in Pontificibus Iudeis Ananiam etiam vocat. — d Iosephus loco indicato hoc illa narrat. Tempus opportunitum secundum ratus, mortuus Teste Albinus adhuc agente in iure, concilium Iudeorum advoct, statimque coram eo fratrem Jesum Christum Iacobum nomine et una quoddam alio reo impeditis percoso, lapidando tradidit. quod factum omnibus in exercitatio bonis et legum studiosis vehementer displicuit. Hrc. Iosephus. Occidens esse S. Iacobum diecio anno 61 ex basebo et Hieronymi Chrestio recte tradidit Petrus. Buccherius, et ali. — e Giscalum Galilaei oppidum iudeorum. Tito capitum, et circu redito ut describit Iosephus lib. 4 bella Iudei cap. 4 Lazarus addi nomine Galilaeus fuisse. — f MSS. Bader, et Trever. cum Lazarus Simonem Iacobum. — g Judam Gasparinum appellat Iosephus, qui lib. 18 Antiq. Judate, cap. 1 et 2 discritib ejus sciam. — h Theodosius Magnus legimus in MSS. Treveri, et Susci, ac Lazio, ac MS. Bader. Theodosius magus. Iosephus lib. 2 Ant. Jud. cap. 2 sub finem, Theodosius praesul glorie, vid ei crides ejus iudicatur. — i Lazarus et MS. Trever, sententia, ut patres legendum subdere. — k Idem, excusatoria.

B CAPUT III.
S. Mathiae in fide constantia, martyrium.

Tunc B. Mathias extensis ad celum manibus dicit: De objectis, viri fratres, quae vos crimina dictis, non oportet me multa dicere, quandoquidem esse Christianum non est criminis, sed gloriae. Nam ipse Dominus dicit per Prophetam: Vocabo servos meos in novissimis diebus nomine alio, Pontifex Ananias dixit: Quomodo non est criminis Legem sanctam pro nibilo ducere, Deum inhonorare, fabulisque superstitionis et inimicibus vacare? B. Mathias respondit: Si meis verbis praebeatis auditum, docebo vos, qualiterneque prius hec meus fabulosum non sis, sed ab initio Legis testimonis approbatum. Deus Patrum nostrorum Abraham edexit de Ur Chaldaeorum, premitre illi terram Canaan, et seconi ejus sedatorum in hereditatem, cum neque filios neque filias haberet, et Sara uxor ejus sterilis esset: de quo tamen scriptum est: Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad iustitiam. Et locutus est Dominus ad Abram dicentes: Juxta condicuum revertar ad te, et habebit Sara filium. Per reprobationem igitur natus est Abram pati nostro illius, quem appellavit Isaiam. Ex illo natus est Jacob, qui surripuit primogenitura fratris, a domino electus: in quo reprobatione fructificaret, sicut Scriptura dicit: Jacob dilexi, Esau autem odie habui. Cumque zelaretur Esau Jacob ut eum occideret, abiit Jacob in Mesopotamiam Syrie ad Ladan, et servivit sub mercende, usquequo loqueretur ei Deus, dicens. Revertere in terram nativitatis tuae, eroque tecum, et eruan te, et liberabo te. Cum igitur abiisset cum multa familia et pecunia, et venisset in Pannuel, descendit ad eum vir qui loctabatur usque manu eum eo, dixitque ad eum: Dimitt me, aurora est. Qui respondit ei: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei, et dixit ad eum: Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum. Seiscitum nomen viri sit: Cur queris nomen meum quod est mirabile?

Et abiit Jacob, et cum illo, quos genuit, in terra Chanaan duodecimi Patriarchae: ex quibus praemisit Deus in Egyptum firmamentum ac Salvatorem, qui adasset eis et semini eorum in tempore afflictionis. Facta deinceps fame in terra Chanaan, descendit Israel in Egyptum in anni abusus septuaginta, et habitaverunt patres nostri in oppidis Gessen, et multiplicati sunt nrois. Cumque afflictiones multas tolerassent ab Egyptiis, surrexit Moyses vir potens et eruditus, qui fugiens Pharaonem persequenter, devenit in Madian. Unde cum pascet oves socii sui Jethro in deserto Madian, apparuit ei Dominus in igne flammam rubi. Appropinante autem illo ut videret visionem mirabilem, dixit ei Dominus: Solve calceamentum de pedibus tuis. Quod quidem, fratres, scientibus legem loqueri, signum fuit repudij. Quod intelligens idem vir sanctus, ait: Obseruo, Domine, niente quem missurus es, significans videbile quod idem postea scribit filiis Israe dicens: Prophetam vobis suscitabit Dominus de fratribus vestris tanquam meipsum, hunc audietis, juxta omnime que locutus fuerit vobis.

10 Et matus Iacobus ad Moysen, ait: Ecce Aaron frater tuus venit in occursum tibi, ostendens nondum consummatam plenitudinem temporis: in quo verus ille nuntius adasset, qui populum suum non de manu significativi Pharaonis, sed de potestate intellectualis et significati, qui est diabolus, liberaret. e Significativa enim cetera omnia quae gesta sunt: Phase vestrum, indicio est, quod a patribus ad litteram celebratum, maxima in se mysteria continere manifestis et evidenter de causis patet. Quid enim esus carnium agni proderat ad conscientiam? quare renes accingitis? Quare in manibus baculos tenetis et calceamenta in pedibus? Haec omnia, fratres, licet scientiam Legis habeatis, sunt scriptum est, nisi credideritis, non intelligetis. Quomodo enim sanguis agni in utroque poste et in superluminari aspersus ab exterminatore nos liberaret nisi Crucem Jesu, qui dicitur Christus, significaret? De ipso namque Isaia dicit: Sicut ovis ad occisionem ducetur. Et inter cetera: Cum ini quis reputatus est.

11 Ut ergo nomen Jesu Pontifex audivit, furor repletus est, et ait: Haec itaque ad destructionem Legis prosequeris! An ignoras scriptum: Si quis propheta aut summator in Israel surrexerit, ut avertat vos a Lege Domini Dei vestri, moriatur homo ille? S. Mathias respondit: Propheta, de quo nobis sermo, non tantum Propheta est, sed et Dominus Prophatarum, et Deus Dei Filius enjus divinitas veris indicio declaratur. Huc igitur ductus ratione in ipsum credidi, sperans quod in confessione nominis ejus perseverabo. Pontifex dixit: Si dantur inducere, vobis aliquando pemtere? S. Mathias respondit: Absit a me, ut a veritate, quam semel inveni, non per pemtentiam, sed per apostasiam, recedam. Iesum Nazarenum, quem vos tradidistis et negastis, verum Dei Filium, Patri per omnia con substantiam et coeterum atque coequalem corde confiteor, ore praealgo. Christi servus sum, aliud esse non potero.

12 Tunc Pontifex obturans aures suas, et stridentibus dentibus in eum, cum furore clamavit, dicens: Blasphemavit, et subiuxit: Audiat Legem. Et lecta est iuxta quod attinet: Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum, et qui blasphemaverit nomen Domini morte moriatur: lapidibus eum obruet omnis populus: non parcer illi oculus vester, ut auferatis malum ex Israel. Cumque vir sanctus nec blandimentis averti, nec nimis concurti posset; protulit in eum sententiam dicens: Os tuum contra te locutum est, sanguis tuus sit super caput tuum

b D

b

et Moyse

Exod. 3. 5

Exod. 4. 13

expediti
atrum qui
mittendus
erat.

Deut. 18. 13

omnia ostendit
Iudas in figura Christi
venienti conti
guisse:

tsa 53. 7 et 12

Deut. 13. 3

F

Christianum ve
rum Deum
profiteri:

adjudicatur
reus mortis:
Lev. 24. 18 et
16

Ananias seu
Ananias sum
mus Pontifex.

S. Jacobus oc
cucus anno
Chr. 61.

S. Mathias a
dors Christi
profiteri:

Christum os
tendit promis
sum Abraham
mo:

Gen. 18. 6.

Gen. 18. 14

Nabal 1. 2

Gen. 4. 1

et Israel
Gen. 32

^a tuum. Proinde ductus est ad pœnam. Cumque venisset ^d Bethlaskila, hoc est, domus lapidatorum, indixit silentium et dixit: Quare, fratres, Adamhay, hoc est, hominem viveutem, interficitis? Scriptum namque est: Cum video faciem Domini Sabaoth, numquid non vivit anima mea? Vel ut alii Judæo peritiori placuit secundum Hebraicam veritatem: Quando veniam, et apparebo ante faciem Dei? Ait enim, quia prima et ultima littera nominis, quæ sunt Mem et Iod, simul junctæ resonent, quando et ipse per has litteras allu-erit ad nomen suum versculo Psalmi. Et subjunxit vir sanctas: Hypocrite, bene prophetavit de vobis David, dicens: Captabunt in animum justi, et sanguinem innocentem condemnabuot. Et Ezechiel ait: Mortificabant animas, quæ non moriuntur.

^e Psal. 41. 3. ^f Psal. 93. 21. ^g Ezech. 13. 19. ^h B. Huic B. Helena reliquias magnificas, & tunica videlicet Domini inconsitile, cum uno clavore ac tuncello Iesu, Sanctum quoque Mathiam Apostolum de Judæa translatum suæ urbi defendendum, per manus Silvestri Papæ tradidit. Cui etiam idem Apostolicus privilegium antiquæ dignitatis, quod hactenus in monumentis publicis habetur, reformavit. Veniens autem Agrius urbem Treviricam a pristino revocavit errore, aquis que salutaribus ablatum Christiane religioni mancipavit. Saeras quoque Reliquias pro fidelium petitione in diversis locis distribuit: Mathiam vero Apostolum altius terre infodiens, juxta corpora sanctorum Patrum Eucharistia, Materni, Valerii in suburbio Treverensi ad meridiem collecavit. Quo in loco post multos in Christo desudatos labores, Idibus Januarii carnis eductus carcere, ipse quoque requievit. Post ejus obitum urbe quinque a m. Barbaris eversa, ubinam locorum Beatus Apostolus reconditus fuerit, obliuionis traditum est.

temscipps, scriptum esse. Laetus ergo effectus, serinium descendens secum detulit : et quia illud secure servandi locum non habuit, in coemeterio inter ossa mortuorum in crypta depositum, donec tandem aptum sibi locum provideret, quo illud sine timore, nullo sibi concio servare posset. Quod et triduo ibi absconditum latuit, quo adusque in sacraario, quia, ut diximus, custodis adjutor erat, locum aptum servandarum Reliquiarum cantissime provideret. Est autem sacrarii domus inferior lapidibus camerata, superior autem lignis adoperta, ad quam de inferiori per cochleam ascenditur. In hac ergo superiori locum inter trabes et tectum preparavit, ibique sacra ossa de crypta reportata locavit, magnamque struem lignorum veteris ædifici circumposuit, sepiusque illieundo, interdum etiam ibi dormiendo locum frequentare non destitut. Interea iter suum hec accedit, accepit, nunciumque fideli suo cuidam amico direxit, rogans eum obnixa ad se venire, adjiciens quod rei quam vellet cum illo tractare, nullum omnino aliun vellet interesse. Reliquiarum igitur parte de scrinio C pannis quos præparaverat imposta, studiosissime satagebat, quatenus nil suæ obstaret protectioni : ut omnibus rite præparatis, quacumque die sibi placet, liber posset discedere.

10 Talia miser, divinam non recognitam animadversionem, tractaverat : sed Deus omnipotens, qui S. Agricium noluit separare a sanctissimo suo Apostolo, cuius quondam per tanta terrarum spatia vector extiterat, impianus ejus dispositionem manifestavit et cassavit. Cum etsim, ut prediximus, locum cumdem aliquando jugi sollicitudine frequentasset; die ante predicta inde descendens more sibi solito, alias nescio quo ire paravit : cum subito ipsa domus, incertum unde exorto incendio, cum Reliquiis et monasterio combusta est, licet aliqui ad honorem Reliquiarum eum lumen ibi habuisse affirment, quod ipse ex toto negavit : vel rursus alii dicant, ab igne, quo candebat ibi parabantur, hoc evenisse : quod irreducibiliter videtur, quia ante triduum ignis ex toto ibi defecrat : re autem vera divina voluntate hoc decreturnu fuerat. Igne autem flammus in altum jacente, illæ miserrimus anxius de Reliquiis, festinus accursus, dominum ascendit : panum cum Reliquiis jam incendio proximum apprehendit, quem secum trahere cupiens, omnino non potuit : nec ultra iniquis mani-

bus tractando cessit, sed potius ibidem comburenda remausit. Qui cum in trahendo frustra diu laborasset, desperans scrinium aperuit, ut saltem aliquod membrum inde acciperet, quod sue voluntati incombusum servare posset. At cum introspectisset, su-

*AUCTORE LAV.
VENTO MONACHO
EX MS.
impeditur ac-
to incendio,*

bito ignis, quasi fulgor de sacris ossibus jaculatum, ita faciem ejus inflammavit, ut resupinus corruens, pene examinatus esset. Sed nec tune quidem os aperuit, ut alicui ex accidentibus cum armis et aqua rem panderet : quod si fecisset, jam illæsto incendio Reliquia erupta fuissent. Ita Deo disponente, Agricilæ ossa et pulvis in loco permauerunt, quæ inique furanda de loco requietionis sublata fuerant : qua postea minutatum inter carbones diligentissime re quisita magna ex parte inventa sunt, ut maiorem ipsius corporis partem nos non dubitemus habere.

Pulvis vero cum cineribus cantissime cribro purgatis, ibidem in unum locum servandus repositus est, quibusdam suadentibus, ut in honorem ejusdem S. Agriciliæ, altare ibi statueretur, et dedicaretur Ecclesia. Per omnia benedictus Deus, qui nos licet indignos, noluit privare Patrono tali : cuius nos auxilio ubique gaudemus perfrui. Postquam autem haec acta sunt, videns auctor hujus seceleris, non posse celari, quod Deus voluit manifestari; cuncta que geserat, vel cogitaverat, protulit in medium : monstravit quoque locum, ubi reliquias collocaverat : quem Fratres diligenter perscrutantes, sicut jam diximus, quantum potuerunt, seminata ossa coaduauerunt, et honorifice in reliquum habenda conservaverunt. Ille autem miser, dictante omnium sententia, cum licentia discessit, quia neque sibi, nec loco huic habitare, ulterius commodum nō habuit visum fuit.

11 Si quem vero movet, cur Deus ossa Sancti sui pertiserit ab igne consumi, non enim defuere, qui de hoc murmurare et nos falsitatis arguere invidiosi nou desisterent, dicentes : Quia si reliquiae istæ sanctæ fuissent, ab igne non perirent. Quibus omissis, si quem fidelium movet, breviter respondendum est illi. Primo quia sicut Dens mirabilis in Sanctis suis, multos eorum invisibiliter eripuit de manibus impiorum, sic plurimos eorum per cruciatum temporales transmisit ad regna celorum : illos quidem protegens misericorditer, istos autem occulto iudicio permittens cruciari crudeliter, qui visi occulis insipientium quasi mori, sed in pace sunt translati. Denique tres pueros in ignem Babylonum missos sacra Scriptura refert hymnum Deo inter ignes illatos cantasse, Joannem vero Baptistam Evangelista testatur in præmium saltatricis capite cæsum esse, cuius etiam ossa ab Eusebii Cæsariensis historiæ liber undecimus a Paganis effossa refert et igne cre mata fuisse. Et quis nesciat Baptistam Domini non solum tribus pueris, sed etiam omnibus natis mulierum secundum vocem Domini majorum surrexisse ?

Quotidie quoque videamus pro peccatis populi ab infideilibus Christianis corpus Dominicum cum ecclesiis comburi, quo nihil unquam sanctius dici vel excogitari protest. Secundo autem hujus rei dubitationibus respondemus, sicut superius initio descriptionis ejus jam diximus, pro peccatis nostris hoc evenisse, nec nos dignos fuimus, quos majoris signi indicio Dominus dignaretur latificare. Quippe nō desidiosis et male viventibus, quos haculo sustentaverat paternitas, gaudio scilicet B. Mathiae inventionis, nullus studi conversationis melioris justum fuit adhiberi virgam correptionis aerioris, sicut Scriptura dicit : Flagellat Dominus omnem filium quem recipit. Si igitur summi Patris filii sumus, vel si non sumus Heb. 12, 6 et esse cupimus, flagella Patris quasi filii suscipiamus, suscipiendo mala quæ fecimus recognoscimus, recognoscendo fetibus diluamus, diluendo præterita futura caveamus. Quamvis, etsi altius aliquid sentire

*sacris ossibus
inter carbones
reperitis.*

*Reliquias in-
cendo dissipa-
perit permisit
Deus ob varias
causas.*

Deo. 6

Mor. 6

Math. 11, 11

AUCTORI LAM
BERTO MONACO
EV MS.

Auctor mira-
cula S. Mathie
narrare
statuit.

A volvimus, nequaquam sine miraculo incendium istud transisse cognoscere potuerimus. Excepto enim, quod liquido apparuit, quod Apostolus Dominus a S. Agricilio separari noluit, vel rursus quod S. Agri- cius hinc asportari abnuit; mihi hoc satis mirum videtur, quod in tanto periculo ignis et incendi, in tanto concurso et multitudine utriusque sexus populi, nemo prouersus vita vel salutis sue debilitatem incurrit, nullus omnino nostrum rerum sciarum aliquid perdidit.

12 Haec utrumque dicta sufficiant, nunc aliqua miraculorum B. Mathie dicamus, quae ante inventionem ejus contigisse multi adhuc in corpore manentes religiosi predicant, a quibus nos haec continet audisse. Si enim multis profutura Dei summi opera, et pro sui veneratione cunctis admiranda propalare et enarrare honorificum est, a patribus filiis tradita, ab ipsis utique posteris tradenda sunt, ut devotio fidelium ad persolvendas ei grates impigra semper et expedita maneat, per modicam fidem nostram et pene dissolutam, et ut ita dicam, januam per omnia concessam deinde miraculis reintegrandam recuperare non desistit.

a Suevus supra dicitur — **b** Iuno Buffinus lib. 41 cap. 28 qui
lib. sub Iuliano apostoli factum traxit et Eusebi historia in
Constantino Magno distinxit, cui reliqua o Ruffius intercavatur.

CAPUT III.

Miracula nonnulla ex Annalibus Trevirensibus Christophori Broweri suppleta.

a

Sed nec minus in illum adolescentem Apostoli promptum opitulandi studium eluxit, qui per eosdem dies vice Temelza, ecco Mosella gurgite raptus, et die multumque conqueritus, extractusque, demum examinatus est. Hujus, cum magnis anni caloribus, offensi cadaveris odore propinquus, festinant exequias, mater jam fractis annis, orbitate acta, et pervicax doloris, dominum velle deferri mortuum, ut vel hucrinas suis et extrema pietate filio parentet. Lecto igitur composito, stratego de more, tristis ac flibilis circumvisus vicinia, assiduusque precibus Apostolum implorat. Nocte ergo tuta in pervigilio ac precibus actu, linteis amnis, sentient lenter aspirare defunctum, et sensim in corpus, rigore jam suo conclamat, spiritus immigrare vitas. Quid multa! Qui dieno noctemque mortuus jacuerunt, Apostolo duce, redux in derelicta vita lucem regressus est.

14 Sed et puer Coloniensi dioecesi, villa S. Severini mortuus gravi ex infirmitate, cum latus ornatusque, perviglio agitato, mater Apo: telum Mathium plenis dulcie preeibus orasset, puer, (mitem dicto) exterritus et diffugere parantibus, quotquot aderant, illico revixit.

15 Atque haec ex quoniam plurimis paucissima asse- rendat Apostoli inventio. Nam ego quid varia tristitia mortuorum agmina ad memoriam hanc seibus suis ulioqui polsa fugatiisque memorem tabidos artus suo restitutos vigori, fluentes paralysi nervos, sola prore substructos; et suribus, linguis, pedibus, ceterorumque membrorum captos officio, numeribus ad vota dumtaxat suis redditos? quid, propulsatos ab obsessorum corporibus daemones, rabie percitos et furore solita mentis tranquillitate, naufragos portu, saluteque donatos? infinitum sit, si unne ista per- censuam.

16 Ardebat Lutzelburgiorum vastitate atque populi adhuc dioecesis, ob eastrum Bonnagense in S. Petri fundo constructum, et Brunicho tyranus, loci municeps in omnes praedandi occasiones intentus, provinciam praeversabat, cum Iuno agriculti pagi Punderichi, qui sub Joannis Baptistic natalem eum filio et conjuge, flaminio adverso subiectus ad honorandam Apostoli memoriam labitur in tyramni

manus; isque ocyus constrictum et in custodiam ab ductum ferreis compedibus onerat, conjugi dimissa ac filio fuga elapsa. At uxor vicem sollicita mariti, cum assiduis precibus ac votis B. Mathiae Apostoli patrocinium fatigat, et captivus haud segnius graviora in dies perfunctus, eundem adhibet deprecatorem propulsandæ servituti; ecce tibi cum astivo sole, colo illagrandissimo, sopitis sonno custodibus, Immo vehementer incumbit in preces. Illicet compedium retinacula crepitare, et laxatum sponte sua, in sublime ferrum exilire. Tum pavor mox circumsistit hominem, animaque vario fluctuatus, ex summane mutorum corona se precipitat, an vero per medius custodes contendat ad salutem? Ad extremum intentione cura beatum Apostolum invocans, Deoque immortali caput salutemque suam commendans, ex alto se dat in casum, citraque noxiam delatus ad ima, sospes laetusque grussatorum manus effugit.

17 Openi Apostoli nec is irritam sensit, qui cum prævalido antagonista vel nolens comparatus, in arenam duelli causa descendit. Vir nobilis erat, cujus de industria nomini pepercere, saevus et oppido crudelis in subditos. Is graviter in se odios omnium concitatis, can rapinis et injury multos afflixisset, **E** alios exhaustisset funditus; ad extremum irritatis lesorum animis, in ejus horrea atque ædificia furta congestæ faces, atque ultro eo relegata, unde supervidi intuim illa sumperat. At is tam inopinata causus intolerans, dum auctor incendi manet in occulto, vicino suo innoxio diem dicit, obrutumque calunniis, ex duobus alterum eligat compellit; ut vel iudicium rens subeat, vel singulari initio secundum certamine caussam discepit. Hic trepidare ad sola pugilis verba misellus, et se suaque omnia in servitatem dicere, sine recusatione, dummodo hac tanta se calumnia liberet, amicorumque preces ad id consequendum interponit. Sed exorari fleetique homo implacabilis nequit. Tum innocens ille, velut leto sacer, et arena destinata victimæ, prodit uno clam taxat clypeo tectus, munitusq; clava. At contra nobilis ille monomachus non sine satellitio, thorace etiam atque diverso telorum genere, probe incedebat instruetus. Magis hominum erat expectatio, palestram coronam ambientum. Ubi collato propius pede consertio manus, nobilis pregramli librata securi clypeum adversarii, ietu uno minutatim distingit. Hic tum nudo latere palpitans gladiator inexercitatus, jugulum pribere, aut fugam latrasiq; circumspicere. Sed animabant prepe jacentem voces adstantium, pariterque rogantum, equeid jam ferum reperit, infelix ad Apostolum Mathium preces non funderet? Ergo cum gradu resumpto, se fortis colligit in armo, simulque mammæ hand frustra missurus, Mathium Apostolum appellat, adversarum ietu clavae sic ferit, ut ruenti spiritum mox expresserit, armaque potentior imbecillo submisit. Ita sub monomachis, licet parum laudate periculo, innocentem tunec Apostolus protexit; et nec votis pupilli, pugnantis fame salutem deesse voluit. **b**

18 Atque haec ex quoniam plurimis paucissima asse- rendat Apostoli inventio. Nam ego quid varia tristitia mortuorum agmina ad memoriam hanc seibus suis ulioqui polsa fugatiisque memorem tabidos artus suo restitutos vigori, fluentes paralysi nervos, sola prore substructos; et suribus, linguis, pedibus, ceterorumque membrorum captos officio, numeribus ad vota dumtaxat suis redditos? quid, propulsatos ab obsessorum corporibus daemones, rabie percitos et furore solita mentis tranquillitate, naufragos portu, saluteque donatos? infinitum sit, si unne ista per- censuam.

*capitu*m*
rabilit*e*
liberalis*e**

*coactus singu-
lari certamine
pugnare,*

*ope S. Mathie
vincit,*

b

*Tumbæ rela-
quiarum præ-*adrina,**

*Resuscitantur
submersus,*

*et alias
mortuus:*

*varii morbi
depulti.*

^c A dñis dimititur. Quæ vero jam in oculis hominum est
e tumulo species, ex candido lapide, opere statuario
nou ineleganti quidem, at minime vetusto, refecta
est, cum inscriptione :

IN HAC TVMBA CONSERVATVR
CORPVS S. MATHIÆ APOSTOLI
CVM MEDIEATATE CORPORIS
S. PHILIPPI.

^a Egerit Browerus ante de filio molendinarii in stocello submerso, et patrociuo S. Mathie ad ritum reverto, de quo in superiori relatione vnum. 7 octum, rejeclis ad notas variantibus lectiōibus — b Addebat gravis maladici obrectatoris panis
super num. 15 relata. — c In catalogo reliquiarum monasteria S. Mathie an. 1313. ex. lxxvij, dicitur sacerdissimum corpus unde
chorum in lumbis argenteis conservari.

CAPUT IV.
ex MS Treverensi.

Basilica Trevirensis S. Mathie ab Eugenio III
Pupa dedicata : varix indulgentiæ concessæ;
reliquiæ variorum Sanctorum adservatae.

^a Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quadragesimo octavo, decennovennalis Cycli anno nono, Indictione undecima, presidente Apostolico a Eugenio in Romanæ Ecclesie Summo Pontifice, anno Papatus sui tertio, Imperii Courardi tertii Regis gloriosi secundo, regai undecimo, venerabilis autem b Adalberonis hujus civitatis Archiepiscopi anno decimosexto, dedicatum est hoc monasterium ab eodem venerabili Apostolico, et ab Adalberone Archipresule, Idibus Januarii, petente

venerando Hertoldo Abbe, ordinationis sue anno duodecimo. Consecratum est autem principale altare in honore S. Joannis Evangelistæ et S. Encharii, Apostolorum Philippi et Jacobi, S. Stephani Protomartyris, quorum etiam reliquiae ibi continentur; insuper habetur ibi de petra super qua natus est Iohannes, de praesepio Domini, de virga qua flagellatus est Dominus, de sudario Domini, de sepulchro Domini, de virga Moysis, de vestimentis S. Marie matris Domini, de pallio S. Jacobi fratris Domini, Reliquiae sanctorum Apostolorum Jacobi fratris S. Joannis Evangelistæ, S. Bartholomei, S. Mathie, Urbani Pontificis Maximi, Marcelli Pontificis Maximi, Systi Pontificis Maximi, SS. Innocentiu, Adelberti et Wenzeslai Martyris, xi. Martyrum Thebaeorum, sanctorum Martyrum Blasii, Cypriani, Mauritii, Cyriaci, Vitalis, Bonifacii, dens S. Hippolyti, Leandri, Alexandri, Justini, Crescentii, Maxentii, dens Lazari et de sepulchro ejus, Pateratii, Herneticis, Gangulfi Martyris, Severæ Virginis, Eustachii, Thyrsi Duciis Trevirensis, Bonifaci Duciis, Reliquiae Episcoporum Confessorum Eucharii, Valerii, Materni, Agritii, Cyrilli, de stola et de pallio S. Maximini, Magnerici, Modesti, Auctoris, Mari, Modowaldi, Bonosii, Felicis, sanctorum Trevirorum Pontificum, Nicolai, Remigii, Augustini, Medardi Episcoporum, Benedicti, Eusebii, Celsi, Felicis in Pincis, Galli, Undecim millium Virginum, Vincentie Virginis de undecim millibus, Martinæ Virginis, Praxedis Virginis, Benedictie Virginis.

^b 20 Altare quod est in medio monasterii ad tumbam B. Mathie Apostoli consecravit idem Eugenius Papa et Albero Archiepiscopus Trevirensis, in honore sanctæ Crucis et sanctorum Apostolorum Mathie et Jacobi fratris Domini. Continentur etiam ibi Reliquiae de sepulchro Domini, Reliquiae Apostolorum Mathie, Jacobi, Bartholomai, sanctorum Martyrum, Cornelii Pontificis, Stephani Pontificis, Pancratii, Gangulfi Martyris, Severæ Virginis, Thebaeorum Martyrum, Thyrsi Duciis Trevirensis, undecim millium Martyrum, de Reliquiis SS. Eucharii, Valerii, Materni, Agritii, Remigii, Eusebii, Celsi, Undecim millium Virginum, Vincentie Virginis, Martinæ Virginis. Iste Eugenius Papa et Albero Archiepisco-

pus Trevirensis contulerunt ad dedicationem monasteri nostri et duorum altarium, videlicet ad principale altare, et ad illud quod est in medio monasterii ad tumbam S. Mathie triginta annos, decem et octo Carenas.

21 Altare quod est ad Aquilonem sub turri consecravit d Hamiedus Lusannensis Episcopus in honore S. Joannis Baptista, et omnium Patriarcharum et Prophetarum. Continentur vero ibi reliquiae de dente S. Joannis Baptiste, Stephani Papæ et Martyris, Mathie, Eucharii, Valerii Auctoris, Thebaeorum Martyrum, Bonifacii Martyris Maguntini Episcopi, Martyrum Georgii, Marcellini et Petri, Naboris, Nazarii, Eustachii, dens Hippolyti, Thyrsi Duciis et Martyris, Alexandri, Crescentii, Maxentii, Constantii Martyris, Undecim millium Virginum: qui etiam contulit unum annum indulgentiæ et quatuor Carenas.

22 Altare quod est inferius, consecravit idem Episcopus in honore SS. Gregorii Papæ, Nicolai et S. Benedicti Abbatis et omnium sanctorum Confessorum: continentur ibidem reliquiae SS. Benedicti, Nicolai, Valerii, Materni, Agritii, Auctoris, Clementis Metensis, Maximini, Modowaldi, Sigismundi Regis, Undecim millium Machabæorum Martyrum et aliorum Martyrum et Confessorum et Virginum. Idem Episcopus contulit ad dedicationem ipsius altaris unum annum unum indulgentiæ et quatuor Carenas.

23 Altare quod est ad Austrum sub turri consecravit e Hymerus Tuscanus Episcopus et Cardinalis, in honore S. Stephani Protomartyris, S. Laurentii et omnium sanctorum Martyrum. Continentur ibi reliquiae S. Stephani Protomartyris, S. Clemencis Papæ, S. Cornelii Papæ, SS. Laurentii, Vincen-
^e tii, Blasii, Georgii, Christophori, Gangulfi, Eustachii, Oswaldii Regis, Sigismundi Regis, Thebaeorum Martyrum, Undecim millium Virginum et aliorum multorum Sanctorum. Qui Cardinalis ad dedicationem ipsius altaris contulit duos annos et octo carenas quarenibus et potentibus liminis B. Mathie.

24 Altare vero quod est proximum ostio monasterii consecravit f Henricus Archiepiscopus Rboriensis, in honore S. Agathæ Virginis et omnium ^{in altari pro-ne oculum} SS. Virginum. Continentur ibi Reliquiae SS. Virginum Agathæ, Luciae, Agnetis, Cæciliae, Odilie, Anastasie, Barbaræ, Scholastice, Eugeniae, Concordie, Columbe, Euphraxie, Praxedis, Priscae et aliae. Insuper et pyxis plumbœ maxima, quæ reperta est in antiquo altari plena reliquiis Sanctorum: qui etiam contulit unum annum penitentia et quatuor Carenas.

25 Altare, quod est in crypta, consecravit g Hartwicus Geleneensis Episcopus in honore SS. Petri et Pauli, et omnium Apostolorum. Continentur ibi reliquiae sanctorum Apostolorum, Andreæ, Bartholomei, Mathie, Eucharii, Valerii, Agritii, Martini, Thebaorum Martyrum, consimiliter vero et aliorum multorum Sanctorum. Qui contulit annum unum penitentia et quatuor Carenas.

26 Omnes fere Reliquias predictas contulit Dominus Eugenius Papa de Urbe. Iste autem sunt Cardinales, qui interfuerunt huic consecrationi, Hymerus Tuscanus Episcopus et Cardinalis, h Hombeldus Presbyter Cardinalis de titulo Joannis et Pauli, i Wido de Summa Presbyter Cardinalis de titulo S. Laurentii et Damiani, Gisilbertus Presbyter Cardinalis de titulo S. Marci, k Hugo Presbyter Cardinalis de titulo S. Laurentii in Luena, Julius Presbyter Cardinalis de titulo S. Marcelli, Wido Presbyter Cardinalis de titulo S. Potentianæ Virginis, Heribertus Presbyter Cardinalis de titulo S. Anastasie Virginis, l Wido Diaconus Cancellerius

D EX MS. BREVI-
RENSE.

c d in altari ad Aquilonem.

in altari infe-
riori,

e in altari ad Austrum,

f in altari pro-
ne oculum,

g in altari in
crypta

h Cardinales
cum Eugenio
Popi presen-
tes.

i k l

^a An. 1148 dedicata ecclesia ab Eugenio III
^b Reliquia in altari majori

m altari ad
tumbam
S. Mathie.

EX MS. TREVIV.
BESSI.v
n
o

Arius de titulo Cosma et Damiani, Octavianus Diaconus et Cardinalis de titulo S. Nicolai in carcere, in Wido Cremensis Cardinalis de titulo S. Eusebii, n Gregorius de titulo S. Angeli, Cardinalis, Joannes de titulo S. Marie novar, et Dominus Hyacinthus de titulo S. Marie Cosmedin, Dominus v Otto de titulo S. Georgii ad velum aureum.

Omnis isti Cardinales quilibet eorum contulit omnibus visitantibus limina SS. Apostolorum Joannis et Mathiae, Philippi et Jacobi, et sanctorum Confessorum Euclerii, Valerii, Materni, Agricola et multorum aliorum Sanctorum qui in nostro monasterio requiescant, annum unum poenitentiae, et centum dies et unam carenam. p

^a Eugenius in cretus est Saumus Pontificis anno 1143. vent in Gallias an. 1147, anno sequente Romanum reversus mortuus an 1153. Adventus eius ad urbem Trevirensim late describitur Broverius pag. 775 et seqq. ubi et hos tempora characteres refert.

^b Adalbero, infra Albero, uti passim ab aliis dicitur, Adalbero etham apud Jannem Enet legitur — c Carenas auctor appellat, quas alti Quadragesimae — d Amadeus Lausensis alias : cuius extant homines de Beata Virgine. — e Hunarius et Imans alias, credens Cardinals anno 1142 mortuus Cluniarum an. 1184 ad quem scripti varii epistolae s. Bernardus, — f Est Benetus Trevoris Bonitatis et Adventus anno 1147 ab Eugenio papae Arctiopiscopus Ebormensis conservatus, mortuus Reveracianus 1154. — g Forson est, qui Claudio Roberto eti Arditius Genevensis Episcopus, aut clavis decolor. Nam caligatus admodum imperfector est. — h Atius Hildebrandus et Hildebrandus, Attu ingolus Luccensis, creatus an. 1140. — i Atius Guido Diaconus ab Innocentio II factus; deinde Presbyter Cardinatus ita. SS. Laurentii et Damiani, nec Gilbertus in Gisbertus dicitur. — k Creatus sibi anno 1144 Hugo, Julius et Arligerus, hic Heriberus, a Celestino II, ac Guido, in Wido, Cibo Genacius a Lucio II. — l Guido alias, Plautus et Comitulus Caprona, creatus Cardinals Diaconi an. 1130 ut Octavianus 1138 — m Gundonis huic illius S. Collatis ab alio datur, recentis est an. 1145. — n Gregorii titulum nullum non exprimit, creatus est an. 1144 cum Joanne, et Hyacintho. — o Aliis rido sive Obo it. S. Gregorii in Velabro creatus an. 1130. — p Plura addebantur subsecutis temporibus facta, quae omittimus. De reliquis usquejusdem monasteri extat catalogus anno 1538 editus.

DE SS. MONTANO, LUCIO, JULIANO, VICTORIO, FLAVIANO, ET SOCIS, MARTYRIBUS IN AFRICA,

Commentarius praevious.

G. II.

AN. CCIX.
XLIV. FEB.B In persecutio-
ne Valeriani
et Gallieni
S. Cyprani
exul an. 237,
ocesis an.
258, 24
Septemb.discipuli ejus
Martyrio af-
fecti un.
289.Acta passionis
constant et ex
epistola ab ip-
sis Martyribus
scripta.et ea relatione
testis acutuli:

O clava in Christianos excitata persecutione, atrociter seppererunt Valerianus et Gallienus, Imperatores annos clavas creati. Tunc Valerianus quartum et Gallienus tertium Coss. anno ecclviii tertium Kalendarium Septembris S. Cyprani Episcopus Carthaginensis ut Aspasio Paterno Proconsule exercitatus, et erul in urbem Currubitanam missus est, anno sequente ecclviii, Tuseo (alias Fusco) et Basso Coss. a Proconsule Galero Maximo, qui Aspasio Paterno successerat, morti adjudicatus, die xviii Kalendarum Octobrium passus est, et post paucos dies Galerius Maximus Proconsul decessit: uti ea ubi in historia passionis S. Cyprani, una cum illius operibus edita, narrantur. Cum autem, at infra in horum Martyrum Actis num. 21 legitur, Episcopus Cypranius solus passus fonsset, ostensum est S. Flaviano, quasi Cypranius ipsum interrogaret, et ipse postmodum Murtyr futurus cum aliis qui ab eodem Proconsule Galero Maximo capti et in carcere coniecti sunt, et a Procuratore fisci Salone, qui infra num. 6 dicitur defuncti Proconsulis partes administrasse, morti adjudicati anno ecclix, autem Roma aliis cum fusibus submittetur Proconsul. Praeterea de doctrina temporum fib. 13 ad dictum unum ecclix verendum martyrum indicat has verbis: In Africa persecutio grassari pergit, in qua plures S. Cyprani discipuli martyrio affecti.

C 2 Historia passionis horum Martyrum eleganti style perscripto est, et lecto dignissimum, ut observat Malanus in Anctario Usuardi ad xxiv Februarii, et prefatur Laurentius Surus ante eudem. Ita a se edita. Sicut autem illa partim ab ipsis Martyribus conscripta, que priore sedebit capite continentur, partim ab alio quidam, qui presens interfuit, suppleta. Baronius in Annalibus ad annum ecclviii, quo ipsi res martyrum consummasse arbitratus est, asserit num. 5 epistolam a Confessoribus in carcere detrusis, et in ipso quoque carcere scriptam esse: quin, inquit, ex antiquioribus scriptis codicibus eratum, et collatione facta cum ea, que apud Surum edita est, ut fidelissimum omnime ex parte sibi constantem huc intexere, ut insigne antiquitatis monumentum, pernitie, pemendum gratumque fore existimamus: quippe quia ab his scripta esse reperitur, qui S. Cyprani doctrinam ne disciplinam issuerunt, utpote qui discipuli ejus fonsent, ergo usi sint familiarissimo. At recte ipsi scripto num. 13 ita addit: Quid autem de illis, qui haec scripserunt, subsecutam sit eos, qui illis adorant, et illis acutuli: oculisque spectantur, et perpetua memorme com-

mendasse gamleinus. Quo deinde Acta Annalibus inserit ad numerum usque 31, ubi ita conclu: Hucusque auctor et finis dictorum ministrorum Ecclesiae Carthaginensis, quorum una dies, nempe sexto Kalendas Martin, hec post biduum ab aliis Flaviani Iesus sit, Ecclesiasticis tabulis anniversaria celebritate recolitur. Hoc Baronius, qui etiam ad Martyrologium Romanum eadem Acta germana haberi assert: quod nos datus ex perpetuosto codice MS. celebrum monasteri S. Maximini prope Tarracos, cum editis Surana et Baroniiana collata, praे quibus multo exuestio variis locis apparent. Auctor autem num. 12 testatur a S. Flaviano hoc sibi manus injunctionem, ut quindquid litteris eorum deesses adderetur, et num. 21 aut ipsum Flavianum, jussisse haec serila, et ad propria verba conjungi, addi quoque ostensiones suas: ut tandem concludit ea ad memoriam posteriorum merito conscripta esse, ut sint exempla quae discimus.

3 Memoria sacra horum Martyrum inscripta est Martyrologius ad hunc xxiv Februarium, quo die ista Notkerus habet: In Africa Juliani, Julie et aliorum plurimorum. In Nicomedia Lueiani Presbyteri. At nulla Julia in his Actis reperitur: est inter Martyres Nicomedenses, quas dominus xlxi suis nominibus expressos, ut forsitan ea verba, Julie et aliorum plurimorum, sunt post Lueianum referenda. Hermannus Greven in Auctore Ursardi aliquo horum Martyrum exprimit: Item Lueii, inquit, et Flaviani, Montani et Gemelli Martyrum. Ex his Gemellis ad his etiam non spectat, quia forte est Gemelliana inter eosdem Martyres Nicomedenses. At Galesianus hoc ita refert: In Africa sanctorum Martymontani, Lucii, Juliani, Victorie, Flaviani et sociorum, qui fuerint S. Cyprani discipoli, et sub Valeriano imperatore martyrum consummaverant: et socii quibus additur apud Ghinum: Qui primo ad ignem destinati, cum divina virtute fuisset extintus, in terrum carcere vinculis constricti, fane et siti afflicti, sed divina favente gratia resuscitati, cum iterum atque iterum interrogati, libere Christum confiterentur, idolique detestarentur, tandem gladio perempti coronas meruerunt.

Martyres au-
tem in sun-
Julianus.

F

Lucius, Flavia-
ni, Montanus

Victorius,

et socii

§. At

A 4 At qui Socii in Martyrologio Romano et apud Ghinium innuntur fuisse, certo numero in MS. Flavario SS. ad xviii Maii consentur his verbis: Sanctorum Martyrum Montani, Lucii, Flaviani, et aliorum quinque. Horum nomina Felicis ad hunc xxiv Februarii ita exprimit: Montanus et socii videlicet Lucius, Julianus, Victoriens, Flavianus, Primolus, Renus, Donatianus, discipuli ante S. Cypriani, qui post martyrium Magistri variis tormentis Martyres coronati sunt: quamvis Renus et Donatianus primo magnus pennis dilacerati in carcere decesserint. Ast Actu num. 2 referunt Donatianum et Primolum in carcere et baptizatos et mortuos esse. Dein num. 5 visio Reni narratur, neque illa epus deinceps mentio fit. Quidni potius octavus locus attributus Victor Presbytero, qui ab aliis num. 7 Communityr appellatur, et statim post visionem, de qua ibi agitur, passus dictur? et ita recte a Galesinio et Canisio memoratur S. Victor, ut alius in Martyrologio Romano et apud Ghinium Victoricus. Demum posset et Quartillovia addi, qua num. 8 dicitur maritum et filium Martyres subsecuta. Successus Episcopus denique et Paulus cum coenitibus martyrio coronati referuntur num. 23. Sed hi forsitan ad xix Januarii spectant, alii ad alios dies: cum non sint una eademque omnes luce mortui aut interempti.

B 5 Qux extat num. 20 aut 21 inter epistolam S. Cypriani a Celerino ad Lucianum, huc interserit de Montano: Et nunc modo duplex mibi tristitia incubuit, quod cum Montanum fratrem nostrum communem abs te de carcere ad me esse venturum scribas, de salute tua, vel quid penes te agatur, mihi non significaveris. Hac ibi, quae generoso animo S. Montanum satis convenienter, ut incarcerated ipse Confessores ante invicerit, necessaria procurarit, et ad martyrii pulmam excitarit. De Lucio, Juliano, Victore, qui cuncte demum illi sint, agitur in epistola S. Cypriani, sed quia ab eo relatis Episcopi fuerunt, huc non evidentur spectare, cum hi potius, ut supra ex Baronio dictum, ministri Ecclesiae Carthaginensis sub S. Cypriano Episcopo fuisse videantur. Flavianus ad carcere reductus est, quasi se Diaconum esse negasset.

ACTA PASSIONIS

Ex MS. S. Maximini, Baronio et Surio.

CAPUT I.

Epistola Martyrum de captivitate, inedia et tormentis in carcere toleratis.

E nobis est apud vos certamen, fratres dilectissimi, ut nihil aliud agendum Dei servis et Christo ejus dieatis, quam multitudinem fratrum cogitare, quam via, quam rationem. Hic amor, hoc officium ad has nos impulit litteras, ut fratribus post futuri et magnificenter Dei fidelis testimonium, et labores ad tolerantium, nostri per Dominum memoriam relinquemus.

2 Post popularem tumultum, quem ferox vultus Priesidis in necen concitavit, postquam sequentis diei acerrimam persecutionem Christianorum, apprehensum sumus Lucius, Montanus, Flavianus, Julianus, Victoriens, Primolus, Renus, et Donatianus cæcumens, qui baptizatus in carcere statim spiritum reddidit ab aquæ baptismino ad martyrii coronam immorulato itinere festinans. Circa Primolum squindem simili consummationis exitus coniigit. Namet ipsum ante paucos dies habita confessio baptizavit.

3 Igitur apprehensis nobis, et apud Regionantes in custodia constitutis, sententiam Priesidis multes uinciverunt, quod die hesterno ardens, nobis interitum minaretur. Num, ut poster quoque verissi-

me cognovimus, exurere nos vivos cogitaret: sed D Dominus, qui solus de incendio servos suos liberat, in cuius manu sermones et corda sunt Regis, furentem a nobis Priesidis saevitiam avertit: et incombentes precibus assiduis tota fide, statim quod petivimus accepimus: accensus pene in exitium nostræ carnis ignis extinctus est, et flamma caminorum ardentinum Dominicano rore sopita est. Nec difficile credentibus fuit, nova posse ad vetera exempla continere, Domino in spiritu pollicente: quia qui gloriam istam operatus est in tribus pueris, vincebat et in nobis.

4 Tunc a proposito suo, Domino propugnante, confractus, mitti nos in carcere jussit. Quo deduci a militibus sumus, nec expavimus fidem loci illius caliginem: moxque il carcere tenellosus spiritu praelucente resplenduit, et contra e obscuritatem deformi et caeca nocte contextat instar diei, tidei nos devoto candida luce vestivit: et ad somnum ascendebamus locum ponarum, quasi ascenderemus in cœlum. Quales illic dies duximus, quales transegimus noctes, exponi nullis sermonibus possunt: tormenta carceris nulla affirmatione capiuntur: nec veremur atrocitatem loqui, ut est. Quo enim teatatio grandis est, eo major est ille qui eam vincit in nobis: nec nostra est pugna, quia est Domino protegente victoria. Nam et occidi servi Dei leve est; et ideo mors nihil est, cuius g aculeum communis, atrocitatemque devincens Dominus, per trophaeum Crucis triumphavit. Sed et nulla causa armorum est, nisi quia miles armatus est: et armatur, quia egressio est, et in coronis nostris ideo premunum est, quia certamen ante praecessit: nec datur palma, nisi k congressione perfecta. Sed panis diebus visitatione fratrum refrigerati sumus. Nam omnem noctis labore, diei solatio letitia sublevavit.

5 Tunc Reno, qui nobiscum fuerat, somno i apprehenso, ostensum ei est produci singulos. Quibus prodeuntibus lucernæ singulæ præferebantur. Cujus autem lucerna non k præcesserat, nec ipse procedebat. Et cum processimus nos cum lucernis nostris exercefactus est. Et, ut nobis retulit, latati sumus, fidentes, nos cum Christo ambulare, qui est lucerna pedibus nostris, et qui est sermo, scilicet Dei.

6 Post ipsam noctem dies nobis hilaris augebatur. Et continuo eadem die subito rapti sumus ad Procuratorem, qui defuncti Proconsulis partes administrabat. O diem letum, glorian vinculorum! o optata votis omnibus catena! O ferrum honorabilius atque pretiosius optimo auro! O stridor ille ferri, qui streperebat, dum trahitur per alind ferrum! Loqui nostrum futurum solatum videbatur: atque ne haec juenilitate tardius frueremur, n militibus ubi nam nos Prieses audiire vellet, huc atque illic per totum forum circumducti sumus. Tunc nos in secretarium vocavit, quia needum hora passimis advenierat. Unde prostrato diabolo victores sumus in carcere reversi, et ad alteram victoriam reservati. Hoc itaque prælio victus diabolus, ad alteras se astutias vertit, facie nos et siti tentare molitus. Et hoc suum prælium multis diebus fortissime gessit, ita ut, quod magis l se cum diabolo facere adversarius putabat, m agratantum copia ad Solonem falem et aquam frigidam laboraret.

7 Hic autem labor, hæc inopia, hoc necessitatis tempus ad Deum pertinuit, dilectissimi fratres. Nam qui nos tentari voluit, ipse ut a allocutionem in ipsa tentatione haberemus, ostendit. Nam Victori Presbytero, Communitry nostro, qui statim post hanc eandem visionem passus est, ostensum est hoc. Videham, inquit, puerum huc in carcere introisse, cuius fuit vultus perlucidus super splendorem inenarrabilem, qui nos deducebat per omnium loca o queque

EX MS. ETSCIO
precibus atii
imperatur
tum exim-
tionem:

Dan. 3.

distrunduntur in
carcerem divi-
nus illustra-
tum:

d
e

dirapatuntur:

g

h

excitatur vi-
sive hanc:

i

Psal. 118.

ducuntur ad
Procuratorem:

P

remittuntur i
ad carcere i

inedia cru-
elior i

l
m

annuntiantur ap-
parente
Christi Mar-
tyr Victoria
facta,

n
o

an inter socios
Primolus, Do-
natianus in
carcere de-
functi;
Renus,

dan Martires
Victor Presb.
quartillovia,

Successus Ep.
et Paulus?

An mentio
S. Montani in
epistola
Celerini?

fuerunt mi-
nistris Ecclesie
Carthaginensis.

4
Prologue

Capitulatur
SS. 8

In carcere mo-
nuntur Dona-
tianus et
Primolus

b

c

Ex MS. ET
SUNIO,

P

Psal. 49. 18

q

r

et visione
Quartilioe
ridetur

s

t

u

v

y
z
reflectior
submissio
alimento .minimum capi-
tatione compen-
duntur :

Medit. 18. 19

Matth. 8. 9.
Rom. 8. 17

A quaque iremus, egredi tamen non potuimus, et at mihi. Adhuc modicum laboratis, quia nunc impecuniam. Sed confidite, quia ego hic vobisecum sum. Et adjecit: Dic illis, quia gloriosorem coronam habebitis: et ad Deum suum spiritus properat, et anima jam proxima passioni sedes suas respnsivit. Nam hunc eundem Dominum de Paradiso interrogavit, ubi esset. Cui ille ait: Extra mundum est. Ostende illum, inquit, mihi. Qui ait illi. Et ubi erit fides? Cumque hic per humanam p. posillitatem diceret. Quod me mandas, tenere non possum: dic signum, quod eis dicam. Respondit ei Dominus, et ait: Ibi illis signum Jacobi: Iactandum est, fratres dilectissimi, ut Patriarchis, etsi non justitia, laboribus adiquari possimus. Sed qui dixit. Invoca me in die pressuræ, et eximante, et clarificabis me, ad clarificationem q. fuit flexus, post preces ad so habitas commemoratus est nostri, prins miserationis sue deuincians munus.

B De hoc enim sorori nostrae r Quartilosis hic nobiscum posilicostendit: eius mulieris et maritus et filius ante triduum passi erant. Ipsa quoque s. hic residens, propinquitatam suam velociter subsecuta est, que in hunc modum, quod vidit, exposuit: Vidi, inquit, filium meum, qui passus est, venisse ad careerem: qui sedens super labrum aquarium, ait: Vidi Deus pressuram vestram et laborem. Et post hunc introiit juvenis mira magnitudinis, qui ferebat phialas duas singulis manus, laete plenas, et ait: Bona animo esto, commemoratis est vestri omnipotens Deus. Et ex phialis illis, quas ferebat, dedit omnibus libere. Quae phialae non desiciebant. Et subito i. ablatus est Iupis, qui fenestram dividit medias: sed et clavis fenestræ ipso medio uallata, liberam curli faciem admiserunt. Et posuit juvenis ille, quas ferebat phialas, manu ad dexteram, alteram ad sinistram, et ait: Ecce et satiati estis, et abundat, et tercia adhuc phiala superveniet vobis.

C Tunc abiit altera dies, quae post hunc visionem eluxit. Expectantes autem oramus horum illam, quando flebant non r cibis, sed penuria et necessitatis inferretur; quia cibis nullus nobis suberat. Nam et altera die iugum manseramus. Subito autem ut sicutientibus potius, esurientibus cibis, desperantibus martyrum olenent; ita laboribus nostris refrigerium Dominus per Lucianum evanescendum nobis praebuit, qui disrupto y catenarum obice, velut per duas phialas per z Hencianum Hypodionicum, et Iouianum cultucentrum, alimentum indelefieis omnibus ministravit. Hoc subsidiis agros et labores nimium suffisit. Eos quoque, qui per eundem laborum, hoc est, per incommodum Solonis et frigidæ aquæ negritudinem jam menderant, ab infirmitate revocavit. Cujus tan gloriis operibus omnes apud Deum gratias agimus.

D Jam nunc, dilectissimi fratres, et de amore, quem in nos invicem habemus, aliqua dicenda sunt: nec instruimus, sed admonemus: quia sicut simul monimus sumus, ita et apud Dominum una vivimus et oramus. Temenda est concordia caritatis, et dilectionis vinculus iubilendum est. Tunc diabolus prosteratur, tunc a Domino, quidquid postulatur, accepitur, ipso pollente ac dicente: Si duo ex vobis censenserint superterram, dic omni re quamcumque poteritis a patre nostro, contingat vobis. Nec alio modo vitam aeternam recipere et cum Christo regnare poterimus, nisi fecerimus quod praecepit faciendum: pro quo et vitam promisit et regnum. Eos denique hereditatem Dei consequi, qui poterit cum fratribus temuerit, suo magistero ipse Dominus omutat, dicens: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Quid expoenus Apostolus ait: Ut simus

filii Dei. Si autem filii, et haeredes: haeredes quidem D Dei, enhæredes autem Christi. Si quidem compatiemur, ut et coagmagnificemur. Si haeres non potest esse, misillius: filius autem non est, nisi pacificus: haereditatem Dei habere non poterit, qui pacem Dei rumpit. Et hoc non quasi admoniti dicimus, aut sine divina ostentione suggestimus.

E Nam cum Montanus cum Juliano habuisset sermones aliquos aa ob eam, que ad nostram mulierem obrepit, communionem, que nec communicabat; cunque post correptionem, quam in eam congesserat, in rigore ipso discordie mansisset; ostensus est eadema nocte Montano hoc: Visum est, inquit, mihi venisse ad nos Centuriones. Cumque deducerent nos per viam longam, pervenimus in campum immensum, in quo occurrerant nobis Cyprianus et bb Leucius. Pervenimus autem in locum candidum, et facta sunt vestimenta nostra candida, et caro nostra inmutata, candidior vestimentis candidis. Ita autem perlucida fuit caro nostra ut oculorum visum ad intima cordis admiraret. Et respiciens in pectus iocum, video quasdam sordes, et expergefactualis sum in visione. Et occurrit mihi Lucianus, et retulilli visionem, et aio illi: Seis quoniam sordes illæ, illud est, quod non statim concordavi cum Juliano? et in hoc expergefactualis sum. Qua de re, fratres dilectissimi, concordiam, pacem, unitatem omni virtute teneamus: imitemur iam hic esse, quod ibi futuri sumus. Si nos invitant justis promissa premia, si terret inopis pena praedicta, si cum Christo esse et regnare cupimus, que ad Christum et regnum perducant illa faciamus. Optamus vos bene valere.

F Et hoc exordium ac MS. S. Maximi. Baronum perponit hæc per a. Lucius, Montanus, Flavianus, Julianus et Victorius r. fratibus universi solitum ad dico cum Surio in incipit. Dilectissimi fratres, nobis nihil aliud est agendum, quam ut de Dei servis et Christo eis dicamus, et de multitudine fratrum englandum, quoniam ratione hæc amor per huc officium ad hanc seribendam impulsa litteras ut fratibus post futuri et magnificenter Dei fidei testimonium, et laboris tolerantium per Dominum memoriam relinqueremus. — b Dicitur sequentia 9 verba in excusa: — e Surus et Baroni meuses — d Ms. accessus. — e Surus obscuritas debetna et cœca noctis cuncteta. Baronco nocte — f Baroni et Surus — sed vereatur auctoritatem loci ut dicere, quoniam tanta grandis est. Ille ibi maior est eccl. — g Surus acutum coniuvit, contentionemque Baroni convelle. — h Sur. solatum letitiae que abstulit, Baroni. letitiae. — i Sur. comprehensus — k tam processerat, — l Sur. et Baroni secum fore — m us regnorum Baroni quod irregulabili corpora ab Solenem fiscalem, qui quoniam fragilam post laborem non daret, — n Baroni, allevationem. — o Sur. et Baroni ut extensus — p Ms. fragilitatem q tio Baroni. V Sur. sui floris Ms. post floris ad preces coniugium — r Ms. Tharjollus. — s Item ac his reddiles. — t Sur. statutus — u Baroni, subditu. MS. illius e medio addit — v MS. clara. — w item i obpartitionum — x Hæremum Hypodionum manu p. in epis. 78 79, et 80 apud S. Cyprianus quoniam respondeat a dantonio Confessoribus ad mea, cum S. Cyprianus hæc per illam percutiuntur subdia mirans, later Hæremum socios tum interi Lucianus occulitum, qui hæc videlicet Lucius dicit. — w Iba MSS. que intricata sunt apud Surus et Baroni perha transposita, ob eam mulierem, quæ ad mulierem accessit Sur. oppressit — bb Alias Lucius, ancolant Surus et Baronus,

CAPUT II.

Martyrium SS. Lucii, Juliani, Victorici,
Montani: S. Flaviani in careerem
reducti constanti.

H ec omnes de earere simul scripserant. Sed quia necesse erat omnem actionem Martyrum beatorum pleno sermone completi, quia de se et ipsi propter modestiam minus dixerant, et Flavianus quoque privatum hoc nobis minus inponxit, ut, quidquid litteris eorum decesset, adderemus; necessario reliqua subjunximus. Cunque per plurimos menses reclusi fuissent in carcere, et fame ac siti diu laborassent, tandem sera produci jubentur, et ad prætorium Praesidis admoveari. Et omnibus quidem gloria voce confessi, cum Flaviano adjutorium a reclamaret amore perverso, negans eum Diacorum, quod continebatur; inter eatos, id est, Lucium, Montanum, Julianum, Victoricum, dicta sententia est, Flavia- nusque

a
Adjudicantur
morti, reducio
Flavianum ad
carcerem.

et visigne
S. Montani
confermarunt.

bb

aa

A nusque rursum receptus est. Et quamvis haberet plenam doloris materiam, quod scilicet de tam bono collegio separatus est, tamen fide et devotione, qua vixit, credebat id fieri, quod Deus vellet, et tristitia solitudinis destitutio religione sapientiae temperabat. Dicebat etiam. Cum cor regis in manu Dei sit, que causa miseroris est, aut quare succensum potem homini, qui hoc loquitur, quod jubetur? Sed de Flaviano postmodum plenius.

13 Interim ceteri ducelantur ad victimae locum. Concursus fit undique gentilium et omnium fratrum. Qui quamvis obsequentes aliis et ceteris Dei testibus pro religione et fide, quam Cypriano docente didicerebunt; tunc tamen officio pleniore et copia majore convenerant. Erat illuc videre Martyres Christi felicitatem gloriae sue vultus hilaritatem testantes: ita ut possent veteros provocare ad propria virtutis exempla, etiamsi tacerent. Sed nec sermonis largitas desuit. Nam exhortationibus suis singuli plebem Dei corroboraverunt: Et Lucium quidem praster ingenitatem et probam ac modestam verecundiam infirmitas etiam gravis et labor carceris fregerat: ac propterea cum comitibus paucioribus solus ante praecessit, b ne multitudinis nimiae presura defusioni sanguinis invideret: qui tameu et ipse non tacuit, sed comites suos quomodo purius potuit instruxit. Cui cum dicerent fratres, Memento nostri: Vos, inquit, mei mementote. Quanta Martyris humilitas, de gloria sua nec soli sub ipsa passione presumere! Julianus quoque et Victoricus insinuata diu fratribus pace, et commendatis omnibus Clericis, maxime eis, qui famem carceris c passi erant, ad passionis locum cum gaudio et sine pavore venerant.

B 14 Sedenim Montanus, corpore et mente robustus, quoquā et ante martyrium gloriosus, quidquid semper veritas postularet, constanter et fortiter dixerit sine ulla exceptione persone; tamen de martyrio proximo crescens, prophetica voce clamabat: Sacrificans dñs eradicabitur, nisi Domino soli. Et hoc frequenter iterabat, insinuans et inculcans, non licere, deserto Deo, ad simulacra et manufacta d idola sacrificia offerre. Hæreticorum quoque superbiam et improbab contumaciam retundebat, contesters eos, ut vel de copia Martyrum intelligent Ecclesiae veritatem, ad quam redire deberent. Deinde lapsorum abrupta festinatio et negotiationem pacis ad plenam penitentiam et Christi sententiam differebut, nec non integrōs quoque ad tutelam integratōs exhortans: State fortiter, fratres, et constanter militate, dicebat. Habetis exempla: nec vos lapsorum perfidia destruat ad ruinam, sed nostra tolerantia magis aedificet ad coronam. Virgines quoque singulas admonebat, ut sanctitatem suam tuerentur. Generaliter omnes docebat, ut Praepositos venerarentur. Praepositis quoque ipsis concordiam pacis insinuans, mihi esse inclitus siebat, quam Praepositorum unanimitatem voluntatem: tunc et plebem posse ad sacra obsequia provocari, et ad vinculum dilectionis amari, si Rectores plebis pacem tenerent. Hoc enim est proper Christum pati, Christum etiam exemplo seruonis imitari, et esse probationem maximam fidei. O exemplum grande credendi!

C 15 Cum autem iam carmex imminaret, et gladius super cervices ejus libramento nutante penderet, expansis ille manibus ad Deum, voce clara, ita ut non tantum ad totius plebis aures, sed et ad Gentiles quoque ipsis sonus vocis evaderet, oravit, rogans et depreeans, ut Flavianus, qui per suffragium populi de comitatu eorum remanserat, sequeretur die tertio. Et quo precis sua fidem faceret, / manualem, quo oculos fuerat ligaturus, in partes duas discedit, et iussit alteram reservari, quā Flaviano oculi

post crastinum ligarentur. Sed et in medio eorum in area solum servari jussit, ut nec sepulturae consortum separaretur. Et perfectum est sub oculis nostris, quod Dominus in Evangelio suo reprobuit, ut qui tota fide peteret, quidquid peteret, impetraret. Nam post biduum, secundum quod postulatum fuerat, Flavianus quoque predictus, gloriam suam passionem perfecit. Quoniam tamen, ut supra dixi, etiam ipse mandavit, ut bidui moram et memoratis caussis jungeremus, faciendo erat necessitate maiore, quod fieri merito deberet, etiamsi non haberetur.

16 Post suffragia illa, post voces, quibus quasi pro salute ejus amicitia inimica surrexerat, revocabatur in carcere virtute robusta, mente invicta, fide plena. Nihil de animi ejus vigore mutaverat, ne remanendi quidem contemplatio: quae quamvis posset movere, tamen fides, quae imminentem passionem tota devotione presumperat, temporanea impedimenta calcabat. Hærebant latere ejus incomparabilis mater, que praeter fidem, qua ad Patriarchas pertinebat, in hoc etiam se Abrahæ filium comprobavit, quod filium suum et optabat occidi, et quod interim remansisset, contristabatur intimo dolore. O matrem religiose piam! O matrem inter vetera exempla venerandam! O Machabeicam matrem! Nihil enim interest de numero filiorum, cum perinde et haec in unico pignore totos affectus suos Domino mancipavit. Sed ille collaudans matris animum, ut dilationem suam non doleret, Scis, inquit, mater merito carissima, ut semper tentaverim, si confiteri configisset, martyrio me frui, et frequenter catenatus videri, et sape diffiri. Si ergo contigit, quod optavi, gloriandum est potius quam dolendum.

17 Et cum ad careeris janam veniretur, difficilius multo et tardius visum est, quam solebat, aperiri, omnibus etiam h carcereariorum ministris: ita ut videretur obscuratum spiritu quadam repugnante atque testante, indignum esse careeris sordibus eum sedari, cui coeleste habitaculum paratur. Quia tamen divinitas corone dilata dignas causas habebat, jam eōli et Dei hominem invitum career admisit. Qualis illuc mens fuit biduo illo, quia spe, quave fiducia, cum Martyris Dei animus et de collegarum petitione presumeret, et de sua credere passionem futuram? Dicam, quod sentio. Dies ille post biduum tertius, non quasi passionis, sed quasi resurrectionis dies sustinebatur. Admirans erat deinde turba gentilium, qui vocem Montani h potestis audierant.

- S. Aglaes Martyris nomen hoc die extat in Greveti. Auctario ad Uuardum, de qua et MS. Floriarum: Romæ Aglaes meretricis et Martyris anno salutis cccxvii. En esse videtur Aglae nobilis matrona Romana, quæ cum aliquando cum Bonifacio possessionum suarum curatore pascasset, dicta deinde patentia, sicut deinceps vivere institut, ut et Bonifacius, qui pro fide Christi Tharsi in Cilicia mortem appetit: unde Romanum relatum corpus Aglae honorifice sepelitur, ac xiii deinceps annus sancte vixit, atque in pace obdormivit. Acta S. Bonifaci cum Brevario Romano dubiamus xiv Maii.
- Aglaen plures referunt ad v Junii.
- Janarius monachus Casinensis, discipulus S. Guinizzonis, magnæ et obedientiae et abstinentiae (quem ferrum candens in terram lapsum nuda manu sustulisse, supruque incendem posuisse tradit) Desiderius Abbas Casinensis, qui deinde Fictur in Papa fuit, lib. I Dialog. et Petrus Diaconus lib. de ortu Instaratu Casin. cap. 29) hoc die refertura Gabriele Bucelino in Menol. Benedictino. Joannes Baptista Marus in Notis ad Desiderii Dialogos, saletur Guinizzonem in Martyrolo. Benedictino inter Sanctos recenseret: ac mox de Januario agens, cul-
- tus ei adhuc hinc non meminit, neque Fasti alii ab Italis aut etiam monachis concinnati. At Petrus Diaconus cum narrasset, Guinizzonem mortuum esse vu Kaled. Junii, et sepultum in ecclesia S. Nicolai in loculo plumbeo ad dextram partem altaris, in loco qui Ciconia dicitur, addit in quo et S. Januarius discipulus ejus defunctus una cum magistro suo positus est: ad quorum Christus inerita declaranda miracula diem usque hodiernum patrare non cessat. Ceterum cum nec ipse diem indicet, quo Januarius obiit, nisi otiume mutavocat, magistro cum suo jungemus xxvi Maii.
- S. Antonii de Padua, Ordinis Minorum, Translatio consignata est hoc die in generali SS. Catalogo Philippi Ferrarii, qui Officia Minorum citat: in quibus noui xxv, sed xv Februario ritu duplice ea celebratur. De qua nos ad diuis Vitam xiiii Junii.
- S. Pauli Apostoli capituli inventio hoc die odescripta est Martyrologio Aquicinctino. De ea agetur xxxix Junii.
- S. Victoris et sociorum Martyrum in Ecclesia. Eduensi commemorationem fieri hic die scribit in Martyrolo. Gallicano Saussains. Sed cum plures sint Victores Martyres, quis hic potissimum sit, haud nobis constat. Is est forsitan, qui cum pluribus sociis Massiliæ cultur xxi Julii.
- S. Marcellum Episcopum Apameæ Cypri, qui gladio percussus martyrii coronam adeptus est, hor die commemorant Menæa, et Maximus Cytheræus. Suspicimur Apameum in Syria legendum, cumque esse S. Marcellum, quem Martyrolo. Romanum referunt xiv Augusti.
- S. Burchardus Episcopus Herbipolensis hoc die refertur a Galesatu, Wione, Bucelino. Agitur festum ejus Herbipoli feria v post SS. Dionysii, Rustici, Elenthoru. Vitam ejus dubimus xiv Octobris.
- S. Hypatius Gangrensis in Paphlagonia Episcopus, ab hereticis, dum a Synodo Nicæna rediret, interfactus hoc die, ut habent Menæa. Nos de eo agemus cum Martyrolo. Romano xiv Novemb.
- Piammoni Eremita ac Presbyter inscriptus est Martyrologio Aaglico Richardi Hitford, ante annum XL edito. Fidetur is esse, de quo agit Russinus lib. 2 de Vitis PP. cap. 32, Sozomenus in historia Eccles. aliisque. Polladius cap. 72 Ammoniam appellat. Ammoniæ plures fuerunt, uti xxvi Januarii dicitur, otque etiam Ammonii. Iterum de hoc quarrre ticebit, quando, sub nomine etiam Piammonis, in quibusdam Martyrologiis ejus mentio fit, xiv Novebr.
- Adamus canonici Ebriensis Ordinis Cisterciensis in Francia primus Abbas in Menol. Cistere. Chrysostomi Henriquez, et Benedictino Bucelini ut hunc diem Beati titulo insignitur. Dicitur u. Conrado Romanorum Rege ad Comitia, populo, ac Principibus sua facundia persuasi, ut expeditam adversus Saracenos susciperent, Crux signati, uti testatur Otto Frisingensis lib. I cap. 40. Extant ad eum epistolæ binae S. Bernardi, quanta et septima. Obiit, ut anctor est Bruschius, anno ccccxi postridie S. Cœlestis. Si quem et cultum impendi cognoverimus, ticebit de eo agere ad xxiii Novemb.
- Leobardus monasterium in Alsacia prope Tabernas condidit, quod Lewartzell dictum, id est Leobardi cella, postea a Mauri restauratore Muri-monasterium, vulgo Maurinuster. In veteri quoddam regio diplomatico apud Jodocum Cœcum nostrum Dominus Leobardus Abbas appellatur: in alio pag. 39 B. Leobardus Aquileia Muri-monasterii primus fundator. Ita et Bruschius in Chronologia monasteriorum Germuinat, B. Leobardum Eremitam et Abbatem nuncupat. Præfuit postea ei monasterio S. Benedictus Abbas Indensis, utra hujus Vita 12 Febr. num. 34 narratur. Polliciti illic eramus ac hos die de Leobardo

bardo et Manro acturos, cum Menardus utrumque Sanctum vocet. Sed cum nuper Joannes Gamansius noster, sagacissimus sacrarum antiquitatum indegator, nolis significasset, se in eo monasterio omnia accurate lustrasse, ne nihil reperisse, vel ab ulla, etiam

cœnobita ac loci Priore, viro curioso, cognoscere potuisse, et Cœcius pag. 64 scribat, Leobardum pridie Kalend. Januar. cœlo receptum; nos illum (omnia interea per otium plenus examinatur) rejicimus ad

xxxii Decemb.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS DONATO, JUSTO, HIRENÆO, VEL HIRENA, PISINIONE VEL PISIONE, AURULIO, RUTULO, PRIMASIO, INGE- NULA, VEL INGENUA, ET ALIIS XLV,

Sylloge historica.

a. n.

xxv feb.

Martyrum
memoria in
varis Martyr-
logiis:

Qui hoc a nobis referuntur sub duobus sequentibus titulis *Martyres*, in duas tyrmas distinguntur in antiquo, et numquid satis laudato Martyrologio MS. Romano, quod a S. Hieronymo credant quidam conscriptum. Id hunc diem istis verbis suspicatur: v. Kalend. Martii. In Africa natale Donati, Justi, Hirenæi, Pisiononis, Aurulii, Rutuli, Primasii, Ingenuæ et aliorum xlv. Primi duo inscripti quoniam sunt antiquis Martyrologijs, Læctens et Turnacens S. Martin: In Afria Natale SS. Donati et Justi. In MSS. Ultrajectino S. Marci et Tivicensi S. Martini numerus hic Martyrum adjungitur: In Africa Donati et Justi Martynum et aliorum quinquaginta minus. Quæ radim leguntur in Autario Grecem ad Usardum. At MS. Centulense, sive S. Rurcharu, Iupiquian, quæ supra Ingenua dicitur, junxit, et numerum minuit. In Afria SS. Donati, Justi, Ingenie et aliorum quinquaginta. Ceterum numerus haec tenus in omnibus convenient. MS. Aquisgranense hos quatuor recentes, omnes innuminatorem numero: In Africæ natiali SS. Donati, Justi, Herenæi, Pisionis. Alius sub fine adjungit Ingenua quæ aut Ingenua hec relata est, aut potius Ingona ad secundam classem pertinet. MS. MartYROLOGIUM S. Cyriaci: In Africa Donati, Justi, Erenæi, Ingenua et aliorum xxxv. Ita upographum nostrum Roma receptum. At Baromius annulus ad hunc xxv Februario, in veteri Martyrologio monasterii S. Cyriaci priece hos recentos superadili et alios quinquaginta quatuor. Ingenua omitatur in Martyrologio Romano, in quo ista leguntur: In Africa sanctorum Martyrum Donati, Justi, Herenæi et sociorum.

C 2 Hoc enim etiam dicitur in Brude exemplari exenso, quibus alii perperum juncti sunt: *et monasterio monasterio Ruthenbergensis.* Sed alii, qui hoc non spectant, junctuntur sicut, his verbis: In Africæ natiali SS. Donati, Justi, Rotuli, Herenæi, Pisionis, qui hoc spectant deinde Pamphili, sed legendum, In Pamphilia Nestoris, Castæ: hic sequentibus adjungenda. S. Nestor ad xxv Februario remittetur, Canticus in Martyrologia Germanica, omisso Rotulo et Pamphilo, reliquias recentes, addituper alios finissimos quinquaginta, qui omnes fidem Christi magna patientia constanter professi, per varias tribulationes ne tormenta vetera gaudia adepti sunt. *Rabonus*: In Africæ nativitas SS. Donati, Justi, Rotuli, Herenæi, Pisionis, Pamphili (pro quo legendum, in Pamphilia) nativitas Nestoris et Castæ, *Nothens* cum aliis clare distinguunt: In Africæ SS. Donati, Justi, Rotuli, Hirenæi, Pisionis, Deinde Pamphylicæ, Nestoris et Castæ,

In MS. Richenoriensi, in duas classes discernuntur, qui hoc spectant: In Africa Justi, Herenæi et xlv. Donati, Pisiononis, Aurulii, Rutuli et aliorum x. Hi alii x forsitan referendi ad sequentem classem et sic legendum: In Africa Justi, Herenæi, Donati, Pisiononis, Aurulii, Rutuli et xii.v, adem et alibi x, qui tamen undevia, sed secundus Fortunatus forsitan omissus est. In MS. Parisiensi Philippo Laheti nostri leguntur: v. Kal. Mar. Donati, Ingenuæ cum aliis xlvi. E

3 En herum Martyrum ex antiquis Martyrologiis deponpta memoria, Donatus et Justus, in omnibus eodem modo expressi. Qui Hirenæus, alibi Herenæus, nomina varie expressa, Erenæus, Erenæus, et Herenæ scribitur. Pisinio, etrum Piso, Ingenua, Ingenna et Ingenia, Rutulus et Rotulus, Aurnlius et Aurilus, Primasius in solo Martyrologio S. Hieronymi additur.

4 Baromius in Notis ad hunc xxv Februarii, videtur hic, inquit, illi esse, quos Lucianus in epistola xxxii apud Cyprianum refert, et inter alios nominat Donatam et Herenem: hec Pamelius in Annot. episodem epistole, auctoritate ejusdem alterius manuscripti, bibliotheca Guilielmiturum Brugensem, diversis diebus illos esse passos affirmet. Nos autem Romano plus deserimus. Verba Luciani in citata epistola xxxii sunt ista: Saluta Numerium et Candidam, quæ secundum Pauli preceptum et ceterorum martyrum, quorum nomina subjicio, Bassi in Pejerario, Mappadic in questione, Fortunionis in carcere, Pauli a questione, Fortunæ, Victorini, Victoris, Herenæi, Credula, Herenæ, Bonati, Firmi, Venti, Fructi, Juliae, Martialis et Aristonis, qui Deo volente in carcere fame necati sunt. Haec Lucianus. En nomine Donati et Herenæ a Baronio relata. Sed cur Herenem in eadem epistola nominatum omittit? F

De aliis a Luciano relatis egimus xi et xxii Februario, denua actu xvi Aprilis. Nec tamen omnium nomina Lucianus expressat, quia non erat id ejus instituto necessarium. Ceterum qui supra relatns est S. Aurnlius aut Aurilus forsitan Aurelius est, cuius memori S. Cyriani epist. 23 his verbis: Aurelii quoque adolescentis, tormenta perpessi, nomine libelli multi dati sunt, ejusdem Luciani manu scripti, quod litteras ille non nosset.

5 Baromius in Annalibus hanc a nobis recitata epistola Luciani partem retulit ad annum ccclm, quem Decii annum primum numerat: sed iam sèpsum anno tempore quo tempore annus, Decim trigesima solum menses imperasse ab passi. anno ccxlii ad an. ccxi.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

INGONA, VEL INGENUA, FORTUNATO, PISSINO, HIRENAEO, JUSTO, CRESCENTIO, REVOCATO, JANUARIA, LUCIOSA, CASTA, FORTUNATO.

G. II.

14 Febr. martyres hoc nominati
 que ut diximus, martyrio coronatus, et ad sequentem
 die remittendus. Hoc autem leguntur: Eodem die
 Nestoris, Castae et Crescentii Martyrum. In veteri *Casta*,
 Codice MS. qui apud Philippum Lubbonum nostrum
Lutetiae extat, huc habentur: Justi, Crescentie, Ro-
 gatianni, Nestoris. Ex illis hoc spectant Justus et
 Crescentia, alias omnibus Crescentius dictus Rogati-
 annus alibi nulla hoc die mentio est. Cohir xxiii Fe-
 bruario inter Martyres, qui in Panouua passi, Rogati-
 annus; inde forsan hic transpositus, aut eo hinc.

alibi decem.
 3 Quae primo loco Iugona legitur, aliis Ingenua di-
 citur, et cum Casta et Nestore inscripta est Martyro-
 logio Aquasgranensi. In Pamphylia Nestoris et Cas-
 ta, Ingenua. Quae duae huc spectant, et in MS. Tor-
 nicensi ita referuntur: In Pamphylia natalis Nestoris
 et Castae et depositio Ingenuae. Hermannus Greven in
Auctario Uuardi post relatios Martyres Afros addit:
 Item Herenaei, Pisionis, Nestoris, Castae. Est inter
 hos Martyres Pissinus, et inter Afros Pisinio, pro al-
 terum in aliquibus Pisius legitur. Ceterum tempus et
 locus martyrii desunt.

B 2 Crescentii salmis mentio fit apud *Waudelbertum* hoc
 versu:

Quinta die Crescenti augetur laude Beati.

et quorsim
 crescentius,
 Idem Crescentius et Casta leguntur in MS. Adome
 monasterii S. Laurentii apud Leodium, et in Florario
 MS. sed jungitur Nestor Episcopus in Pamphylia, at-

E
terrenus,
*Pissinus,*DE SANCTIS MARTYRIBUS AEGYPTIIS
 VICTORINO, VICTORE, NICEPHORO, CLAUDIANO, DIOS-
 CORO, SERAPIONE, PAPIA,

G. II.

Sylloge historica.

24 Febr. refre-
 rari in
 Egypto passi.
 Serapion, Diocorus, Nicophorus. *Vetus Romanum* a
Rosciaco editum hoc vos vultne, quem reliqui fore ser-
 vant, retulit: Apud Aegyptum Victorini, Victoris,
 Nicophori, Claudiani, Diocori, Serapionis et Papiae.
 Adiect MS. Leodium S. Lamberti, Sub Numeriano
 Imperatore, at MS. Coloniense S. Maria ad Gradus
 et Florarum MS. addunt, agente Sabino Duce.
 MS. Trevirensi S. Paulini nominibus recensitis sub-
 dit Qui omnes solemne martyrium Christo dedicaverunt,
 sub Minibriano (*lege Numeriano*) Principe,
 Duce Sabino. In eodem MS. qui aliis Diocorus, Dio-
 nysius est. Simili modo in MS. Carmeli Coloniensis,
 Nicholai et Papinian scribuntur, qui sunt Nicophorus
 aliis et Serapion: in MS. et Imperator Numerianus
 in epite Juvenianus vocatur: qui sub Juveniano Imper-
 atore, inquit, exquisita tormentorum genera tolera-
 verunt. Usurpidus in omnibus passim Codicibus manu
 exaratis et typis eius. Apud Egyptum, inquit, natalis
 SS. Victorini, Victoris, Nicofori, Claudiani, Diocori,
 Serapionis et Papiae, sub Numeriano Imperatore:
 quorum primus, secundus et tertius pro con-
 fessione Deitatis constanter exquisita suppliciorum
 genera tolerantes; rebiqui quatuor, Claudianus et
 Diocorus, flammis incensi, Serapion et Papiae gla-
 dio cœsi sunt. Omnes itaque celebre martyrium de-
 dicaverunt. Eadem leguntur in Martyrologio Romano
Bellini, et *Folia Sanctorum*. Pro Claudiano apud
 Molanum Claudius habetur. In Martyrologio Coloniae
 1490 excuso huc sub finem adduntur martyrium,
 agente Duce Sabino, dedicaverunt.

3 Beda excusa et MS. Monasterii Richebergensis,
 longiore hoc encomio eos celebrat: Apud Egyptum na-
 tide SS. Victorini, Victoris, Nicofori, Claudiani,
 Diocori, Serapionis et Papiae, sub Numeriano,
 agenti

CIRCA AN
 CCCLXV.
XXV FEB.

Victorinus,
 Victor,
Nicophorus,

Serapion,

25 Febr. apud
 alios Latinos

Gonscripta fuisse olim horum Martyrum Acta, ex
 elegiis eorum, quæ in variis Martyrologiis, insque
 perantiquis, reperuntur, indecum posse collu-
 gere. Quare donec ea, sicuti forsitan quacunque
 lingua, etiamnum latent, in lucem proferantur, quæ de us
 Martyrologiis meminarent, hic visum recurret. Primum
 ergo xxiv Februario antiquum MS. Martyrologium
 Romanum, sive S. Hieronymi, de his sub finem dies
 illius ista habet, quæ forsitan ad sequentem diem rec-
 canula fuisse; ut taliter hic a Kalendas Martii illis,
 solo amanuens errore, postpositus, fuerit praesig-
 endus: In Aegypto natale SS. Victorini, Victoris Nini-
 vitæ, Nicophori, Serapionis, Suscipiari quisquam pos-
 sit, ut Victor a quinquepunctato ejusdem nominis Sanctus
 discerneretur, patrani ejus apposuit. Assyrorum
 tempe urbem, Ninivam, aut certe, alia de causa illud ei
 cognomen fuisse. In MS. Martyrologio Anglie divisis,
 seu Richmonensi, hæc eadem xxiv Februario tradun-
 tur. In Aegypto passio SS. Victorini, Victoris Ni-
 nivitæ: pro quo in priori MS. legitur Ninivitæ. At
 fortassis Victor et Ninentia, vel Ninivitæ, diversi
 sunt. De hac tamen Ninentia nulla præterquam in his
 dubius MSS. mentio apud antiquos. Serapion eodem
 xxiv Februario refertur in MS. Martyrologio Aquas-
 granensi, et Auctarium Greven ad Usnardi, jungitur
 que aliis Martyribus, quos ibidem in varias classes re-
 degimus, et Serapionem hisce Aegyptus addendum cen-
 sumus.

2 Reliqui Latini de usdem agunt hac xxv Februario,
 MS. Martyrol. Trevirensi S. Martinum numerum
 solum inibeat: In Aegypto vii Martyrum. Nomina in-
 dicantur in Martyrol. MS. Mariam Gormani in Hi-
 bernia, sed loco omisso, et alio fere ordine, quam apud
 reliquos: Victor, Victorinus, Claudianus, Papia,

indem et Clau-
 dianus,
Diocorus et
 Papiae:

F

cum longiore
 eucardo apud
 Bedam

- Auctore B.** A agente Sabino Duce. Quorum prius in pilam et roboe cavaam, et nulique circumforata missus, ac per singula foramina dintissime transpunctus, et cum nimis sanguis effueret, eductus e pila, capite caesus est. Secundus manibus ac pedibus amputatus, in eamdem pilam missus prioris tormenta sustinuit, et novissime gladio caesus est. Tertius cum ultra in pilam fuisse ingressus, indignatus judex jussit eum inde produci, et super craticulam prius substrataam aliquantisper assari et inverti. Cumque in confessione persistere, sublatus inde, minutatim gladio conciens, spiritum reddidit. Reliquorum quatuor Claudianus et Diocorus flammis incensi, Serapion et Papias gladio consummati sunt. *Hæc Beda,* que veribus hinc inde punctus committuntur habent *Acta Vicenensis, Notherus, Petrus de Natatibus lib. 3 cap. 151, Martyrologia MSS. Regius Suecie, Trevirens S. Maximini, Bruxellense S. Gudila,* in quo dicitur natale sanctorum septem fratrum. In *Adone MS. Lendensi S. Laurentii pra Dioecoro et Moscoro et Fabianus Iux pro Sabino. In MS. Regius Suecie anniso Numeriano Imperatore, post natale Martyrum hoc leguntur:* Qui sub Sabino Dnæ preempti sunt, quorum prius in pilam ex roboe cavaam etc. in *MS. Trevirens ex ebore cavaam habetur. Idem apud Equilibrium cultris transpunctus dicitur. At tertium jussit judex secundum Nutkerum aliquantulum perassari. Deinde in fine iudicii Bruxellensis gladio preempti omnes, celebre martyrium consummaverunt. Ex dictis clugam in hodiernum Martyrologium est ejusmodi translatum: In Egypto natalis sanctorum Martyrum, Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani, Diocori, Serapionis et Papiae sub Numeriano Imperatore, quorum duo priui pro confessione fidet exquisita suppliciorum tormenta constanter tolerantes capite plectuntur. Nicophorus post craticulas caedentes, ignesque superatos, minutatim concisus est, Claudianus et Diocorus flammis incensi, Serapion vero et Papias gladio caesi sunt.*
- C** 4 *Urbem Egypti, in qua hi gloriosi athletæ coram martyrii proumeriti fuerunt, assignant aliqui Diospolim, sive Diopolin. Nam Petrus Cibithensis Episcopus in Topographia sanctorum Martyrum ante annos ducentos composita ut justitia a Mauroyco recognita, huc. D. ista scribit: Diopolis civitas Egypti. Hic Victorinus, Victor, Nicophorus Claudianus, Diocorus et Papias, sub Numeriano Imperatore Martires. Diopolis parva civitas in Egypto. Hic habitaverunt Amos, Macarius Egyptius, et Isidorus discipulus Antonii anachoretæ. Ptolemæus lib. 4 cap. 3 utramque Diòz πόλις appellat, illam πρεσβύτερον hanc presb., Fuit prior, de quo hic agitur, metropolis Thebanos. Quoniam horum Martyrum palustram etiam statuunt Mauroyens, Galesinus, Canisius et Ferrarius in Topographia Martyrologii Romani. Tormenta primorum paulo alter narrat Galvirus: Diopoli, inquit, in Egypto sanctorum Martyrum, Victormi, Victoris, Nicophori, Claudiani, Dioscori, Serapionis et Papie, ex quibus Victormus in cavaam ex querere contectus, undique perforataam inclusus, et per foramina cultris vulneratus, capite cum extaret, securi percussus est. Victor idem pertulit etc. In Notationibus jubet pro Nicophoro reponit Nicophorus; tu enim in omnibus scriba. In hodiernum Martyrologio Ramana Nicophorus scributur, ut etiam Gravæ, de quibus mox operamus, appellant: Baromus quoque in Annal. tom. 2 an. 281 un. 10, quo ipse anno illorum martyrum refert.*
- A** 5 *Idem in Notis ad Martyrologium Romanum assortit Gravæ in Menologio de us agere xxxi Januarii, Nos uictoritate Baranti magis moti et ista xxxi et precedenti xxx Januarii, et sequente 1 Februarii de us inter Pratermissos egimus, atque inde ad haec xxv refert.*
- B** *ecumus ulteriorem inquisitionem. Die autem xxx Januarii in Menologio a Camisio citio ista habentur: Eodem die sanctorum Martyrum Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani, Diodori, Serapionis et Papie in urbe Corintho passorum Imperatore Decio. At magis hoc encomium xxxi Januarii adfertur in magnis Menis: Eodem die memoria sanctorum Martyrum, Victorini, Victoris, Nicophori, Claudii, Diodori, Serapionis et Papie Corinthiorum. Hi Decio imperante ob fidei in Christum confessionem comprehensi, et ad Tertium Proconsulem, Corinthi Graeciam consulari imperio administrantem adducti. Ex Corintho autem sancti sunt emissi, et post plurimos et intolerabiles cruciatus vario fine vitam clauerunt. Victorinus, Victor et Nicophorus in mortarium compacti et contusi, animas ediderunt: Claudius manibus pedibusque truncatis vita excessit: Diodorus exustus, Serapinus capite plexus, Papias mersus martyrium absolvit. Hæc in illis Menis, que etiam apud Cythareum τί βίαιοι ζητοῦνται leguntur. Adduntur in Menis diuersi versus, quibus hæc indicantur:*
- Tres, membris in mortario contritis, facti generosi.
Apparuerunt hi tres membra corporis Christi;
Illustres primitis Claudio Doinino
E corpore dedit, manus et pedes.
- E** In igne etiam datur certaminis corona:
Ingressus es Diodore, et Martyr coronaris.
Dein, o vita, contra timorem gladii te confirmabo,
Quenadmodum etiam Deus, confirmavit Serapionum.
- Lotus es, o Papia, in acerbis maris balneis,
Et dulcedinem adeptus es coelestium deliciarum.
- F** 6 *Galesinus in Notationibus ad 1 Februarii, Homini, inquit, egregias pro fide Christi dimicantes fortiter constanterque susceptas, Graece explicatas. Latine redditas, adscriptissimus Martyrologio. In quo ad eudem Februarii Kalendas ista tradit: Eadem die sanctorum Martyrum Victormi, Victoris, Nicophori, Claudii, Diodori, Serapionis et Papie. Hi cives Corinthii, Christiana religionis accusati, varie necati, coeli premio perfruntur. Victorinus oculo dextro eruto, præcisus manibus et pedibus, in pila marmoreo contusus, animam Deo reddidit. Victor absissa lingua, idem supplici genos invicto animo roboe subiens, migravit in coelum. Nicophorus primo ita pedibus pressus est, ut e nuribus sanguis eruperit: post capillis suspensus, tum in mortario denum pilo contractus, abiit ad Dominum. Claudio autem manibus pedibusque abscissis, in ignem conjectus. Diodorus igne coctus, Serapio sublimibus pedibus pendens, capite muletatus, Papias saxo alligatus in mare projectus; ita nobilis martyrii corona omnes accepunt. Hæc a Graecis accepta habet Galesinus: quem sequitur Canisius in Martyrologio Germanico, sed eisdem Actis in breviorum contractis epitomen.*
- et B. Aprilis** 7 *Iternum Gravæ in Menis eos celebrant v Aprilis, et quadam primum loco, atque in adjunctis oīis passim eorum certamina exprimitur. Ita autem illum diem suscipiantur: Eodem mense, die quinto, sanctorum Martyrum Claudi, Diodori, Victoris, Victorini, Papiae, Nicophori, et Serapionis qui, ut in prima oīe dicitur, oīis expunctis, et digitis contusis, et latribus adustis suspensi, et ossibus contritis, membranum gladio concisi sunt, int capite plexi. Fraudulentia concreta, non negastis Salvatorem universorum, non stulte sacrificasti idolis, o magni et gloriosi Martires. Veneremur igitur, ut additur ibidem, cum Chindio gloriosum Nicophorum, venerabilem Diodom et Victorem, Victorinum Papiamque et Serapionem, chorum septenarium, sanctissimam congregationem et Ecclesie populum omnibus ex partibus perfectum, plura demonum milliū nullia gladio*
- Nicophorus,**
alius Nicophorus.
- A** *Gravæ refe-*
tunduntur 30
Janu.

A gladio fortitudinis conscientes. Ac multis similibus recitatis, quæ brevitas causa omittimus, post titulum Σὺ Κύριε παῦ ρωτε, Tu Christe lux mea, huc addatur: Magnis flagris vulneribusque assuetus, Dindore, sustinuisti obeliscos et gladios, alaci experimento tolerasti carbonum exustionem. Et tu, Serapion, in tormentis suspensus inconcussa mente permanisti, inter callidos ac versatos degens, gladio vitam finivisti. Hostiles, o Pappia, gladios sensisti percussus, et clavis confixus Martyr, et aquis maris submersus. Hymnis laudentur Serapion et dominus Diodorus, Victorinus, Pappias, Nicephorus, Claudius et Victor, qui imposturas et fraudes perfectissime vicernut. Post ricatas deum variorum Martyrum memorias de hisce Sanctus hac iterum referuntur: Passus es, o gloriose Victor, lateribus excoriatis, atque in mortario contractus, ac lingua excissa mortuus, cantando: Benedictus es, Domine, in templo gloriae. Fortitudine divini Spiritus, o Claudi, tolerasti flagris luxumeros et ventrem cædi, maxillas percuti, ac manibus pedibusque abscessis, laudas Dominum. O Nicephore revera Martyr, sustinuisti et magnanimum digitorum perditionem, et constans totius corporis contusionem: victorie ergo diademate nomini tuo convenienter exornaris... Hodie magna fide accedamus et generosum Victoriun, Claudium et divinum Pappiam, et Diodorum et Serapionem, et sapientem Victorem et Nicephorun, beatos ac fortunatos praedicemus. *Hactenus Menæ.*

B De eisdem videtur eodem v Aprilis agi in Anthologio Grecorum his verbis. Τόνιον πρεγράψω Κλαδίον, Διοσκύρου, Θεοδούλου τοι τῶν σὺν αὐτοῖς. Hinc Ferrarius ita illos Catalogo generali inscriptas: Apud Graecos sautorum Martyrum Claudi, Diodori, Theoduli et sociorum. At Theodulus huc non spectat, qui cum Agathopode martyrum pessus, voleat v Aprilis seorsim refertur. Menologium a Canisio editum Menœ assentitur his verbis: Sanctorum Martyrum Claudi, Diodori, Victoris, Victorini, Papi, Nicephori, Serapionis. Apud Cytherenum etiam refertur, et nomen Ηπαπίτιον scribitur, quod interpres Menologi a nominativo Ηπαπίτιον deduxit, cum sit Ηπαπίτιον, aut Παπίτιον, ut sibi in Menœ legitur. Alius seru-

pulm injicit Baronius in Notis ad vi Martin, quo die D referuntur SS. Victor et Victorinus, Claudianus et AUCTORE G. B. hujus uxoris Bassa Nicomedia varia tormenta passi, et in carcere extincti. Ubi addit Baronius: Agunt item Graeci de Victore et Victorino xxxi Januarii, quos tamen non Nicomedie, sed Corinthi sub Decio Imperatore passos affirmant: sed fortasse illi ab his sunt diversi. Ino plane diversos arbitramur, cum illi solum tres sint cum Bassa uxore Claudiana et ob Martyrologis constantier referuntur Nicomedia in carcere extincti.

9 Ahu inter septenos hosce quæstio manet, qui probetur eosdem esse, cum riperiat luci, temporis et monum difference. Nam qui Latinis sunt Claudianus et Dioscorus, a Graecis Claudius nomine contractus, et Diodorus, littera loco scritta, appellantur. Sed vel Nomina Martirorum varie scripta. tontilla diversitate apud eosdem Graecos idem Martyr, modo Serapion, modo Serapinus, et Papio ac Papias appellatur, et Nicephorus usque Graecis est cum Martyrologio Romano, qui ulis Latinis Neophorus fere, aut NEOFORUS. At temporis locre, quibus passi sunt, nulla ad v Aprilis, quo die præcipue coluntur apud Graecos fit mentio: Ad Kalendas Februarias in eloquio a Galesius Latue redditio dicuntur cives Corinthi, et in Mensis ad XXXI Januarii Μόρφυρος si in Kopioboy ἀχροτες; Tepriq τῷ ἀνθυπάτῳ in Kopioboy τὴν ἀχροτες; τῆς Ελλάδος διέπονται. Martyres Corinthi, ad Tertium Proconsulē Corinthi consulari imperio Graeciam administrantibus adducti. Sed emissi ex Corintho dicitur Ei Kopioboy δὲ ὑπατητος οἱ ἄρχοντες. Quis forsitan sub Decio conteruerit, quando exiles in Egyptum profecti, ad tempora usque Numeron iilic superstites, tandem glorioso certamine Martyres occubuerunt. Successit Numeron Dilectuanus sub quoniam in Christianos est exorta persecutio, que decuia uniuersitatur, et sub hoc numero subinde Decianū mendacio dicta: potuit illa etiam censeri, quæ sub Numeron pánice solu locis ab antiqua olim a Decio edicta proposita vixit. Nonnulla etiam in tormentis differentia est. Si quando Acta eruantur, liquida erunt vana. De SS. Papa, Diodoro Claudi, et Corona in Pumphygia sub Decio possis agemus Die sequenti xxvi Februarii.

An cives Co-
rinthi ibidem
primo capti.

E in Egypto
exiles passi:

DE S. ANTONIO MARTYRE

6. II.

Plares tota hoc opere Martyres, Antonii appellati: quorum alii gladium exsti, ali in mare submersi, ali in ignem imerti, ali alios tormentorum genibus occisi palam martyri fuere promeriti. Graeci xxv Februarii in Mensis de hoc Martyre ista paucæ commemorant: Eodem die S. Antonius Martyr igne-absemptus est. Ad quod martyrium in subiuncto disticho ita alludunt:

Ἐρθίετε Αντώνιον ἡς πόροι πλέοντα,
Ἐφούσιον δέκινον τῷ Κυρίῳ.

In piecent Antonium in ignem malevoli,
Conspicunt forealium sobrium Domino.

Nomen ejusdem Martyris Antonii adscriptum est margini extremo apud Maximum Cythericum in ſtac; F εζιον, reliquo inculta typographorum omissis.

2 Ahu in foracem ignis ardentes iugitus Antonius, celebratur ix Augusti Martyr apud Graecas in aliis in foranis Mensis, et Menologio a Canisio edito, et artu censurante Alexandrinus dicitur, sed nulla suppetunt argументa, coniectus co-litur 9 Aug. quibus unum euodemque esse, ac utroque die a Graecis coli probemus.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

ANANIA PRESBYTERO, PETRO CLAVIGERO, ET VII MILITIBUS,

3. II.

Commentarius pœnitus.

XCV DIOCLETIANO.
31 V. FEB.
S. ANANIA ET
MILITIBUS
Martyrologio
26 Januarii.

Et si affirmet Matthæus Ruderus mister in MSS. Annotationibus ad Graecorum Menæ, in nullis Fastis aut Calendis horum esse mentionem, præterquam in Mensis; plura tamen mos profserimus Martyrologia, quæ de illis agunt, et ad variis dies. Et quidem xxvi Januarii citata Menæ ita habent: Eodem die commemoratione sanctorum Mar-

tyrum, Ananiae Presbyteri, Petri Κλαϊδερόλαξον, (sive Clavigeri, aut Clavum custodis) et cum ipsis vi militum. Tum hoc cum eloquio ornant, quod Maximus Cytherorum Episcopus in vulgarem Graecorum linguam vertit, editique in ſtac; Aylar. Hi Diocletiano Imperatore Maximo Presude Phoenicen administrante, ibidem coronam martyrii sunt adepti. Perinclusus

Auctore J. D. A Perductus ad Maximum Ananias, cum Christum intrepide confiteretur, idola vero irriderebat, verberibus primum cæditur, ignitis deinde veruculis humeri ei adoruntur, ipsoque Janus ustulatae carnes aeto et sale consperguntur. Post oratione sanum concutit, et idola humi prosternit. In carcere coniectus, celesti cibo recreatur. Ibi ipsum carceris janitorem ad Christi religionem convertit: cuncte eo tandem, Maximi Praesidis jussu, mortem subiit, in mare projectus, cum aliis septem militibus, quos ad Christi signa pertraxerat.

27 Januar. 2 Ad xxv Januari eos retulit Petrus Galesinus hisce verbus: Eodem die S. Ananias Martyris, qui Diocletiano Caesare apud Maximum Praefectum Christianam fidem sponte professus, in idolorum cultum invictus est: itaque comprehensus, primum verberibus cæditur, deinde cædemibus subulis perfodiatur: post verberibus, quo sic acceperat, sole et aucto perfricatis, in custodia includitur, ut eo loco fame necaretur. Sed divinitus factum est, ut per septem dies cibo coeli est ualeretur. Quod ubi amadiverit carceris custos Petrus, relata impetrata, Christianam amplexus est religionem. Quamobrem hic una cum eo, Praefecti jussu, rotæ illigatus, in eraticula uterque collocatur, successo igne: quo de-

D reponite mirabiliter restineto, tortores, ubi rei admirabilitatem perspexerint, Christum Deum libera voce profonentur. atque sic quidem hi, qui septem erant, et illi ambo, Ananias et Petrus, in mare projecti, ad martyrum palmarum pervenerunt. Ita ille, qui in Notationibus proficitur, se ex tabulis Graecis totum Ananias martyrum Latine expressisse. Joannes Tamau Salazar ad eundem drem Martyrologia Hispanico ita inscripsit: In portu Juliobrigensi Hispaniae, sanctorum Martyrum Ananiae et Petri ejus custodis, cum aliis in satellitibus, qui cognita veritatis fidei evidentia, et Martyris constantia, in Christum credentes, in mare projecti, ad glorie trophicum per venerant intrepide. De loco martyri postea querimus.

28 Febr. 3 In pluribus antiquis Martyrologiis MSS. et nonnullis exciso, statuunt horum pogilum natalis xxv Februarii. Ita MS. Floriarum: In Fenice passio SS. Ananiae Presbyteri et Petri, cum septem militibus. Martyrologium collegi Societatis Jesu Lovantum membranaceum, satis antiquum: In Fenice SS. Ananiae et Petri careerunt ejus. Hermannus Greven Carthusianus in Auctario ad Usuardum anno circxvi excuso, salutem istud habet: Ananiae Martyris. MSS. Martyrologia Ecclesie S. Gudlie Brunellis, Domus C. S. Hieronymi Ultrajecti, monasterio S. Ceciliae Lenda, et Lacus S. Matric extra eandem urbem. Itemque aliud insigne ut vetus quod penes nos est, ut habent: In Phoenice, SS. Ananiae Presbyteri, et Petri careerunt ejus. Quorum primus sub Praeside Maximino flagris cassus, sole acetoque vulnera aspersus, et cithero aspergimus conficitur, et deinde cum Petro predato, ejus constantinouero, post virtus pueras sumi in fornacem succensam missus, cum aliis septem militibus in mare precipitati, gloriam martyrii adepti sunt. In antiquissimo Adous Martyrologio, quod asseratur in monasterio S. Laurentii iuxta Leodium, ad marginem sed antiqua manu adscripta hinc erant. In Phoenice passio S. Ananiae Presbyteri, et Petri cum septem militibus. Qui Ananias sub Praeside nomine Maximiano, flagris cassus, et sole et aucto aspersus ejus vulneribus, et cithero aspergimus conficitur; et sedu ejus insufflatione contritus idelis retrusus est in carcere, ubi dum a Domino visitatur, Petrus careerans compunctus, et Christo credebas, caput ei adhaerere, et praesentia corporis et defensione Christianam fidei. Indo carcere eductus, in eraticula substratis feruntur, nee vincitur; deinde sole

conficitur, et spatha carnes conciduntur. Petrus vero super prunarum congeriem resupinatur. Post haec carcere inclusi post septem dies educuntur, et in fornace missi, nihil contra eos valuit incendium. Quorum constantissimam virtutem admirati septem milites, qui in eorum suppliciis fuerant grassati, crediderunt Deo, relieta gentilitate: qui cum eis multis affecti cruciatis, ad ultimum in mare precipitates dati, beato fine in Christo quieverunt. Ipse etiam Praeses rabie mentis efferatus in seipsum, ultra mari impactus infeliciter interit, primum tamen in Sanctos tan crudeliter deservisse poenitens: sed effectum poenitentiae spontanea morte præveniens, nullus remansit.

4 Ad diem xxvii Martini horum Martyrum ita rursus meminit Hermannus Greven: Ananiae Presbyteri, et Petri, ac aliorum vi nullum sub Diocletiano tui: submersorum. Eodem die Petrus Canisius nostrum amplum eorum contextit elogium, quo Actorum epitomen complectit, assertique in Phœnicia tumulata eorum corpora: sed in ea ab Actis discrepat, quod eo die consequit eorum memoriam, cum, quod damus Acta, discrètè tradant consummatos esse beatissimos Martyres vi Kalendas Martii: ubi tamen inesse mendum aliquod suspicuntur, ac legendum v. Kal. Mart. cum vi Kal. sive xxv, nulla Martyrologia, quæ quidem ruderimus, eorum meminunt. At nec meminerunt iis diebus, quos MS. Bahencense Agapentes Martyrum Latetutus excusi designant. Hi enim consummati sunt v. Kal. Februarias, quæ est vicevicesima nona Januarii. Illud autem sic habet: Passi sunt autem sancti Martyres sub Maximino et Diocletiano Imperatoribus, die quo regnauit et triumphavit in Cruce Dominus noster Jesus Christus. Is rulgo creditur esse dies xxv Martii, Neuto die in Fastis nominati.

5 Descripscrat Ananiae et sociorum Actu Heribertus Rosweddus noster ex insigni ac vetusto codice monasterii Gladbachensis in provincia Juliacensi, quæ nos cum alio itidem codice Imperialis monasterii S. Maximini Trevirius contulimus. Eadem accepimus a Joanne Gamansio nostro ex MS. canobi Budensis Canonicorum regularium in Westphalia: sed huc paulum interpolata, et exornata redidunt, ut et quæ Rosweddus olim describi curarunt ex Agonibus Martyrum Latetutis ante centum annos, excusis. Estant quoque hæc Acta inter Historias Sanctorum Coloniæ anno CCCCLXXIX, ac biennio post Lovani censos, quas Legendaria partem secundum vocare nsipio Molanus videtur: sed contracta ea sunt. Ita, ut et quæ in MS. codice Ecclesiæ S. Salvatoris Ultrajecti habeantur. Cum in tot codicibus ea extent Acta, et in pluribus consignata sit Martyrologiis eorum memoria, mirari quisquam possit, cur Tamau Salazar in Notis ad xxv Januarii pronuntiet sterilem admodum de his Martyribus apud nos-tros (Hispanos nempe) et exteros adesse conmemoracionem. Ex duabus agnoscat et nomen, et agnosca pæstram, erucatumque ferocitatem: Dextro solitice et Galesinus. Ex his ipse. Ita contextum, non paucis nescio unde adjectis. Verba Galesini num. 2 rectarimus. In Chronico, quod Dextro adscribitur, ad annum 308 comment. 2 num. 10 ista habentur: In Hispania in portu Juliobrigensi S. Ananias et socii, qui pluribus erucitatibus toleratis evicerunt. Quibus ex verbis, est, quantum volunt nouissimis, tribuveremus illi. Chronico antequale, non temere pro certo constaret, cumdem esse Ananiam de quo Galesinus aliisque agunt: presertim si Hispanus ille Ananias miles fuit, adeoque et Praefectus nullum ut scribit Tamau, cum alter Sacrorum fuerit, ut ex Martyrologiis etatis ac Menoris Actisque exploraremus.

F 6 Eadem Menoa cum Cytherio, ac plerique Martyrologia jam citata, in Phoenice palmarum martyrum obitumasse Ananiam et socios affirmant. Acta que damus in Phoenice passi?

A ex MS. Gladbacensi et S. Maximini, orunt in Phœnico sepulta eorum corpora. Quæ ex codice Budheensi descripta, tradunt disruptis vinculis ad littus maris in momento perlata esse contra civitatem, quæ vorabatur Fenete. Quæ forte sunt ab eo qui Acta illa recensuit et interpolavit, in immunitata. Quamquam fuit in Palestina Phenesus, seu Phœno urbs sed non maritima. Legenda Colomæ et Loranii ante annos, ut diximus, CLXX excusa, ita habet: Et sepielunt eos honorifice in Fenice, in loco ubi per merita Sanctorum virtutes multæ sunt. Fenive quoquæscriptum in MSS. nonnullis, in aliis Phœnicie: apud Canisium, in Phœnicia; in Menais, in Cœriæ, in ßæz; Aylæ Cythæriæ, zæz Cœriæ. In Agoribus Martyrum Lutetiae circensis ita dicitur: Et alia die sedens Præses pro tribunali, in provincia Bithynia, civitate Mausisto etc. Et sub finem: Consummati sunt autem beatissimi Martyres in provincia Bithynia, civitate Mausisto. Nusquam alibi Mausistum nomen legi. Julibriga nota veteribus, Ptolæmo lib. 3 cap. 3, et Ptolæmo lib. 2 cap. 6, qui inter Cœtærorum mediterraneas urbes eam censet. Plaus dividit lib. 4 cap. 20 in eorumdem Cantabrorum regione statuit, portum Virtutæ Juliobrigensem. Extet ea non urbs, et non sit an ihæ, quæ nomine appelletur, video non satis constare inter recentiores. Neque expedit duxit loco uno investigando occupati, cum securius sit, pluribus assentiri, in Phœnicie, statuerit locum certaminis Ananias ac sociorum. Si quod in alteram partem documentum occurverit liquidum ac certum, sequemur.

an in Bithynia?

B 7 De horum quoque martyrum tempore, nihil aliud constat, quam quod pluri affirmant, sub Diocletiano triumphasse. Non agitur, quod in illo scriptum Hispanensi Chronico, anno CCCV, cum quadriennio ante secessum Diocletianus purpura adhucasset.

ante annum
308.

VITA EX VETUSTIS MSS.

CAPUT I.

S. Ananias Presbytero, Christum ad tribunal confessio, inficta tormenta: idola cum templo insufflando ab eo eversa.

a
Ananias a
pueris sanc-
tus,

postea fit Sa-
terdor:

b
ota persecu-
tione,
c
d

Prædictio-
ne:

Christianum
se professus,

Ananias vir sanctus ab infancia rudimentis fidei se circumdans, misericors, benevolus, separatus ab omnibus sculi actibus, in divinis Scripturis nimis eruditus erat, ita ut sensum memorie pro libro haberet. Qui cum adhuc luhrica esset ætatis, raptus a populo Diaconus est ordinatus. Insidente vero populo, post parvum tempus Presbyter est ordinatus. Qui præcepta Domini adimplens fideliter, nulli ferbat adulatioiem, sed rectus erat ad veritatem.

C 2 Cumque vitam suam Domino adjuvante bene regeret, ecce a b Diocletiano Imperatore jussio eminavit, ut Christiani sacrificarent diis. Alia denique die sedens Præses pro tribunali, cœjussit exhiberi Christianos ad thurificandum. Tunc quidam, d. Munificandus nomine, homo profanus, plenus vanitate idolorum, qui et procurator videbatur esse civitatis, audiens iussionem Præsidis, statim abiit ad dominum S. Ananiam, et ingressus inventit eum legenteum condidem, et dixit ei: Leva, quid sedes? Et S. Ananias responiens ad eum, dixit: Quid est, amice? At ille respondit: Vocat te Præses. Et surgens S. Ananias, latuus effectus dixit: Eamus in nomine Domini nostri Iesu Christi. Qui mox venerunt ad audiendum.

3 Et ingressus Munificandus, obtulit eum, gaudens quasi prioparnisset præceptis Præsidis. Quem ut vidit Præses pivenem fortem, bilarem vultu, et valde discolorum aspectu, cum admiratione animi dixit ad eum: Quis diceris? Ananias respondit: Christianus sum. Præses dixit: Quo nomine appellaris edeo. S. Ananias respondit: Si nomen meum que-

ris, Ananias vocor. Præses dixit: Quia dixisti te Christianum esse, sacrificadiis, secundum præceptum Imperatorum. Sic enim iusserunt Imperatores, ut omnes Christiani, qui inventi fuerint, sacrificent diis: si autem non obtemperant, diversi tormentis usque ad mortem afficiantur, obedientes vero magnum honorem consequantur. Proinde acquiesces milii, et sacrificia diis, et prime dignitatis esse poteris. S. Ananias dixit: A pueritia mea sacrificare fiduci Deo, et Christum Jesum adorare puro corde: vacuis autem et vanis demonibus, qui dieuntur a te dii, non sacrifico. Age quod agis.

4 Præses dixit: Video te in juvenili ætate virum et sermone nimis sapientem: et quomodo te in tali errore dedisti, ut unum Deum et Christum colas, quem male agentem Judæorum pueri crucifixerunt? S. Ananias dixit: Si scires virtutem Crucis ejus, relinqueres idolorum errorem, et ipsum adorares, ut animæ tuae vulnera curet, qui est verus Deus, unicus Dei Patris filius, omnipotens per omnia cum Patre, qui cum voluntate Patris et sua, naturæ horniūnum pro fine seculi hujus seipsum dedit, ut eos, qui vineti laqueis a diabolo capti tenebantur, pretiosum suo sanguine redimeret, et impiorum insaniam atque idolorum vanitatem, quam tu colis, judicio et protestate sua mortis atermis punis adjudicaret. Præses dixit: Multis sermonibus et seductorius adflasti aures meas, quasi qui possis mihi persuadere deorum gloriam derelinqueret, et colere crucifixum, sicut et tu vis: sed me audi, sacrificia diis, et non minima tibi provides, et e in præsidatu meo magnus eris. S. Ananias dixit: Quem semper et nunc usque meum provisorem Deum Patrem et Dominum Jesum Christum adoravi, ipsum colere sua paratus. Nam tu demonum minister videris, et non mihi tormentis es cruciandus.

5 Præses dixit: Quia cum fiducia feci te loqui; et deos blasphemas, et me putas daemonum habere consortium. Seil de retero ego superbiā tuam abdi co et quasi blasphemum penitus te excrucio, et compello dros colere, qui protegunt civitatem, per quos et mundus gubernatur. S. Ananias dixit: Vero quia caecus et infelix, sensu caries, qui Deum verum genitorem minus verbi, et omnium rerum gubernatorem ignoras, et a similibus tibi immundis demonibus seculum gubernari existimas. Præses dixit: Sacrifica diis, nam fdivaricari factam membra tua. S. Ananias dixit: Consuevisti tonore tuo terrere similes tibi; nam milii noli verbis communari, sed dico, age quod putas, quia adest milii susceptor meus.

6 Ad hoc Præses commotus introrivit in templum, quod erat magno opere factum, yñbi erat camera deaurata, plena simulachris, et ipsa argentea ex auro infecta: et jussit indui S. Ananiam, et dixit ei: Sacrifica magno Illeculi: vide gloriam et virtutem ejus. S. Ananias dixit: Seduceris miser, nescis quid conveniat tibi. Isti enim lapidei, lignei, ferrei, æri, ab hominibus facti sunt, et ornati ex argento deos rident, et auro, ad seducendos vos accordes, ut eis per malum intellectum sequamini, qui nec vident, nec audiunt, nec loquuntur, nec ambulant, nec aliquem invare possunt, nec seipso salvare, si quis consummatus fuerit ex eis. Præses hinc audiens, accensus furore jussit nudari eum, et tensum virgis cædi. Cumque caderetur S. Ananias, elevatis oculis ad cœlum dixit vox magna: Vide Domine, et adjuva et tuus vires servum tuum. Præses autem magis præcepit eum cædi fortiter. Et cum mutasset triginta Centuriones caesus, ut et virgo et nervi consummati fuisse: aequaliter luctare caput Præses, et jussit eum ad fustes et futilibus, hæc apturi, ut patetacta interiora ejus vulnerentur. Sanctus autem Ananias bilari vultu hymnum Doo canens, bat,

Auctore G. U.
bat, dicens : Eripe me de inimicis meis, Domine,
et ab insurrectibus in me libera me : eripe me de
operatoribus iniuriam, et de viris sanguinum salva
me. Et mirabantur omnes, quod tam crudeliter plagi
laniatus fortis animo lataretur.

7 Iterum ergo Praeses dixit : Sacrificia vel nunc,
et dimittam te. S. Ananias nihil ei respondit Prae-
ses vero freniens cum ira jussit cum ferro candente
ustulare dorsum ejus, et sol cum aceto excellenti ex
ustulio camelorum perfriicare dorsum ejus. Cunque
fuerat, S. Ananias respiciens in eolum, dixit : Qui
Sodomitarum terram per imbutientiam iniquitatum
debet in eum perficiere, fuit istius status. Ita

*Cruce se si-
gnano, insuf-
flando idola
eucriti,*

et templum.

B. Prasanna

A *In Iudicando ead, ut autem indicavimus, Acta regia expedita et amplificatio - ant. Paret ex hoc coram exordio. Cum persecutio-
sis vestigium Christianorum facta esset, sub imploratis imperato-
ribus Diocletianis et Maximini multo labore, Deinde invenientes, re-
ligiosam villam dictere studierunt et per sacre fidei confessio-
nes non perturbantibus diligenter ob vinceream pro Christo possebant, et
cum palma martyris perverberat ad coronum regalum ostendit. Ea ergo
tempestate quidam Christiani, Apollinaris nomine, ab infante
capit Christum edere, et religiosam sancte fidei totu[m] cordis
afficio amplectente servare. Erat enim misericors humilis, cas-
tus et benevolens, separatus ab omniis utili scienti actionibus, in
divinis Scripturis insinuans eruditus, ut sensu memori pro libro
Iustitiae frequentius. Cuius industriae multo videntes populi
Christiani, priuato Diocletiani, postea Presbyteriorum ordinari subito
garunt - **B** *Ia MS. S. M. Litteraria, Auctor Marturum, Leuctra
Liber, ad Bodo, MS. o Diocletiano et Maximino, MS. Gladbach
Johano, - e Aditio Aponi in provincia Ruthenica civitate
Mondovi MS. Bodin. Preceps illius chilias ubi Abundans populo
Dei vivis veritate presidelit - d Ita MS. Gladbachense S. Mac-
Lennamensis, huc, sumitamus agna Monophaelius. Dicit in
Legentibus inuenit, - e Agnes, presidencia mea caros eius
- f Agon dissolvitur. Unum MS. dilocerat, - g Iapon. concom-
itacionibus et laquearibus aureis, plenum simulacrum ita, - h
Aditio MS. Bodin ex contum nodosos.**

CAPUT II.

*Petri conversio : ei et Ananix inflictam
tormenta.*

In carceri
junctus orat:

Cqui plasmasti hominem manu tua, et posuisti eum in paradiso deliciarum, et dedisti ei mandata que custodiret, sed malum serpentis per Eyan transgressus est praeceptum; et patens ei fons secundum pietatem tuam magnam, qui prius omnia fecerat propter eum, ut per diem sol in celo osset, et nocte stellis ornatum hunc quo incepit, ut terra universos fructus procrearet ad abundum, ut nare ex proprio sibi praestaret et ad victimam, et ad transmeandrum deserviret, ut nihil ei decesset; qui ab initio tibi servientes in simu Abraham sedero fecisti, qui me indignum a prævente mea in lege tua doceisti, et scientiam molis intimandam fecisti, et avertisti a me errorum iniuriam, ne derelinquas me, neque reprobes; sed adimple cursum agnorum mei, et facio me particeps eum omnibus Sanctis suis, qui ante consummari sunt, ad percipiatum coronam gloriae tue. Haec eo diente, septem dies habente in carcere, proxima nocte venit Dominus Jesus Christus ad a fenestram enrexis, et dixit ad eum : Ecce ego sum, Abanu, quem invocas ; ego sum, propter quoniam haec pateris ; ad te tibi, non timore, non te derelinquo. Ananas autem procul in faciem, dicens . Domine, benedic me plenus. Dominus autem ait ad eum . Benedix te, et

7 die apparet
et Christus
a

*cumque solas
tar et benedi-
cit:*

concessi tibi ut sit haereditas tua vita æterna. Et D
adjectit dicens ei : Nihil substantiae ab hominibus
accipies; ego enim tibi dabo escam indeficientem. columna nu-
bis lucet in
forent

9 Et continuo cœpit columna nubis apparet in carcere, nimio splendore lucere b et iterum duodecimo die Spiritus sanctus in figura columbae veniens resedit in ipsa fenestra carceris, et consolabatur eum, dicens: Confortare Anania in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

10 Petrus autem custos carceris audiens, et vi-
dens columbam loquentem, et post hæc volasse ad
celum, et S. Ananiam per tot dies sine alimento
inanuentem tam fortem, voceque magna orare Deum
die ac nocte et lumen immensum semper lucere in
carceri; compunctus corde apernit ostium carceris,
et ingressus proicit se ad pedes S. Anania; dicens:
Famule Dei, subveni animæ meæ, et dignare signum
quo signatus es, et fidem, quam habes, mili-
dare; et signatus, tecum agunizabor, tecum ero,
et tecum confitebor Dominum Deum tuum, et Jesum
Christum, propter quem hæc sustines, et iterum
consummabbor. Videns autem constantiam viri Sanc-
tus Dei, dedit ei fidem Christo. Et eoperunt ambo
signum in carcere esse, hymnum Deo dicentes: Do-
minus regit nos, et nabil nobis deerit, in loco pascue
ibi nos collocavit.

11 Et ecce advenit et successor Praesidi Maxtinus, qui audiens S. Ananiam in carcere esse, simul et custodem carceris conversum, nihil ex toto differens, mox tribunal ascendit, jussit eos intronmitti ad se. Quos ut vidit, dixit eis : Sacrificate diis. S. Ananias dixit : Ille Praeses, qui ante te fuit, nihil in me profecit, dicendo, Sacrificate diis : iterum et tu audeas misera et stulta verba dicere? Praeses dixit : Ille quidem unitis iudex fuit, et nihil neerrimum tibi attulit in tormentis; nihil autem si non consenseritis, ut sacrificetis diis, quibus et Principes seculi sacrificant pro communii salute, magnis poenis vos cruciabu, et quasi scelestos mala morte perdan. S. Ananias dixit : Ecce paratus sum, profer tormenta : non despero a fide Domini mei. Ad huc Praeses iratus jussit affterri craticulan, et superligari S. Ananiam, det ignem subterponi. Sanctus autem Ananias bilari vultu collaudalat Dominum, dicens : Quoniam prebasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut in igne examinatur argentum.

12 Praeses autem iussit solvi S. Ananiam a cra-
tieula, et convertit se ad Petrum dicens ei : Sacri-
fici tu. Petrus dixit : Sicut magister et Dominus
meus Ananias confessus est, ita et ego confiteor quia F
et ego Christianus sum, et nihil agere non possum,
misi Christi viam sequar, qui vitam et gloriam pres-
tabit mihi. Praeses dixit : Si ergo magister tuus con-
sentiret sacrificare, tu quid faceres ? Petrus dixit :
Homo, qui diabolo servit, nihil verum dicere potest.
Nam sicut mire, mente antepositorum transire non
potest, sic nec magister meus devicere potest a lide
Christi ; neque ego puer ipsius, quem ille gaudens
de tenebris produxit ad lucem. Et tu putas me tam
stultum esse, ut ignorem quod per talium virum non
possim perfectus fieri ? Praeses autem convertens
se ad S. Ananiam dixit ei : Ecce carnes tuae
consumptae sunt, quare non sacrificias, ut liber-
aris a tormentis quae te expectant ? S. Ananias
dixit : Si sciarem quod expedit mihi quod di-
cis, non a te hinc sustinuerem, quae nec sentire me
fateor. Sed si habes inferiora tormenta, profer, ut de
probatione discas, quoniam Dominus meus Jesus
Christus protector meus est. Praeses vero iussit sole
aspergimus cum e squatto dorsum ejus fricari; Petrum
autem super prunariogrammam superponit. Sancti au-
tem lati collaudabant Dominum, dicentes : Domino
in auxilium nostrum respice, confunduntur omnes
aduersarii nostri, et nos permaneant in vita
Ananias sole
perfringitur
Petrus super
prunariogramma
latus

A inimici nostri, qui querunt animas nostras, ut auferant eas.

a Ita MSS. Gladbac. et S. Max. ac Legenda. Agones habent, ad carcere. MS. Bodic. apparet ei Dominus Jesus Christus — b Agones addunt, Domino redeunte in cœlum — c VS. Bodic. Factum est autem, dum esset in carcere, mortuus est Praeses, subrogatus alius pro eo in milio negotiorum, et sevior, qui vocabatur Maximus. Item alius quibusdam Maximus dicitur, ut unica ostendamus. — d Agones addunt, cum socio, quod deest in ceteris. — e Dicit hoc in Annobus. MS. Bodic. habeat eam calce. Legenda, quasio. E. et Squatus, sive Squatina, pesci cule uspera, id est etiam ligatum et exori poterantur: iudee Graecis plor, id est luna divisor. Vide Panorum lib. 9 cap. 12. et lib. 32 cap. 11. Matthiam Martini in Lexico philologico, Ulyssen Aldrovindum de piscibus lib. 3 cap. 66.

CAPUT III.

Milites vii conversi, baptizati, in mare mersi, cum S. Anania et Petro.

Hac audiens Praeses cum ira jussit Sanctos in carcere recipi, et balneum incendi. Sancti vero constituti in carcere glorificabant Dominum, dicentes: Educ de carcere animas nostras ad confitendum nomini tuo, Domine. Et cum per dies septem a balneum incensum igneum appareret, Praeses jussit Sanctos de carcere duci, et in balneum includi. Qui cum docti fuissent, et apertos ostios intromisissent eos invocantes sanctam Trinitatem inseparabilem; mox flamma, quæ eructabat, extincta est, et ministri clauserunt ostia. Sanctus autem Ananias orabat, b dicens: Domine, qui omnia tua virtute gubernas; qui Isaac oblatum tibi sacrificium sanctificasti, et pro ipso agnum preparasti; qui servum tuum Danihelum de lacu leonum eduxisti; qui Ananiam, Azariam, et Misahelam de camino septies tantum incenso eruisti; qui Jonam de ventre ceti liberasti, et pepercisti Ninivitis, et transduxisti populum tuum per mare rubrum; dans et manna manducare, et aquam de petra bibere, sicut ergo, Domine, liberasti omnes placentes tibi, ita et nos, Domine, libera de ore diaboli.

14 Tertio autem die Praeses jussit septem militibus aperire balneum. Et euntibus eis, congregata est multitudo populi, ut viderent si quid forte remansisset de corporibus eorum. Qui ut aperuerunt ostia, eructans flamma multum populum paganorum consumpsit. Illi autem septem milites, a Domini praesentia salvati, viderunt multitudinem Angelorum cum S. Anania et Petro; et mox reduebant ad Praesidem, dixerunt ei: Domine Praeses, illi Christiani, qui missi sunt in balneo, viri sancti sunt, et servient Deo vivo, Regi caelesti. Nos vidimus cum ipsis Angelos Dei cum magna gloria, et tanta incensio ignis, rore frigidior habebatur. Tu autem innocentes viros

c inique condemnare jussisti. Praeses dixit: Magi sunt, et non solum seduxerunt ignem, sed et vos. Aut forte præmium accepistis ab eis? Milites dixerunt: Scitur nos servos esse immortalis Dei; nam nos nullum præmium accepimus ab eis. Homo insane, quid potinum accipere ab eis, quos tu audios in igneum balneum includi jussisti? Sed scimus, quia cui militant, potest et ignem refrigerare, et aurum et argentum donare eis. Proinde cognoscere, quia conversi sumus ad Deum Ananiam et Petri: habes et nos fortis athletas, resistentes iniquitatibus.

15 Ad hanc Praeses iratus, jussit ligare eos ad columnas in foro, et de loro crudo cadere fortiter. Ananiam vero et Petrum jussit educi de balneo, et adduci ad se ante tribunal. Quos ut vidit, dixit eis: Quarædulisti vosmetipsos tam obscures spei, illorum vero, qui a Iudeis crucifixus est, super vitam elegeratis, et non vultis nobis consentire? Ananias dixit: Inique, impie, non solum quod sanguinem fundis innoxium, adhuc insuper et passionem ejus blasphemas; audisti tantas virtutes quas tunc operatus es? Non audisti, quod coeci visum, surdi auditum,

claudi gressum, paralytici sanitatem recuperent, leprosi inundarentur, mortui resuscitarentur? *d* Quis enim autem hoc aliquando ausus est blasphemare? Sed et nunc pro defensione ejus diversas poenas, quas nobis ut canis rabidus infers, nihil horum sentimus. Sed ideo non tardabit judicium ejus in te, quia propter impietatem blasphemæ tuae mittet tibi iram de cœlo, qui membra corporis tui validis tormentis trucidabit: et tunc scies, quia Deus verus sit in cœlis.

16 Ad hanc Praeses iratus jussit comportari ligna multa, et pyram magnam fieri et oleum superfundi, igneumque incendi, et S. Ananiam et Petrum ibidem mitti. Et statim duxerunt eos ad caminum. At illi signo Crucis se signantes ingressi sunt in ignem. Et mox diama consurgens e portabatur in circuitu in altum cubitus viginti. Spiritus enim sanctus in figura columbae descenderat in medio ignis, etiam videntibus propulsis, et cum ipsis erat Sanctis. Praeses autem jussit milites solvi de columnis. Quos cum exolvissent, jussit eos projici in ignem. Illi autem orabant ad Dominum dicentes: Deus Angelorum, et omnium Sanctorum, Domine omnipotens Iesu Christe, indulge nobis facinora nostra, et serva nos illas ab incendio ignis, quia in te confidimus. Et tenentes sibi manus invicem ingressi sunt in ignem: et mox nubes emittens aquam, extinxit ignem, et non tetigit eos ignis.

17 Praeses autem huc audiens, et furens cum ira jussit d' sacerdotali honore amphitheatrum parari. Et mox Praeses cum eis surrexit ad stadium. Et ingressi ut considererent, jussit intromitti Ananiam, et dimitti ei leopardum. Exiliens autem leopardus cucurrit ad S. Ananiam, et ad pedes ejus inclinavit cervicem suam, et post haec ergens se gaudens, genua ejus amplexis est. Et vox emissa est de cœlo, dicens: Anania, Anana, parata est tibi corona: Maximiano autem ira magna imminet, qui te dignum famulum Christi insistit diversis penitibus affligere. Et leopardus mitis reversus est ad caveam suam. Praeses autem huc audiens, jussit omnes ferarum simul limiti. Et exentes feræ tantum mugitum dederunt, ut omnes in faciem caderent præ timore. Et currentes bestiae ad S. Ananiam circumdantesque eum, cum stupore respiciebant, et inclinati capitibus adgrahant eum, ac vestigio ejus, ubi ambulaverat Sanctus Dei, terram linguis suis lambabant, et mox revertabantur in caveas suas.

18 Quod videntes Praeses, confusione perfusus, dedit adversus eos hanc sententiam, dicens: Ananiam sacrilegi crimini auctorem, et Petrum discipulum ejus et septem milites, qui arrepti dementia rebellerent, nec ad præcepta Imperatorum obedientes fuerunt, sed prona voluntate proponentes arma felicia, particeps reatus eorum cum magno desiderio esse voluerunt; placet hos omnes e hebetari pelago, perductos usque ad mare, qui deos blasphemant, et infasti ad contumeliam Domini existunt: hos ut digni sunt mala morte jubeo affici, et collo, manibus, pedibusque pondera plumbi colligata in profundo mari demergi. Et suscipientes eos officiales compulerunt ambulare.

19 Et cum durcerentur Sancti, ibant gandentes unusquisque omnis ferens, scilicet plumbum immensum pondus aggravati humeris suis portabant. Qui vadefacientes fratribus qui erant in civitate, et amicis, qui ibant pariter cum illis, venerunt in quemdam locum semotum, ubi erat aqua parva. Videntes autem illi septem milites procercent se ad pedes S. Ananii, potentes baptismum. Sanctus autem Ananias fecit in parte segregari persecutores, et aquam illam signavit, orando Deum et dicendo: Aque ex fonte crescere in nomine Domini Iesu Christi, qui a Joanne precursore baptizatus sanctificavit

Squalus.

a ardenti balneo inclusi, Deum oranti:

b

c post 3 dies hi latu, adiustus asistantibus,

d credi Angelus can

e 7 nullies id Præside numerant, neque Christo credere:

f deo fortis ex- dundatur.

g Ananias prudem, blasphemum arguit,

d ex mes.

e rigore triste existum de- nuntiat:

f conjectur cum Petro in ignem,

*g**h illeteris serva-**i tur, apparente**j Spiritu sancto**k in specie co-**l lumbe,*

ut et 7 milites:

m Ananias objec- tus leopardo et ultis feris non beditur,

n sed voce cae- testi roba- tur;

o juketur in ma- re procri- cula ceteris:

F

q nos in ma- batizat,

Ex MSS.
aqua benedic-
tione aqua:

g
Deum prece-
tus,

cum illis sub-
mergitur.

h
corpora in
litteris ejecta,
a Christianis
cervitibus moni-
ti sepelluntur,

A ficebat aquam Jordanis, et nunc vos replemini in gloriam ejus. Et statim erupit aqua multa, et impletus est locus ille. Et S. Ananias benedit eam, et accipiens singulos, baptizavit eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

B 20 Et exinde profecti ibant belli hymnum Deo dicentes: Deus factus es adjutor noster convertisti planctum nostrum in gaudium, et praeexististi nos laetitia. Et ut venerunt ad locum destinatum, ligaverunt eos plumbo cum funibus immensis, et superposuerunt eos in scapham, perduxeruntque eos in medio pelagi. Stans autem S. Ananias orabat Dominum dicens: g Deus omnipotens, pius et misericors, qui non es commemoratus iniquitates nostras, qui vis pœnitentiam peccatoris, ut convertatur de via injusta et vivat; Domine, qui in tua voluntate duodecim Apostolorum tuos convocasti, et misisti eos in seculum praedicare te provisorem et salvatorem animarum nostrarum; te ergo deprecor, Domine, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, qui potens es ad salvandum: accepit commendationem, quam credidisti nobis, quam tu conservasti illibata et custoditam. Ut autem complevit orationem, signavit omnes, quos baptizaverat, ut prius ipsos mittent in mare, et ipse signans se dicens, In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, missus est post illos in mare.

C 21 Et ut descederunt in profundum maris, mox funes ipsi cum plumbi disrupti sunt, h et omnium Sanctorum corpora eduxit mare ad littus, et alia die venerunt ad civitatem. Qualem autem, qui nocte per viam communem fuerant viri religiosi, cum aliis Christianis militibus, colligentes corpora Sanctorum, colligaverunt eos aromatis, hymnum Deo dicentes,

et proferentes vocem resonantem in organis, et levantes, honorifice sepelierunt eos in i Phœnico, in quo loco virtutes militæ fluit, da monia expelluntur ab obsessis, omnium infirmantium valetudines curantur.

D 22 Tricesimo autem die post passionem Sanctorum ignis de celo cecidit super Maximianum k ac si ferrum, et manus ejus abscessae sunt, oculi excisi, et pedes vulnerati a verminibus consumebantur, et rugiebat multis tormentis afflictus, dicens, omnibus: Audite omnes gentes, sive Judæi, sive gentiles, sive liberi, sive servi, nemo servis Dei crucifixus impendere audeat: exemplum enim omnium in vita sit, sicut et ego ignorans feci. Cum magna autem prece adjurabat domesticos suos et milites, ut mitterent eum in mare, quia tantum dolorem tormentorum pati non poterat. Milites autem obediens precepit ejus sustulerunt enim et miserunt in mare, et mox in conspectu eorum bestie marine suspiciens eum devoraverunt, ita ut nec os ejus educeret mare ad littus, secundum quod praedicta fuerant ea a S. Anania Consummati sunt autem beatissimi Martyres die l vi Kal. Martii, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat cum Deo Patre in euncta secula seculorum. Amen.

E a MS. Gloucest. — b H. oratio deest in Aquabut, c In MS. et Lenenda, ist. Agon. rotabatur in circuitu in alium plusquam centum cululos — d Alii duo verba loquuntur in aliis MS. Gloucest. — e In MS. Gloucest. at S. Max. ad Bethari pelagos perducunt. Agon. ad Bethane pelagum. — f Agones habent baptizavit Petrum et septem illos milites. Verisimile est, Petrum primus fuisse a S. Anania baptizatum, — g Hoc oratio exhibetur in MS. Gloucest. in gloriam vel contraria crat, vel omnino contra. — h Addit. MS. Burz. Angel. in alia veste suscepserunt animas eorum, et perduxerunt eas ante thronum Christi. — i In loco sepulchri et certaminis actum in Prolegomeno. — k In MS. Burz. — l Addit. MS. Gloucest. erit ossiferum. — m Monum. supra, videri die legendum, atque Acta de die non consentire.

DE S. RHEGINO EPISCOPO SCOPULORUM MARTYRE,

Commentarius historicus.

a. ii

CIRCA ANNUM
CCCLV.
XXV FEB.

S. Reginus
colitur 28
Febr.

Graviter in Menæis, et apud Cythericum in Blosz
ἀγίον, celebravit hoc dies S. Reginus, magis
magnum fideli orthodoxa præmagnatorem. Eodem
die xxv Februario, inquit, memoriam sancti
ac sacrum Martyris Regini Episcopi Scopulorum,
Dein hoc distichon in Menæis legitur:

Ἄγιος οὗτος οὐαὶ Φῆγει, τὸν προστίστην,
Καὶ δύοις ἀνθρώποις τοντὸν τοι ἔστι.
Inimicis est, Reginus, animi tui alacritate,

C Quidamvis gravia erubro contra te gladio move-
natur.

Tum istud utrobique encomium additur:

Ex Hellade exortus hic erat, Christianorum parentum filius, ob præcias virtutes et multitudinem pietatis Scopulorum ordinatus Episcopus, et ad Sardensem synodum vocatus, vi verborum ac libertate dicendi omnes heres dissipavit. Item ad Sedem suam Episcopalem reversus, mota persecutione, ab Helladis Præside comprehensus, ac multis vexatus tormentis, tandem est capito plexus.

**2. Precedenti die, xxiv Februario S. Reginum sua inscripta Martyrologio Galatinus, atque ex voluminibus ac monumentis Graecorum, hac memoria tradidit: In Graecia S. Regini Episcopi ac Martyris. Hic e parentibus Christianis natus, ab inveniente rotata tum pietate, tum sacris exultus litteris, Episcopus factus, in illo manere obvendo rati-
sibi virtutum famam colligit, ut ad synodum Sardiensem vocatus, haereses omnes dicendo retulerit. Exstant autem non multo post in Catholicos persecutio-
nem comprehensus, crucifixus vario affectus, denum abscessis corvicolis, martyrii premium tulit.**

Hec Galatinus, nonnullis priori Menæorum narra-
tioni additis, nonnullis etiam prætermisso. Galatinum
secundus Ferrarinus, eadem xxiv Februario. Apud Gra-
cos, inquit, S. Regini Episcopi et Martyris.

**3. Urbs S. Regini Episcopalis omissa est ab Gale-
sinio et Ferrarin. In Menæis et apud Cythericum di-
viditur Επίσκοπος Σχοτίδος. Est autem Graecæ appellati-
onē σχοτίδος, quod Latine scopulus: ut possit haberi
Episcopus aliquorum in scopulis et rupibus degentium. Ptolemaio tamen lib. 3 cap. 13 sub pauci est Σχοτίδος,
insula maris Αἴγαι, quæ a navigantibus et Thessaliam
versus Helleponum inter quam plurimas insulas mox
conspicitur ac multis similibus oras maritimus divisas ha-
bet, hoc tempore Dromia appellata. Horum insularum
Episcopus videntur fuisse S. Rhogians. Sede sua in Scopelo
insula constituta, sub metropoli Thessalie Larissa, cu-
jus Episcopus Alexander cum reliquis sue provincie
Episcopis interfuit synodo generali, jussu Constantini et
Constantii Imperatorum anno CCCLXII Sardica urbe
nobilis in Thraci, Illyric et Mysie confinibus habita: cui
Episcopi eccl. XX interfuerunt, plerique Cnethoi,
nonnulli Ariani, heret. i.e. solum nomina subscripti
modo extant. In ea synodo absolutus est S. Athanasius,
Ariani dominati, Nicenum concilium approbatum, Ca-
nones aliquot conditi, et nonnullæ epistole synodales
in quibus dicitur sancto Synodus etiam ex
Episcopis Thessalie congregata: atque inter hos videri
fuisse S. Reginum jam dixerimus.**

**4. Diverso postea Constanti Imperatore, heresis Ariana
sud Constanti insolentius carnem sustulit. Tum S. Paulus
Episcopus Constantinopolitanus Sede sua defectus,
ac Cnethum perductus, ab Arianiis vii Junii anni cecis-
trangulatus**

A strangulatus est. Insequentibus annis in S. Athanasii iterum Sede sua dejecti pernicie Constantius Imperator Arianus totis viribus incumbens, passim Episcopos vi atque verberibus in illius damnationem adegit, aut scelus hoc detrectantes careeribus, exiliis, atque etiam

morte damnavit. Quo tempore S. Rheginum synodorum Nicænæ et Sardicensis propugnatorem, ab Hellendis et Thessalio Preside captum, diris exagitatum poni, ac tandem capite plexum, arbitramur circa annum ccclv coram martyriu promovuisse.

D
AUCTORE G. B.
occiso circa
nn. 333

DE S. CÆSARIO

QUÆSTORE PROV. BITHYNIAE, FRATRE S. GREGORII THEOLOGI,

Commentarius prævious.

J. B.

§ I. *S. Cæsarii publica veneratio : in Rep. munus : mortis tempus : funebris lantatio : bona contra invasores defensa.*

Beata Gregorii Theologi, vulgo Nazianzeni dicti, familiæ fuit, quippe tota in Divorum numerum ronscriptu : pater Gregorus Nazianzeni Episcopus Sanctus, Sancta Nonna mater, Sancti Iheri, Gregorius Sasimorum. Antistes primus, deus Constantinopolis; Cæsarius medicina scientia clarissimus, deus Bathynæ Quæstor; ne demum Gorgonia harum soror, Singulorum dies festos infra annos tabulam, v. Kalendas Martius consecrata Cæsari in Fastis Romanis memoriam, hisce verbis : Nazianzi S. Cæsarii, fratris B. Gregorii Theologi, quem idem Gregorius inter agmina Beatorum se vidisse testatur. Quæ quia ab antiquioribus exemplaribus aberant, addita a Cardinali Baroni existimo.

2 Alioquin apud Græcos n multis retro seculis in album est Cœlitum relatus. Nicephorns enim Xanthopoulos, ante annos propecccc. Historie Ecclesiast, lib. 10 cap. 19 ita scriptus : Πόντες δὲ ὀλοι τῷ τές πολεισας στρῆγη, τῆς ἀγωνίους κατέβαθμαν. ὑπερ δῆτα καὶ Γρηγορίου Κατσίριους, καὶ ἡ Γεργανίς. Quæ ita vertit Joannes Laugus. Omnes autem isti (Basilius, Gregorius Nyssenus, Petrus Sebastenus, Niceratius, fratres; et Macrina soror) propter vite integritatem in numerum Sanctorum sunt relati : quemadmodum sane et Gregorii frater Cæsarius, et Gorgonia soror. In Menaxi ad diem ix Martii ista habentur : Τῷ ποτῷ οὐρανῷ, τοῦ ἄγιος πόρτυρος εὐρπατισμοῦ, καὶ τοῦ ἄγιος Tarasii, καὶ Κατσίριου ἀδελφῶν τοῦ ἄγιου Γεργορίου τοῦ θεολόγου. Eodem die sancti Martyris Urpastani. Et sancti Tarasii, et Cæsarii fratris S. Gregorii Theologi. Eadem habet Maximus Cytherorum Episcopus, atque utrobius Katsíriou est, uti et apud ipsum

CGregorium. In Nicephori Katsíriou, Cæsarius seu Cæsarius penultima longa. Additur in Menaxi distinctioni, in quo mentu fit orationis S. Gregorii in Cæsari finire habite.

3 Ea est inter Gregorii Orationes decima, in cuius exordio profitetur se in ea ut lugendo, ita et laudando moderatione usrum. Nam nec enim, inquit, qui doceſſit, amplius quam par sit lugebimus, ut qui ne in aliis quidem talia probare soleamus; nec in eo laudando modum ac decorum exceſſimus : quamquam gratum, ac, si quod alioval, maxime congruum manus est eloquenti viro oratio, et ei qui sermones meos unice amavit, laudatio : nec munus dumtaxat, sed etiam debitum omnium debitorum jutissimum. Ubi dein quæ dicturus sit, proposuit, elegantem subiectum rerum a Cæsario gestarum narratum : quam ita transcribemus, ut in quatuor §§ eam partiamur : primus institutionem ejus ac studia complectetur. Alter, quæ post illu sub Constantio Imperatore gessit, ab anno ccclv, quo Gregorium Athens discessisse, ipsius Alexandria, tradit Baronius, ante consultationem Archelionis et Latharia. Tertius, quæ sub Juliano Apostata egit, quasque cum eo de file dimicaciones subiit. Quartus denum, quibus ornatus fuerit honoribus a Valentiniiano ac Valente, quorum anno sexto decessisse videtur, Christi ccclxix,

proximo post terræ motum, quo dirum in modum Nicæa urbs est latefacta. Annum illius terra motus Sornites histor. Eccl. lib. 2 cap. 10 indicat : Valentiniiano et Valente secundum Coss. v Id. Octobris, terra motus in Bithynia factus, Nicæam urbem deturbavit : is erat annus Eræ vulgaris ccclxviii. Anno sequenti mortuus S. Cæsarius videtur : nam S. Gregorius oblatum illius ita narrat, ut cum dicit cum e terramotu incolamus exisset, nou item mormum evadere potuisse, quasi inter illu hand longum spatium temporis intercesserit.

4 Erat tunc in Bithynia Quæstor Cæsarius, sive prefectus erat Praefectus thesaurorum : quod munus qui gererat, sub thesaurorum illustri viro Comite largitionum erat, ut ex Notitia Imperii Orientalis patet. Num quid attinuerat eum in Bithynia habitare, si Quæstor fuisset, cuius sub dispositione, ut in eadem Notitia dicuntur, Leges dictandæ, etc. qui vir magnificus, illustris, glorioſissimus dicebatur? Caſsam tomen cur in Bithynia fecerit eam § 4 num. 17 significant Gregorius : Διερκὲ μήνας τῇ Βούνῳ, τὴν εὑ πολέστηκεν ἐπὸ βασικίος διέπον ἔρχεται, ἢ δε ἡ τομεῖναν βασιλεῖ τὸ χρισταῖ, καὶ τὸν θησαυρὸν εχειν τὴν επιμέλειαν. In Bithynia habitabat, non postremnam ab Imperatore administrans prefectorum, pecunias numerum Imperatori congerendi, et thesaurorum curam gerendi. Et cur utroquin subbleret ista idem scriptor? Εὐτέλων γάρ ἀντὶ τὰς μεταξος ωρῆς βασιλεὺς προσφέζεται. Hoc enī illi majorum dignitatum velut preludium esse Imperator voluit. Atqui Quæstoris dignitas in Notitia Imperii sua de maximis est. At sub dispositione viri illustris Comitis sacrum largitionum primi sunt Comites commerciorum, Praefecti thesaurorum, Comites met illocum etc. Erant autem Praefecti thesaurorum, ut Guidus Pancirovus notat, in singulis fere provinciis.

5 Nam ergo hic est, ut quidam existimarent, Cæsarius ille Comes rerum privatuarum, ad quem extit rescriptum Valentiniiani Valentius ipso statim initio imperii datum, de quo Baronius ad annum 364 num. 8. Nam qua tandem ratione prefectura thesaurorum illi gradus esse poterat ad antiquiores dignitates anno quarto dietorum Imperatorum, si jam primo vorum anno Comes rerum privatuarum fuisse, que illustrior multo dignitas? Minus adhuc creditibile est, quod Leucachius adscriptus ad Zusimum in margine, fratrem Gregorii Nazianzeni fuisse Cæsarium illum urbis Constantinopolitane Praefectum, quem idem Zusimus atque Ammianus lib. 26 tradidit, initio imperii Valentini et Procopio tyronio in carcere conjectum. Non id siluisse Nazianzenus, non dixisset per prefecturam thesaurarum voluisse Imperatorem, ut ad majorasensim prævehetur, si jam ante annum e primariis tribus imperii numeribus gessisset.

6 Ubi porro mortuus sit Cæsarius noster, unusnum experimuntur. Nazianzum devictum est cadaver, ubi id parentes tumularunt, atque exiquiarum ei honorem ritu Christiana impenderunt, ut frater testatur. Idem in carnine de vita sua, quod post Cæsari abitum evenerit, ita narrat :

Munus gererat publicum quoddam mens Germanus : (o quæ vis tua est, nequissime!) Quæstorem

CIRCA AN.
CCCLXV
XXI FEBR.

Colitur S. Cæ-
sarius
21 Febr.

Menaxi in-
terclusus
9 Martii,

a Gregorio
fratre lauda-
tus oratione
funebre,

le quo hic
Puta excerpta

mortuus anno
369

AUCTORE J. B.
mortui boni
quidam infa-
ctus:

A Quæstorem agebat: inque medio munere
Excedit aev. Tum canum vis maxima
In mortui numeros ralida et censum ruit:
Lacerant amici cuncta, servi, extranei,
Quis enim cadente ligna non quereret rapiti?
Quantum attinebat ad ineas res scilicet,
Negotiorum non timebam sarcinas:
Volueris enim sum facile in altum provolans.
Sed me decebat patre cum dulei meo
Tum lata ferre, quia vices rerum asperas,
Atque esse socium, non opum, at molestiae.

7 Scriptis tunc Gregorius ad Sophronium Praefec-
tam epistolam, (que est 52 inter eas quæ extant) oper-
atus implorans aduersus eos, qui in mortui fratribus for-
tunatus crudeliter turverant, easque diripiebant. Primi-
cipio autem epistole de rite fragilitate et inconstancia
egregie, sed breviter, philosophatur, tum de causa Ca-
esarii honorum ita scribat: Erat quondam non inter
obscuros, tuus quoque, Caesarius, inno (nisi me frater-
nus amor fallit) inter valde illustres, eruditissimis
nomine conspicuus, morum probitate multis super-
ior, clarus etiam amicorum copia, quorum primum
te (tumque nobilitatem esse, tum ipse confidebat,
tum nobis persundebat). Ac vetera quidem ista sunt:
tuque plura per te ipsum adicies, fenebris eum

B honoribus prosequens, quod omnibus natura insitum
est, ut mortuo amplius etiam quidquam elargiantur.
Ac nunc (sed vide ut sive oculis hunc sermonem
transmittas, aut de ore certe commodeque collacry-
tes) hic quidem exanimis jacet, ab amicis ineps,
desertus, miserabilis, pauxillo myrræ delubitus,
(suntamen id etiam impensum) paucisque et vilibus in-
dumentis operatus ne magni astimandum, quod hinc
quoque hominum miseratione consecutus sit. Impen-
sum autem adversarii, ut audi, fecerunt, in ejus fa-
cultates, easque alii aliunde, liberrime et insolentissime
partim jam diripiunt, partim direpturi sunt.
O crudelitatem atque inumanitatem! Nec quisquam
est qui prohibeat: sed humanissimum quaque hinc so-
lum præstat, quod legum dilecta implorat atque ob-
testatur. Et, ut breviter dicam, fabula facti sumus,
qui felices quondam habebamus. Hinc tibi ne levia
et tolerabili videantur, obseruo: sed vicem nos-
tram dole, squalique indignare, et beneficio sublatum
e vivis Caesarium affice. Eius te per amicitiam ipsam
obstotor! Eius per quamcumque habes carissima, per
spes animo conceptas, quas tibi fanfas effice, fidum
te rega mortuum amicum præbens; iti sis etiam, qui
adhuc in vivis sunt, hoc lugians, et spem sis mo-
hocum offeras. An tu nos pecuniarum cura angipi-
tas? Intolerabilior nobis ignominia fuerit, si solus ex
omnibus mortalibus Caesaris amicus caruisse vide-
tur, qui sibi esse permittit existimabit. Ac depre-
ratio quidem talis est, atque a talibus proferita:
quando quidem tu nos quoque fortassis non contem-
piente loem habies. Quod autem auxilium, quare ca-
tionem ferendum sit, tum res ipsa admonebit, tum
prudentia tua diripiet.

C 8 Hactenus Gregorius, Porro Sophronius, cui scrip-
tit, is est qui Valentini sub mittum imperii rebellionem
Præcipi multavit, clam egressus Constantiopolis. De
ea Ammonius Marcellinus lib. 26 cap. 18 ita scribit:
Nequilli omnia tutiora presentibus rati, n evitato
occulte dilapsi, Imperatoris castra potuisse itineri-
bus festinatis. Hos omnes Sophronius vivissimo
cursu pro gressus, tunc Notarius, Praelectus postea
Constantinopoli, Valentem a Cesareo Cappado-
cum, non prosectorum, in vaporatis iestibus Cilicia
juno bonitis ad Antiochiam percurrente sedes textu nar-
rato gestorum, que dulor, ut in talibus, perritum se
stupentem, avertit Galatianum, res adhuc trepidas ar-
repturam. Erat is Cesarea Cappadocia ornatus, ut
epistola 332 indicat S. Basilius, eius et aliae multe

* Gr. ποιησε
σύντομον ἀπο-
δει λέγεται με-
ταξις.

et sim.

otim Notarii

Cesarea
ornatus, pos-
tea Auguri
officiorum

extant ad hunc Sophronium epistolam, ex quibus constet D
cum postea Magistrorum officiorum fuisse.

E Sub eis orationis alia quædam de Cesario in-
dreat eisfrater: postrem natu fuisse inter SS. Gre-
gorii ac Nonni liberos, conditumque sepulchra quod si-
bi ipsi parentes construerant: Quo quidem officio, in-
quit, nos etiam functi, finem dicendi, ut et vos la-
crymandi, faciemus, jam ad sepulchrum vestrum
proferantes, quod solum ac triste donum Caesaris
a vobis habet, parentibus quidem et senectuti opportu-
natum paratum, filio autem ac juvenili aetati donatum,
praepostore quidem, at non absurde apud eum qui
res nostras administrat. O omnium domine et effec-
tor, ac præcipue hujus fragmenti... nunc quidem Ca-
esarium, discessus nostri primi, quæso, suscipe.
Quod si postrem natu, primum; tuis rationibus,
quibus omnia reguntur, cedimus. Nos vero post quo
opportuno tempore suscipe, tandem in carne
vitam nostram moderatus, quamdiu conducibile
fuerit.

F 10 Uxore ac liberis caruisse cum in eadem oratione
ostendit: Quid alia, inquit, cummemorare necesse
est? At hac, que præclaræ omnibus et expetenda
consentur, non uxorem habebit, non filios? At ne-
careus, vel ipse calamitatis monumentum relietus.
Non opes hereditate accipiet? At haeredes ipse ha-
bebit quos habere commodissimum est, et quos vo-
luit, ut dives hinc migraret omnia secum ferens.

§ II. S. Cesarii apparitio: scripta.

G Quod tu Martyrologiu Romano dicitur Gregorius Ca-
esarium fratrem inter agmina Beatorum vidiisse,
sumptum ex eis quæ in eadem oratione ita scripsit Gre-
gorius: Expectabo Archangeli vocem, extremum tu-
bam, eoh transformationem, terræ immutationem,
elementorum libertatem, totius mundi renovationem.
Tunc Caesarium video, non jam peregrinante, nec
qui jam ab aliis feratur, et lugetur ac misera-
tioni sit: verum clarum, illustrem, excelsum, qua-
lis sepe mihi in somnis visus es, o fratum carissi-
me, et fratum amantissime, sive voluntate mea, si-
ve ipsa veritate hoc informant. Quoniam autem non
omnino manifeste affirmavat eam fuisse veram anima e Cesarii
apparitionem; ita tamen accepte videtur S. Joannes Chrysorrhoas Damascenus sub finem orationis, de
his qui cum tide ex hac vita excesserunt. Cum enim S. Ephrem Syrum ritusset, subiicit. Ac rursus ille
Theologi cognitum consequens, Tunc, inquit,
Caesarium, clarum, illustrem, et gaudio exultantem F
perspiciat: qualis mihi etiam in somnis visus es
fratrum carissime. Ita neutro loco dicitur fratrem vi-
tar S. Damas-
cenus inter agmina Beatorum, quod habet Martyro-
logium.

H 12 Extant tunc V. Bibliotheca veterum Patrum editio-
nem Coloniensis anni 1618 a pag. 644 ad 697 Ces-
arii viri illustris Dialogi quatuor, qui ab hoc Na-
zianzeno Cesario conscripiæ esse dicuntur. Atque id clা-
re indicatur in titulo Greco-lutina editionis, quam Au-
guste Vindelicorum adoravat Elias Ehingerus, qui titulus ita habet: Questiones propositæ a Constantio, Diologis seu
Theocharisto, Andrea, Gregorio, Donato, Isidoro, Questions
Leontio, quo tempore Caesarius Nazianzeni germa-
nus frater, a secretis erat, et Constantinopoli doens
xx annos commemorabatur. At tot annos Constanti-
nopolis non valetur commoratus Caesarius, qui, ut Bar-
numis catalbum init anno ccclvi Alexandria disse-
rit, fuerit aliquando in patria, ad quam item revertit
Juliano imperante, in Bithynia deinde habitavit sub Va-
lente, cuius anno secula Christi ccclix obiit.

I 13 Si autem Dialogos illos, seu Questiones edidit,
quomodo non ejus meminit in libro de scriptoribus S.

H. r. z. i. p. us

A Hieronymus, Nazianzeni auditor? Ac ne sacra quidem studia tracasse Cœsarum ostendit ipse Gregorius: amo innuere videtur, nihil umino eum in lucem edidisse. Non sermones, inquit, ostentabit? sed per sermones (alrum scilicet) admirationi erit. Non Hippocratis et Galeni, et eorum qui ipsi adversantur, dogmata pertractabit? At neque morbis vexabitur, ex aliorum calamitatibus molestias capiens. Non Euclidis, Ptolomæi et Heronis scripta demonstrationibus explicabit? At neque ob imperitos homines, tumidores animos gerentes, dolorem concipiunt. Non Platonis et Aristotelis, et Pyrrhomis, et Democriti ejusdam, et Heracliti, et Anaxagore, et Cleantis, et Epicuri, et Academicorum placitis se venditabit. At neque, quenam parte illorum argutias dissolvat, laborabit. Hæ ergo erant artes, in quibus percolendis præcipue desudarunt Cœsarius, quasque scriptis illustrare cum laude potuisset; oratorum facultas, medicina, mathesis, astronomia, philosophia. An si eruditos illos Diulos scripsisset, vel omisisset hic Gregorius, vel ignorasset? Si quis citata Gregorii verba accepere ita voluerit, ut non de sermonibus tractatibusque scribendis egerit, sed quod orationibus ad populum indeudis ac disputatiibus de re medica, astronomicis observationibus, philosophiacis subtilitatibus, parere sibi nomen potuisset, si dimitteret et contigisset ita; tamen etiam hic de Quæstiōnib[us] illis agere debuit, si Cœsario füssent scripta.

B 14 Atque ita quoque sensit Jacobus Billius, et Observationum sacrarum lib. I cap 3 scriptis: Quin ne hoc quidem mihi verisimile videtur, hujus Cœsarii Nazianzeni esse Questiones illas Théologicas, quas D. Pontacus in sua Chronologia penes se esse art. Nam si propter medicinæ scientiam, quam in Juliani Augusti aula profitebatur, tantum insuper in divinarum litterarum doctrina profecisset, ut etiam in eo genere monumenta eruditionis posteritati reliqueret, sane Gregorius in ea oratione, qua sumus ejus ornat, inter ceteras laudes, quas in eum congerit, hanc, ut opinor, minime omisisset. *Fertur quidem Sunda alia Cœsarii hujus opera recensere: rerum ut ego in tribus Sunde editionibus reperte non potui.*

C 15 Quisquis tamen ejus liber sit auctor, libert quod Photii de libro, quod aliorum, illius aro, de auctore judicium surrit, ex ejus Bibliotheca declarare. Ita ergo habet cxx Tmemate: Cœsarii Capita Ecclesiasticae cxx. Legi Cœsarii librum Capita continentem Ecclesiasticae cxx, quibus partim enuntiata quedam explicantur, partim quæstiones solvuntur. Dicas autem hunc scriptorem et iactate etiamnum florere, et cum Rhetorice quasi factura, tum externè non minus quam nostræ philosophie eruditio turgere. Quamquam non minima deesse videntur, ut verbo dicam, quo motu illi atque impetus dedecore careant. Attamen clara illius dictio est (crebro licet ad poeticas voces juveniliter deflecat, atque ab usitata constructione, non sine defectu aliquo recedat) et ad summum dogmatum acclarationem parum rane ei deest. Per Questiones porro et Responsiones, superpositis quoque personis [taterhaquenatus] composta illi oratio est. Et quidem Gregorii, ut aiunt, cuius hume auctorem esse fratrem, Theologi cognomen indicat. Ita Latine veritatemque Andreas Scottus nosset. Sed obscura sunt postrema, quæ Graecia effervescit. Εὐαὶ δὲ γραπτοῖς Πορφύριος, εἰδὼς Οὐρανοὺς τοὺς οὐρανοὺς ἀδέκειν δηλοῦσι. Esse autem aiunt Gregorii, cuius cognomentum Theologus, scriptorem fratrem declarat. Ita ad verbum e Graeco, nec sunt tamen claram. Si abesset δηλοῦσι, ita reddi posset. Scriptorem aiunt Gregorii, cuius cognomentum est Theologus, fratrem fuisse.

D 16 Constat hinc saltem, commentarium illum jactunc

Photii estate (qui uno Christianæ Èra secula rixit) antiqui scriptoris futum habitum. Si quis vel Photiu auctore, vel alia ratione incubrationem illam esse Cœsarii contendat; suspicari facit, Gregorium ejus in illa oratione non meminisse, quod eam auctor non evulgarat, ac nec ipse fortassis tunc legerat, sed postea cum reliqua Cœsarii suplectente scriptisque accepit. Quid si videlicet opus non esse perpetuum, ideoque ejus mentiunem consulta non fecerit? Qui autem opus illud postea recognovit, eique linum adhibuit, is forsitan aliqua ex S. Gregorio Nysseno aliisque scriptoribus inseruisse aut alius deinde quispiam videtur. Lupus porro ex Photiu, magis olim fuisse opus istud quam quod nunc estat: nam cxx capitula nit se legisse, cum ab Ebingero LXXXV dumtaxat edita sint: aliquanto fortasse plura in Bibliotheca Patrum, at non, quod illi desunt, cxxii.

VITA S. CÆSARI

ex Ocat. x S. Gregorii Theologi.

§ I. S. Cœsarii ortus, educatio, studia litterarum.

Cœsarius, ut hinc incipiam, unde me maxime decet, parentes eos habuit, quos omnes nostis, quoniamque virtutem oculis atque auribus usurantes, inimiciens lundibus in cœlum effertis, aliisque, quibus ea ignorati est (si qui tamen ejusmodi sunt) commemoratis, alias alium quondam partem accipientes: neque enim fieri potest, ut unus omni expiat, nec unius lingue hoc opus est, quantumvis aliquis labore ac diligentia valeat, ac sumnum anni studium ac contentionem adhibeat. Quibus cum multa et magna ludu[m] argumenta suppeditant, (nisi fortasse cuiquam incepit facere videor, qui domesticas laudes prædicent) una tamen eos res potissimum nobilitat et insignes reddit, nempe pietas. Hos graves et canos dico, nec minus virtutis, quam semetutis nomine venerandos, quorum corpora quidem tempore fracta et debilitata sunt, animæ autem Deo florent ac pubescant.

2 Pater quidem a ex oleastro in fructiferam odivan pulchre institutus, pinguedinique usque adeo particeps facinus, ut et aliorum quoque institutione praefectus sit, et animarum curatione, excelse hunc populo præsideus, secundus quidam Aaron aut Moses, eam dignitatemi consecutus, ut ad Beum appropinquet, ac vocem divinam alius præcul stantibus subministraret; mansuetus, ab ira alienus, vuln tranquillus, spiritu servidus, dives his rebus que oculis vernuntur, ditor in que teato et abscondit[us] e sunt. Quid autem eum, qui notus est, describere aggredior? Neque enim, etiam in sermone in longum profræherem, parem tamen illius virtuti orationem afflerem, quantumque unusquisque vestrum novit ac postulat, dicorem. Ac præstat id in opimiusibus vestris et cogitationibus relinquere, quam sermone meo magnam miraculi partem amputare. h Mater autem antiquitus quidem atque ab ipsis proavis Ieo consecrata, pietatem, instar necessarie, iustitiam, inceditatis, pon ad eipsam tantummodo, sed ad liberos quoque deducens, ex sanctis primis vero sancta conspersio. Quam etiam tantum auxit et amplificavit, ut ne mariti quidem perfectionem (hec eum, etiam in hunc sermo temeritate non careat) ubi nulli, quam ipsi, adscribendam esse nonnulli credant ac prædicent, cumque (terreni miram!) præpietatis præmio maiorem ac perfectiorem pietatem accepero.

3 Ambo filiorum simili et Christi amantes, (id quod summa admiratione dignum est) in Christi amatores quam liberorum: quippe qui inum hunc ex liberis fructum caperent, ut a Christo cognoscerentur, nomenque ducerent, solaque virtute, atque cum eo, quod præstantius est, velut conjugatione ac cura, velut

alloquin id
Gregorius fra-
ter ejus vide-
cas.

Photii state

enpus huc de
opere judi-
candum

hunc Cœsarii
et habebas

et potuit ob
causas non
meminisse ita
tias Gregorius.

S. Cœsarius
vetus parentis
claris.

pate ab ero-
ribus converso.

dem Episcopo,

notare ab alia-
vi Christiana,

ambibus vir-
tute conquis-
tari,

EX ORAT
S. GREC
NAZIAN.

ac fortunatis

ab illis recte
educatus,

A velut necessitudine felicem prolem definirent. Ambo humani, misericordes, multo tineis et latronibus et mundi principi eripentes, ab incedatu ad habitacionem sese trans-ferentes, maximusque hereditatem, hoc est, futurae vite splendorem, filiis exacerantes. Sie illi ad altam secesserunt perverterunt, virtute atque amnis inter se paras, ac plentum dierum, tam qui manent, quam qui fluant ac dilabuntur; uterque primas inter mortales habuitur, nisi motuo ipsi se se principata prohiberent. Atque omnes felicitatis numeros expleverunt, excepta hac postrema, ut quispiam exitumque queat, sive probatione, sive dispe-satione, hoc est, meo quidem iudicio, ut prauissimo eo filio, cui propter astatis libricum magis timendum erat, ita jam ipsi seculo animo vita claudunt, et cum universa domo ad superna trans-ferantur.

B Atque haec exposui, non ut illorum laudes praedicarem; aut quod esse nescius, vix quemquam etiam toti oratione de eorum laudibus instituta, materie dignitatem assequi posse; verum ut illud ostenderem, a progenitoribus impositam Cæsario fuisse celestis virtutis necessitatem, nec mirum aut incredibile videri debere, si tales naetus parentes talibus laudibus se dignum praebuit; sed illud potius

si neglectis domesticis et propinquis exemplis, alioz sibi spectandoe proposuisset. Atque initia quidem ijsmodi fuerunt, et qualia es, e nobilibus conve-niebat, ac recte et honeste victuris. Ut autem media incidam, hoc est, paucititudinem, magnitudinem, utque illius in omnibus rebus gratiam, et velut in sonis concentum, (quandoquilem nec nostrum est, res hujusmodi mirari, tametsi alii non parvus esse videantur) ad ea quae deinceps sequuntur, et quae, ne si cupiano quidem, facile praetermittere possim, orationem conferam.

C Igitur sub hujusmodi moribus et educati et instituti, atque in hujuscem loci disciplinis satis exercitati et exulti, in quibus ille ingenii celeritate diei non potest quam longo intervallo plesque post se reliqueret (o quoniam pacto horum rerum memoriam sine lacrymis proterebit, nec me, contra quam pollicitus sum, parum fortis anima esse dolor ostendet!) cum jam peregrinationis tempus esse videretur, tum primum alter ab altero distracti sumus; ego ministrum ob artis oratione amorem in Palæostino scholis tunc florentibus, moralus; ille autem Alexandriam prefectus, urbem et tunc, et nunc quoque, tum vere, tum hominum existimatione, doctrinam omnis officinam.

D Quid primum, aut quod maximum ex illius laudibus commenorem? aut quod sine gravissimo orationis danno praetermitam? Quis preceptoribus ille! Quis equalibus juvenilior! Quis improborum sororatum et consuetudinem magis vivat! Quis optimorum virorum, cum aliorum, tum celeberrimi unusque d' ex patria et nobilissimi familiaritati sese magis adjunxit! Quod videret non ignoraret, ad virtutem aut vitium permagno referre cum quibus quispiam consuecat. Atque idcirco quis presulibus, uno quis universa urbi carior, (quamvis aliqui ob ipsius magnitudinem omnes obscuri atque incogniti essent) aut quis ob temperantiam clarior, aut ob ingenii sagacitatem illustrior! Quodnam doctrine genus non peragravit! Ino quodnam est, quod non, ut ne unum quidem natus! Cuiam autem concessit, ut ad ipsum vel tantillum appropinquaret, non equalium tantum, sed etiam majorum natu, et qui plus temporis in litterarum studiis consumperant! Nam et omnia ut omnia excederat, et singula rursus ut omnia. Ac ut volueri ingenio præditos, studio et diligentia, ita studiosos et industrios ingenii celeritate superabat;

vel, ut rectius loquar, ingeniosos ingenio, et labo-riosos studio, et eos qui utraque re pollebant, utraque præcellebat.

E 7 Atque ex Geometria quidem et Astronomia, in geometria, et e doctrina aliis periculosa, cum, quidquid utile erat, collegisset; hoc est, ut ex corporum coelestium concerto atque ordine Creatorem admiraretur; quidquid noxiun et exitiosum erat, effugit: nempe ea, que sunt ac sunt, ad siderum motum haud-quaquam referens; quemadmodum iū qui conservam suam creaturam adversus Creatorem concitant, verum, ut alia omnia, sic eorum quoque motum, ut par est, divine providentia attribuens. In numeris autem et suppulationibus, atque ea f eximiae artis medicæ parte, quæ in naturis ac temperamentis, caussisque morborum inquirendis versatur, ut succi-sis radicibus rami quoque simul amputentur; quis ita ineptus et pervicax erat, ut secundas ipsi daret, ac non bene secum agi diceret, si proximam illi numerum obtineret, ac primas inter secundos ferret? Neque vero haec sermo quidam sunt, nullo testimonia-ubique postea clarus:

F Pater SS. Gregorii, Ciarri, Gorgoniae, Gregorius et ipse datus, ab Hispaniorum sociis menta inter Gentiles et Iudeos, ad fidem conversus: quo tempore Episcopo ad spissum Nicænam proficuum anno 325, in 13 Januarii, cum de S. Leonto, Ursariensi Episcopo agerentur, dicunt. Id hic plus indicat, dum cum alioz in frumentarii ultimam instauraverat, metaphora ex S. Pauli epistola ad Romanos, sumpit, ut observat Elias Cremonis. Porro Gregorius deinde Nazareni Episcopus fuit, et in Sanctuarum tumulis relatus ad i Januarii, ubi fidem ejus sive filii, Gregorii scilicet Theologorum, orationem in eis funere habuisse declarat. — D Mater S. Nonna cultor v. Augusto, — c Latinus census. Referri hinc debentur dia, quo Post sequuntur distracti sumus. — d Ea Cappadocia secunda erat, ut Elias Cremonis notat. — e Id est astrologia, ut inquit Elias, qui præclare quid in his artibus, astrologia, geometria, arithmeticæ, i. sciam, ut rannum rejecerit, quid degener tamquam nile, ostendit. — f Ascribit idem Elias, hoc non per rationem esse dictum revera enim basi postea i. spissam administratione dignam esse medicinam, quibus verbis Græce usus Gregorius.

S II. S. Cæsarii a studiis ad parentes redditus: vita nautica sub Constantio Imp.

G Cum autem ut omnis generis mercibus in ingenio navia merariam, sic ipse omni virtutis ac discipline genere in animam suam collecto, in patriam rursus navigaret, ut pulchras doctrinas sue merces nauti etiam impertiret; hic quoque admirabilis quædam res accidit: quam (quia ejus recordatio me omnium maxime delectat, voluisse etiam voluntatem afferre posset) non alienum fuerit paucis expovere. Mater nostra, materno quadam voto, atque amoris erga filios pleno, hoc optabat, ut quemadmodum ambos eodem tempore emiserat, sic ambo quoque simul redeentes videret. Eramus enim, si non alii, matris quidem certe, cum simul consiperemur, a par quoddam votis exceptandum atque vi-sendam, hec nonne ab invidia male dissolutum. Et ecce Diemopulsus, (qui justas preces audit, et parentum erga probos filios amorem in pretio habet) nec ex consilio ullo, nec ex compacto, ille Alexandria, ego b' ex Gracia, alter a terra, alter mari, eodem tempore in eandem civitatem appulimus. Hec autem erat Byzantium, nebs totius Europe principatum nunc tenens; in qua tantam brevi gloriam Cæsariis adeptus est, ut publici honores, nobleque matrimonium, ac senatoria dignitas ei oblata fuerit; communique decreto a e magno imperatore per legatos petrum sit, ut principem urbem viro eruditissimum principe ornari atque honestari vellet, (si quidem hoc ipsi cura esset, ut vere primaria, nominique suo digna existent) atque ad ceteras ipsius laudes hanc accedere, ut Cæsario et medico et cive ornaretur; quamvis alioquin præter ceterum splendorem, viris, tam in philosophia, quam in aliis artium

studiorum
causa li
Alexandriam:

ubi præclare
se gerit,

d

ac summa
progressus
fuerit,

upante ma
ire ut simili
cum fratre
redireb,

cum eo, illus
ignaro,

b
similiter
Constantio-
polim :

nt ibi maneat,
magis pro-
missa solita-
ctetur;

A artium generibus, eximiis abundet, Sed de hac resatis.

9 Illud autem quod tunc contigit, licet alius temere ac fortuito contigisse videatur, rujusmodi multa fert casus in rebus humanis; apud prios tamen perquam manifestum erat, nulli alii eam rem adscribendam esse, quam Deo caris parentibus ad unius voti summam explendam, filios tum terra tum mari in unum colligentibus. Age, ne hanc quidem Cæsarii laudem preteremamus, quae quamvis aliorum iudicio exigua fortasse, et ne commemoratione quidem digna sit; mihi tamen, maxima et tunc visa est, et nunc item videtur, (si modo fraterum amor laudem meretur) neque unquam eam inter primas collocare desinam, quoties mihi de rebus narratio instituta fuerit. Nam cum civitas iis, quos diximus, honoribus eum retineret, negaretque se illi una ratione potestatem discedendi facturam; ego tamen, cuius auctoritatem Cæsarius in omnibus rebus plurimi faciebat, in contrarium nitens, hoc sum consecutus, ut nec parentes voto suo, nec patria debito sibi officio, nec denique ego desiderio meo frustrarer. Itineris enim stetim comitemque se mihi adjunxit, meque non urbibus solum et populis, non honoribus et proventibus, qui multi ad eum undique partim confluabant, partim in spe atque expectatione erant; verum propemodum ipsi quoque Imperatori ejusque editictis inteposuit.

10 Hinc ego, excussa omni ambitione, non secus ac gravi quadam dominio, et molesto morbo, philosophari atque ad superius vitæ studium meipsum transference constitui: vel potius antiquior quidem cupiditas fuit, vita autem posterior. At vero Cæsarius, cum doctrinae sue primitias patriæ conservasset, et dignaque laboribus admirationem soci commovisset; postea gloriose cupiditate ductus, atque, ut mihi fidem faciebat, quo urbi presidio esset, in aulam se contulit: non ille sane reu almedium gratiam nobis faciens, (me etenim apud vos purgabo) quoniam inter postremos apud Deum censeri, satius et sublimius est, quam apud terrenum Imperatorem primas terre, non tamen reprehensione dignam. Philosophari enim ut maximum, ita difficultissimum est: nec id aggreedi multorum est, nec aliorum, quam quos divina mentis magnitudo, que probis hominum voluntati manum porrigitur solet, advocavit. Non parvum autem hoc quoque iestimandum est, si quis secundum vitæ genus complexus, probitati studeat, ac majorem Dei salutis suæ, quam terreni splendoris, rationem habeat, atque hunc quidem, tamquam scenam aut personam quamdam ex multis et caducis preferat, hujus mundi fabulam agens; ipse autem Deo cum imagine, quam se ab eo accepisse, eique debere novit, vitam ducat.

11 Quem quidem scilicet unum Cæsario suis compertum habemus. Nam cum non magno negotio ac labore opus habuisset; verum doctrinam dumtaxat suam, vel potius brevem quemdam doctrinæ prologum ostendisset, primum statim inter medicos dignitatis gradum obtinuit, atque in amicorum numero apud Imperatorem habitus, amplissimis honoribus affectus est. d Gratianum porro artis humanitatem Proceritatis proposuit, illud nimurum exploratum habens, nihil esse quod, hominem ad altiora proverberet, quam virtutem, et sumam honestitatem rationibus collectam. Et quibus gradu inferior erat, eosdem gloriis longe superabat. Qui cum ob pudicitiam et temperantiam omnibus carus esset, ea que de causa pretiosiorum rerum curam susiceret; nec e adjutore Hippocrate ullo modo opus haberet, adeo ut nihil prorsus esset f Cratetis simplicitas, si cum illius simplicitate conferretur; omnibus rursus magis quam pro dignitatis ipsius gradu venerabilis erat.

Februario T. III.

12 Cumque magnis quotidie dignitatibus ornaretur, majoribus tamen, ac jam in spe positis, dignus babebatur, tum ab ipsis Imperatoribus, tum ab omnibus iis, qui primas secundum eos tenebant. Quodque maximum censendum est, non commisit, ut a gloria, aut ab iis, inter quas versabatur, deliciis, animæ sue nobilitas corrumperetur. Quin potius cum multa et magna ipsi suppetarent, ad dignitatem tamen hoc primum erat, quod Christianus et esset et nominaretur: sic ut alia omnia cum hoc uno collata, ludus quidam ac nigræ ipsi essent. Alia enim ab aliis etiam hudi posse, non secus atque in scena, quæ celestine et figuræ et dissolvitur, imo facilius fortasse deletur, quam constituitur, ut ex multis hujus vitæ mutationibus, et prosperitate sursum ac deorsum labente, perspicere licet: pietatem vero bonum nunc proprium esse, quodque tuto permaneat. In his studiis Cæsarius, etiam in g Chlanide, versatus: est in his cogitationibus et vixit et vita cessit, majorem quantum ad absconditum hominem pietati ostendens et exhibens, quam quæ in commune spectabatur.

30 Additæ hæc novæ illi tumbari inscriptio: Venerabilis quondam Robertus de Arbrissello, vir admodum pius, et zelo animarum exuestuans, divina, qua plurimum poterat, eloquentia, ad Dei obscurum, ad seculi contemptum, multosque utriusque sexus mortales, qui cum ad deserta loca sequebantur, induxit, eaque occasione Ordinem Fontis Ebraldi primus instituit: variaque domicilia, devoto præsertim femineo sexui, extruenda curavit. Quorum omnium caput

esse voluit hocce monasterium: in quo Abbatissam, D non solum Virginibus ac mulieribus Deo dicatis, sed etiam religiosis viris, prepositum, qui hoc vita sequuntur institutum, a sancta Sede Apostolica, jam a sui exordio ad hæc usque tempora, approbatum, variisque privilegiis regiisque munerialis auctum. Obiit anno 1100XXVI. Ejus ossibus ac sacris tegendis cineribus Ludovica de Borbone, hujus cœnobii, atque adeo totius Ordinis Antistita, hoc mausoleum novo pegmate exornatum, totius Ordinis nomine, tamquam parenti optimo, perficiendum curavit anno 1100XXIX.

§ IV. B. Roberti in eremiteca et apostolica vita primi socii.

Eritis Roberti eumotis, quæ § 2 num. 48 congesta sunt, unum restat, ut ostendamus sanctitatem ejus miraculis esse collitus confirmatam. Sed prius mantissa quedam attenderenda est rerum ab eo gestarum, quæ ab utroque I'ita scriptore prætermissa, sunt tamen ab antiquis auctoribus traditæ. De primis B. Roberto in Apostolicorum laborum susceptione sociis atque adjutoribus, Guilielmus Neubrigensis, qui se anno 1100XXV natum testatur lib. I de rebus Inglieis cap. 13, jam antea citato, ita scribit: In transmarinis partibus, sicut a majoribus accepi, tres memorabiles viri uno tempore fuere, scilicet Robertus, cognominatus de Arlusculo, Bernwardus et Vitalis. Hi non ignobiliter eruditi et spiritu ferventes, circuibant per castella et vicos, seminantesque secundum Isaianam super omnes aquas, de conversione multorum fructus uberes colligebant: pio inter se placito constituto, quod Robertus quidem seminarum communī labore ad meliora conversarum sollicitudinem gereret, Bernardus vero et Vitalis maribus propensi providerent. Robertus itaque famosissimum illud monasterium seminarium de Fonte Ebrandi construxit, et regularibus disciplinis informavit: Bernardus vero apud Tyrociū, et Vitalis apud Saviniacum monachis regulariter institutis, suos quisque ab aliis per quasdam preceptorum proprietates distinxit. Cumque ex his tribus radicibus servorum atque ancillarum Dei per diversas provincias religiosa germana pulularent, quidam Saviniacenses monachos Belleglandam nostram considerunt. Quæ quidem ita accipienda sunt, quod cum Bernardus ac Vitalis virorum congregations instituerint; Robertus etiam feminas aggregari, ac præcipuo querlem studio, ut quarum spiritali ministerio viros, seque adeo ipsum subjecerit: quare ad hunc præcipuum formam, etiam fortassis que a duobus illis erant converse, accurrebant.

32 Qua vero ratione inter sanctos illos viros amicitia coiuerit, ita in B. Bernardi Pontivensis, primi Abbatis Tyrrenensis, Vita, tradit Gaufridus Grossus auctor coetaneus cap. xi. Nam Bernardus cum carnobium S. Savini Prioris titulu administraret, Gervasio Abate peregre profecto, jamque mortuo cognita (ut ille scriptor ait) monachorum voluntate, qui eum sibi Abbatem facere disponebant, clam discessit ab eis, rem sibi a multis annis desideratam quærere intendens, scilicet anachoreticæ vite studium, et ut sibi victum acquireret labore manuum. Manebat autem non multum longe a monasterio S. Savini vir quidam venerabilis et religiosus eremita, Petrus nomine de Stellis, qui illius postea monasterii fundator extitit, quod Fons Gombandi dicitur. Ad quem Bernardus divertens, eo quod sibi jam antea notus ac familiaris esset, caussam, qua venisset, aperuit. Quem Petrus magna cum animi alacritate suscepit: sed quia in vicinia monachorum erat, qui eum invitatum Abbatem sibi facere satagebant, illum diu sequum, licet nimis exoptaret, tenere non potuit. Bernardus vero exuestuans cum desiderio jam optato

Isa 31. 20

ht virorum:

ille familiaram cœnobia instituit:

F

Bernardus ne
Abbas fieret

ad Petrum de
Stellis fugerat,
paupertatis

et Patriarchus
temporalis

Eius sepul-
chrum hono-
ratum,

innovatum,

addita hac
inscriptione.

AUTTORE J. D.

a quo in e-
rnum ducus
ad BB. Robert-
um, et Vital-
lem, ac Badol-
phum

postea funda-
torem cœnobit-
monialium,

Pictavensi
concilii anno
1100

Intersunt BB.
Robertus et
Bernardus,

A paupertatis ac solitudinis; tum vehementer reformati-
dans, quod, nisi citius recederet, Abbas, implican-
dus sollicitudinibus curæ pastoralis, impellente Ab-
bate suo vel Episcopo, coactus fieret; Petrum
obnoxium rogahat, ut se inde citius latenterque sub-
ducereat, atque ad ignotas remotissimæ regionis
solitudines perdueceret. Petrus itaque precibus ro-
gantis acquiescens, factus duxit itineris, quod pos-
tulabat complevit. Erant autem in confilio Ceno-
manieæ Britannicæque regionis vastæ solitudines,
quæ tunc temporis, quasi altera Aegyptus, flo-
rabant multitudine eremitarum per diversas cellu-
las habitantium, virorum sanctorum ac propter
excellentiam religiosus famosorum. Inter quos erant
principes et magistri Robertus de Arbrisello, atque
Vitalis de Mauritionio. Radolphus quoque de Fus-
tein, qui postea fundatores extiterunt multarum at-
que magnarum congregationum: quibus divina dis-
positio per Petrum, qui eos antea uoverat, hunc
quartum adjungere curavit, ut illis tribus quanto
adjuncto firma fieret quadratura, quæ postea magna
et lata ædificia erat portatura.

B 33 *Pergit duxiceps cap. xi*: Petrus vero de Stel-
lis multorum dierum itinere confecto pervenit ad
Dominum Vitalem, unum ex supradictis, quos prin-
cipes et magistros eremitarum fuisse jam diximus.
Ibi ille. Fuit autem Radolphus (*qui hic cum tribus
illis Sanctis cœmitis jungitur*) magister quoque sauci-
monialium, itidem ut B. Robertus. *De eo Iounnes
Baptista Souchetus Carnotensis Canonicensis in Observa-
tionibus ad cap. xi Vita B. Bernardi pag. 187* ita
scribit: Fuit Radolphus primum Hennionis asceterii, quod nunc S. Jovinus de Marnis in Pictoribus dici-
tur, monachus; deinde eremi cultor; ad extreum director et procurator (*quo nomine etiam Robertus Arbressellensis in elenco codicis Cenomanici apud
Sirmundum in observationibus ad 47 caput, lib. 4
Goffredi Vindocinensis appellatur, pro fundatore*) S. Sulpitii monialium: apud quas bonitatem exiit
xvi Kal. Septemb. cœxxviii, et in ipsarum ecclesia,
magna sanctitatis opinione, situs est.

C 34 *Illa porro sanctorum virorum in solitudine, com-
moratio contigit post concilium Claromontanum, quod
anno cœxev habuit est: ante tamen Pictavense, quod
hoc. De hoc Ivo Carnotensis epst. 211 ad Radolphum
Remorum Archiepiscopum: Computaverunt euidentem
consanguinitatem alio tempore in predicta Curia
(scilicet Domini Papie, ut ante dixit) lugati Fulcomis
Andegavensis Comitis, et prologeverunt, cum accusa-
retur Rex Francorum Philippus, quod eidem Comiti*

*consanguineo suo uxore suam subtraxerat, quam
etiam illicite retinebat. Propter quam accusationem,
et patriti sceleris comprobacionem excommunicatus
est Rex a Domino Papa Urbano in Claromontensi
concilio. Et cum post factum divertitum prædictus
Rex esset reversus ad predicta mulieris consor-
tium, excommunicatus est in Pictavensi concilio a
Cardinalibus Joanne et Benedicto. Memini et alibi
Ivo illius cœudit: cuius Canones ad eum unum reci-
tat Baronus in Annalibus. Adfuerunt eidem concilio
B. Robertus de Arbrisello et B. Bernardus de Ti-
romo, ut in hujus Vita cap. 23 narrat Hauffenus: Per
ideum tempus, inquit, duo Cardinales Joannes atque
Benedictus, Apostolicæ Sedis legatione fungentes,
ad urbem Pictavum concilium convocarunt, in quo
ex Patres affluerunt: qui et Philippum Regem Fran-
corum, propter Fulonis Consulit Andegavensis uxori-
rem, quam in adulterio tenet, anathematis vim-
dicta percosserunt.*

D 35 Quia excommunicatione comperta, Guillelmus
Dux Aquitanorum, qui uaderat, totius pudicitias ac
sanctitatis nimicus, timeus ne similem vindictam
pro consumilibus culpis pateretur, nimis furor suc-
census, jussit illos omnes deprædari, flagellari, oc-
cidi. Quod ministris suis facere incipientibus, Pon-
tifices et Abbates luc illucque diffugunt, et ut tem-
poralem vitam refinerent, tuta latibula querere con-
tentunt. At vero Bernardus atque Robertus Orbres-
selensis, qui concilio intererant, fortissimi justitiæ
propugnatores, ac totius iniquitatis et injustitiae ex-
pugnatores, aliis turpiter diffugientibus, ita immo-
biles constantesque persistuerunt, ut nec ab incepto
excommunicationis desisterent; sed pro Christo
mortem vel contumeliam pati glorioissimum duce-
rent: et quamvis eis persecutores mortem non in-
tulerint, isti, quantum in ipsis est, martyrium per-
tulerunt.

E 36 *Souchetus ex Chronico Maleacensi apud Beslyum
citato, ista nota: xii Kalend. Novembris fuit con-
cilium, quod tenuerunt duo Cardinales Joannes et
Benedictus..... uni eorum Joanni nomine, apparuit
S. Hilarius, et dixit ei confirmando: Joannes noli
timere, viriliter age, eras ero tecum: et excommuni-
cavit Regem Philippum. Joannes Bouchet in An-
natibus Aquitanie parte 3 cap. 2 tradit, cum Rex co-
gerendum Pictavis concilium didicisset, a Guillelmo Duce
Aquitaniæ et Comite Pictavensi agnato suo petuisse, ne
in urbe sua talera sibi injuriam inferri poteretur: man-
dusse illico Guillelmum, ut urbe Legati ceteraque An-
tistites illico excederent: unum e Legatis spatum deli-
berandi postulasse, eique nocte inseguente S. Hilarii
apparuisse, et ne minus Ducis terroretur monuisse, ei
enim se adfuturum: Dicem, cum ei Legatus postridie
hoc reluisset, permisso ut pro arbitrio cuncta perfice-
ret. Idem apud Baracum et Boucheto narratur, et in
Notis ad concilium Pictavense tom. 26 Conciliorum, ut
edita Parisiis sunt ex Regno typographio. De eodem con-
cilio agitur in fragmento historie Francorum tom. 4
Chesnay, sed nulla ibi mentio apparitionis S. Hilarii.
Dux ille Guillelmus, cuius hic mentio est, pater fuit
Guillelmus, quem S. Bernardus Clavarallensis a schis-
mate ad deferendum legitimo Pontifici obedientiam re-
vocavit. De patre egrimus x Februarii ad S. Guillelmi
Eremitæ Vitam § tertio ac postea de filio.*

F 37 Erat illus eueniui Pictavensis tempore B. Ber-
nardus Abbas monasterii S. Cypriani juxta Pictavos. Robertus
abbatum de Rota fonsam jam dimiserat, aut
certe mox dimisit, ut et Bernardus suam. De hoc Gau-
fridus cap. 24 *Vita eius*: Excessuans amore pauper-
tatis ac solitudinis, ad secretum eremi, a quo frau-
dulenta violentia abstractus fuerat, redit, et men-
tem suam, quæ ibi remanserat, invenit. Qui Domino
Roberto de Arbrissello atque Vitali de Mauritionio,
quorum jam superius mentionem fecimus conjunc-
tus, Galbianas regiones nudis pedibus peragrabant:
in villis castellis atque urbibus verbum Dei prædi-
cabant, homines ab erroribus vite suæ eruentes,
quasi validi ac robustissimi arietes Divinae potentiae
viribus adjuti, muros infidelitatis atque vitiorum
impellentes confringebant, corda hominum ab errore
cadaverum rerum evellebant, mala eorum colloquia
bonos mores corripientibus destruebant, malorum
operum negotias disperdebant, totius iniquitatibus
coadulcitate congeriem dissipabant, virtutes, Deo anc-
tore, cordibus eorum inserentes plantabant, et plan-
tatas exemplo corroborantes adjudicabant: et quam-
vis mortuorum cadaverum resuscitatores non essent,
quod magis est faciebant, id est, animas in peccati-
tis mortuis vivificabant, et vivificatis Deo veræ vi-
tae conjugabant. Talia igitur signa facientes, quam-
doque simul, aliquando vero singulatim diversas pro-
vincias circumabant: quibus, machinante diabolo, tri-
bulationes non deerant.

G 38 *Idem scriptor cap. 42*. Dum igitur Bernardus
monasterium suum adficaret in Franceia, Robertus
Arbressellensis suum construxerat in Aquitania,
Radolphus

*nec mortis pa-
riculo moriu-
tur,*

*uti nec Legatus
Apostolicus,
qui a S. Hila-
rio in somnis
confirmatus*

*E Regem excom-
municatus.*

*B. Robertus
cum BB. Ber-
nardino et
Vitali, per
Gaufridum
prædicat,*

*maximo
fructu,*

*quasiquo in
raculoso:*

A Radulphus Fusteiensis in Britannia, Vitalis vero de Mauritio suum fabricabat in Normannia: quorum superius arbiter, longe a se positos, et in diversis regionibus separatos manere voluit, quia tot et tanta unusquisque illorum monasteria construxit, ut una eos regio minime caperet, una provincia congregationibus ab illis adunatis, minime sufficeret. Ita ille, *Conditum a B. Bernardo monasterium SS. Trinitatis de Tironio in Carnotensi est dioecesi. Fontis Ebraaldi, ut antea dictum, ultra Ligera, qui limus Arctous est Aquitanica. Saviniacum in Abrincensi dioecesi, extrema Normanniar ora, Cisterciensibus deinde institutis auctiuncta a Venneribili Serlone, cum aliis xxvii, idque anno CCCLXII. Eugenii in Pontificis Max. auctoritate. Rudulphus S. Sulpiuti canonum sanctimonialium apud Reulonum construxit. Euunur singulatim Souchetus, in Observationibus ad dictum XI caput Ganfridi, monasteria omnia quae a Saviniaco, quaque a Tironio, et Fonte Ebraaldi dependent.*

§ V. B. Roberti miracula.

Veniemus nunc ad miracula. Recte auctor Glorie B. Roberti, in ipso principio opusculi: Commendarunt ejus sanctitudinem Summi Pontifices, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Historici varique scriptores: qua sit in existimatione sanctitatis, testatur qui sacris reliquiis habetur honor, et veneratio: testantur etiam Miracula.

40 *Baldricus Episcopus sola ea videtur vel perspectu habuisse vel publicare valuisse, quae in animarum curatibns facta ab eo erant miracula: Exprimat quis, inquit in Vita quid senserit: ego audacter illico, Robertum in miraculis copiosum, super diemones impersosum, super terrenos Principes gloriosum. Quis enim nostri temporis tot languidos curavit, tot leprosos mundavit, tot mortuos suscitavit? Qui de terra est, terrena loquitur, et miracula in corporibus admiratur: qui autem spiritualis est, languidos et leprosos, mortuos quoque convaluisse testatur, quando quilibet animabus languidis et leprosis suscitandis consultit et medetur. Denique (ut omnium pate dixerim) per quem Pastorum tot locutus est, tot operatus est Dominus? His consonat, qua § superiore, num. 37 de B. Roberto Beatoque Bernardo a Gaufrido scripta retulimus, mox quid eos fecisse, dum animas in peccatis mortuas vivificabant, et vivificatas Deo vera vita conjugebant: quam si corporum C morbos gravissimos ne rubore persanissent.*

41 *Quod vero optari miraculum illustrius potest, quam Ordo religiosus præclarus ab eo institutis conformatus, itaque dilatatus, nt eo superstite capitum tria millia censerentur, cœnobia trinaria et, quod caput est, post tot secula constanti florens opinione sanctitatis; non sine manifesto Fundatori sui apud Deum patrocinio? Memini ante annos circiter XLIV cum apud Matthiam Horum Archiepiscopum Mechlinensem ac Belgum nostri Primatum sermo inuidisset, de B. Ignatio Societatis nostræ parente in Sanctorum tabulas riferendo, et dixisset nonnemo ut ea res perageretur miracula proferri debet; dixisse superterrimum illum gravissimumque Antistitem, non alia se miracula desiderare præter ipsam Societatem ab eo conditam: se ampli Archiepiscopatu[m] proventibus, Principum Alberti et Isabellæ Iustriacorum favore, secundis Clericis emununque Ordinum studiis subnixum, tal annis in seminario erigendo laborare; cum ille nullus fortuna presidus, nulla Principum gratia aut conmentatione fatus, exiguo tempore, tantam religiosorum hominum congregacionem instituit, viderique optimis firmatau[re] legibus, ad ultima terrarum propagata, uberrimos afferenter fructus. Idem profecto de Fontis-Ebraaldi Ordine deci merito potest; neque coalescere tantillo tempore potuisse*

hominis unius industria, sine pecuniali auxilio numinis; D neque tamdu rigore in eo studium perfectionis, nisi AUCTORE: R. caro receptus Fundator, illius identidem eum gereret, sunta excitarat celesti ope desideria, labores proveret sanctimonialium iusta ac monachorum.

42 *Nun defuerunt tamen etiam ei Roberto quæ mortales præcypue suspicere solent, externa miracula. In Gallicani Martirologi Corollario ita de eo scribit Andreas Saussinus: In omni sanctitate consummatus, apud Ursanum monasterium teliciter expravit, sicut postea clarificatus divinis, quibus etiamnum coruscat. Jacobus Rinaldis in Liliis Galliae sancta supracitatis: Ab Ursonio cœnobio, pugnis et victorius suis debitas accepturus coronas, in colum abscessit, dum hic triumphat in miraculis. Nec mirum a Baldrico quæ post B. Roberti mortem contigerint, miracula nulla communiorari, cum brevi post ejus decepsum temporis lapsu spatio Vitam ejus nimis quam succincte collegerit. Audens vero illa fere sedum proscriptus est, quæ extremo tempore Robertus yessit. Speciem non vanam habere miraculi visum Leodegaro Archiepiscopo ut ipse supra § 3 num. 27 testatur, quod corpus ejus, licet nullis aromatibus conditum, nihil tetri odoris exhalat, etiamsi multis diebus examine remanserit. Quod certissimum est, inquit, insignis ejus sanctimonie argumentum.*

43 *Recentiora quædam narrat Niequetus in histori Fontichrafensi: atque hoc quidem ex lib. 1 cap. 36 primum fact ut diximus, cor B. Roberti in templo conubii Ursani pyramidi marmoreo impositum, tres alte pedes, quo clivum tu visitur altari primario ad corum Evangelii, ut rovent, satis propinquia, ad templi partem. Non tamen integra nunc est: anno enim CCCLXII cum Due Bipontinus cum Germanicus epus ad hæretorum auxilia remisset in Gallum; quidam ejus miles eam confingere cupiens, iictibus aliquot contundit. Neque defut est, ut celestis vindicta: excitate percutitur sacrilegus, et, ut quidam templerunt, brachii alterius rigore. Sed max velut translata in unum lumen, cur ea sibi inficta sit pauci agnoscat, flagitium detestatur, et unde ul orum erat, hæresim: rovet noveniales illuc peragen das in precibus excubus: atque his finitis illi restituitur evidentia facultus. Ita membrum etiamnum Ursani inde, qui a parentibus suis, testibus oculatis, acceptum.*

44 *In eadem Ursuensi xile anno CCXXXIX, ubi B. Roberti cor asservatur, (quid populus Cor sanctum appellat, et magna frequentat et veneratur pietate) cœpere Missa de sanctissima Trinitate celebrari, quibus E gratias agerentur Deo pro eximis donis sancto illi viro devinitus collatis. Tum vero suarissimum odore ultrò eadem completa est ades, celesti quodum et invisibili suffit, Palam id testata ejus conobis sanctemoniales, quorum apud Niequetum lib. 2 cap. 13 expressa numina, suavis odor ad ac Hugaultius medius atque alii, quibus intra septu[m] monasterii oil infirmarum curantibus ingredi fas est, Eundem indutus percepisse se Ludovicus Perierius ordinis ejusdem Sacerdos, tum Ursam eorum sancto illo altasque Cor Sanctum, post diec[u]d vium recipit: Roberti reliquias haberet, testatus est.*

45 *In eadem Ursuensi monasterio Sorori Gabriele d'Assy brachium utrumque paralys dissolutum fuit a Decembri anu CCXXXIX ad meus omnino quinque. Plurima admodum medicamenta, irrito labore. Tandem paralys, feru secunda Poschar, die xvii Aprilis, placuit horis xl assiduis fieri preces, quibus Divina bonitas ad succurrentum infirmar, eoque modo manifestandom sancti Fundatori gloriam flecteretur: sumptuque ab omnibus cum in fiuum suera Eucharistia, Gabrieles restituta divinitus sanctas est: idcirco omnium earum, medicisque suprascripti testimonia confirmatur.*

46 *Joanna Moussie Ursuensi religiosa sinistram maximum tetrum carcinoma, nucleus magnitudine, mensibus*

singuli in
diversis
provinciis
proprium
Ordinem
existunt.

B. Robertus
illustratus
miraculis,

non volum
spiritualibus

in animarum
curatione,

atque Ordinis
Institutione ac
mita propaga-
tione,

et constanti
hæresi que
pertinet;

externis
sed oitis
corpus ejus
exanimediu
non male olet:

E

miles hæ-
reticus violans
ejus reliquias
percutitur

coverius,
post diec[u]
vixum recipit:

Robertis
reliquias:

illius ope
curata
paralys,

AUCTORE I. B.

*A*bus aliquot exeruerat. Implorata identidem B. Roberti ope, nulla postrema adhibita medicina, festo omniuum Sanctorum, anni circosannxvi, resedit malum, omnino que eranuit. Testato il ipso, ac medicus.

febris mali-
gna,morti alli-
c.ANIMADV.
PAP. 61de quibus
publica
simplicia infor-
matio.

47 Anno circosannxvii Caudenei in Borbonio Henricum Assum aucta febris per ad extrema deluxerat: frustra erat ars omnis medicorum : matris Margarite Lassaigne aurum subit recordatio miraculorum, que fieri B. Roberti meritis dicerentur : vatum ei nuncupat : momento remitti febris, reliquie puer salutis.

48 Concludam hac caput verbis hisce, que in Gloria B. Roberti pag. 49 leguntur : Quam multi vero varijs morbis liberati, Servi Dei invocatione, aut aliquo ad ejus sepulchrum exhibito culto, vel hausta fontis aqua, cui nomen a S. Roberto, videre est in Informatione facta anno circosannxvii mense Junio, monasterio Fontis-Ebraldi, auctoritate Illustriss. et Reverendiss. Domini Episcopi Pictavensis. Et quoniam jam apud sanctam Sedem Apostolicam urgetur ejus Canonizatio, pergit Deus mirabilibus signis servi sui prodere sanctitatem.

§ VI. Refutatur epistola sub nomine Goffridi Vindocinensis Abbatis contra B. Robertum confusa.

B. Robertus in
epistola muni-
ne Goffridi
Vindocinensis
edito.accusator de
natura cum
feminis fami-
liaritate, ac
temeritate.adversus alias
asperitate.

Priusquam B. Roberti Vitan a duobus coevis scriptoribus editam preferimus; maculam unam, que posset universa, et que jam memorata sunt u nobis, et que in Vita memorabuntur, illius decora affusare, sentio hic obter detury apertore. Ea aspersa est ex probroso epistola, que in libro 4 Epistolorum Goffridi Vindocinensis Abbatis numero quadragesima septima extit, hoc titulo: *Goffridus Vindocinensis monasteri humili servus, suo in Christo multum dilecto fratri, servare modum discretionis, et terminis, quos patres possebunt, esse contentum. In ipsu deinde contritu epistola: In nullo agere, praefer in quod est agendum, est Angelica perfectio: quam habere minime potest, quādūdū hic sumus, nostra conditio. Dum igitur non habemus perfectionem Angeli, nullatenus habeamus presumptionem diaboli. Hec idcirco, venerabilis frater, proposunimus; quia te tabe egisse, et uñhuc agere, fama discurrente sinistra audivimus; que si vera sunt, ut nulla excusatione illa defendas, sed cum omni festinatione corrīgas, tuam simplicitatem germane caritatis visceribus commōdemus. Audivimus enim, quoniam circa sexum formineum, quoniam regendum erasti, duobus modis, altero alteri prorsus contrario, te ita sollicitum reddis, quod modo in utroque modum discretionis penitus excelis. Formularum quasdam (ut dicitur) nonis familiariter tecum habitare permittis: quibus privata verba saepius loqueris, et cum ipsis etiam, et inter ipsas nocte frequenter eulage non erubescis. Hinc tibi videris, ut usseris, Domini Salvatoris dignus baglare Crucem, cum extinguere conari male accensum carnis ardorem. Hoc si modo agis, vel aliquando egisti, novum et inandium, sed infructuosum genus martyrum invenisti.*

*30. *Ic quibusdam in eundem sententiam interjectis, hec adduntur: Tu quidem in mundo quasi montem excelsum ascendisti; ne per hoc in te linguis et oculis hominum convertisti. Ergo stans in monte, vide no corras: hec per martyrium Martyribus sanctis penitus ignotum, religiose vita principio notam famam derelinquis. Nulla etiam tua actione mundo, qui pene totus te sequitur, suscites scandulum. Nam feret tubi damnatio gravior, ruina plurimorum. Miserum ipsib[us]dam, sicut fauna sparsit, et nos ante diximus, saepē privatim loqueris, et carum accentu novo quodam martyri generē cruciaris. Illis siquidem te semper sermone jocundum ostendis, et ala-**

crem actione, omneque genus humanitatis exhibes, D nulla servata parcitate. Aliis vero, si quando cum ipsis loqueris, semper locutione nimis durus appares, nimis districtus correctione: illas etiam fame et siti ac nuditate crucias, omni relictā pietate, etc. *Ac tandem epistolam ita scriptor concludit: Vale, et nos tuorum sanctorum precum, suppliciter precamur, participes effice.*

51 Ea omni tempore daemonis rufrities fuit, ut quos uideret viro, præstantes virtute ac scientia, ad aliorum simul procurandam salutem incumbeat: neque ullis ipsius circumveniri fraudibus, revocarique a proposito collende et aliis incutenda pietatis posse: ita infamiam aliquam inuere conuertat, doctrina eorum aut moribus in suspicione adductis: ita futurum ratus, ut si quæ erroris aut etiam ignorantiae opinio, si quæ cupiditas, si quæ libalinus, aut certe levitatis, excitata foret; continuo spernerentur, vitarentur, et quæ antea seminarant salutaria consilia abhicerentur. Nihil opus est id exemplis confirmare, quando Christum ipsum, sapientiam aeternam, omnis sanctimonix auctorem, nefarii homines inuolutum esse ac blasphemum, et demonum opera ad faciem uiracula uti joactarnut.

52 Præcipue tamen si quis feminis ad sanctiorrem uita informandis operum natura expertus; infamia eum turpitudinis aliujus notare satagit dæmonus hoc in uer- E goto uulnifistri. Num cum sint feminæ natura magis reverendæ ac timida; illico, si quid tale audierint verebuntur, ne subdolis sermonibus vel pudori suo sensim labes inferatur, vel honestati certe nominis probrum conciseruntur. S. Hieronymus summus ille et castissimus doctor, quod quibusdam multron ac Virginibus Romanis, quarum erat eximia in studio pueratis sedulitas, sacras Scripturas expoueret; traductus est a multis ut horum parum pudicus, præcipue cum ea luxuri pompsique seculi mutuorum remississent. Testatur ipse et refellit inuidorum hoc in genere calumnias epist. 99 ad Asculum ubi hanc inter alia scribit: Pene certe triennium cum eis vixi. Multa me Virginum crebro turba circumdidit. Divinos libros, ut potui, saepē multis disserui: lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatetem, familiaritas fiduciam fecerat. Dicant quid unquam in me aliter senserint, quam Christianum decebat? Pecuniam cupusquam accepi? munere vel parva vel magna non sprevis in manu mea: es alienus insomni! obliquus sermo, orulus petulans fuit! Nihil mihi aliud objectur, nisi sexus meus: et hoc numquam oblicitur nisi cum Hierosolymam Paula et Melania proficerentur. Ac paulo post: Antequam domum S. Pauli nossem, totius in me urbis studia consonabant: omnium pene iudicio dignos summo sacerdotio decernebar. Beata memoria Damasus F meus sermo erat: dicebar sanctus, dicebar humilis et discretus. Numquid dominum alienus lascivioris ingressus sum? Numquid me vestes serice, intentes gemme, pœta facies, aurè rapuit ambitio? Nulla fuit abha Roma matronarum, quæ meam posset edomare mente, nisi lugens, atque jejunans, squallens sordibus, fetibus pene excavata, quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem Sol saepe deprehendit! Ucijus canticum psalmi, sermo Evangelium, delicia continentia, vita jejunium? Nulla me potuit alia delectare, nisi illa, quam manducantem nunquam vidi! Sed postquam eam pro merito castitatis venerari, colere, suspicere copi, oianes me illico deseruire virtutes! O invidia primum mordax tuu! o Sathanæ calliditas semper sancta persequens!

53 Si ejus antem ejusmodi mystagogi ita publice probata est virtus, ut nulla in eum flagitiis uide suspicio possit: aliquip communuscuntur improbi homines, quo notam illi aliquam saltem temeritatis, nimisque sui fiducie, impugnant. Notus ille in nostris annualibus reli- giosissimi

A giosissimi ordinis professor, qui cum parum æquo in nostros homines esset animo, nec ferret totius populi sermonibus corum celebrari integratatem, et circumspectam cum omni ordine et sexu conversandi rationem; sparsit in vulgus, eos peregrinæ enjusdam herbe præsidio libidinis motum reprimere. Atrocius fuit, quæ in sanctissimum virum Robertum de Arbrissel, enjecta calunnia est, vel dissipatis per ora hominum sinistra rumoribus, vel conficta, sub Goffridi vari gravissimi nomine, quam diximus, epistola. Aut hujus auctor epistola, se ra quæ scribit, fama discurrente sinistra audivisse. Qui vero potuit ea discurserre fama, cum ita arete ab aspectu, etiam religiosorum ejusdem instituti, arcentur sanctimoniales, ut ne quidem Abbatissu, Decana, Priorissa, si morbo correpta confiteri velt, ad lectum accersere Sacerdotem possit; sed his verbis in constitutionibus præscriptum sit, opus Nicquetum lib. 3 cap. 12, ut quæcumque illa sit, ad Capellam transportata, ibi confiteatur et communicetur, et communicata, egresso Sacerdote, ad lectum reportetur. Qui ergo ad eas sic conclusas arcedere Robertus, vel ipse aut cum poterant? aut cui credibile sit, qui tanta cura eorum consulere voluerit pudoris securitati, ipsam cum us etiun noctu versatum esse?

54 Si porro et late fama manarat, ut usq; in Carnutes ad Goffridum pertingeret, quomodo non ad Pictavensem Episcopum vicinum perverunt, effervescit ne Robertum ita inculeare apud Pontificem commendaret, aut etiam in sua diocesis toleraret? Quomodo non ea dea fama alio quopiam modo aulum Pontificis afflavit, ubi raro ignorantur res ex, quæ de viris Ecclesiasticis, presertim non longe summotis, censura dignar narrantur? At non illi tanto favore Robertum esseut proscuti, non tam amplis privilegiis ordinum ornassent, si quid simile ipsis vel leviter suboluisset. Non tanto numero hinc se ordini addixissent honestissime mutrunc ac Virgines, si quid tale occulisse enquam audissent: non ei adhaerere tot viri pri voluissent, si se sensissent ejus exemplo in tales coupi illicebas. Quil sancte ejus sodales Bernardus et Vitalis? Et præcipue fratres erudiendis tradidissent, velut precurvae ad eam rem industria divinitus dotato, si tante imprudentia vel impudentia potius, obnoxiam essent suspiciti? aut non ad illos quoque fama eadem perverisset, atque e suis eos monasteriis excivisset, ut illi in faciem resisterent? Vere enim reprehensibilis fuisset, si tale quid tentasset. Spiritus pietatis ac timoris Dei qua ratione accendi forsanque poterat in mulierum animis, quas plurimas e peccatorum cœno extraevit, si non quin longissime vas ab omni abstiuerat ejusmodi delinquentem? Faressant igitur pli Beliat, si quæ, etiam per jocum, du viro sanctissimo tale quidquam dicerunt. Nec reor quemquam Christianæ disciplina adeo rudem, qui ista viro pio ac sapienti venire in omnium potuisse existimet.

55 Quid ergo Goffridus, cur tanto pondere verborum amicum reprehendit, si non credidit? Cur non potius scriptus, se probrum ejusmodi inuidisse, sed credere non potuisse? Non inferior, viros quoadam zelo vehementi prædictos etiam alioquin doctos nonnumquam quæ conficta sunt in piis homines errant, etias ab uno illa alteriore solum audierint, usq; fidem tribueri; aut saltem, quia metum ut vera sint, gravissis undis commoveri. Possem, nisi reverentia, quam debemus religios.e antiquitati, retinere, proferrere nouillos, qui vel unius relationi, etiam falsa, vel temere exaggerata, violentum in quodam stylum contorsere. Ad hic etiam scriptor humani aliqd passus, et petulantis alienus hominis dictum, latum discurrerent vocari. Asperior certe nouillius virus,

56 Dicam plane quid sentia. Non est ea a Goffrido scripta epistola: nec tempus facile ostendit quisquam, quo scribi ab eo posuerit, aut a Roberto ansa, ut scriberetur præberi. Tempore Urbanu II ita Roberti secundu cum

summa pietate conjuncta, secundis hominum sermonibus celebrabatur, ut enim ad se idem Pontifex accersierit, concurari coram se Andegavis ad infinitum prope multitudinem hominum jusserit, ac deinde Apostolicum Prædicatorum constituerit, sive, ut Baldriens ait, secundum a se Dei Seminiverbum. Non ergo adhuc sinistra illa de Roberto fama Goffridum afflavit: oligquin pro summa sua cum Pontifice familiaritate admunisset, ne tanta auctoritate hominem armaret, enjus in publicum ita periculosa esset conversatio. Et qui poterat, id tunc ad eum, ab eo ad Pontificem deferri crimen, cum needum ulle firmitate Robertum consecotentur: ac ne probris quidem post annis, quando abbatiam instituit et rex Roteusem Canonicorum regularium?

57 Habitum tempore Paschalii II, anno circ. uti ante diximus, concilium Pictavense: Nec multo post (ut ad epistolam 32 lib. 4 ejusdem Goffridi, notat Simondus noster ex Chronico Turonensi) abbatia Fontis-Ebraldi in Pictavensi diocesi fabricatur. Ego umrum tempore, dices, id, si non gestum a Roberto, sparsum certe est, et Goffridi rrlatum; cum needum sanctimoniales ita essent arcte conclusa. At non erat, quod tune ad Robertum scriberet Goffridus, qui ipse frequens erat in Fonte Ebraldi, etiam prius quam ita claustrum includerentur sanctimoniales, ab aspreribus virorum peritus summotus. Testatur ut ipsumet rodem lib. 4 epist. 32. Quid vobisum, inquit, in Paschate non fui, nostri corporis infirmitas causa extitit. Gibbus eniu milii eredit in dorso, unde me secari oportuit. Et quamvis inter manus et lacrymosas voces dilectorum Deo sanctimonialia de Fonte Ebraldi, rasoio scribente in nostra carne suas litteras, corpus nostreum infirmitate pariter et vulnere non mediocriter fatigatum teneretur; nec infirmitas, nec secatis crudelitas, nec statim impositi salis asperitas, ut vos vel ad momentum obtutisceret, facere potuit. Tum famularis erat in Fonte Ebraldi Goffridus, ut illic resarciri sibi gibbum rellet, sub ipsa monasteria, ut reor, exordiu, cum et ministerium impendisse sanctimoniales dicantur, quas et Deo dilectas appellat. Cur non tunc Dic quoque dilectum Robertum monachus, si quid de illo, quale dicitur, mandaverit? Cur necesse erat tam acrem epistolam mittere, atque ut posterius quoque innotesceret, in adversarius eam asservare? Idem lib. 4 epist. 24 venisse se ad Fontem Ebraldi scribit, ut cum Episcopo Pictavensi illic colloqueretur. Epistola dividit se ultra Fontem Ebraldi progressi securè non posse. Ergo illi frequens, ac famularis erat, non sanctimonialibus mangi quam Roberto.

58 Neque videri vnuquam potest, posteaquam Ordo jam fundatus, sisque legibus formatus erat, in scripta epistola: qui enim cum Roberto et sanctimonialibus idem Goffridus sanctissimam tunc tune sororitatem coluisse; cum potius tum illum tum ipsis, propter tantum temeritatem, evolutumque si non pudorem, pudoris certe mitorm, oversari debuisse? Habetur autem ea societas in Chartulario majoris monasterii Fontis-Ebraldi, charta 27, hæc formula: Notum facimus ita futuris sicut praesentibus, quod Donatus Goffridus Abbas Vindocenensis, ante omnes, et supra omnes Abbates, hujus loci qui Fons Ebraldi dicitur, familiaritatem habet et beneficium: et cum ipse obierit, per singulos annos ipsi solemniter celebrabimus anniversarium. De Fratribus autem Vindocenensis monasterii, de quibus breve habuerimus, tantum faciemus quantum pro nobisvntipais. Ipse vero Donatus Abbas partem telonei, quam apud S. Florentium habebat de sale, nostro monasterio donavit in perpetuum et habendam concessit. Facta sunt haec in Capitulo Fontis Ebraldi, praesentibus Donatu Goffrido Abate Vindocenensi et Domino Roberto Magistro nostro, anno circ. Indict. vii.

59 Satisne jam manifestum, non potuisse eam vel facili-

D
AUCTORE I. B.
saltuum ante
ann. 1100.

non statim
post eum
annum,
sub initium
ordinis:

E
invenimus
verbet ipse
frequens in
Fonte-
Ebraldi?

F
non adulto
videm, qui
cum ea an.
1114 Socie-
tatem iusti;

tali in B. Ro-
bertum con-
petet aliam.

refutatur ex
constitutioni-
bus Ordinis.

favore erga
cum Episcopo-
rum.

et Pontificum,

plurium ad
cum accessione

et pietate;

en epistola
aucto Goffri-
du, forse
nimis credu-
bus?

nem potius,

AUCTORE I. B.
nec est ea
epistola in
MS. Codice
Vendocinensi:

A mom sparg de Roberto, vel epistolam scribit a Goffrido? Ac ne in monasterio quidem Vindicensi, in codice MS. opusculorum et epistolorum Goffridi, ipsiusmet loci Abbatis, ea extat epistola: quid testis sunt ne propri manu subscriptiorum, Prior ac Subprior ejusdem abbatis, rogante Excellentiss. et Reverendissima Joanna Baptista de Borbonio, majoris monasterii, totusque Ordinis Fontebradensis, ut ante diximus, Generali Abbatissae; servaturque in archivo ejusdem monasterii. Cum vero hic agatur de insigni calumni, quae impingitur sanctissimo Fundatori, itaq; et toti Ordini; mirati sunt multi P. Jacobum Sirmoundum nostrum, cum Goffridi epistolas aliaque opuscula edidit, e duobus MSS. codicibus, uno monasterio Cenomanensem N. Petri de Cultura, altero canobii F'indicensi, non saltem annotasse, in hoc eam epistolam non haberi: unde minimum subversi lectori dubium posset, eam vere Goffridi non esse. Fautet ul quidem, se in editione epistolorum Goffridi præcipue secutum esse codicem Cenomanensem, quod in Vindicensi non omnes rectarent. At nos hinc coniuramus, eum qui Cenomanensem codicem primus conscripsit, uniuersi collectas, quae Goffridi esse viderentur, epistolas, etiamque istam, qua uenient ipso præferret: in unum volumen redigisse. Ipsum quoque Jacobum Sirmoundum certo auctore dudici, non enim mihi cum rueret, quanquam frequens inter nos et familiare erat commercium litterarum, non tam in mehi tunc renit in memorem, ut eum de dia Goffridi epistola interrogarem sed ab alio vero sacerdrote clytravi e nostris uecti, minimo postea judicasse eum epistolam Goffridi germanum factum non esse, te matrius consumerata, per purusaque Petri Abaelardii, quam mox citabamus, epistola; ac deliberasse, si Goffridi opuscula denuo præto mandaret, eam i. pistolam expungere.

B 60 Quis ergo tandem epistole auctor? Suspiciuntur licet, cum in Concilio Pictavensi anno circ. 1120 fortiter pro anelitate Sedit Apostolica stetisset Robertus, aliquem e Philippo Regis subditus ideu illi iratum, hoc in eum sub Gratelmi Duce imperio in Aquitaniam degentem, virulentum scriptum contorboisse: aut ex sacro Ordine nouuinem iraventia astro percitum, quod ut in ipsa epistola aicitur, totus mundus post eum abiit, hanc afflictationem esse calamitatem. Certe enim ritum in pluribus canobis, ut loca antea citata queruntur Jacobus de F'uraco, restincta pietas, solitudo discipline erat; seculares vero Sacerdotes in Britannia, ut ex Baldrico colliguntur, atque in Normannia, ut Goffridus in Vita B. Bernadi scribit, (orsan et aliis) status sui dignitatem fecerantibus virtus iniquitibus: ideoque in Bernardi recentem consparvauit Normannus Presbyter, ac Presbyterorum (nam ita vocit) uxores. Potuit ergo quisquam ex ea genere hominum hanc in Robertum, nemini moribus suis dissimilim, exercitare calumentum.

C 61 Sed (quod et Sirmoundus sensit) verum ejus auctorē indicare mihi videtur Petrus Abaelardus epist. 21 ad G. Parisensem Episcopum; inquit Roselanus, sic Roseelanus, qui in concilio Suessensi anno circ. 1121. dominatus, scripta sua coactus est tunc tradere. De ea in citata epistola Abaelardus inter alia. Deo gratias resero... quod numero binorum hominum juu esso videbor, ex ejus infestatione, quem solis semper constat esse infestum, cuius tunc vita quanto disciplina omnibus est manifesta. Hie contra egregium illum præconem Christi Robertum Arbrostello CONTUMACEM ausus est Epistolanam continetur: et contra illum magnificum Ecclesie Doctorem Anselmum Cantuariensem Episcopum ideo per contumelias exarsit, ut ad Regis Anglie imperium ab Anglia turpiter impudens ejus contumacia sit specta, et vix tum cum vita evaserit. Vult enim infamie sue habere partipem, ut per infamiam honorum suum consoletur infamiam: nec nisi bonum odat, qui bonus esse non sustinet. **Hoc** Abaelardus, aliaque contra secessi hominis frau-

des ac fallacias. Itud præcipue expendendum, quod D Epistolam confictam scribat: quia non quocunque modo ea composita sycophantia est, sed epistolæ forma et quia sub alieno nomine, merito conficta dicuntur, non simpliciter scripta: ac fortassis neque Roberto superstite, neque ipso Goffrido, qui recessit anno 1109, sed postea, ut utriusque nominis macula inveniretur, quæ in contemptum totus Ordinis ac publicæ pietatis detrimentum redundaret; nisi flagitosi hominis natura reiecta ac suppressa fuisse fallacia: quam Abaelardus merito contumacem epistolam vocal, quod cum omnium sermonibus Ordinis innocentia, Fundatoris que sanctitas celebraretur, obstinatione quadam malitia, utrique impudenter obtreclaret.

NOT. 27

VITA B. ROBERTI

auctore Baldrico Episc. Dolensi,
ex veteribus MSS. Fontis Ebrudi edita Flexiae
an. 1109 et 1110

PROLOGUS AUCTORIS.

Baldricus, Dei gratia Dolensium Sacerdos, hec indignus, Ancille Christi a Petronille Venerabili, monasterii Fontebradensis E Abbatissæ, omnibusque ejusdem conobii sanctimonialibus sub ejus regimine, Salutem.

a

Nequaquam sine b te, imo ad erudiendum te, quæ sponsa Dei es, hujusmodi dictum opinor: Audi filia, et vide, etc. Audiisti siquidem, et re vera audiisti vocem ihus annuntiantis: Egredere de terra: et de cognitione tua. Egressa es de quibuslibet penatibus tuis: lares paternos aufugisti: seductoriae carnis illecebras, qua tibi blandebantur, abhorristi, et ad Fontem-Eurahli venisti: ubi fontem uberen, fontem predicationis, fontem religionis invenisti, et haussisti: Dominum videlicet Robertum, nostris temporibus singularem c Seminoverbum. Doctorem illustrem et eximium, verbis et operibus admirandum, B Roberti virum extollendum et imitandum. Illic aliquando Sorores inter demorata, et in sancta conversatione eruditæ, populum tuum et domum patriæ tui oblitæ, præcio Sparti sancto, Domino cooperante Roberto, in Abbatissam promota es: quamvis thalamorum inquietudini prius deservisses. Sanctæ siquidem Ecclesiæ necessitas et utilitas institutiones humanas, nec immorti, frequenter obnubilant. d Inaltavit igitur Deus in solium excelsum Te, et genti sue, e Paschal Papa collaudante, præfecit Te. Tali f' neque genus illa, gens mendica, gens pupilla, indigebat Mater. Tali, inquam, mulieres, accepit pro Deo duumtaxat paupertate, sustentanda erant procuratrices. Tu autem bene feceris, si te totam in eam procurationem extenderis: si te oneri suscepto, tamquam iumentum immolaveris: si te, velut omnium infimum autumnaveris.

b
Petronilla
Ps. 45. 12c
Gen. 12. 1d
Robert
disciplina,
autem conju-
gata,e
dein Abbatissæ
Fontis Ebraldi,

f

2 Prædictus siquidem Robertus viam Patrum nostrorum ingressus est: et, ut creditur, exuta mortalitate, immortalitatis stolam a Deo laureatus adeptus est. Quid autem in hujus recordatione potissimum sit, flere, an gaudere, diligenter discerni potest: cum flere pro absentia carissimi nostri nos cogat humanitas; et quia pro nobis interessurus ad aulam Dei nostri evolavit Robertus noster, nos gaudere jubent securitas. Quia vero nondum alterum horum præcipue faciendum novimus, ad utrumque interim nos extendamus, et in utroque ad hoc usque nos exerremus, donec de lacrymarum convalle pedentem erimus. Defeat igitur et delluat oculus noster, quoniam bonus facundusquis docto et amicus Dei a nobis recessit. Lactetur cor nostrum, quia Robertus

ut ejusdem
Robertus Jan
moris

A Robertus noster ab his mundi cœnulento exilio ad
incolumi nobis destinatum nos præcessit. Istius
conversationem, quoad in terris vixit, quam longe a
communi hominum conversatione remota fuit. Mater
carissima, parvitali nostra describendam præcepisti,
quatenus literarum tenori mudiarebatur, quo utili-
tati humanae fragilitatis olim quoquo modo consule-
rebat. Vestigia siquidem Patram si scripta reperi-
mus, multo libentius imitamur, quos pro nobis sup-
plicioutibus intercessores confidimus. Virgilianum,
seu Tulianum stylum hoc nimis opus expeteret.
Sarcinam grandem, et gravem imbecillitatib[us] nostre,
Domina Petronilla, imposuit: cum me et multa
mundi fluctivagi inquietet g procella, et maxime mi-
noris Britannie, in qua cum scorpionibus habito,
bestialis, geminique circumvallaverit ferocitas. De-
nique quonodo coloratau[m] legi scribendis tenebit,
quem nulla Salustiane situla stilla inquinat roravit?
Rogo, quo ausu temerario, quo ore hincle Robertum
virum sanctum et justum nominabo, multiplie su-
peronustus peccato? Ad ultimum quid dicam? Sche-
dukas mihi quasdam dediti, quo prope nihil de
Domino Roberto continebant, præterquam quod ip-
sum de Britannis nostris oriundum referabant.

B 3 Tamen enim recordor, quod Deus etiam immen-
ritus suam præstat gratiam, me audisse; et bruto
animali, asellie viuliebat, humane lingue officium
opificem summum ad horum præstissime, recolo me
legisse: non ambigo, quin ille qui linguis infantium
facit disertas, h[ab] illam mihi, non pro meis, sed pro
saepi nominandi Roberti meritis insuper facundiam;
qui et si voluerit per plumbam fistulam meam,
aquam limpidissimam etati successuram profuturam
diffundat. Attentabo igitur, Sorores sanctissime,
vestris orationibus, quibus me specialiter commendo,
coadjutus, de Magistro nostro, pro quo continuo sus-
piratis, modicum quid dicere: sed vereor, ne erra-
bundus vixit in via deficiam. Quo in studio si quid
bene dixero, dono Dei, queso, deputate; si secus,
quod pertimesco, vel astatu nostrar[um] decrepitæ, vel
manni tremulæ, vel miee sororilæ, seu conversatio-
ni meae in peccatis inveteratae tandem imputate.
Mementem tamen omnes homines, priuiter unum,
peccatis obnoxios vixisse. Valete.

C 4 De hac fuse agit Augustinus lib. 3 historie Fontebaldensis
cap. 2, cunctaque antea uox ipsius fuisse uicior[um] antiqua et illa-
tri familiæ de Chemiliaco, sive Camiliaco, evagolæ Chemille. —
b Cosmelli editio, sine rr. — c In utraque editio, alias Semini-
verbium. — d Aliud M. ut usus manut Cosmelli evalvavit.
f Punctus erat 12 Aug. 1039, ubi 22 Jan. 1118 — e Cosmelli editio,
maxime. It. — g turbella, inquit idem. — h al. chanc et mihi, ali-
adem.

CAPUT I.

B. Roberti ortus, studiu[m], archipresbyteratus,
publica scientiarum professio, p[ro]minentia.

G ratias agamus Domino Deo nostro, qui hue us-
que non destitit visitare nos, tanquam sol matutinus
oriens ex alto. Nec mirum, cum id ipsius Veritas
predixerit, cum id ipsum ipse Jesus in hæc verba
taliter promiserit: Ecce ego vobis sum omnibus
dilebus usque ad consummationem seculi. Si autem
nobiscum Deus est quonodo Emmanuel, quonodo
omnium opifex et rector inter nos otiosus esset?
Quonodo dies sine luce? quonodo ignis absque ca-
bre? critice glacies absque gelu? Sol absque splen-
dore? Et quoniam numquid et hisquani Deus esse
potest otiosus; dilebus tamen nostris coram nobis
operatus est manifestius, dum venerabilem Robertu[m]
de Arbrissello munlo dedit speculum, suffocato-
rem virtutum, propagatorem et educatorem virtutum,
omnium desolatarum et erronearum personarum
solamen et preambulum. Iste siquidem Robertus
Solis Orientalis radius, Lucifer irreverberatus, Prae-

dictator potestativus, Occidentalem orbis plagam
irradiavit, et ignorantie tenebras ore potestativo
defuscati.

D 5 Hujus admirabilem inter mortales conversatio-
nem, Ego Baldricus Dolensem a Metropolitano,
h[ab] indigena, sanctimonialium Fontebaldensium
voluntatibus acquiescens, stylo, quamvis impolito,
mandubam promulgandamque suscepit: quatenus
seculis futuris exemplorum illius odor redoleat, et
scholæ Christianæ doctrina ejus proficiat. Pluris
enim quilibet rerum gestarum historia materies
erit, quam lertionis series commendabit. Sopersunt
plurima de Roberto, calamo celebriori referenda,
quibus mea multum obest imperitia: obest etiam,
que ingenium meum obtundit, aetas annosa, et in
oblivionem versa senectus annula. Non igitur doc-
trinae litteratorie suffultus adminiculis hoc opus
aggredior, quoniam dumtaxat in Domino contido.
Sanctus igitur Spiritus obediens mee adminicule-
tur, et Domini Roberti mihi Sanctitudo suffragetur.
Amen.

E 6 De venerabili responsu Roberto, Spiritum
sanctum suggestorem veritatis imploro quatenus que
h[ab] rei digna sunt subministret, sine cuius adjuto-
rio ipsa Dialecticorum loquacitas muta est, ipsa Phi-
losophorum excogitatio obtusa est. Ut igitur ipsius
historie fundamentum altius revolvamus, qua patria,
quibus parentibus processerit, et quibus temporibus
effloruerit, succincte trinetemus: ut de singulis veri-
tati testimonium perhibeamus. Non enim aberrare
videbamur, si de ipsius origine primitus discipulatus.

F 7 Fuit igitur Beatus, de quo loqui disponimus,
Robertus, Christianæ professionis cohères et filii,
Britannie minoris alumnus, quam provinciam decora-
vit Sacerdos, b ex pago Rhedonensi oriundus, vil-
la, que vulgo c Arbrissellum uincipitur, indigena
et colonus. Pater autem ipsius Damalochus, mater
vero d Orguendis nominabatur. Ipse denique Robertus
ab ipsa pueritia, maturis manibus inolescere
coepit: nec enim, ut assolet, juvenis, aetatis illius
sequelatur lasciviam: sed nitidum, prout poterat,
amplexabatur castimoniam, et intrinsecus diligebat
mundum. Fugientes litteras per orbem persequi
videbatur, quoniam ab annis infantibus, litterarum
studii quas assequi non poterat, fuerat depu-
tatus. Perambulabat regiones et provincias irrequie-
tus, et in litterarum studiis non poterat non esse solli-
citius. Et quoniam Francia tum florebat in scholaribus
eundem mentis copiosior, fines paternos, tamquam exul
et fugitivus, exxit. Franciam adiit, et urbem, que e
Parisus dicitur, intravit: litterarum disciplinam,
quam unice sibi postulaverat, pro voto communam
reperit: ibique assiduus lector insidere coepit. Illis
exercitiis totus desordat: nec ob id conversationis
approbatæ observantiam prætermittebat. Inter con-
scolares quondam modicatae severitatis majestati
tem protendebat: et quod de se futurum erat, id
quibusdam iudicis evidenter significabat. Tunc tem-
poris Rex f Philippus, Regis Henrici filius, Fran-
cerum colonias regebat: et g Gregorius septimus
Urbis Romæ Papatum tenebat. Haec uice diximus,
ut quibus temporibus Robertus ex reverent et studue-
rit, patenter insinuaverimus. Reddebat etenim scho-
lasticis, quod scholasticorum erat, nec propterea se
Dei servitu minus coaptabat. Auspicabantur de eo
jam aliquid, qui cum noverant, quoniam intuebantur
in eo magnum quidam.

H 8 Urbs interea Redonis suo destituta i Patrono,
ad Deum reconversa, premisis precibus, k Silves-
tron quemdam elegit in Episcopum, quem et in orum
sinceritas, siue commendabat nobilitas: qui prout
erat sanguine generosus, generosior erat et meritis:
erat licet non multum litteratus, litteratos tamen inhi-
bit.

D AUCTORE BAL-
DRICO EPISC.

Vitam scribit
Baldricus,
a

ut pluribus
prosit:

E dicenda divi-
dit.

B Robertus in
Britannia
natus,

discit litteras:

F it Parisos

g

ubi uide,
ne probare
yest:

I k

ev calce
Redonus ab
D In eodem Dextri Chronico ad an. 360 num. 8 iusta legitur: Caprea in Vettinica sancti Martyres Felix, Fortunatusque coluntur. Tamais Salazar addit in Martyrolo. Hisp. hos Martyres Uxama-Barca ad Caparam urbem delatos, ibidem cultum promoveruisse egregium, donec urbe eversa, S. Fortunati caput apud Placentiam translatum, in hujus Cathedralis Ecclesiæ sacrario honorifice conditur. Idem Tamais in historia S. Epitaciū describat omnes reliquias Ecclesiæ Placentiæ, et pag. 400 asserit in primo ordine Reliquiarii ad partem sacrarii adservari capita S. Fortunati Martyris, S. Fridelini Confessoris, et alienus & Thelwisi Martyribus cum quatuor partibus reliquiis ignotarum. Verum inter tot sanctos Martyres, quibus Fortunati nomen fuit, non constat sacrum illud caput Placentiæ adservatum esse illius incertum, cuius Fortunati, qui fertur Caprea celebrem cultum habuisse, non etiam illius, qui supra fertur Uxama-Barca sub Gallieno passus, multo minus illius Fortunati, quem diximus hor xxvi Februario in antiquis Martyrologiis memorari. Intervicis pro Christo interemptum.

Cupul S. For-
tunati Placen-
tiaz: E

DE S. FELICE MARTYRE ALEXANDRIÆ IN AEGYPTO.

G. II.

dri, Nestoris. Sunt hi duo ex corona viii Martyrum, a quibus Martyrologium S. Hieronymi hunc diem suscipiat. Illus nonne additur S. Felix in MS. Aquiranensi, et reliquias verba ista, in Alexandria præponuntur, quod omisso etiam nomine Felicis fieri in Martyrolo. Rachenovensi monimus et soli Fortunato præponitur in MSS. Reginæ Sueciæ. In MS. Leodiensi S. Lamberti et S. Laurentii, huc legitur, Ipse die S. Felicis cum sociis suis: additur in Brabantensi: viginti et septem, sed quos ostendimus S. Fortunato iungi debere.

DE S. DIONYSIO EPISCOPO AUGUSTANO, MARTYRE, Commentarius historicus.

G. II.

AN. CHR. CCCII.
XXXI VERA.Augustus Vin-
delerorum,

Augusta Vindelicorum inter primas Germanie urbes est, quam recentiores scriptores autumenta Tacito de Germania situ cap. 41 splendissimam Rhetice provincie colonium appellarunt. Unam namque provinciam constituebat Rhaetia et Vindelicia, cum regiones in formam provinciarum ab Augusto Imperatore redigentur. Primus Cubilenustr Episcopus in Topographia Sanctorum Christi Martyrum, ante annos ducentos composita, et postea recu-

gata, ac cum Maurolyci Martyrologio edita, Augustum civitatem Rhaetia Vindelicorum cognominat et non fuit Episcopum sub Antonino Vero Martyrem. Enidem Augustanus adserbit Franciscus Irenius lib. xi Germanicus exegesos fol. 202. Verum Augustani inter suos Sanctos, Apostolos, vel Episcopos illum non ognoscunt, quod nullus inter scriptoris testimonium proferatur. Et forsitan S. Philippus Episcopus est, qui Gortinus in Creta

A *Creta temporibus Antonini Veri et L. Aureli Commodi Ecclesiam contra furorem Gentilium, et hiereticorum insidiastutatus, colitur xi Aprilis.* Ita scilicet *RETIA et CREA ob aliquam litterarum convenientium minus distincte: et res nounulla, quae in altera evenierunt, ad altrum ab imperitis translatæ.* Petrus Equilius in Catalogo, lib. 7 cap. 28, S. Afrom ejusque matrem S. Hilariam sororem S. Dionysii, ex Rhætia in Cretam insulan oblegat, his verbis: Aphra Martyr apud Cretam (lege Rhætiam) in civitate Augustana martyrium passa est. Hæc cum esset pagana et metrrix, matrem Hilariam de lenocinio vitam exigentem habebat. Ipsa vero cum tribus ancillis suis, videlicet Digna, Eumenia, et Eutropia se cunctis perterritibus prostituebat. Sed per prædicationem Narcissi Hierosolymorum Episcopiad Christum conversa, et cum omni domo et matre baptizata, utque a peccato conversa est.

B *Hæc ibi cum altero mendo, quod S. Narcissus Augustanorum Apostolus statuatur Episcopus Hierosolymorum, qui passim habetur Episcapus Genuensis in Hispania: de quo, et hujus famulis baptismus in Actis antiquis Conversionis et Passuum SS. Afræ, Hilariæ et sociarum Martyrum, ex antiquis MSS. cohæbus a Marco Felsero editis, ista leguntur: Per dies antem plurimos docuit eas verbum Dei S. Narcissus Episcopus: et baptizata est Hilaria cum filia sua Afra, et cum pueris suis, et cum omnibus amicis suis. Feceitque dominum Hilariæ ecclesiam: et ordinavit eis Presbyterum Dionysium, avunculum Afræ. Ipse autem Episcopus Narcissus, perfectis ordine rebus, post menses novem ad Hispaniam profectus est ad civitatem Gerundam; in qua multum populum Deo acquisivit per tres annos, et ita deinceps martyrii palmarum cum Diacono suo Felice attigit. Hæc ibi, que eodem modo in MS. nostro olim ab eodem Velsero accepto, et collato cum MS. retutissimo Claudio Puteani, leguntur. De S. Narciso re convenient, verbis discrepant, quæ in antiquis Historia Sanctorum anno 1483 et 1485 excusa leguntur: ante que tempora Boninus Mombrinus in suo de Sanctis opere Actu passionis SS. Afræ et Hilariæ edidit, et de redditu S. Narcissi ita habet. Ipse autem Narcissus Episcopus perfectis ordinibus post menses novem ad Hispaniam profectus est ad CIVITATEM SCAM, quæ vocatur Gerunda. Colitur S. Narcissus apud Augustanos et Gerundenses xxix Octobris, Martyrologio Romano inscriptis xviii Martii quo dñe Joan. Tannius Salazar in Martyrologio Hispanico cum asserit origine Scallathum, et Episcopum Braccareensem fuisse. Quod C suo tempore examinabatur: nunc ad S. Dionysium ejusque familiam revertatur.*

C *Sigismonulus in Chronico Augstantano anno ccccclxxxiiii scripta, atque a Joanne Pistorio inter veteres rerum Germaniarum scriptores publicato, Reginum Cypræ S. Hilariam crevit ac bella tum gesta addit, quæ Marcus Velsorus lib. 7 Rerum Augstant. Videle, tamen etiam nomine emendat: non tamen omnia abdere ausus, de origine huius familiæ ista tradit: Narcissus mulieris meretricis domo, omnium ignarus, receperitus est. Mulieri nomen Afra, mater Hilaria, Hilariæ majores Cypræ fuere. Hi Augstantum quacunque occasione delati (nam bellum, quod quidam inter Cypræ Atticæ Reges commenti nec extitisse, nec istis temporibus extare posuisse, nemo ali omni historie cognitione tam alienus quin perspectum habeat) Cypræ simul Veneris mysteria attulere. Quibus initata Afra matris consilio, patrini senta morem, Deum vulgato corpore coluisse. Excusus is Velsorus tractatus anno 1304. Editus deinde an. 1601 liber de Sanctis Augstantis, ac præclaris imaginibus illustratus, in quo exdem secundum Afræ et Hilariæ divuntur origine Cypræ, Venerem vulgato corpore coluisse. Idem*

postea tradidit Carolus Stengelin cap. 3 Historiae Augustanæ. At Bruschus de Episcopis Germanicæ cap. 8 ^D ^{VII} ^{a. 9.} plura ex Sigismondo suggestit, scilicet Dominaam Hilariam ejusque filiam Afram, Cyperi Reginas affirmari. Verum in summo antiquorum silentio non magis ex Cypro dicende valentur oriunda, quam ex insula Creta, quod ante rejerimus: et forsitan hæc a poeta quopiam, quod essent autistites sociorum Veneris, quæ Diva potens Cypri prædicta, ipse quoque dicta ex Cypro originem duxisse: adjunquaque oruatus grotia bella, quæ Velsorus expuncta maluit.

D *Sed Antiqua Acta S. Afræ consideremus, et quæ ad nostrum institutum sociant excepamus; ex quibus hec prima sunt: Fecit Narcissus dominum Hilariæ ecclesiam. Et orlinavit eis Presbyterum Dionysium avunculum Afræ. In MS. codice S. Maximini ultima ita habentur: Et ordinavit eis Presbyterum, Zozimum nomine, avunculum Afræ. Eadem leguntur apud Monbrantium. In antiqua Historia Sanctorum hac phusi efficiuntur: Dominum Hilariæ matris Afræ in ecclesiæ consecravit: Zozimum autem avunculum Afræ in Presbyterum eis ordinavit: abis sibi Clericis in adjutorium sumptis. Quæ Bruschus, Sigismundus secutus sic exprimit: Dominus Hilariæ fratrem Sosimum, præstanti ingenio, eloquentia iteo ac mediori doctrina præditum, ut ipse etiam Christum Dei filium rudi adhuc Alemannorum populo prædicaret, pie ac graviter aliquoties exhortatus S. Narcissus, facile persuasit. Hunc Sosimum non jam amplius Sosimum, sed S. Dionysium appellans, Dionysius Ariopagitæ conterranei ac compatriotæ fere sui virtutem, ac vite sanctimoniam, vel imitari eum, vel etiam superare volebat. Hæc Bruschus, forsitan ob conficta inter Reges Cypri et Atticæ conuentus bella etiam contiguous regiones esse Cyprus Syræ vicinum, et Atticam provinciam Graecie in Europa. Interim Bruschum describit Martinus Crusius par. I. Annalium Suevicorum lib. 3 cap. 9. Annalum tamen alibi inveniri, diversos Episcopos fuisse Dionysium et Sosimum: illum circa eccl Christi, hunc vero circa iœc per xviii annos, quem Berwulfus secutus sit. De priore, seu S. Dionysio, hic agimus: de quo relato S. Afræ martyrio apud Velsorum in hujus Actis ista sub finem adduatur: De Sancto vero Dionysio ipsius Afræ avunculo, quem novelle pluriplationis fidei B. Narcissus ordinavit Presbyterum, et plenius instruxit, quoniam specialiter scriptis non exprimatur: tamen non est dubitandum, quin ipsius gloriose Christi Martyris Afræ exequis tanquam Sacerdos et Pontifex interfuerit, et pariter cum sorore sua Hilaria, aliisque Martyribus, per ignem passionis palam victoriam suscepit. Hæc in Actis apud Velsorum, quæ desunt in MSS. Puteani et monasterii S. Maximini, opud Mombrantium etiam et in antiqua Historia Sanctorum anno 1483 excusa.*

E *S. Ceterum consentunt reliqui scriptores, ac primo Bruschus labores S. Dionysii ac martyrium illius enarrat: Sic Sosimus, vel Dionysius, Augustanis et Vindelicis Christum intrepidu voce duabus pene annis concionatus est. Cum autem reprehenderet veritatem idolatriam gentilitias, et contra status ethni corum deorum, solum et unum Deum, illum videbile est, qui trinus et unus esset, adorandum concionaretur; irruit in eum ac totam ejus familiam, in pias etiam Imper Christianismointiatas puellas, Afram, Dignam, Eumeniam ac Eutropiam, ac in harum omnium Leoninam ac formatricem Hilariam, Gaius tyrannus, Diocletiani Imperatoris ac Ecclesiæ Christianæ summi persecutoris Praefectus. Hanc totam, inquit, sancti viri Sosimi novam adhuc scholam et Ecclesiam ad supplicium rapiens, primum expeditissimis tormentis misere cruciavit. Postea cum nulla spes esset tyranno, redituros istos Christi Confessores*

Presbyter ordinatur S. Dionysius, etiam Zozimus dicitur:

exequitis S. Afræ adest

utolatriam oppugnat:

*in Creta mori-
fuit:*

*non vivere
SS. Dionysius,
Afra et Hilaria
in Creta:*

*nec conversi
S. Narciso
Hierosolyma-
no:*

*sed Gerunden-
n Martyre:*

*nec inducitur
origine Cypræ*

ACTIONE 6. 8

extra urbem
habuit ecclesiam.igual extinctus
Martyr obit:in persecutione
Diocletianum,
non Aurelianum,corpus in altari
depositum:anno 1238 ele-
vatum:

A Confessores ad gentilitas abominationes; statim ut interficerentur etiam omnes, apparitoribus suis praecepit. Hoc factum legitur auctum Christi circiter trecentesimum: et hunc Sosymin, vel Dionysium, sanctum Dei Martyrem, summo primum Episcopum, tota Augustensis Ecclesia jactat, predicit, et unanimi consensu constitutus. Habitarent S. Sosymin et ejus soror Hilaria extra urbem Augustanam eo loco, ubi nunc est templum S. Udalrici; in eadem vicinia, et agros et hortos etiam habuerunt. Unde hosque adhuc ejus tractus ades fere omnes S. Udalrici cemobio vestigiales ac tributariae sunt. Est hodie adhuc in Augustinae ejusdem Canonice sedibus lapsi cum hac inscriptione Sosymin primus. *Hec omnia Brunschus.* At Marcus Veserus Ecclesiam illam ex aliis S. Hilarie factam, asserit Philippo et Jacobo Apostolis, ut falso fert, sacramam. Ac relato S. Afrae martyrio, quod illatum arbitrat anno ccxxi, ista adhuc: Matrem et ancillulas ad ejus sepulchrum excubantes brevi postea igni quoque extintas prodidit, nec non Dionysium Episcopum eodem lethi genere interisse creditum. Demachares etiam in Catalogo Episcoporum Augustinorum hoc eum clavigra exornat: Primus, S. Sosimus, qui et Dionysius vocatus est, S. Narcissi discipulus, et ab eodem Episcopus constitutus, prefuit annis duabus. Hic quod unum Deum verum esse predicaret, quem coleret, et cui soli sacrificaret, ac Missie sacrificium offerendum verbo et exemplo, constanti animo defenderet et asseroret, martyrio decoratus a Gaio Diocletiano Imperatoris Ecclesie persecutoris Prefecto. *Hec ibi.* Persecutione Diocletiani fervente renuse S. Narcissum Episcopum Augustam, et in eadem persecutione martyrum pulnum S. Afram retulisse, hujus Acta clavis verbis exponunt: ut mirum sit Tamarum Salazarium ad xviii Martii propter auctoritatem, ut ad Flavii Dexiri, et Marci Maximi, opinari S. Narcissum anno ccxxvii sub Aureliano Imper. passum esse. At praevalere antiqua monumenta Fite S. Afrae alibi ostendamus.

B *Carolus Stengelius in Vita S. Dionysii, cap. 5 historiæ Augustanae edita, asserit* saecularium Martiris huius corpus cum reliquiis S. Quiriaci fuisse oblim uni edenique altari inclusum, utque ad annum usque ccxxvii et tempora Eginonis Abbatis in ecclesia S. Afrae, nunc S. Udalrico sacra, adseruntur. *S. Quarincus Martyr collit una cum S. Hilario et Augusti, utque ejus ultiorumque martyrum in sua co- runderem Auctorum describitur.* Deni temporibus Emanuiconis Episcopi, qui ab anno sexagesimo quartu ad septuagesimum septimum supra milleannum rexit Ecclesiam Augustanam, inventa est Digna Christi Martyr v. Iudis Iuli in area lignea, que nullum superposita est tumbe S. Dionysii, uti tristatur antiquus scriptor in historia inventoris corporis S. Afrae et sonorum, inter quas S. Dignum fuisse supra diximus. Postea anno Christi ccclvii, ut idem tradit Stengelius, apertum fuit altare S. Dionysii, et ante memorata sacra corpora inventa, atque in eodem reposita altari: quod ipsum allure, Episcopus Hartmannus, qui ante fuerat Dillingensis Comes, sub titulo hornum Sanctorum, Dionysii et Quirini, ac simul S. Hilarii consecravit. *Martius est Hartmannus anno*

ccccxxxvi. Contigit predicta elevatio, aut translatio D
iv Kalendas Martii, qui dies cultui S. Dionysii munus sequentibus temporebus sacratus, concessis etiam indulgentiis ab Alexandro iv, qui tam Ecclesie Pontifex Maximus prorovat.

C *Pastoralem Caroli iv Imperator fabulam argenteam deauratam dono misit, eni caput S. Dionysii includeretur, cum hac inscriptione ut pietatis plena, ita cultus et elegantiae inani:*

M. C. Ter numerato cum i., uno simili anno,

Carolus est quartus regnus hoc nomine dictus,

Qui dedit ornatum, Sanctis petit hunc fore gratum,

Huius est inclusus terræ Dionysius hujus

Præsul devotus, vita quam nomine nodus.

D *Ita auctor libri de Sanctis Augustanis an. 1601 excusi, et ex ea Stengelius. Canisus ab S. Dionysio auspicatur hoc die Martyrologium Germanicum hac modo: xxvi die Februario. Hodie est festum S. Dionysii Episcopi et Martyris, fratri S. Hilariæ, qui tempore persecutionis Diocletiani a S. Narciso Episcopo Hispano conversus, et primus Augustanorum Episcopus consecratus, tandem ob fidem Christi combustus est. Eundem solam meminat adhuc Canisius in Calendaria prefatio. Inscriptis etiam Ferrarius Catalogo novo. Inter Sanctos, qui in diocesi Augustana, officia propria habent, hoc die colitur S. Dionysius Episcopus et Martyr sub rito duplice, quæ autem in secundo Nocturno luguntur Lectiones de ejus Vita, eas hic adamus.*

EPITOME VITÆ, ex Breviario Augustano.

E *Dionysius gentilis primus, deinde Ecclesie Augustanae primus Episcopus, una cum Afra et Hilariæ sorore sua ac reliqua huius familia, a S. Narciso Episcopo, qui Augustæ apud Afram diverterat, in tidoi Christianæ doctrina instructus ac baptizatus est: atque ab eodem postmodum Presbyter ordinatus, et per adhortatione animatus, ut fundamento, a se jam primum jacto, ipse strenue supercedicaret, gregis Domini pastorem in dicta Ecclesia relinquitur.*

F *Præceptor itaque sancti consilium imitatus, Deo devotus discipulus, idolorum cultum persequi et exercere non desistit. Et quod fidelis et prudentis servi, quem Deus super familiam suam constituisset, omnium esse intelligebat, impia errorum calagine obceccatos ad fidem Christi convertit. Nec mortem veritus, nec tormento ignis (quo Afra et Hilaria cum suis aliis liberum contemptum et in fide Christiana constantiam interemptarant) absterritus, sed divino amore inflammatus, viam vita æternæ intrepidus semper predicauit.*

G *Captus igitur, quod in eadem fidei sinceritate et constanta invito anno persistaret, diris carcerebus includitur, et cum Christum negare non vellet, atque idola adorare renneret, quod diu desideraverat, martyri peccatum feliciter consecutus est. Ejus sanctissime reliquie postea in aula S. Udalrici collocata sunt. Quarum translatio concessis ab Alexander quarto Summo Pontifice indulgentiis illustris, quarto Kalendas Martii celebratur.*

DE S. PASCHALE MARTYRE ROMANO, ANTWERPIE IN BELGIO.

J. B.

XXVI FEB.

H *celeberrimum inter vetera Christianorum, quæ Roma extant vel in auro Romano, cometeria, illud est quod, altero ab Urbe lapide, via Apenni ruitur, a S. Iuvina matrona primum con-*

structum, deinde a S. Callisto Papa circa annum ccxxiv instauratum, vel parte aliqua adjecta ampliatum, unde vulgo S. Callisti cœmetrium appellatur. Ex ea complura hoc sculo extracta Sanctorum Martyrum corpora,

reverentia ih
Alexandro 4
Indulgentias.

cunctis agen-
ter diecr
anno 1231 in-
ebarum;

cultus in
Martyrologio;

s. Dionysius
convertitur;

presbiter
Ecclesie Au-
gustaue;

minus strenue
uidit;

impetreribus
in martyrio
familia;

et tps. starer:
reliquie ha-
norum;

*Ecclesiæ
S. Catharini ext.
extra corpora
SS. Paschalis et Cypriani
Mari.*

*agn. 1640 do-
nata Flandre
triginta pro-
muntur Soc.
Iesu,*

*Ital Mechlin-
ensis collegio,
S. Paschalis
Domus Ant-
werpensi:*

*utrumque le-
gatum appro-
batum ab Ep.
Antwerp.*

*permissoque
publica rene-
tatio:*

*ANNO DVC.
PAP. 64*

VIXI PEG.

*S. Paulini
corpus a Gre-
cioribus in Bona-
toni.*

*ANNUAD.
PAP. 64*

*ISSUO DVC.
MAY. 1640*

*S. Alexander
cum reper-
to Antonius Dia-
conus in Egypto.*

*que siyillatim Officium Ecclesiasticum de Martire non
Pontifice, ritu duplice, secundum morem Sancte Romanae
Ecclesie: ut videre est in publica diplomata, dato
pudic Id. Februarii eiusdem, quod in archivio dictæ Do-
mum asservatur.*

*D
ULTORE I. B.
que S. Paschal-
is repert
is repert
partes?*

*translatio
facto 28
Febr. 1633.*

3 Ea capsæ, quæ S. Cypriani reliquias continet, legitime obsignata, Mechliniensibus tradita est, simul que unauthenticum exemplar diœti diplomatici. In altera capsæ, quæ Antwerpæ retenta, sancti corporis S. Paschalis pars magna in pulvere aut frusto minuti erat resoluta: quamquam et ossa aliqua integra erant, et aliorum partes notabiles: ut et crani major pars, atque minores. Adhuc erat vitrea lampas, in endem sepulculo (ut concupere est) recondita, sed in aliquot partes distracta.

4 Anno denum circiclo, feria in post Dominicam Quinquagesimæ, die xxv Februarii, corpus S. Paschalis Martyris, novæ, non ineligeranter ornate, theræ inclusum, in ecclesiam dictæ Domus professæ solenniter traditum est: ac de eo, insigni missarum instrumentorum vocumque concentu, celebratum est saeculum, atque toto in die Misæ privatae. De rebus gestis S. Paschalis, duque tempore ac modo martirij nihil nobis competitum. Quæ de approbatione translationeque reliquiarum breviter hic commemorava, verum omnium testis oculatus fuit.

5 Quia vero Ill. nos Rev. pps. Antistes noster, E facultatem several diem eligiendi, qui maxime opportunitus universaria ejusdem sancti Martyris peragendæ solennitati videbatur; constitutus qui tunc prædictæ Domini: P. Fraucisens Genbels, ut eodem xxv die Februarii quotannis S. Paschalis festum celebraretur. Verum quia eo die in Cathedrali basiliæ, totaque har' urbe ac diversi, festum agitur S. Walburgis cur 28 Feb. Virginiæ, ritu etiam duplice; quem et nos morem, ut rotatur? decet, retinimus; satius risum est, ut in diem xxvi S. Paschalis solennitas rejiceretur.

E

cur 28 Feb.

rotatur?

DE S. PHILIPPO EPISCOPO ET MARTYRE BONONIÆ IN ITALIA.

J. B.

*E*x usdem, ut opinor, cryptis Romanis, magnificæ civitatis Bononiæ deens ac præsidium a S. Philippo Episcopi et Martyris corpore accessit. Id enim Gregorius xv Pontifex Maximus sanctimonialium Conversarum (ut vocant) sedi donavit. Quapropter tempestate, quæ ratione coronam adeptus sit martyrii, nos latet: itemque in Rōme consummaverit?

Certamen, an eo deportata: aliunde ejus sint exponere:

utque etiam (num et illud fatendum) an effossum id corpus sit Roma, an alio ex loco venerit in Pontifiris manus. Ab eo sanctimanubus illis donatum, breviter indicat in Bononia perlastrata Antonius de Paula Massius: qui curumdem Conversarum adem, Deipara-
tio in quoque Cœlitum eleganter pictis imaginibus ornata memorat.

F

DE S. ALEXANDRO EPISCOPO ALEXANDRINO IN AEGYPTO, Commentarius historicus.

B. B.

S. I. S. Alexandri Presbyteri creati gesta. Initium schismatis Meletii et Arii.

*S*aetissimum Ecclesiæ Alexandræ Patriarcha Alexander, hoc die creditur vita mortali exultus sub valente evolasse præmium labiorum, quos pro Ecclesiæ Dei quinquaginta sustinuit, non tam in crudelissima Diocletianus, Maximiani, Milioni, utrumque perseruatione, quando Presbyter vixit, quam in fide orthodoxa contra Meletium et Ariam rationaque assecus propugnauit: quod possessum Episcopatus Alexandrinus constitutus, vacua ipse crudelitate ac Deino celo instruxit, generat aqæne ne prouidenter preget. Mortuus est anno Christi, ut supra constabat,

ccccxvi, ac teste S. Athanasio successore, vir senex in decrepita senectute, ideoque septuagenario major: forsitan circa annum Christi ccl. aut non multo post natus. Quæ primus vita annis erit, nesciam scriptum reperiens. Singulari affectu S. Thomam Episcopum Alexandrinum complectens valatur, sub eius invocacione et labore ipse postea ecclesiam extruxit. Persuasse S. Thomam Ecclesia Alexandrina annos novemdecim, atque ante ritu funeris fuisse, quam persecuta a Diocletiano et Maximiano suscitaretur, assertit Theophanes. ab hoc S. Alexander in Cœlum assumptum ac Presbyterum orationum arbitrorum, Colitur S. Theomas xxvi Augusti. Post Theomani, inquit Eusebius lib. 7 Histor. Eccl. cap. 26, cum deceas et novem an-

*forsan a Theo-
na Egypto
Peculator or-
dnatus;*

HIS

Anis Ecclesiam administrasset, in episcopatum Alexandrini succedit Petrus. Hic duodecim annis continuis in eo officio fungendo cum summa dignitate inter primos floruit. Qui cum triennium prope ante persecutionis tempus in Ecclesia illa gubernanda contrivisset, de reliquo vitam duriore exercitatione et magis severa traduxit, et uti omnibus constabat, Ecclesiis utilitati omni cura ac studio prospexit. Ac propter non persecutionis anno, capite amputato, erat a Deo insigni martyri corona donatus. *Hoc Eusebii. Cohir. XXVI Novembris S. Petrus, sub quo S. Alexandrum inter seculares Presbyteros sacras fractiones obiisse mos constabat.*

2 *Dum ferro ne flammis in Ecclesiam etiam Alexandrinam tyronicus furor debacchetur, schisma nostrum in Egypto confitum est a Meletio Lycopolitanu Episcopo, qui a S. Petro Alexandrino propter criminia depositus, ab eo descendit. Rem gestam pacis narrat S. Athanasius apologia 2 contra Arianos. Petrus, inquit, quod nos ante persecutionem Episcopus, et in persecutio Marty declaratus, Meletium Episcopum Egypti nominatum, multis convictum criminibus, et imprimis, quod idolis sacrificasset, in communis Episcoporum synodo deposuit. Meletius autem non*

B ad aliam synodum contigit, neque eorum successoribus se studuit purgare, sed schisma fecit, adeo ut illius sectatores etiam inde pro Christianis Meletiani vocentur. Ac jam tum in Episcopos convicia dicere incipit, ac primum Petrum, deinde ejus successorem Achilliam calumniam est, et post Achilliam Alexandrum, idque magna cum calliditate, exemplum ab Absalone ioutatus, et pudorem depositionis sue calumniam innocentium uilesceretur. *Hoc S. Athanasius. Ex ea Meletiana factione prodidit Arius, qui impium contra Dei filium heresim effudit. De ejus origine Sozomenus lib. I Hist. Eccl. cap. 14 ista tradit: Jam vero quanquam religio Christiana in ceteris omnibus rebus florebat, tamen disputationes quedam litigiosae, que simulatione scilicet pietatis, et verae Det cognitionis elicendio, res ante minime exagitata in controversiam rursus deduebant, Ecclesia vehementer perturbarunt. Harum disputationum auctor fuit Arius, Ecclesie Alexandrinae apud Egyptus Presbyter: qui huc initio videbatur doctrinam Christianam perstudiosus esse, Meletio tuneres novas molientes adjunctio fuit. Cuius partes cum deseruisset, a Petro Episcopo Alexandrino Diaconus ordinatus est, et rursus ab eodem Ecclesia ejectus,*

C quandoquidem cum Petrus fautores abdiasset Meletii, et ejus baptismum improbasset, hic Arius in res a Petro gestas graviter invectus est, et quiescere nullo modo potuit. *Hoc Sozomenus.*

3 *Comprehensus deinde a ministris Imperatorum S. Petrus Episcopus est, et carcere inclusus, quando et a vario pro Ariu interpellatus est, ut in seruum deum gratium, Ecclesias restitutas, recuperetur. In Actis martyrum S. Petri, quae tum gesta fuerant, evanescunt, ubi etiam hinc pacis amicitiaeque concilianda intercessores habentur SS. Achillas et Alexander. Pauca huc, que hoc faciunt, excepit domus, et primo prius ex excusa sunt opus. Sursum his verbis: Cogita infelix Arius sententia, gaudens atque exultans ad Christi Ecclesiam cum omni velocitate pervenit, et copit in dolo quosdam de Presbyteris atque laicos obsecrare, ut ei a S. Petro veniam atque indulgentiam peterent... Cum igitur alio die venirent ad eum viri magni atque religiosi, quos cum Presbyteris idei nefandis direxerat, ingredients carcerem, pregecerunt se ad genua B. Petri, obsecrantes eum cum lacrimis, ut Arium a vita uero damnationis absolveret, et eum in sancta Ecclesia presbyterii ministerio restitueret. Itans autem eis beatissimus Petrus manum, elevavit eos, dicens: Quid vultis, dilectissimi milii fratres,*

aut quid queritis? At illi respondentes dixeront: D. Precanum beatitudinem tuam, venerabilis Pater, ut digneris veniam praestare infelicissimo Ariu, et absolvias cum a vinculo, quo eum vinxisti... Tunc venerabilis Petrus cum ingenti gemitu lacrymans, ait: Pro Ariu me obsecrasti, dilectissimi fratres, qui sponsam Christi violare conatur? Hie Arius, pro quo rogatis, soli Deo mortuus est, et a facie illius hic et in futuro seculo projectus... Hae dicente beatissimo Petro, viri qui pro indulgentia ejus venerant petere, pregecerunt se ad pedes ejus, et veluti roti sunt effecti, nec quidquam de eo illi amplius locuti sunt. Videns autem beatissimus Petrus ita eos pavore perterritos, apprehendit duos ex ipsis seniores Achilliam et Alexandrum. *Hinc prosequor ex Actis a Baronio editis ad an. 310 num. 5. Panellum eos segregavit a ceteris, et clauso eorum sermone, dixit ad eos: Nolite me, fratres, tamquam iubunum ac rigidum accipere Revera enim et ego homo sum, sub lege peccari degens: sed credite meis sermonibus. Latens est Arii dolus, omnem supergreditur impetatem. Et hoc non a me ipso asserens, ejus sanctio segregationem. Hac etenim nocte, dum solemnitate preces ad Dominum funderem, astitit mihi quidam puer, quasi duodecim annorum, cuius facie claritatem ferre non poteram. Nam tota bœc cella, in qua stamus, immenso lumine radiabat: ipse autem luctuostum erat induitus colobum, scissum in partes utrasque a collo usque ad pedes: tenensque genua manu colobii scissuras applicabat eas pectori suo, quatenus propriam tegeret nuditatem. Ad hanc quidem visionem ego miratus obstupui. Nox ubi data est mihi loquendi fiducia, exclamans dixi: Domine, quis scidit tibi indumentum? Et ille: Arius mihi scidit: sed præcave omnino, ne eum in communionem recipias. Ecce enim crastina die venturi sunt, qui te pro eo postulabunt. Vnde ne suscipias, aquescens illis: quin potius iulieto Achillæ et patriter Alexandri Presbyteris, qui post tuum exitum recturi sunt Ecclesiam meam, ne aliquatenus illum recipiant. Tu autem futurus es Martyr, mortem velocius expleturus. Hoc tibi, quibus priuera Acta addunt orationem S. Petri ad duos illus Presbyteros. Qua finita Achillas et Alexander complexantes et osculantibus manus ejus, lacrymantibus flebant, eo quod dixerat eis, amplius faciem meam non videbitis: et ita venerunt ubi erant populi stantes, Clerici et laici: et huc sunt de doctrina fidei, quæ est in confessione Domini nostri Jesu Christi, et orans iterum salutavit eos in pace. Qui recedentes, serreto nuntiaverunt populo, quæcumque Dominus B. Petro de Arii blasphemias revelaverat, vel quæcumque facere commonierunt, ut eum coram omnibus anathematizarent, et in ecclesiam ingredi nunquam sinerent.*

F *4 Hactenus Acta B. Petri, quem anno persecutionis IX Christi ccxx, martyri corona donatum supra ex Eusebio dicitur. Subrogatus mox est in Sedem Alexandrinum Achillas, in quo nimia animi facilitus videtur reprehendenda, quod contestationem S. Petri successoris immemor, Arium parentum simulante, et callida arte sese in ejus amicitiam insinuantem, admiserunt, et presbyteri honore auxerunt: de quo ista Sozomenus lib. I cap. 14 tradit: Ubi vero Petrus martyrio occubuerat, Arius venia ab Achilla petita, non solum permisus est diaconatu fungi, verum etiam ad presbyterum gradum elatus est. Accusata suspicatur Baronius, ut Achillas Irinum a Meletianis schismaticis se deficeret profitement, in horum oīo contineret. Num, ut S. Athanasius legitur Apologia 2, Meletiani erant homines prorsus tide indigni, schismatici, hostes Ecclesie, a temporibus B. Petri, cum miseras posuerant, et Achille ejus successoris, quem calumniati sunt, et Alexandi, quem usque ad tribunalia Cæsaris*

*sed admonen-
tur de scissura
Ecclesie per
Arium facien-
do,*

*et successio-
nem utramque in
episcopatu:*

*S. Achillas
Episcopus
Arius Pres-
byterus
ecce.*

ad forec. II
inter seculares
Presbyteros
sub S. Petro
Ep. Martire
habitus.

*cum eodem
Petro et
S. Achilla ea-
luminis impe-
nitus a Mele-
tiano:*

*quibus facit
Arius,*

*a S. Petro
Ecclesia ejec-
tus*

*qui in en-
terno pro Ariu
adprecentur
SS. Achillas et
Alexander,*

A saris calumniis persecuti sunt, *Ast orat.* ¶ contra Arianos, hos Jezabeli appellat similes, qui dolos sibi Meletianos conciliarunt: memores, quomodo isti primum heato Martiri Petro, dein Magno Achilla, postreino etiam B. Alexandro se adversarios oppuerint. *Colitur Magnus Achillas viii Novembr. moriens anno cccxi.* Nam, uti asserit Theodoretus lib. I cap. 3 Episcopatum Achillas ad exiguum tempus administravit, et Ecclesiam Alexandrinam clavum tenuit: cui successit Alexander doctrinæ Evangelicæ propagulator acerrimus. *Gelasius Cyzicus in historia Cancilii Niceni tomo 2 editionis Regiae pag. 341* Episcopatu Achille meunes solum quinque tribuit: at sex menses ossignauit in historiæ Patriarcharum Alexandrinorum simul cum Chronico Orientali ab Abrahamo Erichellensi edita.

§ II. S. Alexandri judicium de baptimate ab Athanasio puero æqualibus impertito. Templo S. Theonæ constructum. Hæresis Arii detecta. Epistolæ ad varios. Concilia Alexandriæ habita.

Quod Mætaphrastes in Vita S. Athanasii scribit continuiss., cum S. Alexander Alexandria Antistes in Episcopatum consecratus esset, τὸν τοῦ ἀγίου Αἰκανὸν τὸν Επιτελόντα Αἰεξανδρεῖαν τὴν ἱερούν τύποντας, hic ex Russino qui proper ins temporibus fuit, referimus: asserit ipse, ab his, qui cum S. Athanasio vitam duxerant, se accepisse, que lib. 10 cap. 14 ita narrat: Tempore quo apud Alexandriam Petri Martyris diem Alexander Episcopus agelat, cum post expleta solennia conventuros ad convivium suum Clericos expectaret, in loco mari vicino videt enim puerorum multititudinem super oram maris ludum, imitantium, ut fieri solet, Episcopum, atque ea, quæ in Ecclesiis geri mos est. Sed cum intentius diutine pueros inspectaret, videt ab his geri quedam etiam secretiora et mystica. Perturbatus illico vocari ad se Clericos jubet, atque eis, quid enim ipse videret, ostendit. Tunc alibi eos et comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cumque adesent, quis eis ludus, et quid egissent et quomodo, percunctatur. Illi, ut talis habet astas, pavidi negare primo, deinde rem gestam per ordinem pandunt: et baptizatos esse a se quosdam catechumenos confidentur per Athanasium, qui ludi illius puerilis Episcopus fuerat simulatus. Tum ille diligenter inquires ab his, qui baptizati dicebantur, quid interrogauerint, quidve responderint, simul et ab eo qui interrogaverat; ubi videt secundum religionis nostræ ritum cuncta constare; collocutus cum concilio Clericorum, statuisse traditur illis, quibus integris interrogationibus et responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptisma non debere: sed adimpleri ea, que a Sacerdotibus mos est. Athanasium vero atque eos, quos ludus ille vel Presbyteros habere visus fuerat vel ministros, convocatis parentibus sub Dei obtestatione tradit Ecclesiae sue nutriendos. Parvo autem tempore exacto, cum a Notario integre et Grammatico sufficienter Athanasius fuisse instructus, continuo, tamquam fidele Domini commendatum, a parentibus restituitor Sacerdoti, ac veluti Samuel quidam in templo Domini nutritur, et ab eo pergentem ad Patrem in senectute bona ad portandum post se Ephod sacerdotale deligitur. *Hactenus Russinus, cuius auctoritate citata eadem in epitome contracta resert Socratè lib. I cap. II. Sozomenus cumdem Russinum tandem veritas describit, additique cum S. Athanasius nondum esset pubertatem adeptus illud evenisse: Graecæ, οὐαὶ προσέρχεται γενομένῳ τῷδε φασίν ἐπὶ αὐτῷ ταῦτα.*

Num quamvis hæc contingerent anno Christi ccccxi, quo Annalibus suis inscrut Baroutus,

vix est ut impuber fuisse Athanasius vide possit, qui D. in integris quindecim annis elapsis, post S. Alexandri obitum fuit Episcopus Alexandrinus constitutus. Sed ea exactius ad 2 Man., quo die S. Athanasius colitur, poterunt examinari. Habet interim Alexander illum ei convictorem suum et scribam, sive, ut Sozomenus loquitur, ἀρχιδιάκονος ἔτι καὶ ὑπογράφει.

6 S. Athanasius apologia I ad Constantium Imperatorem crimen sibi olignetum diluens, quod in magna ecclesia, prinsquam dedicaretur, synaxis habita sit, exemplo Patrum id fieri potuisse ostendit. Beatæ siquidem memorie Alexander, inquit, cum alia loca angusta essent, in ecclesia maiore Theonæ, quam ædificabat, synaxes celebrari voluit: id enim jubebat hominum frequentia, nec in cogendo populo respexit, eam nondum exædificatam esse. Meminerunt Ecclesiarum huius S. Epiphanius hæresi 69 et Baroutus in Notis ad xxiii Augusti. Etenim, addit S. Epiphanius, quotquot Alexandriæ sunt Catholicæ communionis ecclesiae, uni Archiepiscopo subjectæ, suus cuique præpositus est Presbyter, qui Ecclesiastica munera iis administret, qui circa ecclesias illas habitent, eorumque conventicula Vici, sive Lauræ, ab Alexandrinis vulgo nominantur.

7 Ex his Presbyteris, sive Parochis, aut Pastoribus erat tum Arius, quem ait idem Epiphanius, Baccalaureus cuiusdam ecclesie sub S. Alexandro præfectoram gessisse: cui etiam sacrae Scripturæ interpretationem non concretinat tradit Theodorctus lib. I cap. 2, eumque in honore atque existimatione apud Alexandrum fuisse monit Sozomenus lib. I cap. 11. At contra Arius, ut addit Theodorctus, cum videret Alexandrum ad Episcopatus gubernacula designatum, invidiæ flammat, qua incendebatur, minime reprimere, sed ea vehementius inflammatu, materiam contentionis et discordie iudicis ancupari horavit: ac tametsi in præstabilem eximiamque Alexandri vivendi rationem acriter aciem intendendo, nihil ad falsam criminationem contra eum configendam potuit omnino reperire, tamen vestus invidiæ eum quiescere non sivit. Istum igitur cum hostis veritatis diabolus natus esset, ejus conatibus Ecclesiam procellis miscere exagitarene instituit. Nau persuasit illi, ut Apostolicæ Alexandri doctrine aperte resisteter. Quæ Epiphonius citato loca ita exponit: Hunc igitur Arium Alexandri Presbyterum Satanæ spiritus invadens impulit, ut (quemadmodum scriptum est) pulvarem adversus Ecclesiam excitaret, ex eoque haud mediocre incendum erumperet: quod universum prope modum Romanum Imperium ac præseritum Orientales illius partes corriperet... Fuit blandus impunitus atque omnium animas adulacionum illecebris devinetas tenebat. Quare brevi septingentas fere Deo consecratas Virgines ali Ecclesia abstractas in unum coegit. Adiunxit et Presbyteros ab eo septem, ac duodecim Diaconos abductos. Quin etiam pestiferum illius virus ad Episcopos usque pervasit. Nam Secundum Pentaplitannum Episcopum cum aliis nonnullis in partes suas pertraxit. Quæ omnia clam B. Alexandro Episcopo in Ecclesia gerebantur, donec Meletius... rem omnem ad Alexandri Archiepiscopi aures detulit. Hic namque Alexander, teste Theodoro, sacram Scripturarum disciplinæ obsecutus, Filium Patri honore parem, esemplique cum Genitore habere substantiam docuit: ast Arius palam contra veritatem pugnans eum creatum et factum affirmavit. Quin etiam adjectit, tempus aliquando fuisse cum non erat, et alia nonnulla, quæ ex ejus libris multo apertius possunt intelligi... Alexander igitur doctrinæ Apostolicæ patronus, primum hortatione et consilio cum a sententia deducere tentat. Sed, ut docet Russinus lib. 10 cap. 1, cum Alexander Episcopus natura leuis et quietus, assiduis communionebus

scribam
constituit:

temptum
S. Theonæ
exiuit:

Presbyteros
singulis ecclæ-
siis præficit.

E
Arum in ho-
nore habet:

ab eb colum-
nis impeditur:

F
a quo et in
hæream pel-
lectas Virgines,
Presbyteros,
Episcopos
intelligi:

tenitate cum
ad viam verti-
cilio reducere
studet i

AUCTORE G. S.

Ationibus Arim cuperet a pravo incepto et assertioribus impiis revocare; nec tamen res ex sententia procederet, quod plerosque jam contagio pestiferae assertionis infecerat, non solum apud Alexandriam, verum et per alias urbes provinciasque dispersa, pernitiosum fore credens dissimulare, et aliis plurimis Consacerdotibus suis rem indicat.

8 *Hæritas* hac Arii palam innotuit, quo tempore, uti Orosius lib. 7 cap. 28 testatur, Crispus et Constantinus fuere Casares creui: quod Gallieno et Basso Consulibus, anno ccxxvii, Kalendis Martii contiguisse notat Idatius. Quo tempore Alexander, uti asscerit Socrates, concilio multorum Episcoporum convocato, Arium et eius opinonis fautores presbyterii gradu abdicat: qua de re ad Episcopos cujusque civitatis scripsit. In ea epistola ibidem a Socrate relata asscrit, fere centum Egypti et Libyæ Episcopos in unum convenisse. Renu gestomi Epiphanius citata ante hæresi 69 ita exponit: Alexander habito Presbyterorum, ac quorundam Episcoporum qui aderant, convento, de eo (Ario) quæstionem habet, ac diligenter examinat. Tum veritati cedere detrectantem ejicit ex Ecclesia, ac tota civitate proscripti: cum que et Virgines illas et Clerici, quos antea commemoravi, cum reliqua multitudine haud exigua ab Ecclesia distracti sunt...

BInterim Arius divortium ac dissidium ubique faciens, et in uniuscujusque animos callide sese insinuans, multos perdidit. Sed ubi deprehensus, et in urbe convictus, atque omnium praeconio traductus est, Alexandria fugiens, in Palæstinam abiit. Ibi singulos Episcopos adire ac prensare adularique caput, quo plures sibi suffragatores adjungeret. Ex his quidam illum receperunt: alii vero repulerunt. Quac mox ut ad aures Alexandri Episcopi perlata sunt, encyclicas ad singulos Episcopos litteras dedit, quæ hodieque studiosorum in manibus versantur, numero fere septuaginta. Scripsit inter alias ad Eusebium Casarens Episcopum, qui adhuc supererat, et ad Macarium Hierosolymorum, Asclepium Gazæ, Longinum Ascalonis, Macrinum Jamnia Episcopum, et alios. Item in Phœniciam ad Zenonem quendam antiquum Tyra Episcopum et alios. Scripsit et in Coele-Syriam. Missis his epistolis, quibus eos incusabat, qui Arium receperant, rescripsere ad Alexandrum singuli, quidam dissimilanter et callide, alii ex animo et sincere. Nonnulli exceptum a se hominem negabant, alii per ignorantiam admissum. Erant et qui ei se consilio recepisse fatentur, ut eum lucri facerent. In summa varia litterarum argumenta fuerunt. Ast Arius scriptis ad omnes Episcopos litteris, ab omnibus passim exclusus, a nemine præterquam a fautoribus suis, suscipiebantur: quorum princeps erat Eusebius grandi admodum natus Episcopus Nicomediensis. Hac S. Epiphanius. At Socrates, relata Encyclica S. Alexander epistola, inter alia addit, maxime omnium Eusebium Nicomediensem Episcopum ad disseisionem incitatum, quod Alexander ejus nomen suis litteris gravius perstrinxerat... Is autem tametsi ad Alexandrum litteras scribere non destitit, ut controversiam inter ipsos ortam missam faceret, Ariumque cum suis in Ecclesiam recuperet: alios tamen, qui alias incolebant civitates, cohortatus est, ut Alexandri voluntati prouersus refragarentur: unde tumultus ingens nosquam non concitatus est... Commiseebantur item Ariano Meletiani, qui non multo ante fuerant ab Ecclesia segregati... Coterrani quibus Arii opinio absurdula videbatur, hi iudicium Alexandri de Ario datum approbarunt, rectamque et aquam sententiam contra eos, qui sic sentiebant, esse pronuntiantur existimarent.

9 Perrexit S. Alexander in laboribus pro Filii Divinitute defendenda susceptis, ac Romanum ad S. Silvestrum Papam, et Constantinopolim ad Alexandrum

Archiepiscopum litteras misit. Perierunt priores, quorum tamen memoria extot in epistola S. Liberii Pope ad Constantiun Imperatorem, in qua istu leguntur: Manent litteræ Alexandri Episcopi ad Silvestrum sanctæ memorie destinatæ: quibus significat ante ordinationem Athanasii undecim tam Presbyteros, quam etiam Diaconos, quod Arii hæresim sequerentur, se Ecclesia ejecisse. Epistola ad Alexandrum Constantinopolitanum admodum longa a Theodore lib. I cap. 4 edita est, in qua anathemate damnati Presbyteri et Diaconi nominantur: qua relata addit, eundem Alexandrum litteras in eandem sententiam scripsisse ad Philogonum Antiochenæ Ecclesia Antistitem, ad Eustathium, qui il temporis Berœa rexit Ecclesiam, et ad alios, qui erant dogmatum Apostolicorum Patroni. Quin Arius ne se contine quidem potuit, sed scripsit etiam ipse ad eos, quos suæ opinioni se censuit habere consentientes. Quod vero nihil falsi contra eum Divus Alexander scripsit, Arius ipse litteris, quas dedit ad Eusebium Nicomedie Episcopum, locuples testis est. Has litteras adjunxit cap. 3 Theodoretus, ne dein cap. 6, quas Eusebium ad Pantinum Episcopum Tyri scripsit. Addit et Epiphanius epistolam Arii ad Alexandrum: in qua callidus ejus in occultanda hæresi appetet.

10 Silvester Papa accepta S. Alexandri epistola, co-guitisque Arianorum turbis Alexandriae et aliis excitatis, ut quamprimum emergenteum heresim comprimiret, Hosius Episcopum Cordubensem, quem Constantino Imperatori gratum neverat, delegit: qui in Orientem missus, implorato auxilio Imperatoris convocaret Concilium, Scilicet Apostolice uictoritate glisceens incendium restinguere. S. Athanasius apologia 2 contra Arianos Concilium ab Hosio veterisque Episcopus fallacem, generale appellat, ob hanc scilicet Sedis Apostolicae uictoriatem illi communicatam. At Constantius Imperator (verbis sunt Socratis lib. 1 cap. 4) cum de his rebus certior factus esset, incredibilem animo hausit dolorem, perturbationemque illam censuit suam ipsius calamitatem esse. Extemplo igitur illud discordia incendium, quo inter ipsos exarcebantur, restinguere seriu aggreditur, litterasque per virum spectatum et fidelem, Hosium nomine, Episcopum Cordubæ, que est civitas Hispanie (hunc enim Imperator singulari amore complexus est, et honore summo prosecutus) ad Alexandrum et Arum mittit. Quarum litterarum partem aliquam citat Socrates, integras Eusebii lib. 2 Vita Constantini cap. 63 habet, sed homo Arianus, qui eis aut ipse corruptus, aut ab Eusebio Nicomedieus itidem Ariano violatas aut compositas inseruit, culpa rerum perturbatarum in S. Alexandrum rejecta. Interim Hosius Legatus Sedis Apostolicae ac litteris Imperatoris munitus, ad S. Alexandrum in Egyptum profectus, omnes illarum provinciarum Episcopos Antistiti Alexandriu subjectos ad Concilium, quod Athanasius Generale appellat, convocavit. Quæ ibidem gesta sunt, excederunt, exceptis paucis, que apud S. Athanasium leguntur, scilicet Collatum Presbyterum, qui tamquam Episcopus, cum non esset, plurimos Presbyteros ordinavat, depositum esse, et cum laicis in ordinem redactum, atque in eo statu reliquo vita tempore permanuisse. Socrates lib. 3 cap. 3 asscrit hæresim Salelianam ab Hosio tunc explosam ac repletam fuisse. Atque de Ario ibidem fuere conclusa, alta fuerint ubiique sepulta.

§ III. In Synodo Nicæna uictoriate S. Alexandri gesta. Ejus Fortitudo unimi contra Arianos. Obitus, cultus sacer.

Verum ubi contra, quam expectabatur, res non succederet, et contentio reconciliacioni concordie impedivit, Hosiusque ad pacem faciendam missus,

Alexander Ep. CP.
et alii;

a S. Silvestro
et Constantino
no Imper., pro
pace Ecclæ
sollicitus,

Hosius Ale-
xandrum,

concilium
cogitatur

F

ro

concilio anno
317 habito,

perinacem
cum ussecis
urbe expellit;

70 epistolas ad
varios Episco-
pos scribit.

a variis res-
criptis 2

ab Eusebii Ni-
comedie in
Arii favore.

scribit
S. Silvestro
Papam

*A re infecta reverteretur; Constantinus indicit concilium Nicææ, scribitque ad omnes Ecclesiarum Præsides, ut ad diem præstitutum adsint. Ita Sozomenus lib. I cap. 16. At Rufinus lib. 10 cap. 1, tunc Constantinus, inquit, ex Sacerdotum sententia apud urbem Nicæam Episcopale concilium convocat, ibique Arium trecentis et octodecim Episcopis residentibus adesse jubet, ac de ejus propositionibus et quæstionibus judicari. Fuere potissimum, quorunq[ue] et sententia coactum Concilium, S. Silvester Pontifer Romanus, S. Alexander ac ceteri Orientis Patriarchæ, ex quibus Alexandrum de hac Irii heresi ad Imperatorem scripsisse tradit Epiphanius: et in seца Synodo Ecumenica act. 18 dicuntur Silvester Papa et Constantinus Imperator magna Synodus apud Nicæam congregasse. Habita ea est Paulino et Juliano Coss. anno CCCXXV, coptæ Kalend. Iulii, terminata vñ Kaled. Septemb. De consensu S. Alexandri et præcipiutorum virorum Bellarmius lib. I de Concilio, cap. 19 ista radit: Itaque si conjectare licet, tres ordines erant in Concilio, unus a dextris, alter a sinistris, et tertius in capite autem totius, et quideam in hoc tertio melius sedebat Imperator inter Episcopos Hosium legatum Pontificis, et Alexandrum Episcopum Alexandrinum, nec non Vitum et Vincentium, Legatos item Apostolicos. Deinde ordinis ejus, qui erat a dextris, sedebat Eustathius Episcopus Antiochenus: alterius autem ordinis qui erat a sinistris, sedebat primus Macarius Episcopus Hierosolymæ, atque hac ratione sei vabatur ordo dignitatis inter primarios. Hæc Bellarmius. *Alium ordinem assignat Baronius ad an. 328num. 56. Inter subscriptores huius Synodi pag. 211 vñditionis regiae post Hosium Episcopum, Fictorem et Vincentium, primus est Alexander Alexandriæ magna Episcopus: qui in Historia Concilii per Gelasium Cyzicenum pag. 431 et 471 hisce referuntur verbis: Alexander Alexandriæ cum Athanasio tunc Archidiacono, Ecclesiis per totam Ægyptum, Libyam et Pentapolim et regiones finitimas usque ad Indiae provincias. Ad priores subscriptiones pag. 240 ista annotantur: Alexander Patriarcha Alexandrinus, universæ Ecclesiæ Catholicae clarissimum decus et ornomentum, innumeris ferme Sanctorum elogis praedicatus, totius agminis quasi Lux ille est, qui primus omnium adversus Arii impietatem et blasphemiam sublime vexillum erexit.**

12 Apud Gelasium lib. 2 Concilio Nicæam cap. 1 pag. 331 dicitur sacerdoti principatum in Alexandrina Ecclesia suscepisse, vir in summo honore ab omni Ecclesia Clero et populo habitus, magnificus, liberalis, facundus, æquus, Dei amator, amans hominum, pauperum studiosus, bonus et mansuetus erga omnes, si quis alius. Eudem Patres congregati passim sanctissimum collegauit appellavit, et potissimum in epistola ad Ecclesias per Alexandrum, Ægyptum, Pentapolim et Libyam constitutas, ubi pag. 443 inter alia traduntur ista: Si quid præterea vel Canonicis vel decretis constitutum est, honoratissimus Donnus frater et collega noster Alexander ad vos reversus certius perficeret, ut qui actorum omnium auctor fuerit et particeps. Lætum etiam vobis numen afferimus de consensu omnium in celebrando sanctissimo festo Paschatis, quod ea res etiam vestris precibus recte constituta est.... Læti igitur ob res prospere gestas et ob pacem et concordiam communiter inter omnes constitutam, tum denique ob excisas radicibus hereses, collegam nostrum et Episcopum vestrum majore honore et ardentiore caritate complectimini: qui nos præsentia sua recreavit, et permixtum laboris in hac ætate sua suscepit, quo vos aliisque omnes tranquillore pace frui possitis. Hæc illi Episcopi. Concilium ergo Nicæanum, uti Sozomenus lib. I cap. 20 tradit, tum Arium, tum fautores opinionis ejus pariter abdicavit, decrevitque ne

veniret Alexandriam. Quin etiam verba, quibus ejus explicabatur opinio, et librum quem de eodem ediderat, inscriperatque Thaliam, legi vetuit... At vero Imperator non solum Arium malebat exilio: verum etiam Episcopis omnibus et populis collatum scriptum misit, ut tum illum, tum ejus opiniovis fautores, impiorum numero ducerent, et si qui liber reperiretur ab illis scriptus, in ignem coniicerent, quo neque ipsius, neque opinionis, cuius auctor fuerat, ullum monumentum extaret.

13 Alexander ad Sædem suam. Alexandrinam revertens, quæ de Ario a Patribus in Concilio statuta farrant, promulgavit. Cum ergo, iugnit S. Athanasius apologia

AUCTORIS. u.

2, ab ecclesia Arius per beatum Episcopum Alexandrum ejectus esset, Eusebiani discipuli pariter et socii impietatis semetipsos ejectos esse arbitrantes, multis adhortationibus Alexandro scripserunt,

Alexandrinum reversus,

ne Arius extra Ecclesiam relinquoret. Alexandro autem ob pietatem in Christum, hominem impium non recipiente, in Athanasium ejus Diaconum iras avertit, et quia cum assiduum esse apud Alexandrum, et in pretio haberet curiose animadverterent, et quia jam antea ejus pro Christo pietatem in Synodo Nicæa, ubi cum magna libertate contra Arianni heresim dissererat, experti essent, in gravissimum odium exarserunt. Vrbum, ut legitur in Vita S. Athanasi apud Metaphrasten, cum Arius impius non acquiesceret, sed etiam in exilio posset per complices suos allucere pientissimum Imperatorem Constantinum, et sibi redditum ab exilio pararet, et scriptis fidem suam exponebat, verbis quidem nostræ fidei consentaneis, re ipsa vero valde discrepantibus;

E

in admirationem Imperator raptus, statim eum Alexandriam honoratum remisit. Cum igitur Alexandriam Arius venisset, Alexander Episcopus eum non recepit, incitante illius et excitante ad hoc S. Athanasio tum temporis Archidiacono. Adeo res detestanda eum commovebat, iterum conari movere heresim. Ex hoc igitur rursus Ægyptus turbabatur. Tunc etiam, qui cum Eusebio Nicomediensi erant, et ipi scripserunt, et Imperatorem ad scribendum incitarunt. Athanasius igitur eum Episcopo Alexandro et reensabat ubique illos recipere, et scribens ad Imperatorem docebat, non recipiemlos esse illos, qui seni post fidem abrogatam condamnati sunt. Constantinus graviter hoc ferens, ab Eusebianis incitatus, hæc scribens S. Athanasio minatus est. Cum voluntatem meam cognitam habeas, omnibus in Ecclesiam ingredi violentibus aditum aperi. Si enim cognovero, quod aliquos eorum, qui Ecclesiæ ambiant, prohibueris ab aditu, mittam statim, qui te jussi meo condonem, et loco moveat. Perinde autem et Episcopo Alexandro eadem de Ario scripsit. Hæc autem Constantinus scribebat rationem utilitatis præfixam habens, ne Ecclesia in schisma distraheretur, sed omnes ad concordiam reducerentur. Acceptis Alexander litteris Imperatoris, parum dein temporis vixit, sed vitam levata cum fine continutavit. Hæc ibi, ad quod attulens S. Athanasius orat. I contra Arianos ista habet: Quod si res quoque nostri temporis contemplandas sunt, nostis quonodo B. Alexander usque ad mortem contra hanc heresin depugnarit, et quot tribulationes, quantosque labores, quamquam iam senex in decrepita aetate, sustinuerit, qui et ipse ad Patres suos appositus est.

Itaque ad SS. Alexandrum et Athanasium servitudo:

P

14 Nouallu, quar tempore ultimi morbi S. Alexander contigerunt, narrat Sozomenus lib. 2 cap. 16 his verbis: Eodem tempore Alexander Episcopus Alexandriæ, cum jam de vita decessurus esset, sum in episcopatu successorem Athanasium reliquit, divina quadam impulsione, mea quidem sententia, ad ei suffragandum induxit: siquidem ferunt illum, cum conatus esset aufugere, invatum ab Alexandro

in ultimo

morbo

S. Athanasium

in Episcopatu

successorem

fore prædicti:

ad

*ab initio
an. 328.*

*quo ibidem lo-
co cum aliis
S. Alexander
præedit.*

B

ac tubercipit:

*tumne abulti-
tudinis:*

C

*auctor oti-
num ac torou-
bilis.*

Ad episcopatum illum capessendum compulsum fuisse, cuius rei testis est Apollinaris Syrus, qui sic scribit: Neque postea a bello destitere impii, sed ut in initio adversus beatum hujus viri magistrum arma sumpserant, atque ista non aliter atque filius patri, et advocatus aderat: ita post in hunc ipsum, ut primum in episcopatum successerat, impetum fecere. Qui tametsi ausuferat, ne in illo gradu locaretur, divinitus tamen denuo repertus est: quandoquidem divinis quibusdam indicis praesignificatum fuerat beato illi viro, qui episcopatum administraverat, non alium quam hunc ejus successorem fore. Nam eum ex hac vita evocaretur, esseque jam morti virinus, Athanasium, qui nequitiam aderat, nominatio appellat. Atque ubi alter ejusdem nominis, qui forte aderat, cum nomen illud audiret, respondisset, obtinuit ille, quasi eum non vngasset. Rursus vocat Athanasium, et cum hoc saepius fecisset, ille alter Athanasius, qui aderat, deinceps silentio usus est: siquidem ille, qui aderat, significabatur. Quod etiam Beatus ipse Alexander more Prophetarum aperte indicavit cum diceret: Athanasi, putas te posse effugere: non tanien effugies. Quibus verbis ostendit eum ad certamen vocatum esse. Haec de Athanasio scribit Apollinaris.

B 13 Ita Symenus, cui de tempore obitus ista ex Theodoro additum, qui lib. I cap. 26 sic scribit: Cum Episcopus ille egregius Alexander, qui tam strenue contra Arii blasphemiam decertaverat, quinque menses post concilium Nicaeum celebratum finem vivendi fecisset; Ecclesia Alexandrina episcopatum capessit Athanasius, vir a pueri divinis et sacris litteris institutus, et singulis ordinum Ecclesiastico-rum muneribus cum summa omnium admiratione perfundens. S. Athanasius etiam in *Apologia* n. asserit post damnationem in *Synodo Nicena heresim Arioram*, nondum quinque menses preterisse, cum B. Alexander mortem obiit. Terminata fuit *Synodus* xxv Augusti, sed illi forsan innescitur tempus illud, quod S. Alexander deinde impendit, dum rubis apud Constantium Imperatorem, Ligatus Sedis Apostolorum, otiosusque Episcopos confestis, Nicenam Alexandriam reversus est: quo si sub finem Septembres appenderit, ruriquinque menses superuenire ritus illius usque ad xxvi Februarii, quo die cum reverunt possim Tabularum Ecclesiasticarum. Annum is erat ccxxxi.

C 16 In *Historia Patriarcharum Alexandriæ ab Echellensi edita*, de actis ejus et die obitus ista singularia referuntur in *Alexandro xix Patriarcha*: Affirmat Athanasius discipulus hujus Patris Patriarcharum, dicens: Pater mens Alexander, quoties Evangelium in sua cella legebat, id stans praestebat, ac lampade arceusa, nec unquam Evangelium sedens legit: nec fregit unquam ieroninum, quoniam sed in mundo erat. Obiit autem vigesima secunda Bermudo die Lome. Incidit porta xxi Barmuda in diem xvii Aprilis, ac fuit dies Lune dux annos ccxxvi, cyclo Solis xxvii, littera Dominicali B. In *Calendario secundo Egypti-*

moritur
elapsis quin-
que mensibus
post synodum
Nicanum,

an 20 Feb.

an 17 Aprilis*

ANNO ADV.
VAT. CCC.

G. II.

SECOLO IV.
XXVI TEB.

DE S. FAUSTINIANO EPISCOPO BONONIENSI IN ITALIA,

Commentarius praevious.

§ I. Gesta S. Faustiniani. Cultus sacer.

Baronius ad annum Chr. 272 mon. 22 assertit nequaquam sibi persuaderi posse, Bononiam nobilissimam Italie civitatem, ingenti semper populo reiectam, tribus terme seculis a Christi adventu dilapsis, caruisse Ecclesia, et, qui

ca a Seldene lib. 3 de *Synedriis veterum Hebraeorum* D cap. 15 editu, atque anno 1286 scripto, dies xxii Barmuda ita annotatur: Cercesi... Patriarchæ. Quæ autem desunt, num de S. Alexandre intelligenda sint, nos latet. In priore *Calendario Egyptiaco*, auctore Abulaisane Achuride Calcusendio, apud eundem Seldeneu ad diem ix mensis Huthur, qui incidunt in v Novembris fit Commemoratio trecentorum et octodecem Patrum synodi princeps Nicænæ. Quid si illo die a S. Alexandre ad *Sedem Episcopalem* reverso facta fuerit dicti Concilio apud Alexandrinos solennis declaratio, ac postea idem Episcopus usque ad Aprilium per quinque menses et aliquot dies vixerit? In MS. *Calendario Copticu* ab Athanasio Kirchero nobis Ruma transmisso, an 1 Febr. vii die mensis Mechir, sive Amschir, refertur Alexander Patriarcha Alexandrinus. Quæ verba de S. Alexander, cuius hic acta retinimus, accipienda videantur, nisi Vita, quæ Romæ in MS. Copticu collegii Maroniti Societatis Jesu extat, ageret de alio Alexander Patriarcho Jacobitarum, sive Entychianorum, uti ad primum dicim Februariori, in quem convenit vii Mechir, diximus inter Pratermissos. Num tamen posteriores schismatice in locum prioris ac Sancti Alexandri huic alterum suæ fuctionis intruserint, defectu aliorum antiquorum monumentorum dijudicare nequimus.

E 17 Latini autem, ut supra diximus, Ecclesiasticis Tobinus inscripere S. Alexandrum ad hunc xxvi Februariu: quo die antiquum Martyrologium Romanum a Roswrydo editum ista habet: Alexandriæ Alexandri glorijs senis Episcopi. Quæ sere eadem leguntur in MS. Leodiensi S. Lamberti MS. Trevirensi: Alexandriæ, Alexandri glorijs Episcopi, qui Arium Presbyterum suum de Ecclesia ejecit, et in Nicæno concilio diuinitavit. At Martyrologia Bedæ, Usuardi, Adams, Notkeri, Bellini consentunt cum Romano his sere verbis: Alexandriæ S. Alexandri Episcopi glorijs senis, qui post B. Petrum ejusdem civitatis Episcopum, Arium Presbyterum heretica impietate depravatum, ei divina veritate convictum, de Ecclesia ejecit, ac postea inter trecentos decem et octo Patres in Niceno concilio eundem damnavit. Similia leguntur in MS. Florario, Viola Sanctorum, et quoniamplius MSS. Eundem reverunt Maurolycus, Felicius, Galesinus, Canistus, Ghinius, atque recentiores: e quibus unius Galesini verbo adjungo: Alexandriæ, inquit, S. Alexandri Episcopi, cuius incredibilis religiosi animi virtus in tuenda fide Catholica, et sanctitatis splendor in omni actione maximus eluit.

F 18 Selinus supra citatus lib. 3 cap. 15 pag. 344 et seqq. tradit ex Entycho Patriarcha Alexandrino, a Cleopatra Regina fuisse templum Alexandriæ extrectum, ac Saturno dedicatum, ibique Michaelem quendam a Gentibus cultum. S. Alexandru vero, Patriarcham factum, idolum confregisse, et Crucem ex eo confessisse, et nuncupasse templum, Ecclesianum S. Michaelis. Quod retulisse sufficit. Poterit, ubi de cultu S. Michaelis agendum erit, de rei veritate inquiri.

Ejus memoria
in fastis Latini.

An S. Alexan-
dere ecclesiastis
S. Michaeli
consecrari?

en præficeretur Episcopo. Certe primus censetur S. Zamæ, qui a Dionysio Romano Pontifice ordinatus, illuc Christianam fidem mirifice propagavit: ut his verbis tradunt tabulae *Martyrologii Romani* xxiv Januarii, quod die de eo eximus.

I 2 Et vero mortuo, inquit Carolus Sigonius lib. I *Historia Bononiae*, qui Christo dediti erant, Faustiniæ, nianubis,

A nianum, mira hominis sanctitate affecti, substituerunt. Qui ab Episcopo Romano confirmatus, dum dat operam, ut, quam plurimos possit, ad fidem Christi traducat, magnum cum universa Christiana plebe detrimentum accepit. Nam Diocletianus, qui anno Christi ccclxxxiv Imperium, socio biennio post Maximiano sibi assumpto, iuverat. Christiani præter modum infensus, quæsitoribus per omnes civitates dimisis, acerbissimas de illis questiones habendas imperavit. Ex quibus cum unus Bononiam venisset, templum Christianorum evertit, et diligenter eorum inquisitione facta, preter alios, quos Christum constantissime profites cruciavat, Hermetem, Ageum, Cainum, Agricolam et Vitalem crudelissime interfecit.... Atque haec quidem anno Christi ccc acta. Zama et Faustinianum primorum Episcoporum sepulchrum ad eodem D. Petri, quæ nunc D. Felicis dicuntur, cum litteris id significantibus hodierno etiam die visitur. Quinquennio interjecto lux clarissima populo Christiano, variis jam pridem Imperatorum persecutionibus conficit, affulxit. Nam Imperium Constantinus Magnus, precipitus Christiani nominis et professor et fautor exceptit.... Hoc autem tempore cum aliis Italicae populi, tum Bononienses imprimis ipso auctore Episcopo (is Basilius fuit a Silvestro Pontifice datus) non solum vetus templum reædificarunt, sed nova etiam alia ex ritu Christiano, que parœcioe dicta sunt, construxerunt.

3 *Hæc in Historia Bononiensi Sagonius: cui assentitur Ludovicus Zocconus lib. 2 Compendii Vitarum Sanctorum Italice editi, odditque S. Faustinianum tempore persecutionis sanctis exhortationibus eis in fide corroborasse, animis etiam ad martyrium sustineulum additis, quorum alioquin nouulli nature videbantur, deque palma martyrii relinquenda, et fide Christi abegandu cogitare.*

4 *Idem Corolus Sagonius, qui Bononia linyæ Latini Professor floruit, ibidem anno 1586 edidit quinque libros de Episcopis Bononiensibus, ac libro primo censet S. Zamam ante annum trecentesimum et persecutionem Diocletiani in pace mortuum esse, ac deinde vacasse Sedem per annos ipsius persecutionis; qua evanarra agit de S. Faustiniano his verbis: Anno inde tercentesimo duodecimo Constantinus Imperator Maxentio tyranno delecto, Italiana ac Romam in protestatem adduxit, ac Christianus effectus, lucem tandem pacis optatissimæ attulit. Itaque, ut summa erat pietate ornatus, non sacras solum Deo ædificari basilicas jussit, multisque ipse in locis extrixit, sed magnō etiam in honore ipsos basilicarum Antistites habuit. Quare ut reliquæ civitatis, sic Bononia quoque stœva persecutionis tempestate defuncta, Episcopum sibi ascivit. Hic vero S. Faustinianus fuit, qui reliquias Christianorum, superiore Ecclesiæ naufragio dissipatis, judicatur undique collegisse, ac Constantini instituto ædificandam basilicam præparasse. Fieri etiam potest, ut idem synodus Romanae inter centum sexdecim Episcopos interfluerit, quos S. Julius Pontifex ad confirmandum Nicenum Concilium contra Arium anno tercentesimo tricesimo septimo advocavit. Situs est antem in eodem monumento quo Zama: quod adhuc ad S. Felicem cum hoc titulo visitur: Hic requiescent corpora Zamae primi Episcopi, et Faustiniani secundi civitatis Bononiae. Memoria agitur in Kalendas Februario.*

5 *Hæc Sagonius de Episcopis Bononiensibus, et mox S. Basilius subiungit. Ughellus tomo II Italiæ sacre inter Faustinianum ac Basilium interponit duos Episcopos, Domitianum scilicet et Joanneum: ac nihilominus tradit S. Faustinianus, ita Faustinianum appellat, eam Ecclesiam rexisse temporibus Constantini Magni anno ccxxi, et e vivis exemptum esse xxx Janua-*

rii. *Cherubinus Ghirardacenus lib. I Historiae Bononiensis Italice editæ annum mortis S. Faustiniani assignat cccl, diem vero cultus sacri xxix Januarii: reliqua fere ex Sagonio de Episcopis Bononiensibus describit, addens cum eodem se ea referre ex Vita S. Petronii, quæ est apud monachos S. Stephani, et Fr. Leandro in Historia Bononiensi. Addit autem Ghirardacenus eundem S. Faustinianum interfuisse primo Concilio Generali Nicæ habito, et inter trecentos octodecim Episcopos Arii hæresin condemnasse. Habita ea Synodus anno ccxxv, ac desunt plurima et in Concilio nonuna eorum, qui subscripterunt, et maxime Episcoporum Ecclesiæ Occidentalis: uti omnium Episcoporum, qui supra indicata Synodo Romane interfuerunt. Utrique Synoda interfuisse S. Faustinianum sensit Celsus Falconius in Metavoris historicis Ecclesiæ et Episcoporum Bononiensium, ubi virtutes actionesque ejusdem S. Faustinianus pluribus amplificat. Quæ visitatur prope templum S. Stephani Protomartyris ecclesia SS. Petro et Paulo dicata, in quam S. Ambrosius corpora SS. Vitalis et Agricula magna cum solennitate transtulit, constructa traditur a S. Basilio, ab aliis vero a S. Faustiniano; a nonnullis ab hoc incepta, ab illo vero perfecta.*

an extruxerit
ecclesiam
SS. Petri et
Pauli?

6 Intonius di Paolo Masinus in Bononia perlustrata, celebruri ait xxvi Februario natalem S. Faustiniani: quo die de eodem Officium Ecclesiasticum ritu duplice celebratur: et ex tabulis Ecclesiæ Bononiensis hæc in Martyrologio Romano leguntur: Bononiae S. Faustiniani Episcopi, qui eam Ecclesiam Diocletiani persecutione vexatam verbo prædicationis firmavit et auxit. Resert eundem hoc die Ferraris in Catalogo SS. Italiz, ejusque acta contraxit ex relatione Sagonii de Episcopis Bononiensibus, ut etiam Gaspar Bombarus in Memorius sacris urbis Bononiensis, qui etiam solennitatem ejusdem celebrari xxvi Februario assert, quem etiam diem assignat Zocconus.

§ II. Apparatus prævious Translationis corporum SS. Zamae et Faustiniani.

Gabriel Pultzotus postquam Concilio Tridentino interfuerat Rotæ Auditor, creatus est anno ccclxxv a Pio Pultzotus Ariv. S. R. E. Cardinalis, ac deinde a successore Pio v Episcopus Bononiensis, cuius urbis civis erat. Erecta dem anno ccclxxxvi in Metropolim Ecclesia Bononiensi primus a Gregorio xiii constitutus est Archiepiscopus. Hic inter alia insigniora opera præclare desuluit in Sanctorum Reliquis a loco minus culto aut orato ad honestiorum atque ampliorem deferebuds, ulque sape Magistratu utque urbe ipsa efflagitante atque impellente, et fere Summo Pontifice prius admonto atque ammunte. Ejusmodi quatuor Translationes solemneriter celebratas profert Archiepiscopale Bononiense, anno ccidxciv, dum adhuc vivet Pultzotus, Rome excusum: in quo reseretur tertia Translatio corporum SS. Zamae et Faustiniani, celebrata iv Maii anno ccidlxxxvi: ex qua relatione nonnulla excerpta hic damus.

8 Jacobant hæc sacra corpora in marmoreo quadruo vetustissimo vase in cœmterio ecclesiæ S. Felicis, qui locus olim suburbani erat, ubi et Episcopalis ecclesia et Episcopalis residentia habebatur, nunc vero urbi includitur, estque monasterium sanctimonialium Ordinis S. Clare. Solennitas antem ad hoc usque tempus producta est, tum ut Capella major, quæ in metropolitana ecclesia ædificabatur, ædifici amplitudine ac magnificencia, illustribus picturis et statu, oculis omniuim et admirationem et oblationem afferret non exiguum; tum ut Episcoporum frequentia, qui ad Concilium provinciale primum Bononiense celebrandum convenient, dignus ageretur. Præterea Illustrissimus Archiepiscopus ad hanc Translationem sua præsentia honestanda

transfert cor-
porum SS. Zamae
et Faustiniani
am. 1586

ex cœmterio
S. Felicis,

tempore Conci-
lii provincia-
lit:

Itre, tum Sede
vacante,

factus Episco-
pan. 312

creditur cul-
lum religiosum
restulisse
el forte Arium
damnum,
Romæ

A tandem invitavit etiam omnes Episcopos cives Bononienses, his, quae sequuntur litteris, *qua oīnibus et singulis communis erant.*

9 Reverendissime Domine. Sacra corpora SS. Zamæ et Faustiniani, primi et secundi Episcoporum Iujus Ecclesie Bononiensis, quorum memoria in Martyrologium Romanum relata est, et apud nos duplaci officio quotannis celebratur, hactenus humiliori loco, prout superiora serbant tempora, et minus ornato, quam decet, recondita, ad nostram metropolitanae basilicam transferre, et in majori altari collocare Deo adjuvante statuimus, die iv proximi mensis Maii. Cum vero Translationes hujusmodi solenni apparatu et frequenti Episcoporum ac magno conuersu fidelium celebrari soleant; id quod et ab Ecclesiasticae historia lectione accepimus: et nostri quoque temporibus ab Episcopis gravissimis et religiosissimis observatum esse scimus; nos ut muneri nostro satisfaciamus, et celestium horum Patronorum meritis pro viribus aliquia ex parte respondeamus, Amplitudinem vestram Reverendissimam, ad hunc spiritualem triumphum sua presentia exornandum, his nostris litteris invitare voluimus. Nam cum beatissimi hui nostri Antistites fidei fundamenta in hac urbe primi jecerint, et salutaribus illam institutis primi ampliarint, jure suo exigere videntur, ut tum ab universis civibus Bononiensibus debitus illis hic Christiana pietatis honor tributur: tum vero a nobis Episcopis, qui eos in hac pastorali administratione, veluti fortissimos ac sapientissimos Duce agnoscimus, potissimum debetur. Quare hujusmodi officium, ut patriæ ipsi perhonifism, et pietate Dominationis vestre Reverendissima dignissimum, nobisque gratissimum ab ea vehementer exposemus. Deus illi gratiam suam copiose largiatur, Datu Bononie etc.

10 *Nomina Reverendissimorum Episcoporum, ad quos litteræ missæ sunt, ita recensentur:*

- D. Marcus Antonius de Marsiliis Archiepisc. Saltitanus.
- D. Ludovici Bentivolus Episcopus Tiferni.
- D. Christophorus Bonecompagnus Archiepiscopus Ravenne.
- D. Alexander Musottus Episcopus Imiae.
- D. Joannes Franciscus Canobius Episcopus Foroliviensis.
- D. Celsus Pasius Episcopus Castri.
- D. Jacobus Massinus Episcopus Signi.
- C D. Nicolaus Horatius Episcopus Cataniæ.
- D. Guignus Maugiolus Episcopus Aversæ.
- D. Alexander Cospus Episcopus Vigilensis.
- D. Vincentius Torsianus Episcopus Ariminum.
- D. Julius Caesar Segnius Episcopus Reatinus.
- D. Aloysius Mariscottus Episcopus Strongoli.
- D. Sigismandus Zanettinus Episcopus Firmannus.
- D. Joannes Antonius de Grassis Episc. Faventia.
- D. Vincentius Casalius Episc. Massæ et Populonia.
- D. Angelus Perutius Episcopus Sarsinae.

Ex his omnibus nraerant Reverendissimi Domini Episcopi Sarsina, Tiferni, Imiae Foroliviæ, Castri, Aversæ, Faventie, et Massæ. Præter quas etiam interfuit D. Jacobus Diodus Episcopus Cremæ. Rerumque ob iternum difficultatem et longitudinem tum illis gravibus impedimentis detenti, humanissimis litteris, et pio in sanctissimos Presules affectu plenis, non venire non posse responderunt.

11 Atque ut dignitati atque ornamento in hac actione fructus etiam spiritualis accederet, obtinuit Illustrissimus Archiepiscopus plenarium indulgenciam a Sixto Papa v datum die xxii Aprilis anno MDLXXXVI Pontificatus anno i sub hoc exordio: Exponimus fecisti, quod, cum in civitate Bononiensi extra ecclesiam SS. Naboris et Felices in loco minus

decenti et aperto reperiantur corpora SS. Zamæ et Faustiniani n Episcoporum Bononiae, cuperes illa ad locum altaris majoris ecclesie tuae Metropolitanæ Bononiæ, ubi honorificentius custodiri possint, transserre etc. *Sensus reliquæ partis mox proferetur.*

12 Appropinquante ipsius Translationis die, ut populus, quid esset haec solennitas, ab ipso Pastore intelligeret, atque ad eam celebrandam magis inflammaretur, voluit Illustrissimus Archiepiscopus litteras, ut vocant, Pastorales de eadem Translatione, vulgari etiam sermone redditas, et a concionatoribus pronulgari, et per urbem affigi. *Earnum hoc exordium est: Gloriosa corpora Sanctorum inhabitantis Spiritus sancti domicilia etc. In quibus antiqua cultu Reliquiarum evocione harum transverbendorum jam dicta, prima Bononiensium ad Christum conversione, et rebus gestis SS. Zamæ et Faustiniani explicatis, ita populum adhortatur: In id vero hujus præsertim solennitatibus tempore imprimis incumbite, dilectissimi, ut ad prescriptum litterarum Sanctissimi Domini Nostri de plenaria Indulgentia Translationem hanc celebrantibus concessa, omnes et singuli sacra Confessione et Eucharistia ante expiatæ, ad supplicationem acceditis, et devotas preces pro Summo Pontifice, pro Christianis Principibus, pro hæresum extirpatione, pro sanctæ Matris Ecclesia exaltatione, pro civitatibus hujus et provinciæ salute humiliiter effundatis... Ut autem commigrantibus excelsis Ius Indulgentiarum in Metropolitanae basilicam honorificentior comitatis, cultusque celebrior adjungatur, non solum provincie nostra Reverendissimos Episcopos adesse, sed etiam Reverendissimos Episcopos, Bononienses cives, ex suis Ecclesiis convocabando curavimus...*

13 Quapropter, Deo favente, constitutimus cum omnibus Ecclesiasticis gradibus triumphum hunc glorioissimum Ecclesie nostræ Principum solenni apparatus comitari: et illecebro mouemus Prelatos, Canonicos, Capitula, Parochos, Clericorum nostrorum universum, ut præstituta die intersint, et lumina accensa præ se ferant, quoque omnes et singuli loco, ordine et habitu (qui sacer sit) incedant, atque Ecclesiastico et pio concerto annis in cubili sublati religiosæ Corporum religiosissimorum traductioni, operam suam wellificationis et reverentiae plenam exhibent. Quod idem religionis officium ab omnibus pariter Regularium Ordinibus et familiis in Domino requirimus. Confraternitatis quoque spiritualibus mandamus, ut illuminimus item accensis et psallentes, omnemque picturam præ se ferentes, Translationis hujus solennitatis ceremoniis sub suis vexillis intersint. Sanctimoniales autem, quæ sui holocaustum intra monasteriorum claustra Altissimo dedicarunt, cum huc celebratati interesse nequeant, studiose monemus, ut interiore mentis fervore devotisque illam precibus prosequantur.

14 At vero Illustrissimum Senatum, Magistratus, collegia omnesque civitatis ordines seculares paterno affectu invitamus, omnesque et singulos eorum, ut accensa lumina præfereant, et in spiritu humilitatis orantes, sacram hanc Translationis celebritatem sua presentia exornare velint, vehementer in Domino hortantur et rogamus. A matronis item seu matribus familiis, devoteque omni civitatis feminæ sexu exposcimus, ut earum salutis maxime cupidos sanctissimos istos Episcopos accensis pariter luminibus et piis precibus venerentur et devote subsequantur. Cetera universi etiam dioecesis nostre populos ad ipsam hanc solennitatem rite celebrandam, beatorumque Antistitutum saera corpora visitanda, et omni cultu et honore pro viribus afflictenda pariter hortamur, ut eo præsertim tempore suam erga hos Pastores suos pietatem et gratum amicum ex omni parte testentur etc.

Archiepiscopus
in litteris
Pastoribus

hortatur suos
ad hortandum
Indulgentiam;

prescribit
methodum in
Translatione
servandam ab
Ecclesiasticis,

a Regulatis
bus;

F

visitat Sena-
tum et ordines
seculare,

matronas ad
hunc accep-
tendas,

et reliquias
ducentias;

15 Harum

ACTORES &c. u.

invitat hac
epistola

ad eam cele-
bratatem

Episcopos Bo-
nonia oriun-
dos:

horum nomi-
na:

aliqui adfec-
runt

autem impedi-
tis,

Indulgentiam
plenariam dat
Sixtus v.

reales sacras
prescribunt
parochus ur-
bu.

et duceses :

religio aliquot
ordines
regulares

et societas s
laicorum,

et parvulus
Doctrinae
Christianae;

mandata ser-
vanda a Cu-
pitalis Cano-
niis,

tabulari omnes
campanas
urbis,

eccliesie lumen-
tia ruderum,

A 15 Harum litterarum exempla missa sunt ad singulos civitatis Parochos, hisque in adjuncto chirographo mandatum, ut ipso Translationis die, planeta decora induiti cum face accensa ad eam accedant, et cum eadem toto processionis itinere procedant, libellumque pre-eum ad id editum habeant, psalmis illis atque hymnis canendis devoto corde videntur. Similiter eadem exempla missa sunt ad omnes et singulos Archipresbyteros et Plebanos diocesis, totidem scilicet, quo parochi sunt, quibus praesunt, utique litteris injunctum, ut ipsi Plebani et Parochi aliisque diocesis Sacerdotes superpelliceis mundis induiti, et lumina in manibus habentes, ad civitatem statim tempore convenirent, et huic solennitati, ut par erat, ipsi quoque omnino interessent... Aliis litteris admonti sunt Parochi suburbiorum, ut una cum populo, a prandio tamen, nemissa frequentia celebritatis ordo perturbaretur, ad visitandas et venerandas sacras Reliquias, processionis modo sub suis quaque vexillis devote pergerent.

16 Quis vero magnus est monasteriorum sive conventuum, societatum spiritualium aliorumque locorum piorum Bononie numerus; ideo, ne a multitudine orioretur confusio, sequentes tantum invitati fuerint. Carmelitae ecclesie S. Martini, Servitiae ecclesie S. Mariae servorum, Eremitae S. Augustini ecclesie S. Jacobi, Minoris conventuale ecclesie S. Francisci, Pradicatores ecclesie S. Dominici, Montis-Oliveti ecclesie S. Michaelis in bosco, Canonici Regulares ecclesie S. Salvatoris, Benedictini ecclesie S. Proculi, Canonici Lateranenses ecclesie S. Joannis in monte, Canonici Regulares S. Georgii in Alega ecclesie S. Georgii. Singuli autem Superiori instructione particulari admonti sunt, ut Monachi, Fratres et Canonici planetis, dalmaticis et pluvialibus, aliisque que habere possent pretiosissima, induiti advenient, candelabra argentea, thuribula, naviculas ferrent, facesque accensas in manibus gestarent, musicaque variis chorus triumphum hunc sanctissimum associarent. Et societatibus spiritualibus laicorum invitata sunt societas, quae vocantur Vite, Burgi S. Petri, Magdalene juncto loco quadam propter orphanorum, Angelorum, S. Mariae Guerinorum, S. Job, S. Francisci, S. Dominici, S. Bartholomei cum orphanis et Mortis. Interfuerunt etiam omnes scholae Doctrinae Christianae quae infinitum prope numerum parvolorum carentium devote, et candelas accensas in manibus habentium amplectebantur.

17 Appropinquante ipso Translationis die novo edicto mandatum est omnibus et singulis Canoniciis et Capitulis Curatis, aliisque Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconi et Clericis, quibuscumque civitatis, seu diocesis commorantibus Bononiæ, ut præstituta die, suo ordine et loco sub suis crucibus vel vexillis in habitu sacro solemnis hujus Translationis processione comitentur: videlicet Canonici et Capitula pluvialibus, Mansionarii et Capellani planetis, vel dalmaticis, seu tunicebus, Sacerdotes alii planetis, Diaconi, Subdiaconi et Clerici dalmaticis seu tunicebus, vel mundis superpelliceis induiti, et accensa lumina in manibus ferentes. Mandatum insuper omnibus Ecclesiis Rectoribus tam regularibus quam secularibus, Plebanis aliisque, quorum est ecclesias civitatis præesse; item omnibus et singulis sanctimonialium Superioribus, ut pridie Translationis sabbato vesperi post signum Salutationis Angelicæ, cum ecclesia Cathedralis campanæ pulsabuntur: et ipsi ecclesiis suarum campanas uno eodemque tempore solemniter pulsari faciant: idemque exequantur toto eo tempore, quo sacra processio habebitur. Petitus denique ab omnibus, ut nocte que diem Dominicum præcedet, ex antiquo hujusmodi solem-

natum instituto, luminaria in honorem horum Sanctorum accensa in fenestrarum explicantur.

ANNO MDCCCLXII.

S III. Gesta in translatione corporum SS. Zamæ et Faustiniani.

Ornamenta Ecclesie Metropolitanæ Bononiensis ad hanc solennitatem et primarii Concilii provincialis celebrationem singularia erant peritissimorum hominum ingenii exquisita: sive altissima testudo tholusque ubi capella major erat, sive altare ipsum, sive picturæ adspicerentur. Statue Episcoporum Bononiensium, qui in numerum Sanctorum relati sunt, pulchri erant ordine in ipsa ecclesia supra fornices collocatae: parietes et columnæ auro argento quo emicabant. Viarum ornatus erat præclarissime paratus a nobilissimis civibus, qui divitiis pietatem ita conjunxerunt, ut si Bononianum appellare solent hospitalem homines, multo magis eam fuisse viderint, cum suos Praesules sanctissimos quodammodo excepterint.

19 Illustrissimus Archiepiscopus, ex sacrorum antiquorum rituum consuetudine has sacras Reliquias tertio recognovit, praesentibus R. P. Magistro Joanne Antonio Florano Inquisitore, plerisque ex Magistris, senatu et Collegiis aliisque a civitate deputatis supradictis Societatis Officialibus, itemque R. D. Sebastiano Medice Vicario Generali, R. D. Alphonso Palkeoto Archidiaco Bononiensi, Rev. Canonico Penitentiario, Canonico Theologo, aliisque Canonici et Metropolitanæ et Collegiatae insignis S. Petronii aliisque Doctoribus medicisque peritis, praesertim vero Arancio et Sacco anatomistis excellentissimis, et notariis ad id vocatis: cum quibus Illustrissimus Archiepiscopus accessit ad locum, ubi sanctæ erant reliquie. Ingressus oratorium, ubi parata erant omnia a Magistro cærenoniarum, aliisque ministris, breviter habuit sermonem de præstantia horum Sanctorum, atque obligatione, qua tenetur Bononiensis civitas ad eos omni cultu venerandos. Tum una cum ministris aliisque, accensis facibus accessit ad vas illud, in quo sacræ reliquie asservabantur, quo aperto Doctor Arancius, mandante Illustrissimo Domino essa omnia publice legit et super altari enumerata, dum notarius scribat, illa composuit, que in dubiis arculis ab Illustrissimo Archiepiscopo accommodata sunt, quas sera recte firmatas in vase illo, ubi prius erant, idem reposnit, quod calce lateribus etiam immunitum est.

20 Eodem modo facta fuit secunda et tertia recognitio, sed haec nane sabbato ipsam Translationem præcedente: quando ex prædictis arculis extractæ in tribus tabernaculis, auro serico ornatis, que ad ea transferenda elaborata erant, distributæ sunt, ita ut capita in uno tabernaculo separatin asservarentur. A prandio ejusdem diei una cum Episcopo aliisque ad prædictum Oratorium se contulit Illustrissimus Archiepiscopus, et tabernacula ab oratoriis ad ecclesiam S. Felicis somitem transstulit, et super altari collocata, dictis Pontificalibus Vesperis, populo per totam sequentem noctem sacra corpora adoranda reliquit.

21 Processio habita est die Dominica, præsequente inter ceteros Illustrissimo Cardinale Salvato Bononie Legato, Magistratus reliqui ordine supra descripto, celeberrimo ritu, frequentissimoque populo et mira omnium devotione. Delata sunt tabernacula sub tribus umbellis auro contextis, quas Sacerdotes parati manibus gestabant. Ea vero Illustrissimus Archiepiscopus aliisque Episcopi et Canonici viessum in quibusdam sacrestris auratis accommodata ferebant. Omnia concentibus plena erant, atque ut ad Metropolitanam ecclesiam pervenirent, tormentorum

Ornatus ædis
Cathedralis,

et viarum.

Corpora
Sanctorum ab
Archiepiscopo
cum variis ter-
renis recognoscun-
tur,

in invenientur
reposita,

F
prædictæ collo-
cuntur in tri-
bus taberna-
culis:

transferuntur
ad ecclesiam
S. Felicis -

die dominica
& Mat. in pro-
cessione defe-
rnuntur ad
ecclesiam Cathe-
dralem:

AUCTORE O. R.

A mentorum bellicorum fragar, tubarum clangor, organorum vocumque concentus, omnium animos ad aeternae gloriae, qua hi Sancti fruuntur, cogitacionem accendeant: demum ab Illustrissimo Archiepiscopo super altari majore reposita sunt. Tum Missa ab eodem celebrata est Pontificali more solentissima presente Illustrissimo Legato, Magistratu aliisque; et post Evangelium habitus sermo in honorem sanctorum Corporum.

22 Peracta Missa depositis indumentis Pontificibus, postquam discessit Illustrissimus Legatus una cum Magistratu, Illustrissimus Archiepiscopus cum Episcopis, Praelatis et Canonicis in palatum se receperit, in cuius aula mensa lante instructa erat; ibidem duodecim pauperibus, quos et novis vestibus donaverat, accumbentibus humiliiter inservivit, iisque duodecim crumenas cum elemosyna, postquam comedierunt, distribuit et dimisit.

23 A prandio presente item Illustrissimo Legato, Magistribus aliisque solenes Vespertas celebravit et in sacris reliquiis benedixit populo; tum duas capsulae cedrineae ad id affabre confecit, et diligentissime elaborate, allatae sunt: in quarum singulis capsula plumbea erat, atque accensis luminiis a tabernaculis deppromptae sunt reliquiae, omnibus illis, qui alii recognitionibus interfruerunt presentibus, atque ab Illustrissimo Archiepiscopo in ipsis capsulis cordinis composite, lumina argentea unicuique capsule interius affixa. In altera, qua erat S. Faustinum ita insculptum erat. Hic asservatur corpus S. Faustiniani Episcopi secundi Bononiae, ex sede S. Felicis summa celebritate in hanc metropolitanam ecclesiam translatum, a Gabriele Paleoto Archiepiscopo i Bononiae in Concilio primo Provinciali die iv Maii anno Christi MOLXXXVI. Insuper membrana involucro plumbo circumdata in singulis capsulis reposita est, in qua ita scriptum erat: Corpus S. Faustiniani, qui anno Christi ccxxii fuit Bononiae secundus Episcopus, in hanc Metropolitanam ecclesiam translatum a Gabriele Card. Paleoto Archiep. i Bononiae maxima omnis ordinis, oitatis, sexus, cum civitatis, tom diecesis frequenter et religiose in Concilio primo Provinciali, die iv Maii MOLXXXVI. Similia de S. Zoma leguntur.

24 Postremo operculo plumbeo prius a fabro ferrario diligenter compresso, ita ut arcula plumbea neque aperiri neque extrahi possit, nisi totum opus dissolvatur, clausor sunt capsular cedrineae et clavis apte firmatae, et ab Illustrissimo Archiepiscopo sub altari magno sunt repositae. Ita ut per fenestram cancellis aureis firmatam, lampade argentea intus accensa a quibuscumque aspici possit: et in unaquaque capsula legitur exterius nomen magis cancellis litteris exauratum Sancti, ejus reliquia in ea sunt, hoc est: corpus S. ZOMI priui Episcopi BONONIE. Corpus S. FAUSTINIANI SECUNDI Episcopi BONONIE. Atque ita religiose asservantur ei per voluntat sanctissima illa corpora, quorum animae in coelesti patria, aeterna beatitudine perfruuntur. *Hoc sicut, qua ex Archiepiscopali Bononiensi excepimus, atque in communione nostro usit ordinem deducimus, aliut nonnulli a Celsio Paleour, qui lib. 6 in Archiepiscopo Paleoto commendem Translationem, describunt. De eadem agunt Martinus ad 25 Januarii, et Gaspar Bombacius ad Vitam utriusque Sanctorum, qui addit haec sunt a populo Bononiensi illos emblem pietate ac veneratione coli, qua Romae*

in basilica Vaticana honorantur corpora sanctorum D. Apostolorum Petri et Pauli.

§ IV. *Hymnus, antiphona, et Oratio de SS. Zam et Faustiniano.*

Elitus fuit ab Illustrissimo Archiepiscopo libellus precum, in quo hymni, psalmi, orationes et preces dicendae de his Sanctis leguntur. Ex his panca subiungimus. *Hymnus,*

Salvete sancti Ecclesiae

Bononiensis Presules:

Salvete Patres incliti,

Et civitatis lumina.

Tu Zoma primus arduis

Christo gregem laboribus

Hic comparasti, et pabulo

Saci educasti dogmatis.

Mox late in Orbe saevit

Extrema persecutio,

Cum grex tenellus obvius

Fuit luporum faucibus.

Sed pace terris reddita

Faustinianus aspuit,

Qui dissipatos undique

Agnos ovili retulit.

Exinde veri numinis

Cultum vigore Felsina

Vidit, Crucisque insignia

Et sacra templa surgere.

Nos ergo vestra nomina,

Et haec sacrata pignora

Laude, ac honore debito

Pie colentes tollimus,

Dum se receus haec Metropolis

Ornare tanto munere

Prægestiens, eis locum

Honestiorem dedicat.

Sic vos, Beati, pergit

Urhem favore prosequi;

Benignus ut hinc omnia

Perala Christus arreat.

Nos caritatis mutuae

Pacisque nexus colligat:

Det puritatem cordium,

Det sanitatem corporum,

Qui mortis atrae vinculis

Virtute fractis propria,

Victor resurgens imperat

Cum semper tua gloria. Amen.

E

* ita olim

dicta Bononia.

F

Antiphona,

Antiphona. Laudationem Domini inquit os nostrum: benedicat omnis ebro nonini sancto ejus in seculum et in seculum seculi.

3. Decantaverunt. Domine, nomen sanctum tuum.

4. Et victricem manum tuam laudaverunt patriter.

Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, qui nobis famulis tuis innumera tuae gracie dona largiri non desmis; quæsumus clementiam tuam: ut, qui Sanctorum Zamæ et Faustiniani Confessorum tuorum atque Pontificum vita exemplo et prædicatione te verum Deum agnoscimus, amborum meritis per viam salutis gradientes, tibi digne inservire mereamur. Per Dominum nostrum etc.

post Vesperas
canitatis,
corpora inclu-
sa capsis ce-
drinis,

cum inscrip-
tionibus,

deponuntur
sub majori
altari,

tutulo appen-
to r

et haec sunt
ibidem hono-
ratur.

DE S. PORPHYRIO

EPISCOPO GAZENSI IN PALÆSTINA,

Commentarius prævius.

ANNUARY.
PAP. 67.

INNO OCCXXI
XXXI PAP.

Gaza, urbe
Palæstinae ant-
qua.

Idolatriam
mucie regunt

S. Porphyrius
octo templum
idolatria
versa,

ANNUARY.
PAP. 68

quorum præ-
piuum Mar-
non,

Lod. conti-
du. L. 24.

Gaza urba Palæstinae olim celebris in sortitione filiorum Israel tribui Jude, ut Josue 13 v. 47 legitur, assignata enim vici et vallis suis: expugnata deinde a Iuda cum finibus suis, sed non dum retenta, a Philistis est paullo post recuperata, quorum Satrapia mansit versus Meridiem extrema et Egypto proxima: cuius portas Sampson in montem detulit, sed tandem ibidem captus utque excutitus, concussis fortiter columnis, multis militiis Philistiorum fusi rura oppresus occubuit: uti in libro Iudicium traditur. Captiuam eam ab Alexandro Magno fuisse referunt infra. Acta S. Porphyrii num. 18, confirmant Curtius, Ariannus, Josephus, ibidem citoti, utique eversam volunt: copia civitatis locum asserit S. Hieronymus de locis Hebreis vix fundamento profere vestigia; hanc vero, quam nunc cernuntur, in alio loco, pro illa que corruit, aedificatam. In utraque civitate viguit profectus idolorum cultus insania: et que diadem sub Constantino Magno erecti fuerant Christianorum ecclesie, incensa atque eversa fuerunt sub Julianu apostola: quando nobile martyrium ibidem subiervit SS. Eusebius, Nestabus, Zeno et Nestor, tobis Ecclesiasticis vix Septembri inscripti. Eo quoque tempore Gazae, ut narrat Theophiletus lib. 8 cap. 6, virorum sacerdotii dignitate exornatorum, et seminariorum perpetuan virginitatem professorum ventres disciderunt, hordeo farserunt, ac porci eos devorando objecerunt. S. Ambrosius epist. 28 ad Magnum Thodosum horum Gazaeorum meminit: Incepsus sunt, inquit, basilice Gazae, Ascalone, Berythi, et illis fere locis omnibus: et vindictam nemo quærivit.

2 Theodosius Arcadius filius successit, quando Gazae ordinatus est S. Porphyrius Episcopus, quo tempore erant in civitate Gaza, uti Actu num. 64 testatur, publica simulacrorum templo octo: nempe Solis, Veneris, Apollinis, Proserpinæ, Hecates, et quod dicebant Hieron. sive sacerdotum teuplum, et Fortune civitatis, quod dicebant Tycheon, et Marnion, quod direbant Crœtae generis Jovis, quod existimabant esse gloriösius omnibus templis, que sunt obique. Quæ omnia templo a S. Porphyrio eversa, ac Marnium invenimus: cuius unus nomen exprimit Menœus his verbis: τὸν δὲ οὐδὲ τὸν Μερόπην ποιοὶ καταστάσθαι, ἀντιτίπειν εὐθῆσαι. Templum vero Marnæ cum igni accendisset, erexit ecclesiam etc. Unus etiam Marnæ meminit Stephanus de Urbibns, de Gaza agens: Εὐθύνει τοι τὸ Κορηταῖον Διός παρ' αὐτοῖς τίναι, δι' οὐδὲν ήρας ἐκδίων Μόρων, ἐργανεύοντο Κορηταῖοι. Τός παρθένος γάρ Κρήτες προστεγάσσουσι. Ibidem, statim scilicet, apud eos in honore est Jupiter Cretensis, quem ipsi Gazæ nobiscum agentes Marnam appellant, atque interpretantur Cretagenem, sive e Cœti orinndum: quam nomenclationem tribuant Virginibus Cretenses. Hinc in Actis, Marnina, non Crœtae generis Jovis, sed Cretageniis, sive e Cœta oriundi, Jovis legendum. Idem ergo unusquisque est Jupiter Cretensis, Jupiter Cretagenes et Marnas. In thesauro antiquorum Numismatona a Jacobo S. rwmulo nostro collectorum unum est Titi Imperatoris, in cuius aversa facie haec verba leguntur: ΖΕΥΣ ΚΡΗΤΑΙΕΝΤΙΣ Jupiter Cretagenes. Qui inter septem Pleiades sculptus cum fulmine visatur. Ita Gazæ insu- num. 19 Marnam unum esse dominum imperium: Mar- nium vero dicunt esse Jovem, quem Vicer, Pluvium, cognominant et reverantur Græci. Et Euripides in Februario T. III.

Oreste Jorem dominum Pleiadum statuit his verbis:

— ἐπτατόρου τε
Δοριζμάτα Ηλειάδος ἐις ὅδον ἀλλαγ
Ζεὺς μεταδόντι.

Et septem Pleiadum cursus in aliam viam Jupiter inutat. Joannes Tristanus tom. 2 Imperatorum, et nationum Principum Imperii Romani, numisma memoratum Titi representat, et commentario 18 num. 6 eruditus explicit, ut Gaza cunus arbitratur. Quidam in ipso portus Creta? Sed hoc de Marno, seu Jove pluvio a S. Porphyrio Gaza e turbato sufficiant.

3 Quibus annis vixit S. Porphyrius, ac Gazæ Episcopus præfuerit, et tandem ad laborem suorum pœnitentium moriens abiit, hoc fīrē calendo colligimus.

Natus est Thessalonice circiter annum Christi CCCCL, qui annus, uti et proxime sequentes, ex posterioribus S. Porphyrius an. 393 nasct- studiis, anno etatis circiter XXV, Christi CCCXXVIII, in

Neeti Egyptica, quæ tum sapientibus sanctisque viris florbat, habitum anachoreticum accepit: unde post quinquennium egressus, altero quinquennio prope Jordanem fluvium in eodem habuit vixit. Anno ergo etatis circiter XXXX exiit, Christi CCCXXVIII, Hierosolymam profectus est, acceptoque vite comite Maren discipulo. Filius ejus scriptore, aliquamdiu vixit, ut ille cap. I narrat. Pastea annos circiter quadraginta natus, ut num. 10 dicitur, Presbyter ordinatur circa annum Christi CCCXCII, eique triennio creditur custodia venerandi ligni Crucis. Scribelot tum S. Hieronymus librum de Scriptoribus Ecclesiasticis, anno Thodosi XIV, quem exprimit cap. 133 sic ultimo. Is erat annus Christi CCCXCV. Quo tempore testatur cap. 131

an. 393 ordina-
tur Presbyter

Gelasium Cœsaræ Palæstinae Episcopum in rivis egisse: qui fertur, inquit, quedam scribere, sed celare. Hunc successit Jounnes, sed quo anno ignoratur.

Hic S. Porphyrius Episcopum consecravit, post mortem Thodosi, tempore Arcadii Imperatoris, ut Baro- nius advertit ad an. 398 num. 97, sed aliquamdiu ante istum annum: quem assygnamus Christi CCCXCVI, cum

an. 390 Epis-
copus Gaze-
rius

que Imperii Arcadii primum numerori alibi ostendimus. Cum iam Episcopus factus una anno ad fidem Christi convertisset CCCXXII idolatrias Gazæ, nec posset reliquos ad eandem fidem pertrahere; Murcum Tha- canum ordinatum ablegavit Constantinopolim anno CCCXCVI, qui ibidem egit cum S. Joanne Chrysostomo, tunc Constantinopolitano Archiepiscopo, codum anno, die XXVI Februario, conservato: egit item cum Entro- pio Eunacho, nihilo Culicidario Imperatoris, qui anno sequeente Consul creatus, et securi percussus interut.

Quæ num. 26 relata evidenter calculum nostrum confirmant. Cum nihil omnium insolentia Ethnicorum reprini- F

non posset. S. Porphyrius, assumpto Joanne Archi- episcopo Cœsareensi iteris sui comite, Constantinopo- lini mense Februario anno CCCCI navigavit: ibudemque

an. 401 fait
Constantino-
poli?

fuit, cum Thodosius junior nascetur mense Martio, non Aprili, ut ibi contra Sacratum, Marcellinum, et Chronion Alexandrinum accurate ostendimus. Domum reversus templo idololorum depexit. anno insu- quenti donatus ab Imperatrici Euloxia columnas accepit, ac novam ecclesiam erexit, post quinque de- elapsos annos magnifice dedicatam.

4 Inter alia exercita videtur anno CCCXV Diopoli- tanæ Synodo interfuisse: in qua Pelagius post hereses in speciem saltum alijuratus sibi que professionem emis- sam absoluens est, Catholicaque communione dignatus:

qua an. 413
interfuerit
Diopoliæ
synodo?

AUCTORE G. B.

A quem postea dolore egisse innotuit. Hinc *S. Hieronymus* epist. 79 ad *Ilypium et S. Augustinum* scribens, haec de *Pelagio* testatur: Quidquid in illa miserabili synodo Diospolitana dimisso se denegat, in hoc opere confitetur. Et *S. Augustinus lib. 1 contra Julianum cap. 3 Episcopos illic presentes enumerat*: Habemus, inquit, alias Orientales Episcopos quatuordecim, Eulogium, Joannem, Amantianum, Porphyrium, Enthouinum, Porphyrium, Fidum, Zosinum, Zebedeum, Nymphidium, Chromatium, Jovinum, Eleutherium, Clematium, quos uno loco simul inventos in istum consessum introducere valeamus, illos ipsos qui Pelagio Judices praeseulerunt: eumque ut homines nullo ex altera parte urgente adversario, putantes Catholicum, tamquam Catholicum pronuntiabant. Quae in notis ut hunc synodum etiam referuntur tomo 4 Concil. editionis regiae pag. 335. atque Eulogius, qui primus ordinis recensetur, dicitur Metropolitanus Palestini Episcopus Cesariensis, ac Joannis, de quo actum, successor. Huius fuerint Episcopi ejusdem *Palestini* in qua xi. Sedes Episcopales numerantur: Ex his in eiusdem Notis dicuntur Joannes Hierosolymitanus, Eleutherius, Sebastenus, Enthonius Hierichunitus, Zebedeus Eleutheropolitanus, Jovinus

B Ascensionis, et alter Porphyrius Gazaeus: addendum et Fidus Joppensis ex Concilio Ephesium notus.

B Mortuus tandem est S. Porphyrius anno episcopatus ab eo gesti vigesimo quarto, mense undevicensimo. In Acta in fine, quibus Menae adducti octo dies. Annus is fuit ex calculo bactrenus subducto, quadringentesimus vicesimus primus; quem Gazae Era propria appellant quadrigentesimum octogesimum: quam nos epocham alibi observatam neclam legimus. In pace autem cum Sanctis dormivit die secundo mensis Dystri: qui quoniam ex aliorum computatione responderet Martio Romano, inscripta est 2 Martii memoria illius in Græcorum Menologio a Canisio edita, eademque aut aho in Notis Martiopoli. Rom. u. Baronio citata, hi verbis: S. Porphyrii Episcopi Gazei ex urbo Thessalonica, Arcadio et Honorio Imperatoribus. Cum coelestem in terra vitam duxisset, migravit ad Botanum. Ibi si tempus mortis indicetur, decessit Honorio et Theodosio Juniori imperiutibus: nam hic Arcadio puto anno cccccvi vita fausto successat. Non etiam mortuus est S. Porphyrius mense Martii, sed Februario. Num, ut non 21 dicitur, menses Græcorum precedunt quinque diebus menses Romanas. Et undecimo die Lydeni, ubi Anatolico, peragunt diem Theophaniorum Domini nostri Jesu Christi: qui incedit in diem sextum Januarii isti mensi correspondentis. Eodem modo unum. 31 vigesimus tertius Xanthi mensis apud Gazeos dicitur esse apud Romanos decimus octavus Aprilis. Quem etiam modum singulos menses auspiciunt usurpant Agypti, qui Bernulath, seu Bernulath, mensem appellant, quem Gazae Dystri dicitur, ejusque initium ducunt a xxv Februario Romani.

C Hinc solennis cultus S. Porphyrii a Græcis annatur ad diem xxvi Februario, in Mense magis, in Vita Sanctorum a Maximo Cytherio edita, in novo Anthologio, in Horologio, ne tempore Menologio seu Calendaria a Genebrardo edito: in quo ista verba leguntur: Porphyrius Gazeo Archiepiscopus et Symi. Quid illud Symi, utib[us] non explicatur. Episcopum alii Græci vocant, Latini Græcos initati eundem referunt xxvi Februario, Melans in Archetypo Usuardi: S. P. Porphyrii Archiepiscop Gazeo Gallesina: Gazei in Palestina S. Porphyrii Episcopi, qui Ecclesiam clazensem magna Christianarum virtutum exortatione cum enciter viginti et quinque annis feliciter gessisset, certamine, quod contra idolorum cultores ab initio suscepserat, præclare conferto, vita sanctissime acta, rebusque plurimos religiosi et mirabilis-

ter gestis, quievit in Domino. Martyrologium denique Romanum hoc eum encomia celebrat: Gaza in Palestina S. Porphyrii Episcopi, qui tempore Areaadi Imperatoris, Mariana idolum, ejusque templum everit, ac multa passus quievit in Domino. Meminit ejusdem Lezana in Annalibus Carmelitorum ad an. 398 num. 6.

T Vitan S. Porphyri proximus ab ejus obitu unus scripsit Marcus ejus discipulus, ab eo Diaconus ordinatus, et familiaris omnium laborum atque itinerum per ultimos triginta aut circiter annos socius ac comes. Est is diligens et veritatis cultor et illorum temporum granus historicus, vir, tuquam, admodum eruditus, pius etiam ac sanctus, uti ex tota Vite hujus serie accurate deducta conspicitur. Eam Vitam Latinè interpretatus est Gentianus Heretus, edidivit Aloysius Lipomanus et Laurentius Surius ad hunc xxvi Februario: eandem et nos more nostro illustratam damus. Præfigimus Vitarum epitomen ex Menais Græcorum, quæ etiam apud Cythirion legitur, et aliquanto contractior in Anthologio novæ.

Vitam ejus
scripsit Mar-
cus Diaconus,
ejus discipu-
lus,

Vita epitome
ex Græcorum
menau.

VITE EPITOME

ex Menais Græcorum.

R
S. Porphyri
nunhoretus,

Sacerdos,

Episcopus,

ap Imperato-
ri Arcadio,

per Endoxi-
eum natum
Theodosium

impetrat edic-
tum contra
idolatrias.

tempore phar-
rum exercitii.

coetus
adfectus
cum se post-
migr.

90 Sententia autem prolationem consecutum statim fuit suppeditum. Coepit enim tremere Julia et mutari vultu: et minens in ecclasi longum tempus, non loquebatur, sed erat muta et immobilis, habens upertos oculos, et intuentes sanctissimum Episcopum. Qui vero cum ea erant, cum adspexissent ea quæ sustinebat, magnitudo sunt affecti: eam autem consolabantur, et circum eam cantabant ad ejus aures, et non erat vox, nec auditus. Cum longo autem tempore mansisset muta, emisit animam, profecta ad tenebras, quas in honore habuerat, eas lucem esse arbitrav, convenienter Scriptura, quæ dicit: Vae iis, qui faciunt id, quod est dulce, amarum: et quod est amarum, dulce: qui tenebras ponunt lucem, et lucem tenebras. Jusit autem Sanctus componi corpus et trahi sepulture misertus humanæ nature:

*advonetur a
S. Porphyrio;*

*Ti. 3. 1
provocat ad
disputationem*

E

Math. 7. 15

*facto signo
Crucis a
S. Porphyrio,*

*et orationes
subito unita et
tarda reddi
tur*

Esa. 3. 20

*memoria et
nature;*

A naturae : erat enim suum clementis et misericors.
 91 Quicunque vero audiverunt id quod factum fuerat, valde sunt admirati : non solum qui erant nostre fidei, sed etiam alienigenae. Qui autem cum ea erant, duo viri et mulieres, et quicunque ab ea corrupti fuerant, currentes prociderent ad pedes beatissimi Episcopi, direntes : Erravimus, et petebant penitentiam. Beatus vero fecit omnes subiungere anathemati Manetem, auctorem eorum haeresis : ex quo etiam appellati fuerunt Manichaei, et cum plurimos dies eos instituisset catechesi, adduxit ad sanctam Cathodicam Ecclesiam. Occasione autem illorum, alii quoque ex aliis Gentibus penitentia ducti, fuerunt illuminati.

92 Post tempus autem quinque annorum, perfectum fuit opus sanctie magnae ecclesiae. Appellata vero fuit Endoxiana, ex nomine imprimis piae Imperatricis Eudoxiae. Peregit autem dedicationem sanctissimum Episcopus Porphyrius die Resurrectionis sancti Paschatis splendide ac magnifice, non patiens sumptui : sed congregatis omnibus monachis, qui erant circiter mille, cum aliispiis Clericis et laicis et Episcopis, hilariter transegit omnes dies sancti Paschatis, et licebat videre chorus angelicus, non solum in Ecclesiastica consequentia, sed etiam in Horis, quando fiebant. Non solum enim erat mensa sensilis, sed etiam spiritualis. Nam post obsumum dicebatur psalmus, et post potum hymnus. Idolorum autem cultores, videntes, que fiebant, corde tabescerant. Undique enim veniebant hospites ad videndum pulchritudinem et magnitudinem dictae sanctae ecclesiae. Dicebatur enim major omnibus ecclesiis, que erant illo tempore.

93 Ea de causa quando jecit ab initio fundamenta, reprehendebatur a quibusdam fidelibus, quod eam magnam descripsisset, cum essent pauci Christiani in civitate. Respondens autem sanctissimus Porphyrius, dixit : Ne sit vestra fides parva. Spero enim in Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, quod sit multiplicatus gregem suum, et ampliore lacet hanc dominum, ex eo quod non possit capere multitudinem Christianorum. Non est enim humanae dignitatem Christianorum, ut adspiciatur ad tempus et dissolvatur : sed divinum, et quod accipit incrementum. Haec et talia semper disserebat B. Porphyrius fidelibus, non solum in ecclesia, sed etiam in unoquoque loco illuminans et juvans populum Christi amantem. Post dies autem festi populus dimitis in pace, unumquemque ad suos.

C 94 Postquam vero condidit et sanctificauit dictam sanctam ecclesiam, constituit, ut daretor unicuique hospiti, qui erat in civitate, sumptus unius diei. Suppedebat autem unicuique mendico, tam peregrino quam civi, quotidie ad sex obolos, praeter ea, quaque per se praebebat iis, qui ad ipsum accedebant, in ueste, argento, et auro. unicuique praebebas convenienter sue dignitati, neque ullus ex iis, qui indigebant, erat expers snorum donorum. In diebus autem primorum sancti festi Paschalis, suppedebat unicuique panperi ad decem obolos quadraginta diebus. Jussit autem in ipso suo testamento, omnino dari dictos decem obolos quadraginta diebus ; et assignato reditu, ex quo videbat eos dari, in dicto testamento statuit, ut nisi haec quotannis suppedinarentur, dictus reditus veniret ad sanctam Cæsaream Ecclesiam. Haec vero postea facta sunt.

CAPUT XII.

Persecutio Gentilium in Christianos et S. Porphyrium : hujus obitus. Conversio ac vita sancta Salaphtha Virginis.

I Idolorum autem cultores quo magis adspiciebant Februaro T. III.

proficerat Christianos, eo magis forebant et studabant malis afficere Christianos, et ante omnes, sanctum eorum Pastorem Porphyrium. Namcum aliquando orta esset de praediis controversia inter Economum sancte Ecclesie, et Sampsynchum, qui erat primus inter idololatras, videns prius Barochas Economum affici injuria, eum defendit, et cœpit contumelias afficer dictum Sampsynchum. Cum id autem audiuerint reliqui Curiales, congregati invaserunt Economum, et pum Barocham. Simul vero cum Curialibus ascenderent etiam multi ex civibus inventa occasione male afficiendi fideles, et ex parva, ut dixerit quispiam, scintilla tantus est ignis accensus, ut otiosi Christiani in periculum venirent, ne perirent. Tanto enim furore perciti fuerunt idololatri, ut ipsi gladios et clavas acceperint, et septem homines occiderint, et alios multos saevisserint.

96 Deinde his non contenti, in ipsum Pastorem irruerunt. Quidam autem, qui bono lætabantur, præcurrentes, renunciarunt sanctissimo Episcopo incursionem multitudinis. Cum vero audivisset Beatus, me accersito, dixit : Fugiamus frater, et parum occultemur, donec transeat ira Domini, et ascensio muris, fugimus per tecta. Idololatri autem, fractis portis domus episcopalis, ingressi sunt : et cum non invenissent S. Porphyrium, diripuerunt omnia, que illuc sunt inventa.

97 Ego autem et B. Porphyrius per tecta fugientes, invenimus puellam circa quatuordecim annos natam : quae cum sanctum agnovisset Episcopum, procedit ad ejus pedes. Beatus autem rogavit eam, quemnam esset, et quibus nata parentibus. Puella vero respondens, dixit se esse orbani patre et matre, et avioni habere animum, corpore inbecillam : sequere operari, et se alere et suam aviam. Rogavit vero eam, an esset Christiana. Illa autem rursus dixit, se non esse, sed jamdū abhinc esse rupere, si sit digna. Clemens autem Porphyrius cum audisset, quod dixerat puella, et compunctus esset, lacrymatus est, dicens : Quam propensum est ad bonum, genus Gazvorum ! sed adversarius studebat impeditre bonum eorum animum : quem Dominus percutiet verbo oris sui. Dixit autem puellae : Affler ad nos hoc stoream in hoc tectum, ut hic maneamus, donec sedetur tumultus civitatis : et ne renunciemus alicui, nos hic esse. Illa vero jurejorando affirmavit, se ne avite quidem sua indicaturam.

98 Cum autem per quoddam tectum ascendisset in domum sanam, attulit stoream, et eam stravit : et procedens ad beati viri pedes, rogavit eum, ut vesceretur modicis suis cibis, et ne suam dedignaretur paupertatem : erat enim circa vesperam. Sanctus autem volens fieri mutator magni Prophetæ Eliæ, dixit puellæ : Festina filia, et affler, ut Dominus det tibi per me alimentum spirituale et carnale. Illa vero proprie descendit, emitique panem et olivas et caseum, et legumen maledictum. Attulit autem omnia, et apposuit nobis, dicens : Accipite domini mei, et benedicite pauperati mei. Beatus vero rursus compunctus, levit, cum prævidisset, quod habitura erat fidem in Christum. Cumque surrexissemus, et precies iudicasssemus solidas, et sedissemus, comedimus. Ego quidem comedi caseum et bibi vinum : Sanctus autem conedit panem et maledictum legumen, et bibit aquam, et cum dimissemus prællam ad suum avion, nos in tecto dormivimus, erat enim tempus a statu. Porro autem puellæ quoque nomen interrogavimus. Dixit vero, Salaphtha, quod interpretatur Graece Irene, id est, pax. Item quoque sequentem transgessum in illo tecto bona Irene nostri curam gerente prompto et alacri animo.

99 Postquam autem cognovimus esse sedatum tumultum civitatis, noctu ambulavimus ad sanctam

A ecclesiam. Cumque ascendissemus in sedes Episcopales, in iis nihil invenimus, nisi pium Baroebam jacentem et adductum in extrellum periculum ex plagis, ei illatis ab impiis idolorum cultoribus. Post paucos vero dies cum cognovisset Proconsul, quae facta fuerant in civitate, vocabatur autem Clarus, mittit Commentariensem cum magno auxilio, et conjicit in custodiam eos, quos ostenderunt ii, qui gererant res publicas, et adducit Caesaream: et de ab his quidem sumpsit supplicium, alios vero dimisit caesos nervis bovis; et non parvo incusso timore, sic sedavit civitatem.

100 Paucis vero post diebus recordatus est S. Porphyrius bone illius puellæ, quæ nos accepit, et eam per me accersiit. Illa autem venit currens, habens etiam aliam mulierem, quam dicebat esse amitam. Ingressus vero ab beatitia Episcopum, procederunt ad ejus pedes: qui eas benignè accepit, tamquam pater benevolus. Dixit autem puella: Revera, o filia, cupis fieri Christiana? illa respondit: Jam tibi dixi, o Domine, me jamdù abhinc hoc teneri desiderio, et nunc adduxi testem meam amitam, quæ ipsa quoque tenetur eodem desiderio. Ille autem factus, ei et ejus amita jussit dari quotidie argenti quatuor nummos, ejus autem amita dedit

B unum nummum, et cum eas signasset signo Crucis, dimisit, eis jubens ut vacarent precibus, et per catechesim institutioni catechumenorum. Misit autem ad ejus quoque domum pium Timotheum Presbyterum et per catechesim institutorem, et ei jussit signare axiun pueræ. Nam, sicut prius dixi, corpus habebat imbecillum et solutum. Tres autem illæ per catechesim instituta, paulo post dignatae sunt venerando baptismo.

101 Postquam vero sanctum deposuisset habitum Sanctus, accessit puella, dixit ei: Vis te viro jungamus legitimum matrimonio? est enim tibi tempus subendi. Neque enim nostra Scriptura prohibet honorabiles nuptias. Puella autem cum audisset, quod vir sanctus dixerat, eo pit flore et dicere: Bone Pater, postquam me conjinxisti viro magno, vis me illudcunjungere, et dare viro humili timidi? Nequequam hoc feceris, Domine mihi. Admiratus autem Sanctus, dixit ei: Et quis est is, quem tibi conjunxit? Illa vero respondit: Jesus Christus Servator nostrorum animarum, verus meus sponsus, a quo non separabor in eternum. Cum audivisset Sanctus et compunctus fuisset, est lacrymatus, aleo ut præ magna compunctione pueram sit complexus, et ejus caput deorsum latuit. Erat enim revera plane impatibilis, et præ magna ad misericordiam propensione

promptus ad effundendas lacrymas. Porro autem nos quoque, qui eramus apud ipsum, cum vidissimus gratiam sancti Spiritus datam pte puellæ, glorificavimus Deum, qui dat electis suis sapientiam et gratiam. Dimisit vero illo die puellam.

102 Contigit autem in ipsis diebus anum requiescere, et migrare ad Dominum. Tunc advocata puella, accessit Beatus pium Manaridem Diaconissam, quæ interpretatur ipsa quoque Graeca lingua γοργία, id est, lucida. Et communis Salaphbam, ipso dato habitu regulari. Et cum eis Deo commendasset, dimisit in pace. Ea vero suscepit talem vivendi rationem, qualem non habuit alia illo tempore, quotidie jejunans, et post jejuniū modico panis vescens cum sale et madefactu leguminæ, aut subtiliter comminato olero et aqua sola: vinnum enim non sumebat omnino. Diebus autem festis utebatur oleo, et vescebat olivis: nihil autem aliud gustabat, quod fuisset igne coctum. In jejuniis vero Quadragesimæ, secundo quoque die comedebat leguminæ madefacta, aut comminuta oletas sine pane. Totam autem sanctam Paschalem hebdomadam transiit nihil sumens, præferquam quinta sancta feria, post Communionem sanctam, aquam calidam: et corpus suum usque adeo maceraverat, ut qui videbant, putarent se umbram adspicere. Fuit autem ab his quoque multis exemplum. Sunt enim remulati vitam sanctæ puella Salaphba: quæ in hodiernum usque diem videtur vivere. Est enim mundo morte affecta, vivit autem Christo, et est cum ipso perpetuo: cuius sanctarum precum simus nos participes. Et haec quidem dicta sint de sancta puella Salaphba.

103 Beatissimus autem Episcopus Porphyrius, cum regulam constituisse Ecclesiasticam et omnem consequentiam, et alios paucos annos fuisse superstes, postquam sanctam sanctificasset ecclesiam, in morbum incidens, pium fecit testamentum: in quo enī multis legasset, et omnes Christiani amantis populi Deo commendasset, in pace dormitum Sanctus, a secundo mense Dystri, anno, ut est Gaziorum computatio, quadragelesimo octogesimo: episcopatus ab eo gesti vigesimo quarto, mense undecimo, et præclaro peracto certaine adversus idololatrias usque ad diem sua dormitionis. Et nunc est in paradiiso deliciorum, intercedens pro nobis cum omnibus Sanctis: quorum precibus nostri miserebitur Pater et Deus cum Filio et sancto Spiritu: cui gloria et potentia in secula seculorum, Amen.

a Die 26 Februario, anno MLI, ut supra probatum

*accepit habu-
tum sacrum.*

sancite vivit.

E

*S. Porphyrius
mortuus.*

F

g. u.

DE S. ANDREA

EPISCOPO FLORENTINO IN ETRURIA,

Commentarius historicus.

*secundo lib. v.
xxviii.*

*Florentia co-
litur S. An-
dreus.*

*non 2, qui
erit secundo 9.*

Florentia Etruria metropolis, et Magnorum Dunum incolyta sedes, et primus suis Episcopus septem veneratur Cœlitibus adscriptus: et hoc die S. Andream, de quo Martyrologium Romanum: Florentia S. Andreus Episcopi et Confessi. Etiamen etiam refert Ferrarius in Catalogo NS. Italicæ, ubi monet, ex antiqui potius traditione, quia ex illa, que de eo extet, historia, inter Sanctos haberi et coli, cum non solum Acta, sed et tempus, quo vixit, et patrum desiderentur. *Se deinde in Annotatione addit ros*, qui miniales urbis Florentinae scripsere, reu hunc quasi incertum protere, ut apud Borgianum antiquitatis abhoqui studiosum diligenterque in lagatorum videre est. alios opinari S. Andream cum esse, qui S. Zenobio proxime succedit;

alios enim, qui Ludovicio Imperatore circa annum Domini octinginta floruit, multaque ecclesiae Florentine beneficia contulit: rem prorsus audaciam esse, quam ipsi Florentini viderint.

2 Ferdinandus Ughellus, et ipse Flaventinus, tomus 3 Italia sue, Florentinos omnes Episcopos profert, interque eos Andream priorem, S. Zenobii successorem sanctum appellat, et in Sanctorum numerum relatuum assert, colique xxvi Februario: Acta autem intercidisse, sive ex vetustate temporum, sive ex mortuum inuria, ita ut etiam cum altero Andrea confundatur: de quo postea agit absque illa sciri cultus mentione. Barontius in Notis ad Martyrol. Rom. et Ludovicus Zuccanus lib. 1 Compendit Vitarum SS. priorem etiam intelligunt, dum plura scribunt de ipso tradit

*sed 3, successor
S. Zenobii:*

A tradi in Vita S. Zenobii apud Surinum xxv Maii, eoi
in Episcopatu successit. Eam S. Zenobii Vitam edidit Joannes Archipresbyter Aretinus, verosimiliter cognomento Tortellius, tempore Eugenii iv Romanorum Ecclesie Subdiaconus, ac postea Nicolao v cubiculi cura et consilis: qui, postulante Eugenio vitam S. Athanasii ex variis collegit, aliaque opuscula conscripsit. Hunc ergo fratrem Carolum Aretinum nobilium illius temporis ingenia appellarunt Volaterranus lib. 21 Anthropologix. Hic Joannes se praesente anno Chr. cccccxxxix factam esse aliam Translationem corporis S. Zenobi testatur in fine Vitæ illius, quam tempore Cowiti Florentini conscripsit. Aliam Itam ejusdem Zenobii ob Ughello, ubi de Episcopis Florentini agit ex antiquis MSS. editam, scripsit Laurentius Archiepiscopus Amulphitanus, qui in ea dignitate rexistit ab anno cxxix ad cxcix.

Obit S. Zenobii tempore Arcadii et Honorii.

3 Hic ergo sribit S. Zenobium a Deo omnipotente a terris ad coelorum gaudia abstractum esse temporibus Arcadii et Honorii. Corpus autem sacratissimum ipso die quo defunctus est, vni Kalendas Junii, reconditum esse in area marmorea, et positum esse in ecclesia S. Laurentii juxta altare, et cum fuissent aliquot annorum curricula elapsa, ob infestationem quarundam gentium translatum esse in S. Reparate basilicam, opera S. Andreæ successoris, ne mox ex altera Fita ab Aretino scripta dicemus. Fuit autem ecclesia S. Laurentii parva, parvumper versus Septemptrionem a civitate distans, a S. Ambrosio dedicata, petente eius fundatrici S. Julianâ valua, ut vñ Februarii ad hujus Vitam dictum est.

Uspelitur extra urbem in ade S. Laurentii, anno 403.

4 Ughello Itæ S. Zenobi subjungit inscriptionem antiquam columnæ eo loci insculptam, ubi in Translatione contigit miraculum ultimi aridæ reprætria viriditate reviviscentis. In hac inscriptione legitur corpus S. Zenobi Florentinorum Episcopi feretro portatum de basilica S. Laurentii ad majorem ecclesiam Florentinam, tempore Imperatorum Arcadii et Honorii anno xi, die xxvi Januarii, Feria quinta. Qui characteres convenienter in annum Christi ccvv, cyclo Solis xxn, littera Dominicali A. Annis tunc erut undevicias Arcadii et Honorii, dum horum Imperio attribuierit annus Chr. ccxcv, quo mortuus est illorum pares Theodosius Mognus: cui integrum illum annum aliud asserendum. Eadem vero inscriptione mûle intrusus legitur unus Christi ccvv, qui prorsus o reliqui et magis certas characteribus distat. Quæ supra relata sunt aliquot annorum curricula elapsa post obitum S. Zenobi, ante ejusdem corporis Translationem infra ob Aretino explicantur, dum ea Translatio facta traditur anno quanto presulatus S. Andreæ: enijs prouide initium obitusque S. Zenobi referendus in annum Chr. ccv. Procul ab hoc valculo oberrat Aretinus, unum obitus S. Zenobi reperiens in annum Chr. ccxcvii, minus Ughello, referens vitum S. Andreæ ad an. ccvv, ac refelluntur trudentes S. Zenobium anno ccviii obitus: inter quos est Scipio Ammiratus par. 1 Historia Florentina lib. 1.

Transfert illius Corpus ob infestationem Radagiani Gothi.

5 Statutum a nobis chronologum confirmat iudicata infestatio quarundam gentium, ob quam S. Andreas corpus S. Zenobi intra mania transtulit. Num, teste Prospero in Chronico, Stilone n et Anthemio Consulibus, id est, anno ccv, Radagaisus in Tuscia, multis Gothorum cæsis, ducente exercitu Stilone, superatus et captus est. Hanc incursionem etiam in an. ccxvi rejectum cum ultis Annibaris, ut quinque anni interponantur. Hujus Radagaisi invaniam eruditatem et in Christianos olim describunt, qui tum ritebant, S. Augustinus lib. 3 de Civitate Dei cap. 23, et Paulus Orosius lib. 7 Historiae adversus Paganos cap. 37. Nam si ille, inquit S. Augustinus, tam impius enim tuus et tam impius copis Romani fuisse ingressus (idem de ultis locis censendum) cui peper-

cisset quibus Martyrum locis honorem detulisset? D

In qua persona Deum timeret? cuius non sanguinem effusum, cuius pudicitiam vellet intactam? etc. Fervent, inquit Orosius, tota Urbe blasphemæ, vulgo nomen Christi tamquam lues aliqua præsentium temporum probris ingravatur. Fit omnium Paganorum concursus, hostem esse cum viro copia, tum maxime præsidio deorum potenter: Urbem autem ideo destitutam et nature peritaram, quia deos et sacra perdiderit. Haec Orosius; qui scribit in exercitu Radagaisi plus quam ducenta milia Gotorum, ut et Marellinus Comes, sed ad annum sequentem ccvii, quæ ad quadringenta millia auget Zosimus lib. 3 Historiarum: e quibus uno die amplius quam centum millia prostrata, ne uno quidem Romanorum extincto, sed nec vulnerato, testatur S. Augustinus. In hac ergo barbarorum incursione S. Andreæ proride transtulit corpus S. Zenobi intra manu urbis Florentinæ, atque in majorem ecclesiam. Hujus Translationis historiam a Joanne Aretino in Vita S. Zenobi editam adjungimus, quam S. Antonius, et ipse Florentinus, par. 2. Chronicorum tit. 10 cap 12 in compendium contractum, protegimæ historia existimat, et suo calculo hinc seniorem S. Andreum confirmat. Ita ergo sribit Aretinus:

6 Post Zenobium vero Andreas, vir sanctus et Florentinus civis, ad episcopatum assunxit. Qui videns miracula, quæ a Donatio ob Zenobii merita in Ambrosiana siebant ecclesia, et hunc honorem ecclesie majori potius deleri jndicans, quinto presulatus sui anno, consilio cum Clericis et majoribus suœ urbis communicato, statuit beatissimum Zenobii corpus ex Ambrosiana B. Laurentii ad cathedram sancti Salvatoris transferre. Et convocatis ex vicinis urbibus Episcopis, totoque suo Clero, diem festum vñ Kalend. Februar. cum præcedente jejunio populo indixit: quo scilicet sautissimum Zenobii corpus magna celebritate ad majorem transportaret ecclesiam. Quo adveniente die, capsula cum corpore Beati Zenobii ornatissime super quodam lectulo componitur, illamque soli Pontifices deportant, precedunt Clerici et ceroferarii, quorum erat multitudo non parva. Sequitur fidelis populus, primam primi civitatis ac virionnes. post quos mulieres sequuntur ac pueri Hymni, psalmi et cantica, tam a Clericis quain a devoto populo decantantur. Quin etiam mulieres atque pueri cantilenas, ejus impensa beneficia recensentes, una vocis modulatione cantabant. Omnia in Dei laude resonara videbantur. Proceduntque Pontifices, et ad plateam, quæ est juxta basilicam Baptiste Joannis, deveniunt. Multus ille populus adveniatur, et statim viso feretro, extollunt in jubilo voces. Conatur quisque pro viribus loculini ipsius saltem contingere. Quo contigit, ut Pontificibus portantibus ex nimia fieret devotione compressio: cecidissentque cum sancto corpore, nisi arida quardam et antiqua ulmus, cui cum loculo adhaeserunt, illos sustentasset: quæ a tam sacratissimo corpore contacta, admirata gratiam, exultavit, et videntibus omnibus, statim viruit, insitque folia et flores: et indies cum a devoto populo per frusta decerpentes; Florentini cives, in tantæ rei memoriam, marmoreanum cum Crure in eodem loco columnam erexerunt, que in hodiernum diem usque perdurat.

7 Adjuti igitur Episcopi et seipso resumentes, corpus sanctissimum ad ecclesiam deferre contentunt. Sed cum ipsius ecclesie januam introire procurant, nescio quia divina impediti virtute, illud omnino in ecclesiæ inferre nequeunt, nec qualibet via valvas ecclesie ingredi possunt. Extolluntur clamores in populo: quidam hoc caussam putant, quidam illud. Ali reportandum ad Ambrosianam ecclesiam

VICTORIO. B.

magna urbis celebritate,

et miraculo ab aliis aride reforescenti,

corpus immobile, factus precibus et vita,

Auctore G. H.
A eccliam proclamabant. Sed Andreas Episcopus, vir sanctus, magna animi fluctuatione perculsus ad optimum configit orationis remedium, et coram omni populo procumbens genibus, et tensis duplicitibus palmis, oculisque in colum suspicens, pie oravit ad Dominum, ne contristaretur populus ille: sed heceret cum beatissimo corpore eccliam ingredi, et illud statu loco compentere. Atque pro tanto beneficio duodecim ibidem constitutare Clericos vovit, qui in honorem sanctissimi Pontificis divinis obsequiis perpetuo vacarent. Et oratione completa cōsurgens, submittit et ipse cervicem foret, hortaturque alios Pontifices una secum ingredi eccliam. Qui Deum laudentes, omni cessante impedimento, cum jubilo totius populi Christiani, eccliam Salvatoris intrarunt: et celebratis Missarum solenniis, beatissimum Zenolai corpus juxta corpora Eugeni et Crescentii ministrorum ejus in quadam ejusdem ecclie catatumba honorissime locaverunt.

desert in
eccliam,

Ubi et item Pontifex Andreas altariolum sub ipsis D nomine mira devotione consecravit... Interim mortuus Andrea viro sancto, ad episcopatum assumitur Mauritus Florentinus Presbyter, vir multa sanctitate mortuus præditus, et a pluribus creditur sub Totila Martyr effectus: sieque mortuus, in catatumba B. Zenobii juxta Andream sepultus fuit.

8 Coluntur S. Mauritus xxviii Junii, S. Eugenius xxvi Novembri, S. Crescentius xix Aprilis, Tempa S. Reparata vii Octobris. Huic templum (quod deinde S. Reparata, Cathedrale fuit, et nunc S. Mariz Floridae appellatur) eruerunt Florentini, ei acceptum referentes victrix functione de caso exercitu Radagaisi, et patrie ei S. Laurentii, optatissima libertate recuperata. Ast ades S. Laurentii inter ecclias xii collegatus praecipua, continet Magnorum Dueum sephlebra, atque incepit a Ferdinandino in sacellum, octavam mundi miraculum in multis habendum, si aliquando perficiatur.

G. H.

DE S. SERVULO EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA.

POST AN ID
XXVI FEB.Inter Sanctos
Veronenses
Episcoposcolitur
S. Servulus,sepultus in ec-
clesia
S. Stephanii.

Aloysius Lipomanus Episcopus Veronensis in p̄fatione ad tomum IV de Iitis Sanctorum a se editis asserit, in sancta insignique Ecclesia sua Veronensi, quod diutu pene incredibile videtur, xxxiiii Episcoporum sanctorum celebrem agi memoriam, et anniversaria festa cum solemnisibus Missis reculti: uno Sanctos illius Ecclesie non solum civitatem Veronensem, sed pene totum mundum venerari et suspicere. Verum xxxvi Episcopos Sanctos Veroneussem Ecclesiam administrasse, ex quoniam plurimis antiquis monumentis prolat. In iugustus Valerius, et ipse Episcopus Veronensis, dum S. R. E. Cardinalis, in libro de Sanctis Episcopis Veronensis, in quo de S. Servulo pag. 14 ista habet: S. Servulus Episcopo Veronensis corpus requiescit in ecclesia S. Stephani, ut ex tabula veusta ex membranis, de qua ubi de S. Alexandre: ex Francisco Corna, ex constitutione synoduli die xxvi Februario, et ex tabula Sanctorum eodem die, de quibus supra. Haec ibi. In priore vetusta tabula tradit pag. 4 sequentia legi: Item jacunt in dicta ecclesia S. Stephani corpora sanctorum Episcoporum Veronensium Lucidi, Dimidriani, Servuli, Vindemialis, Saturiani et Lupi. Quae verba etiam ex vetustis ecclesie monumentis allegat Onuphrius Panvinius lib. 4 Antiq. Veronensem cap. 4, sed addit jucere in certis locis. Est autem, ut

consuetudinem Ecclesie Cathedralis Veronensis, edita fuit anno 1400 XVIII. Quæ duo erant postremu monu- menta ab eodem Valerio prolati. Consule ejus duo pri- ma folia.

2 Ex eisdem Tabulis Sanctorum Ecclesie Veronen- sis, et Constitutione spuadali, cumdem Servulum in- scriptus Galvensis suo Martyrologio his paucis verbis: Verone S. Servuli Episcopi. Quæ etiam habet Fer- tarium in Catalogo generali: ac de eodem agit in Cata- logo SS. Italiæ, elogio maxima ex parte desumpto ex Valerio, qui fol. 42 ista scribit: Servulus Veronæ Episcopus, bonus Dei servus, tuto sui Episcopatus tempore ita Deo inservivit, ut omnem humanam laudem contemneret, onnes cogitationes, omnia sua studia, onnes denique actiones ad populi Veronensis salutem referret. Obiit vir eximia sanctitate iv Kalendas Martii, et sepultus est in basilica S. Stephani. Eadem describit Ughellus tomo 3 Italæ sacra in Episcopos Veronensis columna 386.

Intercriptus
Martyrologia
20 Febr.

3 De tempore Sestis S. Serenli sicut Valerius. Inter Episcopos incepti temporis et ordinis ex Kalendario cumdem recentem Panvinius lib. 4 cap. 7, et Fran- ciscus Tintus lib. 3 Nobilitatis Veronensis cap. 9. Fer- rarius statut xxix Episcopum, ac S. Lupi successo- rem, et putari circa annum 12 vixisse. At iv Nonas Decembris ad acta S. Lupi, arbitratratur hunc inter an- num 10 et 10 in humanis suisse. Verum Ughellus tra- dit S. Lupum, non XXVIII, sed XXIX fuisse Episcopum, habuisseque successores SS. Felicem, Moderatum, Salvimum, Andromicum, Vindemiale, Silvinum, Laperum, Manium, Petronium, Cerbonium, Sim- plegium, quem conjunct circa annum 12 beato fine quie- vississe: et hujus successorem fuisse S. Servulum xxxv Episcopum: ac postea præfuisse S. Verecundum, mortuum Fl. Andicis sine collega Cos. Justino seniore Augusto, ac Theoderico Italæ Rege, anno 10XXII.

quo tempore
et ordine sede-
rit?

Cis narrat, basilica S. Stephani Verone inter vetus- tissimas ejus civitatis ecclesias, primis Christiano- rum temporibus, paullo extra urbis portam, loco qui dicebatur ad Ponticulos, via Tridentina, adficata, quo aliquando Cathedralis fuisse dicitur. Haec Pan- vinus. At Franciscus Corna, cuius testimonium secundo loco Valerius protulit, de antiquitatibus Veronæ, ac sanctæ reliquiæ, quæ in ea repertur, scriptis liberum anno CCCCLXXV. Constitutio vero spuadali facta est anno etiam. Tabula demque Sanctorum secundum

ANNUALIS
PAP. 64

G. H.

DE SS. AEOLADIO ET AGRICOLA EPISCOPI NIVERNENSIBUS IN GALLIA,

Commentarius historicus.

SECUL VI.
XXVI FEB.
Nivernus inter
alios Sanctos

Nivernum urbs Gallia monta et dives, ad Ligerim fluvium, ubi hic Nivernum amnum sorbet, multos venerantur Colitibus adscriptos, aut fuso pro fide Christi sanguine Martires, aut illustres exploratae sonetatis Episcopos. Ex his in pluribus

Martyrologis reperitur hoc die consignata memoria S. Agricola Episcopi, cui Aeolodium decessorem cum Sansau jungimus.

2 MS. Martyrologium Uuardi, quod inter antiquos codices Serenissima Christine Regina Successor alteratur

A natur, ista habet ad iv Kalendas Martii : Nivernis S. Agricoli Episcopi et Confessoris. Ita S. Deiculus et Deicolu Abbas appellatur, cuius Acta delimus xviii Januarii, MS. Martyrologium Carmeli Coloniensis eundem ita refert : Nevernius B. Agricola Pontificis, Similis habent Maurolyens. Galesius, qui codicem MS. citat, et hos secentus Ferrarinis : sed hi cum Felicio Agricolam nominant. Eundem memorat Hermannus Greven in Autorio Usnardi, in quo mendose Avernus pro Nivernis excusum est. Saussains in Martyrologio Gallicano hoc eum elagio celebrat : Nivernis S. Agricole Episcopi ejusdem civitatis et Confessoris, qui Alexie in Burgundia natus, iatatis primis Deo devote vita institutione consecravit : paullatimque annis et meritis excrescens, sacras militiae mancipatus, pietate et doctrina adeo excelluit, ut defuncto S. Eoladio ejusdem Sedis Pontifice, unus omnium dignus, qui vicem eius suppleret, ob sanctimonias praeclera decora judicaretur. Inexpedito igitur sibi delato honore ac onere suscepto admirabiliter functus est, gregi virtutum splendore praelocens : cumque sui ævi sanctissimos quoque lere Praesules panoplie Episcopalis gloria anteiret, restituendaque Christianæ disciplina zelo nonnullis Gallie Celtice syndicis interfuerit, tandem pastorali digne exacta sollicitudine, meritorum magnitudine cinnulatus, ad æternum evocatus est gaudium. Hunc Saussains. In Florario MS. recolitur die xvii Martii memoria Agricolai Nivernensis Episcopi et Confessoris.

a 17 Martii.

et iungitur
S. Eoladius
decessor.

3 De S. Eoladio ubi Saussains in Supplemento ad iv Kalendas Martii ista scribat : Nivernis S. Eoladii Episcopi et Confessoris, qui Ecclesie magnum lumen, concilio Lugdunensi anno quingentesimo septuagesimo interfuit, postque beatum transitum resulxit in Ecclesia S. Stephani, ubi funeratus est, emerite beatitudinis radiis. Idem Saussains vix Iunni relato in Supplemento S. Itherii Episcopij Nivernensis encomio ista addit : Sederunt autem in Nivernensi Cathedra alii sanctitatis exploratoe Praesules ante B. Itherium, quorum aliqui fixos natales habentes diebus propriis ad cultum consignati sunt, alii tametsi meritis reque spectabiles in Fastis sacris minime certa die sunt adscripti : numerum SS. Patricius, Eulalius, et Eoladius, quorum beneficia memoria ne a Gallie Sanctorum serie excidat, nouiua eorumdem pium et consentaneum visum est, tabulis his sacris adscribere. Quod, ut vnlimus, præstitit de S. Eoladio, ad xxvi Februarii, quo S. Agricola ejus successor collitur.

olm 1a
S. Eoladio.

4 Eundem Eoladium non minus, quam Agricolam, titulo et compellatione Sueti honorant scriptores catalogi Episcoporum Nivernensium, ac prima duplum edidit Vilnius Coquilius sub finem Historia Nivernen-

sis : sed in utroque decessorem S. Agricola Sanctum 11 Eulalium, sive Aerladium, appellat, actis duorum Episcoporum uni eidemque adscriptis : quos Joannes Cheni, et Claudius Robertus in suis catalogis natus distinguunt. Numeratur S. Eulalius Nivernensis in Episcoporum, quem tempore Chlodovei primi Francorum Regis S. Severinus Abbas Aguennensis invisus, reperit sursum et unum, cumque precibus curavit, ita ut eodem die Missam celebraret, uti in bujns Vita xi Februarii pag. 549 num. 10 et 11 dicitur. Hunc Eulalium coli xxvi Augusti tradunt Saussains in Supplemento, et Coquilius pag. 39, ubi novo errore eundem

AUCTORE II. B.
cul successore-
rum Tauri-
cianus, Rusti-
cius,

S. Agricolo successorem statuit. Verum S. Eulalio aut sub Chlodowio i aut proximus post obtum eius annis vita functo, Ecclesiam Nivernensem gubernarunt Tauricianus qui anno 1078 interfuit Epocaensi Synodo : denude

Rusticus, qui Aurelianensi III subscriptis anno 1044 aut sequente, et Arretouensi IV circa annum 1044 ha-
bita : Areignis, sen potius Aridius Aurelianensi V anno

1051, et Parisiensi V circa annum 1051, ubi Aridius Aridius,
scribut, pro qua apud Coquilium, Cheni et Robertum Clementius legitur, sed is Aptensis Episcopus utriusque Concilio subscriptis. Substitutus Euphronius a Cheni
et Raterio, dicturque subscriptissi privilegio S. Ger-
mani Episcopi Parisiensis pro monasterio S. Vincentii, Euphronius,
anno Charcherti v. Christi 1051. Huic tam successit

S. Eoladius, qui Lugdunensi II anno 1061 subscriptis his verbis : „Eoladius in Christi nomine Episcopus Ecclesie Nevernensis subscriptis. Hujus sepulchro in

ecclesiæ S. Stephanii adscriptus hos versus esse tradit S. Eoladius,

Quisquis ab occasu properas hue, quisquis ab ortu, Euphronius,
Corpus in loco tumulo, quod venereris, habes.

Prorsus Eoladius, hujus quondam Pater urbis, Adventum gaudens sustinet hic Domini.

3 A Journe Cheni S. Eoladius, sive Eoladius, apppellatur : de quo quot annis sederit, aut quando mi-
gravit e vita non constat. Successor ejus fuit S. Agricola, nonnullis Agriculus et Agricola, Gallice S. Arigle. Interfuit Concilii Matisconensi, Lugdunensi

III, et Matisconensi II annis Christi primo, tertio et quinto supra quingentesimum octogesimum. Interfuit etiam concilium Episcoporum apud Gunthramnum Regem, et cum aliis confirmavit excommunicationem, ante ab Episcopis Putarn congregatis latam in Chrodiellem et reliquas sanctimoniales, quo anno 1089 et monas-
terio S. Radegundis recesserant. Quod tunc ab Episco- S. Agricola ;

pis apud Gunthramnum collectus rescriptum est, edidit Gregorius Turon. lib. 9 hist. Francorum cap. 41.

6 Corpus S. Agricolæ depositum fuisse in ecclesia parochiali S. Vincenti, quo olim Abbatum annexam F hinc templum dicatum.

edebuit, et unde S. Agricola dicata est, tradunt Coquilius et Claudius Robertus.

DE S. VICTORE PRESBYTERO ARCHIACI IN CAMPANIA GALICA,

Commentarius prævious.

G. H.

NICOL VI
ACT VIII
LXV. PLB
S. Victor non
erat Arcanum
in Hispania :

Joaunes Tamatus Salazar in Martyrologio suo Hispanio priuam Galliæ item inventum de S. Victore multa sado, et regione, in qua vitam exercit anachoreticum, Antioritate is unico natus Chronica, quod sub nomine M. Maximi, Cœsaria Augustana ante annos mille Episcopi, unper prodit, in quo ad annum ecclisis ista legitur : Per hanc tempora floret in Baetica in pugo Arcilaenæ S. Victor eremita, vir egregie sumetus, de quo memoriar proditum est, ab utero matris sua daemophilus fuisse formidabilem. Eius corpus in Gallia delatum est, Rodericus Carns ad hunc Marini locum annotat, Arcilaenæ ex Ptolemaio in Baetica fuisse, quam Moletius Alcedahorra

nominat : quosdam vero suspicari Arcilaenæ in montibus Marranis fuisse, ubi nunc est Aracena : quod et ipse sentit lib. 3 Chronographia corruetus juridice urbis Hispalensis cap. 78, eisque adharet Tamatus. Facilem uero Itolemæ lib. 2 Geographia cap. 4 Arcilaenæ constitui orbem mediterraneum apud Turulos Baeticæ populos. Verum hue non spectare S. Victorem, de quo hic agimus, ipse libenter subscribet Tamatus, ubi Vitam ejus antiquissimam legerit : quam ex fide dignis codicibus manu exoratis eruit Nicolaus Camuzatus Tricassiniæ Ecclesiæ Canonicus, atque in Promulgatio sacerdarum antiquitatum Tricassiniæ diocesis a fol. 388 publicavit. Eodem Guido Abbas Ayremarensis olim ad S. Bernhardum

AUCTORE O. H.
eiusdem T. et
MSS. eterni
Camuzatus,
non transcrip-
sil sermones
S. Bernardi:

*A*marium misit, ab eo flagitans, ut quidnam in anniversario in S. Victoris festo canendum legendum conservaret. Tamquam fallitur, dum assertit non audiendum esse Nicolaum Camuzatum, qui in Miscellaneis historicis transcriptus Bernardi sermones. Fallitur, inquit, vir alioquin sagacissimus: non enim Bernardi sermones transcriptus Camuzatus, sed, ut notat Menardus lib. I Observationum ad hunc xxvi Februarium, ejus Vita exiit a Nicodao Camuzato in Miscellaneis historicis: in qua omnia reperiuntur, que de eo dixit S. Bernardus in duobus illis sermonibus, quos in landem ipsius compositi. Quia nimis arcuata expeditissime videtur Tamquam, qui Menardum citat, nec nisi apud eum videtur Camuzatum leguisse. *Hoc* aliquam in Notis de S. Bernardo ista addit: *Hoc* minus vere dicere possum, ejus sanctissimi nominis famam fuisse celeberrimam jam inde a D. Bernardi temporibus, qui divini offici cantica et hymnos concinnavit, etiamnum hodie in Arremarensi conoblo xxvi Februarii, qui dies ejusdem S. Victoris natalis est, decantari solitus. *Hoc* sola de S. Bernardo asserit Camuzatus.

al good hte
Sanctus loca
non exprimit,

B

*E*xstat epistola S. Bernardi ad Guidonem Abbatem Arremarensem, que est num. 312 cum hac exordio: Petis, carissime milii Guido, et tecum pariter, qui tecum sunt Fratres, dictare me vobis aliqua legenda solenniter vel canenda in festivitate S. Victoris, cuius apud vos corpus sanctissimum requiescit, Quibus verbis relatis, Tamquam ista interficit: Si ergo sanctus anachoreta in Gallia natus, educatus, eremita, et praedicator extisset, non est dubium, quin Bernardus expressisset: at quia aliud non est adeptus encionum, sola sepulchri commemoratione contentus, cetera sub silentio perstrinxit. Adhuc binum sermonem Bernardus contextum, in illis haud verbum de origine, educatione et praedicatione apud Gallos repertus. *Hoc* Tamquam, neque tomen ea argumentatione ut Chronicorum illud genuinus Marini fictus habebatur, evanescit. S. Bernardus negligens loquens narratatis atque eremitarum habitationis S. Victoris, ea tradidit, quae resplendente veritatem, sonent justitiam, humilitatem sineulant, docent acutitatem, quae etiam lumen veritatis mentibus parant, formam mortalis, crucem virtutis, affectibus devotionem, sensibus disciplinam, ut in eadem epistola praefatur ac demittit quis compasserit indicat: Praestiti, inquit, quod petisti. Praestiti diei, non quod tibi ad vitum, sed quod milii ad munum venire potuit, pro posse utique meo, non pro velle tuo. Servata tandem antiqua veritate scrutatio, que in milii transuersas de Vita Sancti, C duos sermones dictavi qualicunque sermone meo: illud quantum potui cayens, ut nec brevitas obscurias, nec prolixitas redderet onerosos. Deinde quod ad cantum spectat. Hymnum composui, metri negligens, ut sensus non decesset. Responsoria xij cum antiphonis xxviii suis in locis disposui, addito Responsorio uno, quod prioribus Vespere adsignavi, tempore duobus aliis brevibus ipso die feste pro vestra regulari consuetudine, uno ad Laudes, altero ad Vespere, decantandis. *Hoc* A. Bernardus qui in Responsorio x (quod Tamquam non adserit) ista habet: Dum transiret Rex Francorum, et veniret secus, ubi habitat eremita etc. Atque ita in his omnibus servarunt veritatem antiquorum scriptorum, quae de Vita Sancti transmisserunt Guido Abbas, Hanc fidem, ex qua sua diversus S. Bernardus, datus ex Camuzato, eique adjungimus praeceps sermonem, in quo pharsa historica attinguntur, quam in posteriori, qui admodum paucis demptis, potest certumcumque Sancto Confessori fore applicari. In hymnis, antiphonis et responsoriis multa passim ex eadem Vita attinguntur, et periphrastice describuntur. Ex his datus hymnos, et unicus antiphonam eum Oratione.

E Vita
S. Victoris
composita a
S. Bernardo
sermones

responsoria
antiphona, hymnus,

3 Locus, quæ in hoc Vita referuntur, sunt primo, diocesis Tricassina, in Campania Gallica, in qua claris natalibus octo: secundo, territorium Arciacense, in quo in villa Saturniaco seclusus in cellula ruit, et sancte mortuus est. *E*st autem Arciacum, sive Archiacum, aut Arceya, oppulum, seu pagus, ad Albulam flumen in eadem dioecesi Tricassina num. 9 Archiacense castrum dictum: a quo territorium Archiacense hic denominatur, estque hoc tempore adhuc notum Decanatu Ecclesiastico, cui praesit Archidiacus. Simile in ea contente parochiae aliquae beneficia Ecclesiasticae ruris possunt in Catalogo Beneficiorum dioecesis Tricassina anno 1648 edito, Arceyam etiam mentione fit in fragmto historiæ S. Balsenii Martyris a Camuzatu fol. 334 edito, quod ita incipit: Tandem vero attingens loca Campania devenit ad quandam civitatem, Arceyas nomine: nam dicitur illo tempore, quo Vanduli Gallias vastabant, civitas fuisse, nunc autem villam omnes non ignoramus esse. *C*olitur S. Balsenius xvi Augusti. Ferraris in Topographia nova de eodem loco ista scribit: Archiacum, Archy, pagus prius, hoc tempore oppidum Gallia; Lugdunensis, in ea regione, quam Campaniam vocant, in territorio, et dioecesi Trecensi, ubi Cisterciensis Ordinis monasterium. xxvi Februarii Victor monachus monasterii Arrimarensis. Ex Breviario Cisterciensi, de quo sermones extant apud S. Bernardum. *Hoc* Ferrarius, Ferrum in predicto Catalogo beneficiorum duces Tricassinae solum Prioratus Archiaci unnotatur, cuius collatum dependet ab Abhate Majoris monasterii Ordinis Benedictini, cum et ipso Prioratus est. Ex illo errore Cisterciensibus adscriptis Hoc in Martyrol. monastico. In territorio Archiacensi, inquit, S. Victoris Confessoris, Ordinis Cisterciensis; cuius laudes S. Bernardus conscripsit. Non etiam fuit S. Victor monachus monasterii Arrimarensis, quod est alterum Ferraru erratum: ob quod tanen Benedictinis cum annoverant Dorganus, Menardus, et Bucellinus in suis Martyrologiis.

4 *T*ertius locus in territorio Archiacensi villa Saturniaca, vita eremita et obitu S. Victoris illustris, in villa Saturniaca in loco estrictam fuisse basilicam S. Victoris ab Archiaco castro sex millibus passuum, utrum. 9 legitur. *Hoc* in loco degentem S. Victorem visit unus ex Francorum Regibus, ut num. 4 dicitur. Camusatus annotat se veteres quasdam membranas et monimenta perlegisse, quæ D. Victorem Chilperici noni Gallie Regis temporibus floruisse asseverant... Verum se nihil certi super hac re statuere ausum. Successit Chlotharum i anno 1011 mortuo Chilpericus cum tribus fratribus, anno ipse 1011 vita functus, cui superfut S. Guntherianus frater Rex Burgundie et Jurelianensis, anno 1010 defunctus, in cuius regno dioecesis Tricassina fuit. Au forsitan Childebertus legi debuit, filius Chlodoveci II, qui monarcha Galliarum fuit, hanc etiam Tricassina Campaniam, sub suo Imperio habuit, et anno 1011 occisus est?

5 *Q*uartus locus in Actis num. 7 memoratus est pagus Eupodilinus, ubi degebatur filius spiritualis S. Victoris, de alto Francorum sanguine. Quæ omnia in Gallia S. Victorem vixisse demonstrant. Demum Arremarensis monasterium Benedictum, ad quod Corpus S. Victoris translatum est, quator lucis a Tricassina mbe distat, ab Idremaro Presbytero anno 1028 fundatum: enus monasterii Abbas in Archiacensi Decanatu aliquot Ecclesiastorum patronus, designat Parochus, aut etiam Prioratus confert: ex quorum aliquo loco potest corpus S. Victoris ad ejus monasterium delatum

Natura
S. Victor in
dioecesi
Trecensi:

in territorio
Archiacensi
vixit,

non monachus
Cisterciensis,

neque Benedic-
tinus Arrima-
reensis;

Quis Rex
Francorum
eum invaserit?

basilia
S. Victoris.

In Arrema-
rense monaste-
rium an. 837
fundatum
corpus S. Vic-
toris transla-
tum:

A delatum fuisse cum Actis antiquis: in quibus nulla hujus Translationis mentio fit. Originem monasteria Aremarensis post alios describit Miranus de Originibus Benedictino cap. 43. De eo Bucelinus in sacrau Boenictino hoc xxvi Februarii ista tradit: Natalis S. Victoris Presbyteri, cuius saecula corpus in monasterio Aremarensi religiose colitur.

Ceterum memoria suera S. Victoris inscripto est eodem xxvi Februarii MS. Martyrologio Cormeti Colonensis, MS. Florarum, Martyrologio Coloniz anno 1490 excuso, Aucturis ad Usardum Greven et Molani, Martyrologio Germanico Conisit his ubique verbis: In territorio Archiacensi S. Victoris Confessoris, in Martyrol. Romano addit: eujus lades S. Bernardus conscripsit. Galesius mutata pharsi ista tradit: In finibus Archiacensium S. Victoris Confessoris, de quo S. Bernardus duas habuit sermones, Martyrologium Lodi Gallico sermone editum: In territorio Archiacensi diocesis Trecentis in Campania, decessit S. Victor Confessor: cuius Vita scripta est a S. Bernardo. Imo ex Vita olim scripta sermones duo et officium Ecclesiasticum de eo compositorum. Sansanus in Martyrol. Gallieno hoc eum elogio celebrat: In Trecenti diocesi, pago Archiaco, S. Victoris Presbyteri et Confessoris, qui in Gallia florens, dum adhuc ethnicae superstitionis semina pullularent, prava que supererant impietatis germina extirpavit, multos ad Christi cultum ex idolatria convertit, ac celestis vitae documentis, exemplis denique multae pietatis et virtutis, nec non magnis miraculis illustris, plenus dierum et honorum operum ad aeternam felicitatem transivit. Cuius praecoxia S. Bernardus bino celebravit encionio, memorisque sacratissimam percolende proprium officium, quod Aremarensibus ascetis inscriptis, adornavit. Quod etiam vel in natali ipsius beati Confessoris decantari solet in ciborio Aremarensi: ubi ipsius corporis sacrosanctae reliquiae iam pridem conditae, debita veneratione coluntur, eoque energumeni, daemoniae ac lymphati delucuntur, et salutari ipsius Beati ope liberantur. Vixque dies illa elluit, qua non hujusmodi beneficium quidquam contingit. *Hec Sansanus, quorum ultime e Camuzato, verbis ipsius servata descripta sunt. M. M. M. etiam lib. I Observationum assertum, dum vivaret S. Victor, fuisse adhuc gentilitatis reliquias, ex quod dicitur num. 7 in Vita, in pago Empudiniano turbas hominum de religione Catholica docuisse, quibus verbis instructio catechistica rusticorum occurrentium solum inducatur.*

Conversus eundem celebrat perdie, sive xxv Februarii his verbis: In pago Trecassino Victoris Confessoris, Eadem legitur in MS. Florarum, Martyrologio Coloniae anno 1490 excuso et in Auctario Greven ad Usardum, quibus existimatus fortassis alias ab eo quam ipsimet deinde xxvi Februarii retulerunt, Sanc-
tumque appellaverunt, cum, de quo prudic erant, Beati solus titulo digni-

S. N. Des Guerrius eundem Vitam, quam hic damus, Gallice viduit in Historia Triumphi, additum ipsi cranium argenteo capiti artificiose elaborato, ac reliqua ossa capsa similiter argentea inclusa adserunt, ac die 21 Octobris ob Translationem reliquiarum maximo peregrinorum accusu celebrari.

VITA

auctore anonymo, sed antiquo,
ex MSS. a Camuzato edita.

CAPUT I.

S. Victoris ortus, educatio, presbyterium, vita anachoretica, vacuum precibus impletarum.

Claruit splendor Domini super justos, quorum in-

desinenter fama rotatur per orbem. Non de illis narratur, quibus inflata manet potestas, sed qui subiecti mente, fide devoti, Christo famulari cernuntur. Dum certamen praelii Job sanctissimus cum antiquo hahnisset humani generis inimico, a summo vertice usque ad plantas pedum ulcere pessimo et vermium quatiebatur dolore, sed patientiam habens, Domini meruit gratiam. Numquid ignoravimus erat apud Dominum, quod justus esset, ac ideo tentatus est. Nullo modo, sed ut probatus justificaretur, et seiret unusquisque, quia cum Dei adjutorio potest ab homine diabolus superari: quia magna est pingua certaminis ubi de Christi victoria triumphamus.

Fuit igitur quidam a Victor, deo de nomine gaudens, Trivassinae diocesisclaris natalibus ortus. Ante nomen accepit, quam membra suscepit: antequin solveret moras genitrix utero plesa. Cum quidam ab spirito vexaretur immundo, clamabat dicens: *b* Quare nos torques prae initio nascendi sancte Dei Victor? Sed in hac re non testimonium demonum querimus, sed confessionem, ut eum annunciassemus de nomine, et quod postea rei probavit eventus. Deinde post septem menses, decimo inchoante, nota sunt viscera matris, et puerum Victorem pregenitem sacram protulit orbi natum. Denique post transactum curriculum dierum, baptismi uanda perfunditur et coeli purgatur gratia ab originali peccato. Cum in cunabulis positus a parentibus cerneretur, valentes Spiritum sanctum esse in infantulo, stupesci mirabantur, sed hoc fuit praesagium, quod postea impletur in eo. Crescebat autem puer in corpore, dum pueriliter gestabatur in infante, sed erat mentis senectus in Domino.

3 Datus studis litterarum imbuitur, qui jejunius et orationibus deditus, suis dapes pauperibus in elemosynam jugiter tribuebat. Mundana linquens studia, Divinis lectionibus vocalit, Scripturarum eloqua et dulcedinem Christi fidei a favore gentibus praedicabat, et completer in illo sermo, quem David intonat dicens: *c* Quam dulcia fucibus nolis eloqua tua, Domine, super mel et savini ori meo. Cumque ad legitimam venisset aetate, clericatus onus regulari norma suscepit, donec diaconatus officium vel presbyterii ordinis gradus ascereret. Nec multo post tempore in Arciacense territorium derelictis parentibus se transtulit, ibique in villa, cui vocabulum est Saturnacus, a viris illustribus et ab omnibus incolis loci illius magno amore pro Christi gratia diligebatur, ubi diebus ac noctibus seclusus in cellula, inde sinenter jejunis et orationibus meminiebat, orans pro populi indulgentia et remissione peccatorum.

4 Cum ibidem degret, unus ex Francorum Regibus cum per opacu ripu fluminis cum equitibus vel accipitribus per amonis-mira loca venandi causa deambularet, audiens beati viri famam, ad ejus turgorum gavisus advenit: sed beatus vir, quem nihil latebat, cellula sua festinus in oculorum ejus egreditus est. Rex ille, ut eum virum, occurrit, et osculatus est eum. Tunc venerabilis vir exorsus est dicens: Si Celsitum regni vestri non re puit, cellularum servi vestri dignissimi ingredi. Quo ingresso, uni ex pueris ait: After milii vasembum, in quo vimini terre inducit: *d* in celam Regis intendit. Factus signaculum Crucis illico repletum est vas illud f vino jucunditatis, cuius suavitudo

D
auctore O. R.
Prologus
omitorum.

a
S. Victor non-
dum natus,
est terroris da-
monius.

b

c

baptizatur,

virtutibus

auget :

divina scientia

imbuatur :

d

cononatur :

Psal. 118

et Presbyter :

secedit in soli-

mamem :

E

praecepit Regis

intendit

f

AUCTORE
ANTIQUE,
precious
veneris
imperat.

a dixone ob
futum viza-
tum liberal-

A suavitudo dulcior melle, nec potest illius dulcedinem lingua dissolvere, et potentes universa turba satiata est, et omnes triplantes iter coptum peregerunt cum gaudio. Nec illius benignitas ibidem defuit, qui in Cana Galilee aquas in vinum convertit, et quod non habuerat per naturam, nec in vite pepererat, nec vita fructificaverat, per verbum Christi mutationem est in falernum.

S Miraculum istud non est silendum, sed narrandum, videlicet quadam die operarios, in agrum misit, ut triticum seminarent, et unus fere duorum modiorum capare soveam faciens in terram suffidit. illico autem a diabolo vexatus, sicut leo rapidus, ex utrisque partibus fuscum eructabat incendia. Quem vir Iesu a longe videns, vexillum faciens Crucis, purgavit eum; et triticum, quod absconderat, propriis manibus restituit.

a. S. Bernardus suavitudo in nuptiis et responsaria colludit ad nomen S. Victoris, ut locum in Invitatorio quod ad Matutinum legitur ejusmodi. Conditio, Victor vice munulum, caniculum in eis victoria, ut virum. **b. Idem responsaria ad 1 resp.** O vero Victor, quex qui existi, existi, ab altero ad tumulum. In respons. 1 ad Matutinum: O virum praeceps sanctitas, qui ante sanctus quam nobis ante Victor opere, quam nomine fuit, illi ut clausa laetariae hodie triumpharet. **Qua etiam in sermone 2 legitur.** In resp. 2. O jocundum et buxolatum miraculum? Ilo rugiens fugit a loco parvuli nequati vagientes. In resp. 3. O Felix mater, cuius ubrii sensit novilatum, nullum nocturnum compertum deribus Iohannis Baptista etc. **In sermone 2** Parvulus ad pugnare, magnus ad victoriam, malitia visera nebulum evens, et iam ejusmodi denunciata. **c. Imo post novem annos videtur legendum.** d. Forsitan, terror, impunita contumacia. — **c. S. Bernardus resp.** 5. Dum transiret rex Francorum, et ventet securis ultra habulabat vernita, admiratus est super his, que interierant de viro hoc. **resp. 6.** Jam illius aurum absconditum fons delicta prodiderat, et non potuit preferre Regem praeconium, sed divertit ad tugurium pauperis, ex fons sanctitatis. **d. Idem resp. 7.** Ingressus ille pauperis cellam, sollicitus buspos, quod solum non habebat, hastam de proximo fonte aquam, convertit in rimum, et hunc flex, et qui cum euerant, — **e. Idem resp. 11.** Revelatur iniquitas mystica, diabolus hominem cogit, homo diabolum profluit. Victor medius diffringit inter illos, dum diabolum fugat, et hominem salvum. frumentum prodente ipsa malandata recuperat. **D** eo hoc agitum etiam resp. 9 et 10.

CAPUT II.
Caeciles visiones S. Victoris. Obitus. Miracula.

a **Caecile pastore et colloquio recreatur:**

C nadam die cum iepinis et orationibus inclinque corpus maceratum quieti tribus et; consurgens per opacum noctis silentia, quodam se in loco ad orationem telluri prostravit, et cum sursum intenderet, uicit oculum apertum, et Urim et Tummim Domini aureo curosumente fulgore, et ex utraque parte bipunctis pretiosis ornatum: et audivit vocem sibi dicentem: Hoc quae vernis, amine sunt Sanctorum, qui pro Christo Homino stolas suas in sanguine agni lavarunt. Et terore concessus, ruit in faciem suam, magnolleans Dominum, qui illi h terrena patefecit arena. Ab illo quippe die, in cellula clausus latebat, et cum nullis vocaret recuacibus per mundum, multi tamen diversi languoribus venabant ad eum afflitti et sanabantur.

7 Nec illud mysterium silentium putavi, quod ad tantu viri laudis verum virtutem oportet edicere. Cum esset vir beatis iuns personis aetatis, devitans omnia mundana, et oblongue respiciens, quae mundus habebat horumq; erat et veneranda emulles, eraque in caritate perfectus, et inter proceros seculi e. fuit exaltatus a divinitate concessum, quod spernalis ab omnibus diligeretur. Interca reverentissimos vir habebat filium spiritalem, de alio Framorum genere in pago cognominate Ciprianum, quem de sacri lontus unde suscepserat, a quo obnoxius deprecatus est, ut dominum vel fundiam summi visitare dignaretur, quia olim eum desiderabant adventum. Sed Iesus vir non renuit, et diem pollicetur, et stet spoponnerat adiungendus. Cumque ad praefatam dominum venisset, occurserunt universi cum gaudio, et ut manus eundem aut margaritam splendidam eum suscipiant, et non recipuerat eibum nisi in vesperas cento

jam die, post refectionem quietem sibi paulisper vel suo corpuseculo tribuens. Media quadam nocte ex more consurgens, psalmus et hymnis Dominum modulatis vocibus implorabat, usque illuscente aurora que in Dominico die incessit. Igitur matutinali solennitate perfecta, dum ad visitandum turba hominum convenisset, et de religione Catholica eos doceret; cum sermo prolongaretur et appropinquasset hora, et ad ecclesiam, ut mos est, ad audienda sacra mysteria properarent; quodam in loco dictor restitisse, ubi c. andire meruit catervas Angelorum, et orationem Dominicam completam, ubi dicitur, Sed libera nos a malo. Et stupefactus caput inclinans in terram, simul ambabus manibus pectus suum percussionsit: Ille me, quia cum sim indignus, Jesu Domine, audiire merui orationem auribus meis, quam tu ipse, Domine, docuisti dicere discipulos tuos, inenarrabilibus vocibus Angelorum. Et haec dicens ait: Revertarum dominum, quia jam divina munia persoluta sunt in eis. Quo audito non est gloria elatus humana, sed Dei bonitatem in suo miratus opere, quia Dominus dicit colentes se, et non derelinquit omnes qui sperant in eum. Illo vero die vescentes patiter et habentes manuerunt ibi. In postero namque die ad cellulam suam remeavit in gaudio, et omnes incolores dereliquerunt.

8 Paura de pluribus retuli, ne legentibus fastidium generarem. Nam cesis visum, surulis auditum, mutus linguan, et claudis resistuit gressum, universo populo testificante. Quarto namque Kalendas Martii migravit ad Dominum, reconditumque in loco amano, ubi sancta tenentur membra sepulchro, et spiritus astra magno petit triumpho.

9 Accidit tunc illo tempore, ut homo quidam, factio pecato furti, comprehensus in Areeiacensi castro, in ergastulorum custodia retrusus, per diurnam custodiā detinatur. Qui in visu videre **apparet** promoveruit B. Victorem, et quasi suo baculo compaginie catenarum teligisset, quibus vincutus fuerat. At ille expugesfaciens, sentiens in se virtutem ostensum, quod manibus vel collo ipsius vincula, quibus constructus fuerat, dissoluta fuisse, et tantum in pedibus remanserent; quid agere vel quid facere deberet anxious, venit in sensum eus ad basilicam sancti viri peteret auxiliū defensionis, et forsitan de pedibus eus vincula dissolverentur. Custos carceris paciebat exercitus, quia sopor Domini irruerat super eum. Surgens namque is, qui vincutus fuerat, tentabat si posset inceldere. Tintubant membra dum gressum porrigeret. Patetacto ostio ergastuli, telo arrepto in manibus, primum vix curvus incedens, magis ac negat roborabatur annus ad salutem, ut quem Divina virtus eripiat, nullum poterat habere impedimentum. Quonobrem ita cursu celeri per opacum noctis silentium, sex millia passuum percurrit, quasi ne mona quadrum stadium ambulasset, et videbatur illi ut quasi Angelica manus usus fuisset officio. Nam enim intrasset inter atrium, vel valvas ipsius basilice contigisset, continuo ferri compago crepuit, atque in truxta communim est: ut quod in pedibus immixtaret, in manibus contractum populo teste monstraret. Multa quidem signa et prodigia per eundem benignitas Salvatoris nostri producebat eum dignatus tunulum usque in praesentem diem, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

a. S. Bernardus resp. 12. Suscipiens Victor, videt eulos apertos et trahent murorum genitos ornata, et vox ad eum: Genitae sunt ambo, crucis gloriam secuta. **Ecclesia 2.** Vere annua, Victor, una ex genitis, quae ibi in Cenae apparuerunt. Nore multa Crucis, cum Divina inserta gloria, tandem sibi chloratis imaginibus induit quam levem! **Centum refringuntur antiph. Unde Ludes.** **b. Imo ecclesia lugit S. Bernardus verm. 3. num. 3.** **c. S. Bernardus antiph. 1 ad tundit.** Incessibili contus suscitata plausibilis voces Angelicas audiebat,

SERMO

concionatur
na populum.

caelesti cantu
loco sacrifici
statio repres-
sur: c

clael miracu-
lis.

moritur
26 Febr.

solent alicui
mirantur

apparet
mirantur:

solen alicui
mirantur

mirantur:

F

venientem ad
teaphum sibi
dicatum,

liberat:

alia eque
miracula.

A

SERMO S. BERNARDI ABBATIS.

Psa. 126. 2
S. Victoris
vita et gloria
ad virtutem
provocat.
Psa. 88. 17 et
18

Victoris vita et gloria specialis, non tam ad gloriam, quam ad virtutem provocat omnes, qui recto sunt corde. Non recti plane, sed perversi est animi, ante querere gloriam, quam exercere virtutem, et velle coronam, qui legitime non certaverit. Vanum est vobis, inquit, ante lucem surgere. Ita est. Frustra ad celsitudinem nititur gloria, qui prius non claruit virtute. Frustra fatigae virgines sponso obviam surgunt, quarum lampades extinguuntur: et ideo fatigae, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habentes. Absit inibi gloriari, nisi in gloria illorum, quibus Propheta congratulans, ait: Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exultabunt tota die, et in justitia tua exaltabuntur. Et infert: Quoniam gloria virtutis eorum tu es. Pulchre non eorum, sed virtutis eorum gloria commendatur. Que enim sine virtute est gloria? Profecto indebita venit, preopere affectatur, periculose captatur. Virtus, gradus ad gloriam: virtus, mater gloriae est. Fallax gloria et vana est potestritudo, quam illa non parturivit. Sola est, cui gloria jure debetur, et secure impenditur.

B 2 Sancto Victori nec virtus, nec gloria deest, sed quemadmodum ambae res, et quo ordine in homine processerunt, id opere pretium intneri. Pugnavit fortiter, viriliter superavit, et sic denum gloria et honore coronatur. Quomodo nempe inglorius remansisset bellator fortis, humilis Victor? quamquam nec in die virtutis sua sine gloria fuit, signis et prodigiis admirandus. Habemus, dilectissimi, in Vita Victoris, et quod digne miremur, et quod salubriter imitemur. Miror vina dedisse in eremo, non vitem, sed fontem. Miror et stipeo infante adhuc in utero pavori fuisse pavendis daemonis, quippe ab ipsis praeognitum, et jam tunc ex nomine designatum. Nec vacuum nomen, ubi hostium fuga, et extorta confessio, victorianum concessit infantulo. Quis item non miretur, forem a daemone deprehensum, et sursum a daemone mox hominem liberatum? quis etiam non omni admiratione stupendum ducat, carne circumdatum hominem, eolis patentibus earnis oculos superno infigeret lumini, et videre visiones Itei, Angelico insuper mulceri cantico, doceri oraculo? Haec atque similia in sancto homine veneramur, non amulnatur. Merito quidem, quando et sine salutis periculo possunt non fieri, et sine salutis periculo nequeunt usurpari. Tutius sane amulanda solidiora, quam sublimiora, et quae magis virtutem redoleant, gloria minus.

3 Studiemus proinde moribus conformari, cui in mirabilibus simili, etsi volumus, non valamus. Amulnemus in vro sobrium victimum, devotum affectum: amulnemus mansuetudinem spiritus, castitatem corporis, oris custodiam, amum puritatem, ponere frumentum irae, et modum linguae, dormire parvus, orare frequentius, commonere nosmetipos psalmis, hymnis et cantis spiritualibus, diebus jungere mortes, et divinis lantibus occupare. Amulnemur charismata meliora. Discamus ab ipso, quod misericordia humilis corde fuit. Amulnemur, inquam, quod extitit liberalis in pauperes, jucundus ad hospites, patens ad peccantes, benignus ad omnes. Hoc enim melius. In his forma est, cui imprinmanur, in miraculis gloria, a qua reprimanur. Illa laetificant, ista sedlicant: moveant illa, ista promoveant. Epulementur, dilectissimi, ad mensam divitis vocati, mensum abundantem panibus, deliciis cumulatam. An non dives, qui nos exemplis redicit, protegit meritis, laetificat signis? Dives plane, in cuius hodie convivio solenni Angeli et homines pariter congregantur. Hi

ipie virtutibus
praeclara,
gloria mira,
vitorum
coronatur

S. Victoris
virtutes
mirandas

propria
miseri tuba-
rum

Februarii T. III.

ut reficiantur, illi ut delicientur: isti ut proficiant, illi ut gaudeant. Cujus vita repleta bonis, quid nisi mensa referta cibis? Nec tamen omnibus omnia appetuntur, sed ut tollat quisque, quod sibi expedire et convenire videbitur.

4 Et ego quidem consilio salubriori diligenter considero, que mihi apponuntur. Cautum est mihi eligere mea, et aliena non tangere. Non extendam manum ad gloriam miraculorum, ne si attentavero, quod desuper non accepi, perdam merito, et quod videor accipisse. Non levo cum illo oculos ad rimanda secreta coelestia, ne oppressus a gloria, confusus resiliam sero confugias ad consilium sapientis, qui ait: Altiora te ne quiescieris, fortiora te ne scrutatus fueris. Infestur mensis vinum novum aquarum rubentinum, non tango: quia non mihi appositum scio, qui similiter elementa mutare, naturas innovare non valeo. Cerno item in mensa Victoris, Angelos illum undisse canentes. Nunquid videbo et ego mihi supernos exhiberi cantores, aut certe citharoides illos de Apocalysi coram me citharizare in citharis suis? Imperat ille daemonibus adhuc in corpore vivens, vinum in corpore solvit, jam corpore solitus. Cibi sunt, sed non mei: equideum jocundi et sapidi, sed non tangit illas anima mea: quoniam non est inopio mihi, unde sufficiunt talia redhibere.

E

5 At si diligenter considero, ecce pra oculis in mensa Sancti, censura judicii, disciplinae vigor, sanctitatis speculum, vita forma, virtutis insignis. Hae a me et absque presumptione sumuntur, et salubriter insimuntur, et si dissimulo, districte representuntur. Audi adhuc, quoniam mihi jure apposita putem. Si papen doloris, et viuum cumpunctionis de divitis mensu obtuleris, tollo securus, qui sum pauper et inops. Erunt mihi lacrymæ mere panes die ac nocte, et poculum meum cum fetu miscelbo. Pars mea haec, qui dolenda commisi. Nec me tamen pigebit, ut testimo, cili hujus, quoniam qui apposuit scientiam, addit et dolorem. Sed et si temperantiae, si justitiae, si prudentiae vel fortitudinis exempla appareant, ea incunctanter sumo, sciens quia talia oportet me preparare. Haec mihi apponi, haec a me repetitum iri non dubito. Numquid signa et prodigia exigenda a nobis sunt, ut ea diviti vicissim preparamus?

6 Fratres, vasa sunt in honorem illi, qui nos invitavit, non cili pauperum. Tu ergo, qui invitatus es, diligenter considera, quid tibi ille, quid sibinet apposuerit: non enim quidquid in mensa apponitur, tibi apponitur. Quid si in poculo aureo fuerit propinatum? Non poculum tibi, sed potus apponitur. Sume potum, et pone aurum. Ergo exempla honorum operum et rectitudinem mortum paternitatis communicaat ita domesticis, ut praerogativum sibi retineat in miraculis. In his tamen atque illis, ille glorificandus est, cuius munus sancte vivere, cuius virtus signa facere est: qui in Trinitate perfecta vivit et regnat Deus in secula seculorum, Amen. a

a alter sermo S. Bernardi ab incipit. Gaudete in Domino, dilectissimi, qui inter continua sua plena beneficia induxit hominem mundum, eum multi salvarentur exemplo. Sub flumen est praedicta invocatio ad S. Victorem: quam primum, inquit, quam dulci, quam suave, o Victor, in hunc tuum afflictions, et in hoc corpore mortis lecanthe, le roture, le prevar... Eis ergo fortis athleta, deus latrone, Alvorale fidelis, exurge in adiutorium nobis, ut et nos de nostra cephalone gaudemus, et in pleia Victoria glorieris, etc.

electio discrete
incienda,

F

HYMNUS TRIPLEX.

auctore S. Bernardo Abbatie,

Una Victoris meritis praeclara,
Hominem terris, qui non sit de terra,
Velut e celo datum, representat

Hymnus ad
primas
esperas,

Ad imitandum.

85 Christus

AUCTORE
S. BERNARDO

- A** Christus in illo vixit, et non ipse,
Speculum vitæ mortuis de mundo,
Homo celestis præbuit seipsum,
Similes quærens.
Aliquid quoque sanctum professus
Exitus Victor forma sanctitatis,
Integrum servans atque incorruptum
Decus honesti.
Unde et vidit visiones Dei,
Vidit et cœlos aperiri sibi :
Nempe pudicos visio cœlestis
Quærerit aspectus.
2 Merito dulces Angelorum voces
Corpore gravi andiebat homo,
Carneos luxus perimens, in carne
Angelum vivens.
Sic oportebat, ut jam designatum
Vas in honorem sanctius maneret :
Sanctitas cuius dedicata fuit
Matris in alvo,
Denique carne gravida cernentes
Matrem non ferunt, fugitant paventes,
Indicant nomen, confitentur sanctum
Utero clausum.
B Neque tenello hinc tam mature
Vita secura glorie invidit,
Et quidem magis cumulavit eam
Fœnere multo.

Laudes,

D Vina de fonte, non de vite manant,
Musta pro rivis corolata flunt.
Beneficentis manu bene usa
Pro torculari.
Subito Sapor subiens novellus
In novos usus latices coegit,
Rege mirante, ubi non putabat,
Regium potum.
Daemon tortus publicat se homo,
Furta fatetur : miser vel invitus
Pellitur tortor, fure deprehenso
Tortus et ipse.
Haec satis probant aliaque multa
Prærogativam glorie Victoris
Nec minoratum, quo præventus fuit
Spiritu bono.
Gloria summa Trinitati Deo,
Gloria Trias una personarum,
Tota cujusque non divisa triuna,
Tres enim unum.

Antiphona. O magnifice Victor etsi elevata est
magnificentia tua super cœlos, sed non terræ inopes
tua jugis magnificientia derelinquit.

E *Oratio.* Exaudi Domine, quæsumus, tibi suppli-
cantum preces, ut quos corporali beati Confessoris
tui Victoris fecisti præsentia gloriari, concedas ejus
benigna intercessione undique præmuniri. Per Do-
minum etc.

*Canticu
generals.*

Antiphona.

*E
Oratio.*

DE B. EDIGNA

VIRGINIS REGIA, BUECHÆ IN BAVARIA.

J. D.

An Ciccia

*Buechæ in
Bavaria
colitur
B. Edigna F.*

20 Febr.

*Vita epitome e
Saussatu.*

B uecha, sive Buecha, aut Puechi, nomen est Ba-
variae, Monachum inter et Augustanam Vindeliciorum,
juxta Furstenfeldum iustituti Cisterciensi
cennobium ad flumen Ambrum situm.
Hic, ut Aventinus lib. 7 Annalum Bavarorum scribit.
S. Edigna (quam accolae furvis praeficiunt) bimuta
colitur. *Cur eam, in utraque editione, Ingolstadiensi et Basiliensi, dicit Aventinus furvis praefici, sive, ut ex autographo restitut Raderus, fortis, max declara-*

ter. *inter et Augustanam Vindelicorum vicus est, conseuit :*
cavo tibi trunco pleniorne abdita : quæ imbuta
Virginis sanctitate, a morte ipsius oleum, quod pa-
naceum vicino esset, fudit. *Id simul ac vendi captum*
est, fontem avaritia arefecit. *Cetera ejus beneficia*
questui non obnoxia in hande usque diem perpe-
tuantur. Furum abigeorumque damna illi potissimum
commendata etiam Aventinus scripsit, ut cuius
beneficio amissæ opes dominis reconcilarentur.

4 *Pleniorem de ea narrationem exhibet Raderus,*
quam et hic clemens. *Eleganter presigit Divæ noua,*
ubi ipsa insuet plaustræ; hinc nolu alligata, gallus ad-
stat, hinc plaustrum trahunt boves : parte utia scerna-
videntur, atque ab ea non procul cara illia. Additi in-
fru hi versus :

Hicene, Virgo, tu dos est amplissima regni ?

Jaspis hic, haec gemme, regia mitra, torus ?

Areæ tecta, specus tubæ, quam secla cavarunt ?

Pecten, avis, plaustrum, timula sistra, pecus ?

O prudens rerum Virgo, dum negligis orbem,

Orbis te dominam dicere jure potes.

Quidquid amat vacuum est, et vanos reddit amantes:

Quem nisi fugisses te fugiturus erat.

VITA

quætore Matthæo Radero Soc. Jesu.

E ligiane Francia Galliarum in terras Germanias
ad Bonos, monumenta manu exarata, quæ in sede
B. Edignæ extant, projectam tradunt, ortamque e
regia stirpe, adeoque Regis filium. Sed nec annum
matalem, nec Regis nomen edunt. Natam oportuit,
vel a Henrico I, vel Philippo I, qui eodem anno cum
Edigna rugavit evita, b ria, inquam, cix, cum novem
et quadraginta annos regnasset millesimo quippe et
sexagesimo, Henrico patri admodum adolescenti, vel
potius puer, successit. Ita fieri potuit, ut Edigna
soror esset Philippi I, si rationem temporum inca-
mus; vel certe filia, si junior extincta est. Henri-
cænam patrem existimem: quamvis in neutrâ
partem auctoritas extet.

2 Sed

*B. Edigna
Regis Francie
filia,*

a

*elegante e
Brunnero,*

A 2 Sed et qui Reges proxima cognatione attingunt, scriptores nonnumquam Regum sobolem appellant, uti d. Richardum Anglie Regem; qui neque Rex, neque Regum fuisse videtur filius, ut supra in S. e Wunibaldi rebus monimus. Ita non liquet de Edigna, ab Regum filia, an cognata fuerit. Francigenam tabule scriptae vocant, et Regis filiam. Sic enim, de pectine ejus loquitur charta: Pecten iste (quem ipse coram inspexi et manibus contrectavi) beatæ Virginis Edignæ Francigenæ, que Regis Francie filia extitit, et pro sponso suo Christo Domino exilium subiens, hoc in loco requiescit, signis et miraculis gloria. Subjicitur deinde in schedio gravis exercitatio in eos qui pectinem inde auferre conarentur.

3 - De sacris ejus reliquiis in propatulo aliud nihil habetur, excepta maxima testula, quam habebat, quam et hic adjungere procuravi. Reliqua ejus xeniola cum ipsa in tumulo condita dignoscuntur. Qualiter autem ad locum venerit, in alia chartula pandere cogitamus. Extat et tabula patria lingua exscripta, que docet ex regia stirpe Francorum oriundam, in has terras peregrino cultu tectam venisse. Deoque sacris votis, lacrymis et vigiliis multis litasse, tandemque sexto et vigesimo Februarii circix, ad coelestem patriam e peregrino solo et exilio profectam: cranium, ossa, velum, ligulam, cochlear religiose custodiri, sanctumque, ne quis quid inde auferret: sanctitatem Virginis crebris erga miseros beneficiis dundum inclaruisse.

4 Diu mecum anxius consultavi, quid sibi vellet quod Aventinus scripsit, ab accolis dici **Functa reffectam**: patronane in auxilium vocaretur ab iis qui in furcas, patibula et crucis essent agendi; aut ut aliquis Averruncus deus striges, Camias et Canidas arceret. Sed cum ipse anno circaxvi, Nonis Augusti, in rem praesentem venisset, ab viciniis et aedituo (nam Parocetus aberat) didici, per Edignam invocatam res seu farto ablatas, seu quoemque casu desperitas, dominum reconciliari: enque conjecti, ab Aventino scriptum fuisse **Funtis**, non **Furois** prefectam. Adii demum manum ipsius et legi **Funtis** pag. 120 lib. 7 parte ultima. Emendabis ergo hibros editos.

5 Spectavi quoque latibulum ejus in cavo ingentis, que triplice stirpe consurgit, tiliæ: quam oleum s' olim largitam affirmabant, sed cum beneficium avari mortales venderent, negasse benignitatem, fonsque olei exaruisse. Servantur hodie corporis exuviae in capsella vitris pellucida, nuperque concinata et pectorali Virginis imagine ad sinistram templi aram, in qua visitur justæ ejusdem icon inter Divas g Walburgam et Ursulam collocata. Imago in pede altaris docet Edignam plaustro peregrini habitu, cum scipione, per boves sponte ferre ad vehendum Virginem jugum subeuntes advenisse. Adest et pietà eristata avis et as campanum, quo veniente Edigna cum nullo movente concinuissent, Virginem quasi signo divinitus accepto constituisse, ibique loci conserdisse, vitamque reliquam sanctissime exiguisse, et factis quoque admirandis vivam mortuanque celebratam fuisse: de recentissimis cognovi.

6 Observata sunt ab anno decimo supra millesimum sexcentesimum usque ad sextum decimatum præsentem, quo locum adiit, non pauca. Ophthalmiam, quo diu laborarat puella, curatam, in cuius beneficii monumentum pendent ad aram cereæ occulorum pupillæ. Aliis cephalalgian, aliis vivam guttulis, aliis dysenteriam, quo puer bimilis per biduum cruciabantur, aliis phrenesin abstulit, mentemque restituit. Legi aliis explicatos difficiles partus, qui haerent matresque jam in ultimam mortis necessitatem adduxerant: labentes alios, mollius exceptos, aliis calculos ejusdem beneficio exemptos. Pecdum quoque morbos propulsasse fertur. Quæ prolixius patria lingua sunt exposita, ex qua haec decerpere placuit, ne in iis que post mortem accidere, et hodie accidunt, commemorandis prolixior essein. Nam quamvis beneficia Sanctorum omnes libenter experiamur, cum nos mala premunt, plerique tamen eadem non sine fastidio recognoscunt.

7 Legi alicubi, sed locus non occurrit, (apud Wolfgangum Selender, nisi me fallit memoria) hanc h. B. Aurelia, de qua supra memini, fuisse sororem: sed tempora reclamant, si rite sunt annotata.

a Henricus I Gallie Rex coronatus vivente ac jacenti patre Roberto anno 1027 die Pentecostes, ut ex veterum scriptorum pde tradunt Sav-Moritoni patrum dicto, die 20 Iuli an. 1033, mortuo, solus regnus - obiit 3 Augusti 1060. Deponsa ei scriptura fuisse Wulthildis filia Venerandi Salic Imperatoris, quam nonnulli mortuam annis, prius quam ei jungitur, anno 1034, ac Wormunti sepulchrum. Ut Continuator Timothei cap. 58 scribit Henricum ex ea illam unam proresse, que infra Instrum defuncta est, matre ejus paullo post subsequente. Anno certe denum 1038, ut 23 Novemb. ad Vitum S. Clementis Papa et Martyris dicemus, misit in Rabastanum Catalaunensem Episcopum Rogerium pro illa Regis illius terra, Anna nomine, quam dicitur ducere uxorem. Erat ille, ut studiis dictior, Jocelavus, sive Georgius Selavus, qui alias vulgo Lazarus, s. Wlodenatus plus, Russorum Rex, de quo matrimonio egimus. 12 Februar. ad Vitum S. Alexii Metropolitæ Rurienensis pag. 639. Ex hac Anna subscripta Henricus plus 3, plus unam. Willelmus Gemuricensis lib. 7 cap. 28 de Henrici matrimonio et liberis ita scribit: Mathilem Inlischelam Regis Hungarorum illam in matrimonio habuit, ex qua duos filios Philippum et Eungem, unamque illam habuit. Sic duas uxores Henrici in unam confonere, aut prioris nomen alteri tribuere videtur. Robertum vero filium omittit. Quid filii factum, nemo trudit. Enim est forsitan, quia in Bucum fugit, Edigna nostra? - Ille Philippus i Henrici potius voluntate coronatus est an. 1059 die Pentecostes 23. Maii annundatum annulus annum supponens. Obiit 30 Iuli 1108, cum regnasset annos 50, mensis 2, dies 7. Unde Andrew emendandus calcutus, - e Ast ego, si horum Regum alterum nota est H. Edigna, tamen Philippus potius sicut credimus: quia idem tradunt San-Moritoni pater filio ducas ut sitam ex legitimo matrimonio suscepit; notus plures habunt: e quibus aliquat apud eundem scriptores filii numerantur, ideo posteritati nota, quia illustris vius desparsus. Putunt aliqui ex eis regis george domo profugere, ne a patre ad nuptias vocaretur, eis prouide. Henrici scriptoriis non menimicte, clauclatum rupis ne deinceps universitas penitus ignota. - il Lyam 7 Echtharri proflue de S. Richardi, patris SS. Wulthildis Episcopi, Wulthildis Abbatis, Walburgis Abbatis, rubis gestis ultrafringimus plurimus scriptoribus Regem appellari, ne rideri unum ex us subregalis fuisse, qui apud Orientales Saracenos in Hispania, ubi anno 673 per decim annos regnum sicut inter se dissimum tenuerunt, atque etiam S. Ioseph regnante Reges et ipsa appellata variisque actis subscripti representerunt. Legi ut hanc rem præcipue potest lib. 4 pag. 72 - e Imo in Willibaldo lib. 13, codice tom. 2 pag. 50. Nam de S. Wulthildo postea usq. tam. 3. Culnatur S. Richardi sancti liberis, Willibaldus Episc. 7 Iuli, Wulthildis Abbas 18 Drembria, Walburga 1 Abbatissa 25 Februario. I Amplus habet Brunnurus, voluntare hunc amplexus oleum fuisse. - g Ex quoque, ut fuit narratio libid. Regum filia aut e regia gracie proquiratur, in Germaniam peregrinando perierunt, sanguis reliquis noboldunt ac toruntur. Ursula Culnatur Lyrupplum, ubi 21 Octub. cultur, Walburga Tisodium. - h De P. Aurelia, quæ dicitur Higgins Capellæ Regis filia false, egypt Rodericus hoc codem tom. 2 pag. 163. agemus nos ad 15 Octob., quo obisse fecerunt anno 1027.

D
AUCTORE NAT-
TALIO RADERO,
muta ab anno
1600 ad 1616
facta bi
miracula:

SANCTI QUI III KALENDAS MARTII COLUNTUR.

XXVII FEBRUARII.

S anctus Julianus podagricus,	Alexandriæ
S. Cronion Eunus, ejus famulus,	in Egypto.
S. Besas miles,	
S. Gelasius, seu Gelasinus, minus, Martyr Heliopoli in Phoenicia.	
S. Nesius Martyr,	
S. Alexander,	
S. Antigonus,	Martyres
S. Abundantius, sive Abundius,	Thessaloponice
S. Titianus,	in Macedonia.
S. Macarius,	
S. Severianus,	
S. Calanus,	Martyres in Africa.
S. Fortunio, seu Fortunatus,	xxiv.
S. Januarius,	
S. Dionysius, et alii	Martyres in Africa.
S. Servilianus,	
S. Dacianus,	Martyres, Smyrnæ in Asia.
S. Leander,	

S. Honorina Virgo et Martyr, Confluentiae in Francia.	
S. Pontiana Martyr, Genuæ in Liguria.	
S. Chrysogonus Confessor, Genuæ in Liguria.	
S. Thalelaeus anachoreta in Syria.	
S. Onesima Virgo.	
S. Eucharius Episcopus Trajectensis in Belgio.	
S. Comgannus, Abbas Glinnussensis in Hibernia.	
S. Stephanus Constantinopolitanus, Accubitor Mauricij Imperatoris.	
S. Baldonius, Subdiaconus Lugduni in Gallia.	
S. Alnothus eremita, Martyr in Anglia.	
S. Basilius,	Confessores
S. Procopius Decapolita,	constant.
B. Joannes, Abbas Gorziensis in territorio Melensi.	

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Sanctus Joannes Calybita, propter Christum in atrio parentum sub tegulo mendicus, memoratur hoc die a Maurolyco, Felicio, Cantini, Greveno. Primitus Petrus Equinus in Catalogo lib. 3 cap. 136, asserens eum in Calendis Martii in pace quievisse. Vitam dedimus die, quo eum Grati et Latini colunt, xv Januarii. S. Meginoaldi Abbas in monasterio Einsidensi memoria annotata a Menardo in Benedictino Martyrat. Est is S. Meingradus, sive Megingradus, Eremita et Martyr in Helvetia, ut ad eum Vitam ostendimus xxi Januarii. S. Felix inscripti sunt Martyrologio parvo. S. Ampliatus S. Maximini, sed antiquo, de usquebus xxvi Februario. Mocheldus Virgo nullatenus voce addita, memoratur in MS. Florario SS. Consule diem præcedentem (quo inter Prætermisso et in aliis dies rejectos, tres huius nominis multarum) xxvi Februario. Archelai eajusdem in Sardinia nostra memoria fuisse ossa reperta, scribit Damyus Bonfau in Triumpho Sanctorum Sardiniarum lib. 3 cap. 22 cum hoc marmori invisa inscriptione : *Hic iacet deatus MARTYR ARCHELAUS PRESVITER ORT TERZIO KALENDAS MARTIANAS.* Id si ita criptam fuisse ex publicis actis constaret, hand equidem dubitaremus, Archelani illum verum Martylem agnoscere ne veneremur. Sed quia rite hic auctor B. M. interpretatur Beatus Martyr, et Romas nos pridem Eminentiss. Cardinalis Franciscus Barberinus, ac Rev. ^{mo} D. Lucas Holsteinus S. Petri Canonicus, moueri curavunt, ne temere Sardus illis reportarum Reliquiarum narrationibus fidem habramus; libere atque differre judicium luet.

Joannes in eremo superioris Thobaidos, vita, moribus et abstinentia clara, qui sola Eucharistia, die Dominica sumpta, vixit : ac pedibus longa statione disruptus, ab Angelis sanctus est, et scientia divina repleta, Pratrum conversionem aliorum cognovit : agros idem pane Benedicto sanari, ut et claudum tuco cingulo ab eo confecto. Quae pluvibus narrantur in Ruffo lib. 2 de Vitis Patrum cap. 13, Palladio in Lausnae historia cap. 61. De eodem annobut Ros-

weydis agere Sozomenum lib. 6 cap. 28, tradit res futuras aliusque hominibus obscuras eidem non minus quam antiquis Prophetis Deum patefecisse, largitumque facultatem medendi illis, quos perturbationes corporis et morbi insanabiles divexabant. Quix eudem legitur lib. 8 Histor. tripartita cap. 1 et apud Nicophorium lib. 11 cap. 39. Floruit sub Valentiniano circa annum ccclxxiv, qui apud Cassiodorum annuatatur. Hunc aliosque duos, Joannis nomine, viros sanctitate illustres, cum egisset de S. Joanne Calybita, adjunxit Petrus Equinus lib. 3 cap. 138. Secuti Hermannus Greven, Maurolycus, Felicius, Canisius, atque hic cum Equino Sanetum appellant. Necdum hujus aut aliorum nomina in Manuscr. Grecorum aut alius antiquis Martyrologiis, ex quibus cultum Ecclesiasticum colligeremus, hactenus reperire potuimus.

Joannes Abbas in Seithi, quem sol per quadraginta annos non vult iratum, qui moribundus asserunt numquam se fuisse suam voluntatem, nec quidquam dicensse, quod ipse prius non fecerat, relatus ait hunc diem ab istem Greveno, Maurolyco, Felicio, Canisio, post Petrum Equinum, qui de eo agit lib. 3 cap. 137, et hunc scribit Angeli instar in eremo absque cibo vivere tentasse : quod alteri patris tribuerunt. De hoc Joanne agit Cessianus lib. 5 Institutuum cap. 27 et 28. Ferrarius in Catalogo novo cumulatu memorat, et cum Equino et Canisio Sanctum appellat. Joannes vir sanctus ac totus gratia dona repletus, in eremo vicina oppido Biolco tantam habebat consolationis gratiam, ut quacunque mortalia, quo cumque radio oppressa fuisse anima, paneis ejus sermonibus alacritate et letitia repereret. Sed et sanitatum gratia plurima et a Deum donata est : ut de ea testantur in Vitis Patrum Ruffinus lib. 2 cap. 33, Palladius lib. 8 cap. 73. Sozomenus lib. 6 cap. 28, Niephorus lib. 11 cap. 33. Eum Petrus Equinus post procedentes eadem Joannis nomine appellatos retulit lib. 3 cap. 139. Quem seruit, hoc xxvi Februario eundem Joanneum etiam conjunxit Grevenus, Maurolycus, Felicius, Canisius, Ferrarius, qui duo cum Equino Sanctum indigent, ac Nitrius seu Sutrie eum habitatores statuant.

Joannes

Joannes, qui ex jussu Abbatis sui Pauli lecnam ligatam adduxit, precedentibus adjungitur a Maurolyco, cuius et in notationibus meminit Ferrarius. Agunt de eo in Verbis seniorum Ruffinus lib. 3 de Fitis Patrum cap. 27, et Pelagius lib. 3 libello 14 cap. 4.

Joannes minor Thebaeus, discipulus Abbatis Amoris, qui duodecim annis infirmo patientissimo inservit. Idem Maurolycus, ex Verbis seniorum Ruffini lib. 3 cap. 158, Pelagii lib. 3 libello 16 cap. 4 et Paschasii lib. 7 cap. 19 num. 2.

Joannes alius benevolus et munificus erga Fratres. Idem Maurolycus.

Irene Virginem Gazensem inscripsit hoc die Menologio magno Virginum Franciscus Labiers noster, Beatae titulo condecoratam. Ea est Salaphita. Gracis Irene dicta, cuius in Vita S. Porphyrii Episc. dir. xxvi Febr. fit mentio honorifica: quum nos quoque eo die inter Pretermisso retulimus.

Comanus filius Va Temne in MS. Tamlaetensi, et Festilogio Mariani Gormanii, iisdem verbis (si tam in egraphia recte expressa) referunt hoc die. Pretermisso est a Colgano, nec nobis notus.

Sexulphus, sive Sexwlphus, aut Saxulphus, primus Abbas monasterii Medehamstede, sive Petroburgi, in Anglia, dicitur Episcopus Lichfeldensis, vir fuit eximius preotis ac zeli, ideoque ab Eduardo Mahew et Hngone Menardo in Martyrol. Benedictino Beatus appellatur ad diem xxviii Januarii: Sanctus a Gabr. Bucelino in Menologio Benedictino, et Hieronymo Portero, eodem die: uti et a Joanne Wilsono in ultrae editione Martyrologii Anglie, in priore xxvii Februario, in posteriore ad xxviii Januarii. Nihil hoc tenus in veteribus scriptoribus observavimus, unde conjectare licet, in Calitum alio olim postum fuisse. Et sane Daniel King Cestrensis in Cestria descriptione edita Londini un. ccccclvi, pag. 61 agens de Episcopatu Cestrensi, primum Meritorum Episcopum, cuius Sedem Lichfeldiae ait fuisse, S. Craddana vocat Anglice S. Chad, tertium Sexulf, absque Sancti titulo.

Lucas primus Archimandrita monasterii S. Salvatoris Messanæ in pace quietus. Octavius Cajetanus noster in Martyrol. Sicut ex elogia ad ejus sepulchrum in ecclesia S. Joannis Baptista appenso. Idem pag. 33 annumerat viris summa sanctitatis illustribus. Emanuel ex Ordine Cisterciensi monachus, monasterii S. Bernardi in Frisia alumnus, ad Sedem Cremonensem in Italia evectus circa annum cccclxx: quam Ecclesiam cum paucos menses rexisset, vitam finivit xxvii Februario, pluribus miraculis tum vivus tum mortuus clarus. Ita Ughellus et ipse Ordinis Cisterciensis tom. 4 Italie sacra in Episcopis Cremonensis, qui Sanctum appellat. Inscriptus etiam Calendario Cisterciensi Divione excuso, item Menologio Henriquez et Buelini, qui duo Beati titulum tribuunt. Peregrinus Merula in Santuario Cremonensi an. 1627 excuso de Sanctis omnibus agit, qui in diocesi Cremonensi celebrantur, aut quorum ibidem sacerde Reliquie adseruntur, neque uspiam inter eos meminit Emmanuelis Episcopi Cremonensis.

Elisabetha Abbatissa monasterii Boldronensis Ordinis Camaldulensis, quæ precibus ultima impetravit, et visa est cuiusdam inter Angelos hora mortis calos ascendere, inscripta est hoc die Menologio Benedictino Buelini, et Beata nuncupata, Silvanus Razzius inter Sanctos et Beatos Ordinis Camaldulensis ejus Vitam didicit pag. 66, et beatam Sororem appellat.

Robertus prior cenobii Cisterciensis memoratur in Menologio Henriquez et Buelini, et Beatus vocatur; a Sausaio in Martyrol. Gallicano Pius adscribitur,

Joannes monachus in valle S. Lamberti juxta Leodium reseratur hoc die ab iisdem Henriquez et Buelino cum titulo Beati, quem Pius etiam annumerat Saussaius, omittit in Floribus Leodiensibus Bartholomaeus Fisen.

Clara de Ubaldinis, illustri orta genere, marito, et quod plures liberos generarunt, mortuo, uariant mundo remisit, institutum S. Clara complexa in monasterio Monticelli dicto, cuius et Abbatissa creata est, utamque reliquiam magna opinione sanctitatis exegit; nec sine miraculis, ut aucti, corpore post plures ab obitu annos integro odiu reperto. Beatum appellat Silvanus Razzius tom. I de Sanctis Etruscis, uti et Arturus in Martyrologio Franciscano, qui huic diei ejus natalem adscribit. Nihil nobis constat de cultu, qui Calibibus debetur, ei palam exhibito.

Raynaldus Reatinus Ord. Minorum hoc die inscriptus Martyrologio Franciscano Arturi a Monasterio ac Beati titulo decoratus; uti et apud Waddingum tom. 2 Annal. an. 1291, num. 73, et apud Gonzagam parte I in Catalogo Beatorum: sed horum nullus quidquam profiri, unde constet eum illi honorem ab Ecclesia delatum.

Butius, sive Bucius, aut Buosius, Tiferni, sive Civitatis Castelli, Episcopus, hoc die mortuus dicitur anno cccccclxxiv, ac Beatus appellatur in historia SS. Umbrix Ludovici Jacobilli, ex Annalibus Jesuitorum. Eo titulo obtinet Ferdinandus Ughellus in catalogo Episcoporum Tifernatum. Ergo saltem, an ei veneratio ulla tribuntur, non hinc.

S. Oswaldus Wigorniensis Episcopus, dein Archiepiscopus Eboracensis, inscriptus est hoc die Supplemento Martyrol. Gallicani a Sausaio: de eo agemus

xxviii Febru.

S. Leander Episcopus Hispalensis hoc die inscriptus est Martyrologo Romano, itemque Bede, Uuardi, Adonis, Wundelbrite, Notkeri, aliisque recrutorum quoniamplurimi, nosque hoc die res ab eo yestas ex S. Gregorio, S. Isidoro, et aliis solidi fidei scriptoribus colligere statueramus. Sed postea deprhydratus ab nulla Hispanensi Ecclesia hoc die coti. Verum ab Ecclesiis Hispalensi, cuius Antistes fuit, die xii Marti, officio dupli secundar classis; a Carthaginensi, unde erat ornatns, eodem die, dupli item officio celebatur. Missale Mixtum, secundum ordinem Aliae Primatis Ecclesie Toletane, Lugduni excusum anno 1551, in Kulelaria proposito ita habet od xiiii Martii: Leandri Episcopi Confess. et Doctoris, iv Capparum. Consentat Breviarium secundum regulam B. Isidori, dictum Mozarabes, excusum Toleti anno 1500, ejusdem Ximeni auctoritate. Sequuntur haec recentiores quidam in suis Fastis ac Martyrologiis. Quamobrem et nos quoque illius Fastam differemus in

xiii Martii.

Jeanus brevis statu, obedientia conspicuus apud Seyatim, ad ejus irrigationem surculus aridus fructificauit. Ita Maurolycus post eurias ejusdem nominis relatios, et Ferrarius in Notis ad Catalogum Generalem. Narrat id Joannis miraculum Cassiaus lib. 3 Institut. e. 24, et lib. 4 de Fitis Patrum cap. 27, ut capite precedente indicaret victoriam a Theodosio Imperatore ejus precibus reparatam, ne videatur is esse, qui colitur

xxvii Martii.

S. Felix Episcopus et Martyr Romæ via Aurelia, Martyrull. MSS. Tornacense S. Martini et Luxiense. Est Felix Papa i et ii martyrio via Aurelia affectus. Colitur Felix i

xxx Maii.

Felix ii

xxix Julii.

S. Petri et Andrew Apostolorum vocatio ad apostolatum, in MS. Florario et Greveni Auctario ad Usuardum

- Usorium hoc die annotatur. De ea poterit agi ad Vitam S. Petri xxix Junii, et S. Andreae xxx Novemb.*
- S. Hildulfus Confessor, qui cum SS. Arbogasto et Theodato ad flumen Halesum erecto oratorio se totum contemplationibus et meditationibus divinis tradidit. David Camerarius hoc die ex Vita S. Florentini Episcopi Argentoratensis in Novemb. apud Surium. Sed contra quin hic sensit, rum judicamus esse S. Hildulfum Trevorum Episcopum, de quo xi Juli.*
- S. Marie Magdalense translatio, Florar. Sanet. MS. de ea agitur xix Martii. et die ejus natali xxiij Julii.*
- S. Aigulphi Abbatis monasterii Lirinensis, et Martyris inventio, inscripta Martyrologius manu exaratis ordinis S. Benedicti, monasteria S. Salvatoris et aliorum. De ea agetur in Sept.*
- Elvius Menenensis in Wallia Episcopus hoc die in Martyrol. Anglicannum a Joanne Wilsono intrusus in 2 editio, quem in primo melius omisserat. Citem autem Brevarium Sarum, in quo ad i Martin Leet. 6 de S. Duride Episcopo ista hohentur: Nam cum baptizaretur ab Elveo Menenensi Episcopo redento de Hibernia, ac tunc applicante in portu qui dicitur Gleysad. In vita S. Davulsi, quam i Martin datum, haec traditur: Puer natum natus, a S. Helvaco Momoniensi Episcopo baptizatus est. Ac vera cum unius S. Davuldi primum Mene-*
- venscm Episcopum statuant, qui potest is ab Elveo Menenensi Episcopo dici baptizatus? Si tameu fuisset aliquis ejusmodi Elveus, unde ducit Wilsonus eum in Sanctorum tabulas relatum? Unde ad hunc diem pertinere? De S. Helvaco, sive Albae, aut Aylbeo, agemus xii Septembr.*
- SS. Andronicus et Athanasia conjuges. Metaphrastes, Surius, Molanus, aliique. Nos cum Græcorum Menœtis et Martyrol. Rom. ix Octob.*
- S. Edmundi Cantuariensis Episcopi Canonicatio. Florar. Sanct. MS. Dies ei sacer est xvi Novemb.*
- S. Oda Virgo Rhodæ in Brabantia Martyr. Dempsterus in Menologio Scotico et Ferrario in Catalogo generali. Colatur xxvi Novemb.*
- Soghanus et Sophanus Episcopi menorantur in Menologio Scotico Thomæ Dempsteri, quos ab aliis precedentie die locari scribit. Nullum vidimus, qui eorum meminerat præter Ferrarium, qui hoc die in Nata curum nota retulit, citato Martyrol. Scotico, quod Dempsteri Menologium interpretatur. Ast ipse Dempsteri xxvi Febr. ita scribit: In Germania Oganus Episcopū. Et Brevarium Scoticum citat. De S. Ogano agit in Ecclesiast. historia gentis Scotorum lib. 14 num. 987, etatque Germanicum Canisii Martyrologium, et asserit coli xxvi, xxvi Febr. Ut plane idem esse videntur Soghanus, qui S. Oghanus, ab oscittante omnino usus ita scriptus. Sed Sophani sive S. Ophanius nequam vestigium. De S. Oghano item queritur xv Decemb.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRINIS

JULIANO PODAGRICO, EUNO CRONIONE EJUS FAMULO, ET
BESA MILITE,

Commentarius historicus.

H. II.
AN COR. ECL.
XXVII FEVRAlexandrinus in
persecutione
Beati,etiam ibi ante
ejus imperium
cauta.

Math. 24. 24

pluribus a fide
in idolatriam
rebus,

Philippus Imperatore utroque, patre Flavio, filio Romæ, a milibus anno CCCLIX intertempore, Imperium arripuit Deus, ut continuo, uti Paulus Oresius lib. 7 cap. 21 scribit, ad persequendos interficiendosque Christianos, septuaginta post Neonianum Ierusalim dispersit edicta. Quis tam Alexandrinus in Egypto uesti sunt, narrat, qui præsens aderat, S. Dionysius Episcopus Alexandrinus in epistola ad Fabium, alias Fabianum et Flavianum, Episcopum Antiochenum, inserta ab Eusebio lib. 6 Histor. Eccl. cap. 34. Verum, quod plaus mirandum est, integrum usserit annu, antequam edicta illa Deo lata sunt, una cum ipse nebuli sumpsisset Imperium Deseru, incutiente quodam vate, ad clemorem monstru, persecutionem illum Alexandrinum motam fuisse: de qua et nos egimus XXI Januarii, vii et ix Februario, quibus diebus coluntur in illa prævia persecutione occisi SS. Metras, sive Metraeus, Cionta, sive Quinta, et Apolonus. His quartus additur S. Serapion ad xiv Normbris Postis sueris subscriptus.

2 In ipsa autem Deo persecutione, Julianus et Eunus in Domini Jesu Christi confessione perdurantes, admiranda spectacula martyrum sui Angelis et hominibus prehimerunt: ut legitur vi Decembrio apud Adonem in S. Ignatius Martyris eloquio. Herum et Besa militis passionem ita refert in dicta epistola S. Dionysius. Deo edictum erat, jam divulgatum, illudque tale proposito videbatur, quale Dominus predilexerat futurum: in quo terribilissima illa ejus propemodum complebatur sententia, nimurum electos, si possibile esset, in errorem inducere tri. Quin omnes certe metu percorsi obstupuerunt. Atque ex illis, qui cum dignitate, tum divitiarum affluentia praestare videbantur (qui quidem non pauci erant numero) nonnulli timore perterriti, dis eorum cohendis se ultra offerunt: ali ex privatis edibus in pu-

blieni rappti, ad defubra ducuntur a magistris; multi vieniorum snasu eo pellicuntur, qui quidem nominatim evocati, ad impura et profana eorum sacrificia se conferunt. Horum autem non pauci, quasi minime essent sacrificaturi, sed illi ipsi potius victimæ et sacrificia idolis futuri, pallore exalbescunt, et formidine attoniti stupent: adeo ut a frequenti populi turbæ, quæ circumsistebat, dum se omnibus perspicue patetacebant, cum ad morientium tam ad sacrificandum, eadem timiditate esse affectos, risui et ludibrio haberebantur. Alii paratim ad altaria procurant, duro ore et impudenti constanter asseverantes, se nunquam fuisse Christianos, de quibus Domini sententia verissime dici potest, eos difficulter posse salvari. Ex reliquis, qui tenuiores erant et magis obscuri, plerique utrumque istud hominum genus, quod postrem possumus, imitantur. Alii capessunt fugam, ali comprehenduntur: atque ex preliensis multi ad vincula et carcere pergit, et multis diebus ibi tenentur conclusi: postea tamen, antequam ad tribunal accedunt, Christum ejorant. Quidam tormenta diu fortiter sustinent, sed ad pressum tremulae, fidem pernegant. Hoc ibi. De utroci persecutione Deo agit S. Gregorius Nyssenus in Vita S. Gregorii Thaumaturgi xvi Novembrio. At turpissimum quorundam defectionem et ad utolatram reliquum deplorat S. Cyprianus ex tempore Episcopus Carthaginensis in libro de lapis. Sed reliqua ex S. Dionysii epistola reversemus.

3 Ceterum, inquit, qui Domini erant, tamquam firmæ et beatæ columnæ, ejus ope et gratia robustæ, fidei firmatæ, quæ in eorum unius penitus insudebat, vires ac tolerantiam aptæ et apposite respondentem adepti, admirabiles et insignes ejus regni Martyres ac testes facti sunt. Quorum primus erat Julianus, homo podagra doloribus adeo oppressus, ut

Math. 19. 23
Fetiam post car-
ceres et tor-
mentata tolerata;S. Julianus
pedagogicus,
ut

*A*nt neque incedere, neque pedibus consistere posset. Hic cum aliis duobus, qui cum gestabant, ad judicem adducitur: quorum alter extemplo fidei dengat, alter nomine Cronion, cognomento Eunus, et senex ipse Julianus Dominum ingenuo confitentur, qui per totam urbem, quae certe, ut nolis, amplissima est, camelis insilentes deducti, et ita sublimes verberibus earsi, tandem immenso quodam rogo et supra modum exardescente, hominum multitudine undique circumfusa, comburuntur. Ac dum adducabantur ad locum supplicii, miles quidam, nomine Besas, illis inter eundem opem ferre, et his qui eos contumelia afficiebant, ex adverso resistere laborat. Qui, populo propterea contra eum vociferante, inde illisco abripitur ad judicem, et in praefato filo prælio pro pietate suscepto, tamquam fortissimus Dei bellator, strenue et viriliter se gerens, securi demum percutitur. *Hoc apud Eusebium S. Dionysius, qui et ipse egregius Confessor obiit, collitique xvii Novembris.*

*4 Ruffinus lib. 6 Hist. Eccl. cap. 31 eundem S. Dionysi epistolam recitat, nonnullas hinc inde reciso, ac martyri genus immutat: cupis proinde verba oddimus. Prinus, inquit, venerabilis Julianus podagra contractus, ita ut neque incedere neque stare posset, cum his qui eum in sellula portabant offertur: quorum unus quidem statim negavit; alius vero, nomine Eunus, cum Juliano sene in Domini nostri Iesu Christi confessione perdurat. Quique jubentur camelis impositi per omnem circumducui civitatem, et flagris hinc inde verberantibus, populo spectante, laniari, usquequo finem vite in ipsis verberibus ponenter. Sed vir quidam militaris cum assisteret, et quosdam volentes etiam mortuis illudere cadaveribus prolinberet, clamor repente adversus eum totius vulgi extollitatur. Offertur Judici fortissimus miles iam Dominus, et nusquam se inferior factus, in confessione persistens, capitis proprietate damnatur. *Hoc Ruffinus, qui non inducit solum S. Juliani dictum fuisse Cronionem, cognomento Eunum, sed Eunum solum appellat, quod in Martyrologio illi nomen adhesit: deinde hos igni combustos esse sicut: denique nomen Besa non addit: unde et ejus pauciora Martyrologia meminernunt. Est autem Eunus, sire Eunus; benevolus, Kpovos; Saturnus, hinc Kpovios, ut Latine Saturnus.**

5 Memoria solius Juliani consignata est in MS. Martyrologio antiquo Servissimum Regiae Sueciae xxvii Februarii his verbis: Et in Alexandria S. Juliani senis et podagrī, Martyris. Socus illi Eunus adjungitur in aliis passim Martyrologiis. Romanum relatum a Roswedo nostro editum ista habet: Alexandri Juliani Martyris et Euni, qui cum ipso sene perduravit. Similia non indicato mortis genere leguntur in MSS. Colonensisibz S. Marie ad gradus et Carmelitanos, Floriano, Felicio, aliasque. At tabula Usuardi, Bellini, cum Viola Sanctorum ac variis MSS. hac tradunt: in Kalendas Marti. Alexandri passio S. Juliani Martyris. Is cum ita podagra constrictus teneretur, ut neque incedere neque stare posset, una cum Euno ministro suo, in sella judici offertur, qui camelis impositi per totam jubentur circumducui urbem, et flagris hinc inde inspectante populo laniari, usquequo finem ipsis verberibus sortirentur. His ferme conscientiū Beda, Ado, Notkerus, Manitolycus, Galesinus, Canistus, dum eos tradunt inter reverba expurges, quod ante ex Ruffino retulimus. Quae eadem pleatus leguntur in Beccario auctoritate Pauli in anno 1010XXXV excusa.

6 In Martyrologio Romano ex ipsius Eusebii historia martyrum coram, ac militis Besa, illi iudicatur: Alexandria passio S. Juliani Martyris, qui enim ita podagra constrictus esset, ut neque incedere, neque stare posset, una cum duabus famulis, qui emi in

sella gestabant, Judici offertur, quorum alter fidem D negavit, alter, nomine Eunus, cum Juliano in confessione Christi perdurans, ambo simul camelis impositi, per totam urbem circumducui jubentur, et flagris laniari, ac tandem incenso rogo, hinc inde spectante populo, comburi. Ibidem S. Besas militis, qui cum insultantes in predictis Martyribus cohiberet, delatus ad Judicem, pro fide constanter agens, capite truncatus est.

*7 SS. Julianus et Eunus rarissimis adjunctis Martyribus celebrantur xix Februarii in Adone MS. Ecclesiæ Morinus in verbis: Apud Alexandriam natale sanctorum Martyrum Juliani, Euni, Macarii, Epimachi, Metrani, Apolloniae, Ammoniarie, Corintæ et alii decem, qui temporibus Ieeci variis pro Christo passionibus gloriose coronati sunt: sicut scribit B. Dionysius Alexandrinus Antistes in libro de Martyribus. Eosdem omnes referunt illo die Maurilius et Felicius: sed Corinta, atius Cointa dicitur. Item xx Februarii assignantur in Usuardi Auctario apud Hermannum et 20 Feb. Greven, Julianus et Eunus minister suus Martyres. Illis reliqui supra nominati socii junguntur in MSS. S. Richarit sub Bedæ nomine, et Carmelitarum Colonensis, item alio excuso Coloniæ anno 1390. Qui idem exceptis Euno et Ammoniarie adscripti etiam sunt Floriæ MS. Verum pluribus cum sociis illa eorum transhippus depingitur in Martyrologio MS. S. Maximus: x Kalend. Martii. Apud Alexandriam natale sanctorum Martyrum, qui persecutione Datinae variis pro Christo passionibus glorioissime coronati sunt, id est, Juliani venerabilis senis et Euni, Macarii, Epimachi et Alexandri: item SS. Apolloniae et Ammoniarie, nec non Cointa, Mercuriae, Dionysie, itemque Ammoniarie, Metrani senis, Serapionis, Heronis, Arsenii, Dioscori, Isidori, Nemesii, et Seirionis Martyrum. Alii quoque quamplurimi in desertis ac montibus fame, siti, frigore, languore, litronibus bestisque consumpti mortali sanctos Bei Prophetas, martyrii gloria coronati sunt. Inter quos etiam venerandus senex Charemon Episcopus urbis Nilopolis, una cum grandeve conjugi, cum ad Arabicum montem recessisset nusquam ultra comparuit. Qui omnes simul ad quinque millia fuisse signantur. Scribit E. Dionysius Alexandrinus Episcopus in libro de Martyribus: qui et ipse sub ejusdem persecutionis immanitate, in multis saepe confessionibus sati clarus, et passionum tormentorumunque tolerantia magnificus fuit. *Hoc ibi. De veneracione SS. Metrani, Cointa (quae supra Corinta dicitur) Apolloniae, Serapionis et ipsius Dionysii dictum est. Reliqui coluntur mensa Decembri, et die quidem vii S. Macarius, xi SS. Epimachus, Alexander, Ammoniarie, Mercuria, Dionysia et altera Ammoniarie: at xii die SS. Hero, Arsenius, Dioscorus et Isidorus, xiii S. Nemesius, domum xxii SS. Ischirion, hic Schirion dictus, et Charemon Episcopus.**

8 Graeci hos sanctos Martyres celebrant xxx Octobris, quo die in Menologio Canisi haec leguntur: Eodem die natalis sanctorum Martyrum Cronionis, Juliani, Macarrii et aliorum tredecim, qui sub Decio Imperatore apud Alexandriam pro Christo cruciati, in confessione permanentes, martyrii corona accepserunt. Quo etiam die, citato in Notis Graecorum Menologii, ista in Martyrologio Romano leguntur: Alexandria sanctorum Martyrum, qui eum SS. Juliano, Euno et Macarrii passi sunt sub Decio. Ubi observat Buronius, de Juliano et Euno, qui idem est eum Chironio, sive Cronione, agi xxvii Februarii, de Macario viii Ieeci. Verum de reliquis tredecim agitur etiam xii, xiv, xix et xxii Decemb. ut jam ostendimus. sicutque n. ut iteum auctorat Baroniū, quorum martyraū describat S. Dionysius apud Eusebium lib. 6 cap. 27. Idem memorantur xxx Octobris a Graecis in

*el S. Cronion
Eunus
famulis.
flagris exsi
comburuntur*

*S. Beosis
miles.*

*capite plecti
lute*

*a Ruffino
Eunus solus
appellatur,*

*qui cum
S. Juliano
inter flagra
mortuus?*

*et misso etiam
militis nomi
ne:*

*scripti
Martyrologus
Bellar.*

*ex relatione
Bellar.*

*et narratione
Eustath.*

*D
victores 1.*

*caluntur cum
variis sociis
10 Febr.*

E

Deciana.

F

30 Octob.

AUCTORE G. N.
celebrantur in
Genes.

A in magnis Menaxis et apud Cytherenum, sed non absque meritis : Eodem die, inquit, sanctorum Martyrum Alexandri, Crononis, Juliani, Macarii et aliorum tredecim. Sancti isti Decio imperante Alexandriae passi sunt. Primus autem Alexander productus, cum, quod podagra laboraret, rectus stare non posset, cum Cronione familiari suo camelis vectus. Per medium ergo urbem ad spectandum traduebuntur, suspensique flagris conciduntur, atque igne supra modum exardescente perfusi, animas Deo reddiderunt. Julianus vero et Macarius post multa tormenta capitibus truncantur. Ex reliquis tredecim, ali ferro varie lacerati, ali exsteti, ali gladio subiecti, omnes in tibi constantes, martyrii palnam retulerunt. *Hæc Menaxia, in quibus S. Alexandra tributaria S. Juliani podagra et hinc præstans a S. Cronione famulatus, epusque in camelis impositione, atque martyrio societas. Flammis quidem absumptum fuisse S. Alexandrum legitur in epistola S. Dionysii, sed S. Epiphanius eidem socius in tormenta et martyrii palma assignatur. Emendunda præterea Menaxia, quod referant S. Macarium una cum S. Juliano post multa tormenta capite truncatum, qui æque atque S. Julianus, sed diverso et*

*tempore et occasione tunc est combustus. Denum præter D
hos ali xii sunt, si S. Besus annumeretur. Historiam
horum Martyrum describit etiam Nicæphorus lib. 5
Hist. Eccl. cap. 36, sed nomen Eni, non Cronion,
sed Ischyriou, sive Ischorion, exprimitur. Graece hæc
verba sunt : Α' τις δι, ὁ Γάρπει πίν ἔνομα, Ε' νας
δέ επονοματο. Alter vero, cui Ischorion quidem no-
men, Enius vero cognomen.*

9 *S. Juliani aliquas sacras reliquias adservari Au-
gustodum in Gallia tradit. Saussairi in Martyrologio
Gallicano his verbis : In Ecclesia Augustodunensi
commemoratio agonis S. Juliani Martyris Alexan-
drini, qui palagrie mortis affectus, cum neque stare
neque incidere posset, uno cum Enio servo ob fideli
Christianæ cultum ad Judicem sella delatus est :
cujus iussu uterque camelis impositus, et per orbem
ductus, verberibus dire cæsus est, donec in summa
pietatis constantia unus et item alter purissimos spi-
ritus efflavit. Hujus reliquiarum haud exilis ejusdem
portio, Divino beneficio ex Egypto in Galliam ad-
victa, atque in Aeduensem basilicam illata, multo
eum honore, clarum illic et venerabilem ejusdem
reddidit memoriam.*

*Reliquæ S. Ju-
lianii Augus-
tini in Gallia,*

B

DE S. GELASIO, SEU GELASINO, MIMO, MARTYRE HELIOPOLI IN PHOENICIA,

E

G. II.

Sylloge historica.

ANNO CCXCVII
XXVII FEBRADI.

*S. Gelasius se-
nior,*
*illudens
baptismati con-
vertitur,
gladio occidi-
tur*

Celebris est apud Græcos xxv Februario memo-
ria S. Gelasii mimi ac Martyris, qui in Cal-
endaro Genebraldi cura edita appellatur Ge-
lasius senior, et Procopio Diapoditæ, quem
infra referemus, adjungitur. Eundem Γελάσιον πατο-
έτατον etiam cognominat, ac solum suo Menologio
inscribat, Christophorus Patricius et Proculus Mity-
lenus. At Menaxia et Maximus Cytherenum hoc eni-
elogio exornant : Μύτην τὸν ἄγιον Μάρτυρα Γελασίου,
ὅς το βαπτισμα πείνωσες διαπαιξι περὶ τὸν ἀγρόνος,
βαπτιστεῖται ἀλλος; καὶ ξέφει τικεύοται. Memoria sancti
Martyris Gelasii, qui jussus a Praeside baptismati
illudere, in veritate baptizatur, et gladio vita finit.
Adductus in Menaxia hi versus cum allusione ad nomen
Gelasii, quod ridiculum sonat :

Φοίσαρα πῖλον, ἵργιαν γῆδες πλάνην.

Ηλοῦς δὲ, Πελάσιον, ικτίνει κάραν.

Βαπτισθεῖται, Πελάσιον, καὶ ιβδόρηπτειδει τριθεῖται,

In splendore futurus, insultantem derides im-
posturam.

27 Febr.

C At splendore repletus, Gelasius, capite pleteris.
Baptizatus, Gelsie, percussus es vicesima sep-
tima.

anno 207 He-
liopoli,

2 *Hæc Græci in Menologis ac Menaxi, non indi-
cato loco aut tempore, quibus martyrii est palnam asse-
ratus : que salta dilucide exponuntur in Chronico
Alexandriano ad annum Diocletiani xii, Maximiano
Herculeo v et Maximiniano Jovio Cæsare n Coss. Is
est anno Hera vulgaris ccxcvi, qui ibidem annus
Christi in eodem assumpti ccxix numeratur. Hæc
ibi porro habentur : His Consulibus martyrium per-
tulit S. Gelasius Heliopoli urbe Libanasiæ. Hic
erat unicus secundus, quem theatro prouersus repletus,
ac populo universo spectante, aliæ mimi in beluci
aupium solium et tepeonto repletum aqua conge-
ce-*

rent, Christiane religionis mysteriis ac sancto hap-
tusmati illudentes. At Gelasinus ipse secundus ini-
mus ita baptizatus, eni ex solio ascendisset jam
veste alba amictus, non amplius passus est se spec-
tacula theatrali illudi, dicens : Christianus sum,
Vidi enim in lavaero gloriam tremendam. Quare et
Christianus morior. Quod cum populus in theatro
urbis sue Heliopolitana adspiceret, furore vehe-
menti incensus, ex gradibus in scenam magno cum
impetu involavit, ac S. Gelasimum comprehendens,
et in candido amictu, quo induitus erat, et theatro
ejectum, lapidibus obruit atque interfecit : atque
hunc in modum vir justus et vita decepsit : cuius sa-
cas corporis exuvias deportarunt extra Heliopolim
in vicum Mariannum, unde erat oriundus, ibidem-
que illi sacrum oratorium extruxerunt.

3 *Hactenus Chronicon Alexandrinum, in quo hic
minus Gelasinus dicitur, qui alius Gelasius est, unius
appositæ litteræ facta differentia. At gladio eisdem di-
vitur interemptus, in Chrenien vero lapidibus obrutus :
sed potius a Praeside furori populi crepus fuisse, ac tan-
dem gladio casus martyrii palnam obtinuisse. Est an-
tem Heliopolis urbs Episcopalis Phoenicie Libani, quæ
provincia hic Libanasia appellatur. Quare autem dicatur
minus secundus aliquo modo chici potest ex Cicerone
et Horatio : hic lib. I epist 18 aliquid simile indicat his
verbis :*

Ult puerum sievo credas dictata magistro

Reidere, vel partes immum tractare secundas.
At clarus explicit M. Tullius dissertatione in Ferrem
his verbis : Ut in actoribus Græcis fieri videmus,
super illum, qui est secundarii partium, cum possit
aliquanto clarus dicere, quem primarum, mul-
tum submittere, ut ille princeps quam maxime ex-
cellat.

*in batineo co-
testatione
concessus,
tamen profite-
tur;*

*candidatus
tapidibus pa-
nitur :*

*septultur
Mariannar,
extracta illi
rude*

*Gelasius et
Gelasius
dicuntur :*

*F
et immu-
cundus.*

DE S. NESIO MARTYRE.

XVII FEBR.
e. Nesius
v. bubulis
cæsus.

Panico nobis Graeci in magnus Menaxi, et Vitis Sanctorum a Maximo Cytheræo editis, suggerunt de genere mortis, quo S. Nesius martyris tororum assecutus est **XXVII Februarii**, quo die ejus natalem his celebrant verbis : Τῇ ὑπῆρχε δύναμις Νεσίος βουνέρως τυπτόμενος τελειώνεται. Eodem die S. Nesius nervis bubulis cæsus, vitam finit. In Me-

urus additur sequens distichon, et martyrii genus confirmatur.

Νεύροις βασιοῖς Νίσιος πάχωντιρει,
Νευρούμενος γάρ τῶν πόνων ἔρθεν ἔχει.
Νεύρος bubulis Nesius passus vincit,
Viribus enim nervisque auctus, laborum oblivis-
citur.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

ALEXANDRO, ANTIGONO, ABUNDANTIO, sive ABUNDIO, TITIANO, MACARIO, SEVERIANO, CALANO, FORTU- NIONE, sive FORTUNIO, aut FORTUNATO JANUARIO, THESSALONICÆ IN MACEDONIA,

Sylloge historica.

G. H.

XVII FEBR.
Martyres pro-
poni nullo
invicato loco.

SS. Alexan-
der, Antimo-
nus,

Abundantius
Fortunio,

Ant Fortuna-
tus,

alii Abundius
n. Fortunius,

et Formio
datius;

In qua-
riarius,

Titianus

In Roma in:
Diocletiano
pam*

assert alibi idem scriptor se passum sequi. Verum in eo Abundantius legitur, non Abundius, et deest Fortunatus, atque urbs Roma : que ex Galerio voluntur sumpta. Potuit etiam S. Fortunatus ex **xxvi Februario**, quo die de egyptis, huc translatus esse.

E

3 Thessalonicam vero celebrem Macedonice urbem, et prædicatione S. Pauli, ejusque ad incolas epistola il- lustrem, assignant alia Martyrologium. Aquincumense MS. admodum antiquum hic nuntium est, et ipsam ur- bem absque Sanctis indicat : in Kalend. Martii : in Thessalonica... natalis SS... Leundri, quem cum aliis Smyrnæ passum mox datus. MS. Richenovicense, sive Augstæ-dixit prope Constantium, ista habet : In Thes- salonica Alexandri, et in Africa Anteginis, Dionysios et aliorum xxiv. In quibus unius verbi transpositio ita est corrigenda : In Thessalonica Alexandri et Anti- goni : qui huc spectat. Tunc, In Africa Dionysii et aliorum xxiv. Ita etiam legendum infra constabit. Beda excusus et MS. monasteri Richenbergensis in Bavaria : In Thessalonica natale Alexandri, Androgoni, Abundantii, Rabanni Monius : In Thessalonica nativitas Sanctorum Alexandri, Androgoni, Abundantii. At loco Androgoni, nomen Antigoni substituendum est. Hermannus Greven in Auctario Usuardi anno 1513 et 1521 excuso, Thessalonice, inquit, Alexandri, Abundantii, Androgoni, et Fortunonis Martyrum, ac dein, Item Macarii, qui ritum huc spectat. Denique antiquissimum Martyrologium MS. Romnum, sive S. Hieronymi, in codice, qui apud nos est ante mille fere annos exaratus, hec habet : in Kal. Mar. Nat. Alexandri. In Thessalon. Antigoni, Abundanti, Titiani, Macari, Severiani, Calani, Fortunionis, Januarii. Quae trans- posita uno verbo ita sunt legenda : in Kalendas Martii. In Thessalonica Natalis Alexandri, Antigoni, Abundantii, Titiani, Macarii, Severiani, Calani, Fortunionis, Januarii. Duo ergo hic nominantur ab aliis non relatis, Severianus et Calanus.

F

Ferrarius in Catalogo SS. Ital. ex Beda et aliis Martyrol. scriptoribus horum Martyrum istud conseruavit encomium : Alexander, Abundius, Antigonus et Fortunatus, Diocletiano et Maximino Imperatoribus Romæ coronati sunt. Commota eni per-secutione, inter alios, qui Christianæ religionis delati fuere, et sic compreliensi varieque torti sunt, post dimications, in quibus constantes in fide permane- se, martyrium compleverunt. Hac ita. At Beda ab eo ritatus cum aliis antiquis Martyrologiis adscribit Thessalonice, ut jam ostendimus, et solus Galesinus est, qui apposuit persecutionem Diocletiani. Masinus in Bononia perlustrata assert S. Antigoni Martyris corpus coram eneo- ariam et Fer- raria.

Illistris haec novem Martyrum corona est : de quo- rum numero, et loco martyrii non parva in Mart- tyrologiast manu exaratus, quam excusis, diver- sitas est. Ac primo omni omissio loco referuntur in Martyrologio MS. Ledieni S. Lamberti, ac duo so- lum nominantur : Eodem die **xxvii Februarii** Sancto- rum Alexandri et Autogoni, qui alius Antigonus est. Hoc omissio duo alii Alexandro junguntur in Usuardo MS. Regiae Suecia, et MS. Ultracentino Clericorum S. Hieronymi, in MS. Florario, et Martyrol. Coloniæ anno 1490 excuso : Eodem die Alexandri, Abundantii et Fortunonis. Indem referuntur in MS. Mart- tyrol. Curonii Colonensis, sed secundus Halundau- tini scribitur : at tertius Fortunatus dicitur in Usuardo MS. Albergeusi, Leydeni, et Labeo anno 1475 ex- cuso. Maurycius utrumque nomen immutat : Ipsi die, inquit, Alexandri, Abundii et Fortunii Martyrum : qui Abundius solus referuntur in MS. S. Maximini parve, sed satis antiquo. In aliis loco S. Alexandri legitur Alexandriæ, quasi in ea urbe videtur passi. Ita MS. Aquincum : Item Alexandriæ, Abundantii et Fortunonis. MS. Bruxellense N. Guidice : Eadem die Alexandriæ, Abundanti et Formionis, lege Fortunonis, ac pauculo inferius : Item S. Fortunati, quem ab aliis pro Fortunione positum diximus. In Adone MS. Regiae Suecia : Item eodem die SS. Antige- nui et Abundantii. In MS. S. Cyriaci, quo pluri- mun usus Buronius, horum trium memoria reculit : Alexandriæ, Abundantiæ, Januarii. Qui additur Diony- ius enim xxiv sociis, luc non spectat, seorsim dandus. MS. Parisiense Philippi Lubber nostri, horum quintus meminit : Alexandri, Antigoni, Abundantii, Ti- tiani.

2 De antiqua horum Martyrum veneratione ex re- latus jam Martyrologiis satis constat, sed locus certam- nus nondum indicatus est, quem Galesinus, uti sexagesima solet, Romanum adscriptus hac formula : Roma: SS. Alexandri, Abundiani Antigoni, et Fortunati Mart- yrum, qui Du-cletiano filiei adversarii, dimicacionibus constantier suscepti, coronantur. Annotat vero se ex codice manu scripto accepisse, nomina scilicet Martyrum et satis incorrecta, cum loco Abundanti sit Abundianus, ac pro Fortunione referatur Fortunatus. Sicut ali de tempore martyrii, uti et ipse Barnanus, qui Galesinum secutus, eisdem Romæ passos tradit in Martyrologio Romano his verbis : Romæ natalis san- torum Martyrum Alexandri, Abundii, Antigoni et Fortunati, annotatque eni omnia esse ex veteribus MSS. emendata, in quibus additur et Januarius. Eum jam dedimus ex codice MS. S. Cyruci, quem Februarii T. III.

AUCTORE G. B.
an horum
Martyrum re-
liquias Boni-
maz?

an huic Antu-
gini corpus in
Bupania*

A in æde S. Francisci adservari, et S. Abundii Martyris reliquias aliquas esse in ecclesiis S. Martini Majoris, S. Gabrielis, et Scholæ pia: et tamquam horum, de quibus eymus, forent Martyrum, hoc die refert.

S Joannes Tamaius Salazar in *Martyrol. Hispan.* ad hunc xxv Februarii. In cœnobio, inquit, S. Basili oppidi de Cuellar Secobiensis diœcesis, depositio S. Antigoni Martyris, qui Roma cum aliis passus: ejus sacra lipsana Hispaniam advecta, ibidem honorifice requiescunt, et devota veneratione columnarunt. Acta ejus martyrii ex *Galesinio*, *Philippo Ferrario* et *Martyrol. Romano* describit. Quo autem tempore addit, Translatio horum sacerorum pignorum S. Antigoni Roma Hispaniam effecta sit, nondum dñdici. Neque nos adhuc dicimus, an qui illie, quique Bonomie cultur Antigonum, idem sit, et utrobique pars tan-

tum extet sacrarum ejus exuviarum: nendum an Roma adrector ad eas urbes ea exuviae: multo denique minus, an, de quo agimus, Antigonus, Thessalonicensis coronatus, Romanum sit unquam asportatus. In dicto S. Basilii cœnobio adservari corpora trium Sanctorum testatur Egidius Gonzales *Dvita* tomo I *Theatri Ecclesiastici Hispaniarum*, agens de *Ecclesia Segoviensi* pag. 319, SS. Evagrii, Antigoni et Vellæ, quam Bellam interpretat *Tamaius*. Colunt canobite S. Evagrii Kalandis Octobris, quo die *Martyrol. Romano* inscriptus Evagrius Martyr, qui cum SS. Prisco et Crescente traditur Tomis in Ponto passus. Eodem modo, quia S. Antigoni cultus hoc die refertur et Antigoni quaque suum venerantur, sic idem sit, seu diversus. At S. Vellæ aut Bellam venerationi nullus assignatur dies: forsitan, quia nomen huic fæminæ Fastis sacris needum repererunt adscriptum.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

DIONYSIO ET ALII XXIV.

G. B.

XXVII FEBR.

Sunt hi Martyres antiquioribus MSS. *Martyrologis* adscripti, ac salus Dionysius, nullo indicato loco aut comitatu ahorum, legitur in *Martyrol.* MS. parvo S. Maximini antiquo. In MS. Parisiensi *Philippi Labbi nostri absque loco consignatur memoria Dionysii et aliorum xxiii. In MS. monasterii S. Cyrici, Dionysii et aliorum xxiv. Apud alios palaestra martyrii assignatur Africa. Ita MS. *Martyrol.* antiquum Romanum, sive S. Hieronymi, Bedar excusum, et MS. *Richenbergense*, ac *Roburum*: In Africa Dionysii et ahorum xxiv. *Galesinus* ex MS. codice, *Canisius* in *Martyrol. Germuu*, et *Ferrarius* in*

Catalogo novi: In Africa S. Dionysii et aliorum vi-ginti quatuor Martyrum. In MS. *Richenor.* aliqua transposita et immutata sunt: In Africa *Anteginis*, E. Dionysiae et aliorum xxiv. Est Antigonus prior, et ad Martyres *Thessalonicenses* jam relatos spectat. Dionysius vero, non Dionysia, apud alias omnes legitur. *Hermanus Greco* aliis adiungit: ita in *Anctario Usuardi*: In Africa *Dunisi*, *Taciam*, *Dionis Martyrum*, aliorunque viginti trium. *Nonne Bionis*, et *Dunisi*, ejusdem est Dionysii. *Tacianus* vero est aut *Titianus* inter Martyres *Thessalonicenses*, aut *Datianus* inter *Smyrnaeos*, de quibus jam agemus.

DE SANCTIS MARTYRIBUS SMYRNENSIBUS

SERVILIANO, DATIANO, LEANDRO.

G. B.

XXVII FEBR.

Varias hortenus deditus Smyrnæs in Junua-
rio et Februario Martyres, quibus hoc die tres
isti adiunguntur, relativi in antiquo MS. *Martyrol.*
Romano, sive S. Hieronymi, in MSS.
Richenbergensi, *Lutensi*, *Tornacensi* S. Martini, his
verbis: In civitate Smyrno Asio natalis SS. Servi-
liani, Datiani, Leandri. Intem memorantur nullo assi-

gnato loco in MS. *Parisensi* *Philippi Labbi nostri*,
ut in MS. *Aquisgranensi* Leander, alii desunt, codice
mutilo. In MS. parvo S. Maximini die xxvii Februa-
rii refertur *Servilianus*. De *Taciano ab Hermanno*
Greco inductu, egimus inter *Martyres Afros*. *Iuceta*
sunt horum et precedentium Sanctorum tempus et mo-
dus certaminis.

DE S. HONORINA VIRG. MART.

CONFLUENTIA IN FRANCIA,

Commentarius prævious.

Voximum Francium prope agrum *Parisinum*
provincia est, in qua flumen *Oësa*, sive *Eisa*,
deinde etiam *Isara* dictum, infra urbem *Pontis-
varum* *Sequanæ* illabatur prope oppidum *Confluentum*, seu *Confluentius* S. *Honorini*, vulgo,
Confians Sancte *Honorine*, alter *Fin d'Oise* appelle-
latum, quod etiam *Costrum Conflandum* seu *Conflan-
dinum* nuncupatur. Corpus S. Honorina in eo oppido
præ observatur, olim et *Gerardivilla*, qui vicus ab ostio
maritimæ *Sequanæ* fluminis hand prœcul absent, ob per-
secutionem *Normannicum* tempore *Caroli Simplicis*
Regis Francorum et delatum. Quoniam *Normannorum*
vastationem ita describit *Ordreichus Vitalius lib. 3 Hist.*
Eccel. Tempore *Caroli Regis Francorum*, qui Sim-
plex cognominatus est, *Brie*, cognomento *Osta-
Ferra*, filius *Labroci Regis Danorum*, cum *Hastin-
go* nutritio suo, et ingenti juvenum multitudine, ad
depopulandas gentes de *vagina* sua egressus est.
Ex insperato de mari quasi turbo velientes in Gal-

lam intravit, et oppida urbesque, cum Sanctorum cœnobitis, repente concreverat: et per triginta annos super Christianos cum suis complicitibus insatiables furuit. Tunc *Rotomagus* et *Noviomagus*, *Turo-
nisque* et *Pictavii*, alieque præcipue urbes combustæ
sunt. Interim populi occiduntur, monachi et Clerici
disperguntur, et Sanctorum corpora aut in suis tu-
mulis jam destructis edibus absque cultu relinquuntur,
aut a piùs cultoribus ad peregrina loca deve-
luntur. Cum his *Dans*, sive *Normannis*, pacem ne
fudis sanxit *Carolus Simplicius* anno Mccccxii, data
Duci eorum *Rolloni*, *Christianam fidem amplexo*, in
matrimonium filii *Gisla*, cum ora ea maritima Gallæ,
quæ deinceps est *Normannia* appellata.

2 Cum venerabile corpus S. Honorina multo apud
Confluentinos claresceret miraculis, Iu. *Comes de Bel-
lomonte* super *Isaram*, et *Adelilis* uxori ejus, volentes
S. Honorinæ de *Confluentia* a monachis Deo deser-
viri, dederunt anno mccccxii eam et omnia ad illam

locis an. 1030
monachis
preferentibus
donatur

pertinentia

XXVII FEBR.

C

F

G. B.

Confluentia
in Francia

corpus S. Bo-
norini adser-
vatur,

sub *Carolo*
Simplice co-
detinatur;

A pertinentia Beccensi monasterio, sublibera potestate et ordinatione Abbatum præfati monasterii. *Ita Papyrus Massimus in descriptione fluminum Gallia, ex MS. codice monasterii Beccensis in Normaunio: quod eo tempore monachis virtute ac doctrina claris r excellebat sub S. Anselmo Abate, dein Archiepiscopo Cantuariensi in Anglia, cui dies XXI Aprilis sacer est. De memorato Comite Bellaventano Ivone agit Ordevirus Vitalis lib. 8 ad an. 1090, usseritque filiam ejus Adeluden unquam fuisse Hugoni de Grentesmaisnil, strenuo Militi, anno CIXCIV in Anglia defuncto.*

3 Historiam Translationis ac miraculorum S. Honorinae damus, ex antiquo MS. a Federico Floveto Societatis nostræ Sacerdote nobis Rotomago transmissam: quam seculo Christi XI et forsan a monacho Beccensi scriptam fuisse ipsa infra verba inveniunt.

4 Memoria S. Honorinae inscripta est ad diem XXV Februarii Usnardo MS. monasterii Aquicinctini, his sub finem illius diei verbis: Et S. Honorinae Virginis. At MS. Florarum: Honoringe Virginis. Hermannus Greven in Auctario Usuardi: Castro Conflando Honoringe Virginis: addit Canisius in Martyrol. Germanico. Et Martyris. Molonus in additionibus ad Usuardum: Eodem die in Nortmannia B. Honoringe Virginis. Ferrarius in Catalogo Generali: Conflandi in

B Gallia S. Honoringe Virginis et Martyris, annalique Conflandum esse oppidum in ora littorali inter Rotomagum et Cadomum, ab incolis Conflen dictum. Verum Honfleur ibidem situm, errant occasio fuit. Sansnius in Martyrol. Gallicano locum describit his verbis: Eodem die apud Pontem Isare in agri Parisiensis et Normannie confinio, S. Honoringe Virginis et Martyris: cui suscepta pro Christi file et cultu in flamnis extrema concertatio, immortalis gloria tropheum et aeternæ felicitatis præmium pererit. Iterum XXVI Martii nomen S. Honoringe adscriptum MS. Florario, Martyrologio Coloniae anno 1490 excuse, et Auctario Hermanni Greven his verbis: Castro Conflando S. Honoringe Virginis. Et Maurolycus: Castro Conflandino S. Honoringe Virginis et Martyris.

5 Quo tempore vixerit, et quo genere certaminis coronam martyrii adepta sit, videtur non omnino constare. Auctor historiarum translationis num. 3 asserit, Dominum Jesum, quanti illa foret meriti, quantaque virtutis, hujus regionis hominibus, ejus passionem ignorantibus, manifestasse. In antiquo Brivario Ecclesie Corisopitensis in Britannia Armorica celebratur hoc XXV Februarii festum S. Honoringe Virginis et Martyris, Officio omni ex Communis Virginis et Martyris desumpto, præter Legendum in tres Lectiones vel Mutuinus dispergitam, quæ abbreviata est ex Vito S. Dorotheæ Virginis et Martyris, quam dedimus vi Februarii pag. 773 et seqq. Hæc utem eptome incipit: In provincia Cappadocie, apud Cæsareanam civitatem, erat quedam puerilla, nomine Honoringa: haec quotidianis diebus in castitate et sobrietate Deo sedulum exhibebat officium: Fini vero his verbis: Cum ergo venisset in ieu percursoris, rogovit carnificem, ut modicum permetteretur orare. Que cum complessisset orationem, percussa gladio, cum triumpho martyrum perrexit ad Christum. Hæc ibi absque ulla mentitione S. Theophilii Advocati, aut rosarum et pomorum cæcilius acceptorum.

6 Saussius, ut supra rectulimus, in flammis extremam suscepisse concertationem scribit. Quo citato et monumentis Confluentinis, Lahierius noster in Menologio Virginum ista fere de ea narrat: Hanc Virginem, cum tyranni Romani Ecclesiæ in Gallia et rebus Imperio crudeli persecutione vexarent, ab horum Officialibus comprehensam fuisse in ea Gallia parte, que postea Neustria et Normannia dicta sunt: in qua ipsa ante nata, atque in pueritia sacro abluta

baptismatis fonte, magno zelo et pietate Christianam D colebat religionem. Eamdem captam, post varias interrogations, quæ fere solebant præmitti, serio admonitam fuisse de fide Christiana deseremla, objectis etiam, ni faciat, atrocium tormentorum minis, verum magno animo respondisse, nolle se statuas atque idola sensu carentia adorare, quæ repræsentarent homines damnatos, qui dum viverent, omni impudicitia atque aliis enormibus contaminati sceleribus fuerunt. Extractum properea jussu Præsidis luculentum ignem fuisse, in eumque S. Honoringam in peccatum blasphemiarum ab ea contra deos prolataram conjectam, ac divinos hymnos cantantem, sub tyrannis Romanis die XXVI Februarii martyrii trophaeum consummasse. Hæc Lahierius: at quo tempore Confluenta monumenta, quibus ipse et Saussius intinuntur, fuerint scripta, non indicant.

HISTORIA TRANSLATIONIS ex MS. eruta a Federico Floveto, S. J.

*A*nno ab Incarnatione Domini Iesu Christi a... Carolo cognomento Simplice regni Francorum jura tenente, a Septentrionali plaga remotissimis locis eam in partem Francie quæ tunc temporis Neustria, nunc autem Normannia nuncupatur, gens quædam ferociissima advenit: quæ gentili adhuc errore implicata, Domino Christo vero Regi vita et moribus prorsus erat contraria. Ipso tamen pernittente, qui et utitur inimicis, et quoties huic mundo quoquo modo irascitur, ad vindictam malefactorum cacodæmones mittit, quos tamen, ne tantum noceant quantum cupiunt, Divina sua virtute cogit, et illius avi populi exigentibus culpis, urbes, villas, monasteria, circumcum Sequanae litus et in omnibus ejusdem regionis partibus constructa, a fundamentis dilirienda, et ignibus crevanda contradidit: quorum nefandissimis morsibus velut agna a lupis, cerva a canibus, gens aufugiens Christiana per extraneas provincias latebras quærendo vagabatur. Sanctorum autem reliquias, quas propria adhuc in sede recubans pio affectu coluerat, ne a perfidis et Christianæ fidei adversariis repente de honestarentur, religionis antiquissimæ tot inter adversa haud immemor, secum deferens, diversis, prout placebat Divino obtutui, per Franciam hospitalabatur in locis.

E Sub Carolo Simplice Normanniis in Neustriam irruentibus,

Iuvolx fugiunt;

Reliquias ex-portant:

corpus S. Honoringe

F Confluentiam defortur ad templum S. Marthæ

Luc. 18. 7

b pace reddita ibidem manet:

claræ miracu-lis:

Historia
translationis
scribuntur secu-
to 12.

Cultus in Mar-
tyrologia
27 Feb.

et Martii.

Cenus marty-
rii olim igno-
ratus:

ad Maunnum
Lectiones ex
Vita S. Doro-
theæ recitatæ.

alligatio in-
temporalis
traduntur sub
Iuramento Bo-
manum.

A quisque, ab ea qua tenebatur infirmitate, dono Divino sanus et incolumis efficiebatur. Traulant equidem et pro veritate affirmant, annis quanpluribus transactis, cum quadrupes ille, super quem allata Martyr fuerat, corpore et flate moreceretur, corpusque ejus nude sub aere, ferino vel canino dente lacrandum, aliquantus diebus projectum fuisset, omnesque pariter a tactu illius jejuni manerent; hoc asperientibus et re super tali valde stupentibus visum fuisse, ut fossa in humo absconderetur, et in tam magni miraculi monumentum, ejus de corio basilice janua a foris tegeretur. Quod ita gestum est, et nostrorum plurimi superstites qui se ab antiquis vel adisse vel propriis oculis adspexisse ea quae narramus certissime protestantur.

B Veniebat interea sanctæ Virginis se commendatura preciis, et deprecatura suffragium, utriusque sexus et diversæ etatis hominum copiosa multitudine veneranda, non solum a vicini locis, verum etiam ab omnibus pene circumpositarum provinciarum vicis vel oppidis, ita ut circa monasterium et per cunctas plateas memorati castri perpetuae nundinae viderentur, nec tantæ etiam etiam multitudini copienda sufficeret. Crescebat ejus fama, apparebat virtus, rumpendibus hinc inde per provincias circa incaceratos compeditosque catenis, ferreis vinculis, manicis, ad Domini nostri Iesu Christi et sanctæ Virginis invocationem. Videbæt etenim de die in dienio vinculatorum quamplurimos, gratiarum actiones sua pro liberatione in beatarum Reliquiarum praesentia reddere veniebæt, secumque ferri ponderaria, quibus ante graviter premebantur, Deo et sue liberatrici praesentatura deferentes, ita ut in ecclesia diversi generis vinculorum, sicut et usque hodie, non modicus cerneretur acervus.

C Vir quidam nobilis generis, et secundum seculum non medica altitudinis, e Igerandus de Bova neopine, pater d' Thomas de Marla, ceteros inter adveniens, boiarum terra paria et quamdam longissimum magnique ponderis catenam, qua adhuc a e nobis peregrinis ostensa servator, per ministram munus, quorum multitudine affuebat, secum attulit. Cumque oblatione facta, et Deo super mirabilibus, quo in Sanctis operatur, gratiarum actione redita, Beccensis monasterio Fratres, qui et dono et permiso Comitis / Bellumontensis, Yvonis nomine, g nuper illic advenierunt, convocasset in num, omnibus palam hac narravit: Eram enim captus ab hostibus, qui me circa tiliis boiarum his tribus paribus, et hanc quam videtis catenam ponderosam

D collum secus omnium, quodam areto et longo et supra fundum erecto deposuerant in dolio, ita ut haec catena quoddam per foramen supradicti vasis foras extracta, cuius stipiti vicinum ultra parietem stans fortiter infligeretur. His enim oneribus graviter depresso, multis etiam insuper deputatis excubis, tota die et nocte cum lacrymis et gemitu, Dei et B. Honorinae, cuius ad me memoria delata fuerat, auxilium invocabam, ut, que tantis in necessitate et angustia positis succurrebat, mihi misero, infidele, injusto, ac peccatori sua pietate succurrere dignaretur.

E Quid ultra! Phœnit Deo et beate Virgini meis

meriti minimi precibus assensum præbere. Nocte itaque sequenti, cum his intentus supplicationibus adfuisse, et sopori sese custodes delisserent; adstinximus quodam speciosa Virgo clara cum luce, ueste candida, tali me affamine alloquens: Hen tu, inquit, homo, quid a me petis? quid tibi vis faciam? Ego enim cum ejus nomen ipsa indicante cognovi, omnem ei, quam patiebar, angustiam, prout jusseras, ex ordine revelavi. Tum illa, Surge, inquit, festinanter, quia te Domini gratia suffragantibus meritis, et tanta miseria liberavit. Nec mora, a fundo dolii intrepidis prosilivit, a suo tenore deficientibus vinculis pedum, a collo pariter et ligno cui infixa erat, ignocantibus ministris, exiliente catena. Cum vero haec et multa alia, quæ enumerare perlongum duximus, Fratribus super his Deo gratias cum laetynis referentibus, retrulisset, ad propria remeavit, dato ecclesiæ uno de servis suis tota cum generatione sua, qui in loco sui annis singulis locum dignis cum oblationibus visitaret: quia præ multitudine hostium snorum sepius Confluentiam advenire non posse profitebatur.

F In illo tempore quidam hujus castri vir nobilis, Drago nomine, quæcumque in carcere suo habebat homines vinculatos, Dei et B. Honorinae, quatenus a tot et tantis, quas din jam passi fuerant sine causa, misericors relevabantur, tanta cum assiduitate auxilium deprecantes: quibus in prece persistentibus gratia Divina non defuit. Ipso sedente supradicto Dragone ointu cum fiducia sua ad mensam, cuncti preter unum de carcere exiere, ruptis colesti virtute singulorum vinculis, beata Virginis oratorium, landes Deo pro liberatione sua cantaturi, releri congressu depositentes: nec ab illo convescentium, quos ante transibant, penitus audiri nec videbæti potuerunt. Cumque in verbis suis ingressi, et tintinnabulorum miraculo grandisomis vocibus miles adhuc prædens exceptus fuisset, andito quod jam dicta Martyr suos captivos taliter liberasset, hand nihil confitustus ad carcerem concurrevit et unum remansisse inventus, suos et consortes assequeretur, alkeri cum voce premonit, reputans ei utpote difidentis, quod alii discedentibus solus ipse remansisset.

G In apographo erat annus enorme cum mundo scriptus, 576 An 870. brevi defecit. Num Carolus Simplex aduersus Endemor corollus rex est anno 893, ist Endemor 3 Junii, anni 898 vita finito satis regnavit, qui forsitan minus aut alias ex segy, substituendus est. In anno 911 baptizato Ballone. — C Legeburgus Ingelandus de Bona, aliud Ingelandus de Bova, sive Biliensis: in vita S. Godefredi Episcopi Ambianensis 8 Norumb. Ingelandus Comes castelli Coqueri, pater Thomas strenuus militis, in histeris S. Godefredi Consul Ambianensis, aliis Comes Ambianensis, Princeps de Para, filius Dragonus Donum de Bova, Vicarius Corbeiae, quæ testimonio consergit Chersonus in genitulio familiari Goriusensis, Irdensis, Gaudensis et Cucicensis, et de ea agit lib. 4 cap. 2 et in probationibus a pag. 317 ad 325. Sigerus Abbas S. Duouay in vita Endorler Grossi Regis cap. 7 apparet Ingelandum de Bova virum venerabilem et honorarium egregium, postrem Thomas de Marla. Floruit ab anno circiter 1080 ad 1118. — d' Maled. epis. Adal de Marla fuit, ne dominus epis ha res, primus Ingelandum usum, unde patre adhuc raro vocabatur. Thomas de Marla, eratque et præsul Marla, aliqibus Maro, castellum, iudicium Vitali scilicet predicatorum appellat: epis rebellium etiam contra Ludovicum Grossum Regem descenderunt Sugrini, Gautherus Abbas de Nungento, aliisque apud Chersonum dicit lib. 6 cap. 3 et in probationibus a pag. 325 ad pag. 336. Floruit ab anno 1036 ad 1130, quo ex vulnere mortuus est. — e An scriptor et monachus Beccensis? — Bellumontum, vulgo Beaumont, apudum ad Ossem sive Iorranus supra Pontisaram, a quo quoniam leuibus Gallicis circiter distat. Be donatione hac ann. 1080 facta supra epis. — g. Autorem hujus historie fasce coruscum Thomam de Marla ex loca hoc narratime apparet Thomas de Marla ex loca hoc narratime apparet

equus ob reliquias detulit
a bestiis intactus:

fili affluzus
peregrinatum:

inutili incar-
cerari libera-
ranti:

etiam Ingel-
rannus de
Bora.

f

g

pluribus vine-
tibus catenatis,

implorata ope
S. Honorinae,

cognit appa-
rente

donat ecclesiæ
servum.

E plures et Castro
Confluentino
veneri liberan-
tur.

Ingelandus
de Bova.

Thomas de
Marla.

DE S. PONTIANA MARTYRE GENUÆ IN LIGURIA.

I. n.

XXVII FEBR.

Edita sunt anno circicxli Officium propria sanctæ Genuensis Ecclesiæ ex Apostolica concessione, Eminentiss. et Reverendiss. Domini D. Stephani Cardinalis Duratii, Archiepiscopi Genuensis, jussis recognita. Quibus pag. 53 subnectitur Kalendarium Sanctorum, qui in particu-

laribus Genuæ Ecclesiis celebrantur. In hoc ad xxvii Februarii annotatur S. Pontiana Martyr, quæ celebrari dicitur in Ecclesia S. Nicolai de Tolentino; ejusque illic Caput asservari. Ceterum quia tempestate martem uppetivit, quare loca ac modo, non comprimimus, ac ne nomine quidem hactenus alibi legimus.

J. n.

DE S. CHRYSOGONO CONFESS. GENUÆ IN LIGURIA.

J. B.

XXVIII FEBR.

Kalendario jam citato Sanctorum, qui in particularibus Genuæ Ecclesiis celebrantur, Cardinalis Duratii, Archiepiscopi Genuensis, unctionate edito, ad evantra xxvi Februario diem inscriptus S. Chrysogonus Confessor, qui in

Ecclesia Ordinis S. Francisci celebrari dicitur, ejusque illic Reliquia asservari. Nullum uspianum Chrysogonum Confessorem legi, omninoque illius nominis Sanctum unicum, qui Aquileia martyrio perfactus contigit in Breviario Romano die xxiv Novembris.

G. u.

B

DE S. THALELÆO ANACHORETA IN SYRIA, Commentarius prævious.

E
G. u.

CIVIS ANNON

CCCLX.

XXXVII FEBR.

Prope Gabala
urbem Syracvita S. Thale-
læus.

C

Gabala urbs Episcopalis fuit Syriae sub Laodicea metropoli, Antiochiam inter et Tigratam, ad mare Syriacum e regione Cyperi insulæ, ταῦται Πατέρων infra in Actis 8. Thalelaus apud Theodoretum et in Menœtis Graecorum dicta: uero mecessimo studio dissitissim erat habitatio S. Thalelaus, cuius natalem xxv Februario celebrant Graeci in suis Menœtis et Vitis Sanctorum a Marisco Cytheræn editis, hoc proutato encomio: Eodem die memoria S.P. N. Thalelaei Confessoris. Cilix hic gente, asceticum vitum amplexus, ad urbem Gabalonum venit: a qua colline quendam viginti studiis distante occupavit, in quo daemonum erat delubrum: ibique perteinu[m] napolí fixo, egregie seipsum religiosum exercuit laboribus, jejuniis, inquani, et vigiliis, aliisque afflictionibus extenuans corpus. Unde in dicto habitantes delubro daemones, plurimis eum terrificulamentis perturbabant, quos fude pudefactos dimisit, irrisa eorum imbecillitate. Dein maiores appetens labores, derelicta hac casa, cellam angustissimam, nec corporis magnitudini respondente, edificavit. In quam ingressus, frontem genibus adfixam tenuit, ac decenio ibi pie sancteque exacto in pace obdormivit. Hac ibi. Additur in Menœtis hoc distichon.

Ο Θαλελαος φασθρος ησε προς πόλιν,

Θροισ θριών, σπερτις ταππινον;

Thalelaus splendidus columnæ ingreditur,

Virtutibus, tamquam olivarum ramis, coronatus.

2 Vixit S. Thalelaus seculo Christi quinta cum Theodoro Cyri in eadem Syria Episcopo, qui ejus Vitam scriptis cap. 28 Philothet, editi in Vita Patrum lib. 9, et Graeco-latine tomo 3 operum Theodoreti cum nova versione Sirmondi. Afferit autem Theodoretus se eu narrare, quæ oculis ipse suis spectarit. Sed uedum obuerat S. Thalelaus, cum hanc religiosum historiam Theodoretus ante omnium eccl. ederet, ut qui post synodus Caledonensem, cui interfuit uidendum senex, non dum ruisse videatur.

3 Vita Albatris Thalelaei Citicis narratur a Joanne Mosrho cap. 59 Prati spiritualis, sive libri 10 de Vitis Patrum his verbis: Abbas Petrus Presbyter ejusdem monasterii S.P.N. Subbar narravit nobis de Abbe Thalelaeo Cilice, quod sexaginta annos transeisset in vita monastica numquam flere desistens,

dicensque jugiter: Tempus hoc nobis ad paenitentiam indulsum est, et valde requiretur a nobis, si illud neglexemus. Ad quem locum nunotat Rosygetus, ridens verisimilis hunc eundem esse cum Thalelaeo Theodoreti, quia isterque Calix et idem de paenitentia dictum habent. Theodoretus eum vidit, et Moschus audivit narrari ex Petro. sic tempora convenire possunt. Adde non dici Petrum dixisse, que vidit: et potius ipse eu ea relatione aliorum, aut ex historia religiosa Theodoreti a se lecta narrasse. Flornit Joannes Moschos scula vi et vii, a quo Fitanum S. Joannis Eleousaynus anni lxxvi defuncti scriptum forse testatur Leontius in hisus Actis xxii Iauarri. Hisus relationi, spectulis et tempore et genere exercitationis apud ipsos monasteriu[m] S. Sabba religiosas ascerlus magis nota, potius congruit, si dicitur Thalelaus a Moscho nisi hec statu-indicatis esse, cuius Cyrilus in Vita S. Euthymii Magni Abbatis 20 Iauarur, cap. 11 pag. 313 num. 70 nemunit his verbis: Sunt ergo illa quoque narranda, quæ multi Joannis, Silentarius, inquit et Episcopus, et Thalelaus Presbyter (ib[us] autem adhuc in Laura B. Subbar se exerceentes adiungit) tradiderunt. ^F Hoc Cyrilus in illa Vita circa annum xlvi conscripta: quo tempore Leontius erat Hegumenus monasterii S. Euthymii, cui anno mvl successit Gerontius Medebensis, qui narravit Joanni Moscho et Sophroniu[m] Sapphistæ necem anachoreta se spectante u[er] Saraceno interempti, et vindictam mox ab ave sumptam. Quæ Moschus tradit cap. 21, ac nos retulimus 19 Febr. pag 134 num 8 ob Sanctos Martyres, qui a Saracenis in Palestina occisi ista die coluntur. Hoc de illis anachoreta, nomine Thalelaei appellatis, sive singuli sint diversi, sive pro uno habui.

4 Atius est Thalelaus Martyr inscriptus Graecorum ^{alius Thalelaus} Menœtis xx Maii, cuius martyrio relato libro 1 Iiri- ^{Martyr.} dorii scribi Raderus noster, unus eundemque censuit et hunc Martyrem, et anachoretas tam a Theodoreto quam Moscho relatios: quos omnes diversos postea statut in suis ad Menœtis observationibus necrum editis, et Martyr viru[m] sub Numeriano Imperatore, alius multo antequior. Alius fuit Thalelaus Archiepiscopus Thessalonicensis, enjus detestabilis mortem describit Moschus cap. 43. Alius ab eodem Moscho resertur cap. 91 ^{alius ex nantu} Thalelaus, ex nauta anachoreta, qui præseruit suum anachoreta, mortem

Iudiciorum

Thodoreto

Uero quidam
a Moscho
relatus.

AUCTORE TUO-
DURITO

A mortem. Hinc liquet nomen Thalelæi fuisse pluribus
commune, nec debere acta unius facile alteri applicari.

VITÆ EPITOME

ex Philotheo Theodorei cap. xxviii.

S. Thalelus
prope Gabala

cellum juxta
demonium de-
lubrum statuit

ab his oppri-
gina, nr, arbo-
ribus dejectis

at ultimus ad
pudem conver-
sis

no tu inque-
tatur.

G. II.

XXVIIIBER.
Tres Sancti,
dicti
Onesimi:

alio Onesima
Virgo cultor
27

Neque Thalelæi silebo narrationem, est enim plenum miraculo spectaculum. Non solum autem alios audivi narrantes, sed etiam ipse vidi admirabile et præter opinionem spectaculum. Nam cum viginti stadiis procul a Gabalis, (ea est autem urbs parva et elegans) tumulum quemdam ocepsasset, in quo erat delubrum dedicatum daemonibus, et quod ab iis, qui jam erant antiquitus impii, multis honorabatur sacrificiis, parvum quoddam fixit tugurium. Seeleratos autem illos et execrando perpetuo colebant, ut dicebant, magnam eorum crudelitatem sacrificiis placare admitebant. Multis enim perniciem afferebant, et iis qui accedebant, et iis qui egant vicini: nec solum hominibus, sed etasimis, et mulis, et bovis, et ovibus, non cum bestiis bellum gerentes, sed per eas quoque hominibus tendentes insidias.

2 Tunc ergo cum eum vidissent advenisse, perterrere quidem conabantur, sed non poterant, cum et eum minaret fides, et pro eum pugnaret gratia. Rabie itaque et furore repleti, in eis que tunc illuc plantata erant arbores fecerunt impetum: in illo autem tumulo multe erant siccus et obre, que florebat. Ex iis dierunt plus quam quingentas repente fuisse evulsas: audiique plures vicinos agrestes id narrantes, qui olim quidem detinebantur valigine impletatis, per ejus autem doctrinam et miracula accepérunt lucem Dei cognitionis. Quoniam autem cum hoc fecissent perniciosi et seelerati daemons, non expulerant athletam philosophia, rursus in eum alias paravere machinas. Noctu enim ululantes, et lampades ostentantes, combabantur perferre facere, et ejus mente perturbare. Ubi autem risit omnes eorum insultus, eo postea reliquo effugere.

3 Is autem cum duas rotas construxisset, quae duorum cubitorum habebant diametrum, asseribus non inter se compactis, sed disjunctis et separatis, ambas rotas conjunxit. Denude eum intris sedisset, et cunis et claris disjunctas illas confinxisset tabulas,

sub ilio rotam appendit, tribus aliis altis lignis in terram defixis, et superioribus eorum initis aliis lignis commissis, et in eorum medio duplice illa rota alligata, et sublime elata. Hujus autem spatium quidem quod est interius, habet quidem cubitorum duorum altitudinem, cubiti verolatitudinem. In eo sedens vel potius suspensus, annis jam fuit decem perpetuis. Cum autem corpus habeat maximum, neque sedens quidem potest colum erigere, sed semper sedet incurvatus, genibus habens affixam faciem.

4 Ad eum cum venissem, inveni quidem eum ex Evangelio colligente utilitatem; eum autem interrogavi, cupiens scire caussam illius novi vitæ insitutum: Ille autem Graeca lingua usus, erat enim Cilix genere. Ego, inquit, multis peccatis obnoxius, et credens supplicis, quorum minæ sunt intentate, hoc vita genus excogitavi, hoc agens ut castigetur corpus paucis mediocribus, ut eripiat a magnitudine earum qua exspectantur. Sunt enim illæ graviores non solum quantitate, sed etiam ipsa qualitate: sunt enim involuntaria. Quod autem ab invito fit, id est valde molestum: quod autem est voluntarium, etiamsi sit laboriosum, minorem affert dolorem: spontaneus enim labor est, non violentus. Si his ergo, inquit, parvis molestiis minero ea quæ expectantur, hinc magnum lucrum referam. His auditis, ejus ingenii solertiae vobis sum admiratus, quod non solum ultra constituta sciamata, seu septa decertaret, aliaque de suo excogitaret certamina: sed quod eorum etiam caussas sciret, et alios diceret.

5 Jam vero multa quoque miracula per ejus preces fieridixerunt accolere, non solum hominibus sed etiam camelis, et asinis, et mulis curationem per eum adipiscuntibus. Hinc universa illa gens, qua impietate detinebatur, paternum quidem abnegavit errorem, divinæ autem lucis accepit splendorem. His utens administris, et delubrum daemonum diruit, et maximam admodum excitavit victoria insignibus Martyribus, iis qui dii falso nominabantur, Divos opponens mortuos. Horum concedatur intercessionibus ut hic cum eadem victoria certaminum terminum occupet, et nos ab his et illo adjuti, simus vehementes amatores certaminum philosophiae.

D
ta angusta
civita rotis dua-
bus compacta

auctis 10 inc-
clusis viris:

eligit hic pati,
ut evici penas
eternas;

E

miraculis
et curacioni-
bus elaret :

Martyrib's
etdem ergit.

et 28 Feb.

DE S. ONESIMA VIRGINE.

Onusimum Episcopum Ephesiorum, ac Martyrem, ab Apostolo Paulus laudatum, celebravimus XVI Februario, ad eius Iatram etiam eyimus de alio Onesimo Martye Leontino in Sicilia, qui colitur XXXI Julii. Altera ab his est S. Onesimus Episcopus Suessionensis in Gallia: cuius sacra reliquia adseruntur Duaci in Belgio in aede S. Amati, rarumque reverentia dicatus est dies XII Maii. Quin et nomen illud ad faminem sexum translatum est, ac sancta Virgine illustratum. In antiquo Martyrologio MS. quod adseratur Colonei apud Patres Venerabilis, inter selectos Santos, qui pauci singulis diebus refe-

runtur, ista leguntur XXVI Februario: Ipso die B. Onesime Virginis. Martyrologium Colonie anno 1490 excusum ita habet: Ipso die B. Onesime Virginis. Eadem habentur in Martyrologio cum Doctrinali Clericorum anno eodem impresso. Hermannus Greven in Actario F Usquadi anno 1313 et 1321 impresso solum ista tradit: Onesime Virginis. Maurolycus Abbas Messanensis in Sicilia et Felcius XXVII Februario referunt Quesimam et Ruffinam Virgines. Cultur scorsim in reliquis Martyrologiis Ruffina XXVII Februario. Haec de antiqua S. Onesime reverentia haec tenus nactis sumus. Ceterum quo tempore aut loco vixerit, neendum legimus.

DE S. EUCHARIO EPISCOPO TRAJECTENSI IN BELGIO.

Tvageti ad Mosam, civitate Belgæ antiqua ac nolam, deinceps a S. Servatio, qui Sedem illuc Itauatu Tangrorum transtulit, Episcopus fuit S. Eucharius; xix a S. Materno, S. Petri Apostoli discipulo, qui inter Preciorum Antistites tertius, Tangrorum primus numeratur. Omnion qui Trajectensi, quique ante Tangrensi Ecclesiar presuerunt, celebraverunt Trajecti officio duplē memoria vi Februario,

ut ad eum diem dirimus: omnes enim in Sanctorum tabulas relati. Scorsim autem singulorum, diversis diebus, in eadem Ecclesiâ altiore, solennitas agitur, aut saltem in Martyrologio et Calendariis leguntur nomina. S. Eucharii dei XXVI Februario adscriptus. Ita Kalendarium Sanctorum diuersis Leodiensi ante plures annos Leodi excusum: S. Eucharius Episcopus Trajectensis. Errarius in Catalogo generali SS. Trajecti ad

cultur cum
epteris & Febr.

A ad Mosam S. Eucharii Episc. Tungrensis et Traiectensis. *Idem tamen Ferrarius die precedentio scripsit: Eodem die memoria B. Eucharii Episcopi xix Tungrensis.*

2 In tempore assignando, quo is Traiectensem Cathedram tenuerit, fide hallucinatur, ut solet, Joannes Plocentius: Antistes creatus est, inquit, anno salutis 1090. Egidius Bucherus noster in Chronologia Episcoporum Traiectensis, addito tomo I Joannis Chapevilli, statut S. Falconi successisse Eucharinum anno 1099, mortuum 1099. Eum sequuntur Albertus Miranus in Postis Belgicis et Claudius Robertus in Gallia Christiana. Ostendimus xx Februarii S. Falconem decessisse circa annum 1090. Qui ei sufficitus S. Eucharins, quondam sacerdot non liquet. Successor eius S. Domitianus Areverensi concilio anno 1095 inter-

suit: antea igitur obierut S. Eucharius, sed quanto D ante tempore, haud divnomus.

E detrimenta nocturna diebus singulis resarcire. At cum forinsecam nequissimus perspiceret frustrari nequitiam, nocte quadam eorum Diaconi tugurium ingressus, extracto ex igni torre, luci illucque festina alacritate discurrens, cellulam nitelatur incendere; quod procul dubio perpetraret, nisi suspicetus Diaconi sanctus instinctu pietatis Dominicæ vigilasset. Cumque enim invocatione Christi nominis propulisset, sequenti nocte, mutant virili diabolus specie, sub diuinarum puellarum formam pudicissimo Dei servo insidiatus advenit, atque ad focum viginti, offractis foribus, compellatione mollissima durus tentator intravit. At cum multitudinis provocatis hinc inde cachinnis, signa monstrafera deligebantur aspicere, excoquat, imo addit hostis nequissimus detestabiliora quam gesserat. Reductis namque nubilos tegminis vestimentis, formique pudenda, quoniamque se pudicus verisset aspectus, Christi famulo ingerebat in facie: ut, quatenus animos viri enervare non poterat, salem aspectus visusque castissimos tali dedecore enilius incastaret. Cumque ille unum nos set sub specie gemina monstrum, Quidquid libert, aut, gessers, minore, non me in Christi nomine propellere valebas ex loco: quia cor meum vexillo Dominicæ passionis armatum, nequequam aut de leticie corrumpere, aut terroro poteris enervare. Quid te tuties nihil in diversis ingeris formis? Nempe, stulta sine, erubet os, cum non adiutum divinitus unum ne solum, nunquam videns alterum quoniam vidisti.

F 18 Tunc accensus furore diabolos, reducto phantasmate nequii iacuamellaris, gravi summa cum ala brachio exerto percussit, molo ut maxillam illius, non solum ex iectu tumidam, verum etiam fortidam laceratamque reddiderit atque contortam, et more solito labefactus ad aereas sesquicentilit annas. Mane vero eum can-salivis et ulceris fraternitas percuturetur attomita, atque ille enissa expositisset insidatoriis assidui, confe tim maxillam plie sancti liquore perunguis repedavit ad cellulam, ac de reliquo non enim tentavit disjectus dejicere frustra tentator. Hunc enim Sabinianus sanctus, cum die quadragesima adhuc fraterne solatio, alveum torrentis ipsius, quo indinaris advehebatur aqua, geminato ordine defixis stylis, eisdemque, ut in se sit, implexis vindibus palbarum quoque ac lapidum adjunctione permixta ad corsum rotulis macelme vellet diligentius mactare, domine stramenta deasius comprimitum intra

Genaveses re cognita illum inquirunt:

redeantem observant,

obea Episco pus, Clerus, populus in dicunt in urbem:

quibus beneficiit

et reddit.

*D
victori
COENO, EX MSS.
Sabinianus
tra diabolum
præalent;*

*Sabinianus
Baconis dire
regular*

*defecto teoto
ingurit,
incendion
impedit:*

*objeta sparsa
palbarum*

*immotus
mactet,*

*armatus
passione
turbat:*

F

*at ipsa
diabolo
excipitur,*

AU^{TO}RE
CO^{VE}TO, EX PSS.
COL^{LE}TIONE.

armatus signo
Crucis,
audaciter
calcare tentat

Luc. 10. 19

A intra sepes, subito eventilatus e paleis ingens coluber, mox ut sese ostentavit, occuluit. Interea Fratres illi vipersa venena verentes, dum frustra latitantem in gelidissimis aquis inquirunt, absque ulla effectu operis spatia diurna consumunt. Tunc Diaconus sanctus ad Fratres. Quid, inquit, tandem suspensi atque suspecti, folle insidiatoris prisci veremur. Veni, ait uni ex Fratribus, et manus meas et pedes signo Dominicana Crucis armato. Cumque id socius praemissa oratione complessit, intra alvei illius sepes Levita ingressus, Eta, inquit, insidiator noster, ipse noce nunc, ac perente, si prevalet, conculcante. Tum adstantes Fratres conloquabantur alterutrum: Vere ex illis est Levita hic noster, quibus Salvator in Evangelio reprobavit, dicens, Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici, et nihil vos nocet.

B 19 Igitur minima licet de tali principiis ac maximis dixerimus, ad finem tamen libelli iam tendit oratio, ut legentis industria sub accentu desideri quam sub prolixitatis torpore claudatur. Monco ergo ac supplico, o premiati Fratres, ut fidem potius quam verba pensantes, sic vos nostra garnititas non offendat, ut sanctorum Patrum non est a domino fasti-

dita rusticitas. Illud tamen premoneo, ut, quia eorumdem regulam digesturum me pariter repremisi, a tercio me hoc libello reservasse noscutis, quia rectius hoc in Vita beatissimi Angeli deprimit, a quo constituta ipsa, inspirante Domino, sunt compiti exornata. Nunc vero exacto hoc primo opusculo,

ad sanctum Patrem Lupicinum secundi opusculi tendit oratio. Cumque igitur heros Christi imminentem transitu longevitatem praeflata corporea urgeret infirmitas; germanum quoque suam, quam in cingulo illo vel Balma, Gallie, ut reor, sermone sic vocatam, monasterio praefeccerat puerari, de transitu revelante Domino iam securus, ad valedicendum expetiit. Illic quoque vehementi iniquitate pulsatus, vocatis ad se Fratribus parenti Christi, quam pure ac mansuetu-

semper servavit affectu, cunctis osculo impertito, in magna horreitate distribuit. Ultimum quoque germanum suum Lupicium dati oratione deosculans, fraternalitatem emicat, pastorali amore regendant, commendavit attentius. Et purus a noxa, sicut liber a crimen, mortem letus aspiciens exhalavit. Cujus sublato corpusculo, illic in basilica supra collis vertice, ut narratione praecurrente digessimus, filioli ex utroque monasterio condiderunt. Qui venerabilis

C locus, meritorum ipsius testimonio, signorum quoque virtutumque florente successu, diabolus momentisque singulis coemptis pro filiorum gloria decoratur. Amen.

a In Vita S. Angelli, ab auct. 24 ista traduntur: Et quia sermo alitudi, id est institutione Patrum, per imitacionem illi. Angeli aliquo tempore pastorum promissum, quod mecum praedicti tertio opusculo servitorum, prout memoria, Christo inspirante, suggesterit, obsequiuntur exordia primis intonamus. Si nonque, quid non omnino illa, que quondam sanctus ac praecellens Basilius Cappadocie arduis Antistites, vel cui, que sanctorum Litteris Patrum, Sanctis quoque Hierarchis Syrorum prius ab illa, sive illa, que recentior venerabilis videt Lassatus, fastidiosa praesumptione calcemus, sed ea quodlibet existentes, ista pro qualitate loci et instantia laboris levius potius quam Orientalium perfruire affectum: quia prout dolio efficiens hoc faciliusque natura vel intrinsecus exequitur Galileana.

b Illustratio autem diuinosternia, Bolum dicta, postea in eadem Bergandia condita sunt, quorum aliud Bergium ad Dalmatiam, Resolutum infer et Montem Rotundum est, Gallo basilie locum Nonnatum, aliud circuorum a B. Latrone Abbate fundatum, ali ad hanc Vitam diximus 13 Januar. pag. 823.

ALIA VITA

autore S. Gregorio Turonensi,
Libro de Vitis Patrum cap. 4.

Series Evangelicae admonet discipline, ut domesticæ largitionis pecunia numulariis fomerata, cum digno multiplicationis fructu, dispensante Domino,

restauretur: nec altis defossa foveis recondatur ad detrimentum; sedationib[us] dispensatione porrecta, aeterna vita crescat ad lucrum: ut incipiens retributionis Dominus que commodavit inquirere, cum usoris receptis foerationis sua duplice satisfactione talentis, dicat: Euge, serve bone, quia super pauea fuisti fidei, supra multa te constitua: intra in gauium Domini tui. Praedestinatorum est enim ista cum Dei ope perficere, qui ab ipsis incubanbulorum vagitibus, ut saepe de multis legitur, Dominum scire meruerunt, cognitoque eo, numquam ab ejus preceptionibus recesserunt, neque post baptismi sacramentum niveam illam pollenterque regenerationis stolam impudicis actibus polluerunt: qui merito sequuntur Agnum, quoque ierit: quosque ipsius Agni candor egregius liliis decoris, nullo tentationis astu marcentibus, coronavit. His denique sertis dextera inclytæ donationis extenta inchoantes provocat, vincentes adjuvat, victores adornat: quos nominis sui titulo praesignatos, de terrenis gemitibus elevans, in celorum evabit gaudia gloriosos. De quorum niveo electionis numero et illis esse non ambigo, qui Jurensis eremii opaca lustrantes, non modo Dei templum effici meruerunt, verum etiam in multis mentibus Spiritus sancti gratiae tabernacula paraverunt, id est, Lupicinus, Romanusque germanus ejus.

Matth. 25. 21

Cooperandum
qualiter Deo
accepta.

Apoc. 14. 4

D 2 Igitur Lupicinus ab exordio aetatis sua Deum toto requirens corde, litterisque institutus, cum ad legitimam transisset aetatem, genitore cogente, cum animi non praeberet assensum, sponsali vineulo necessitatur. Romanus vero adhuc adolescentior, et ipse ad Dei opus animum extendere cupiens, nuptias refutavit. Parentibus vero relinquenteribus seculum, communis consensu erenum petunt: et accedentes simul inter illa Jurensis deferrit secreta, que inter Burgundiam Alemanniamque sita, a Aventice adjacent civitatibus, tabernacula figunt: prostrataque solo, Domum diebus singulis cum psalterii modularine deprecantur, vietum e radicibus querentes herbarum.

E 3 Sei quoniam livor illius, qui de celo delapsus est, semper insidias humano generi consuevit intendere, contra hos Dei servos armatur, hosque per ministros suos a cepto innere nititur revocare. Nam lapidibus urgere eos daemones per dies singulos non desinebant: et quotiescumque genua ad orandum Domum deflexissent, statim imber lapidum super eosdem, jacientibus daemones, decidebat: ita ut saepe vulnerati, immensis dolorum cruciatibus torquerentur. Interea aetas adhuc immatura cepit injuries quotidiani hostis metuere, nec passa diutius suffere dolores, relinquens erenum, ad propria ire delberat. Sed quid invidia non cogat inimici? Verum ubi relinquentes hoc habitaculum, quod expeterant, ad villas propinquiores sunt regressi, domum ejusdam pauperis ingrediuntur. Percontatur mulier, de quo itinere milites Christi venirent. Respondent non sine confusione, se reliquisse erenum, et que eos caussa a cepto distulerit opere, per ordinem pandunt. At illa ait. Oportet vos, o viri Dei, contra insidias diaboli viriliter dimicare, nec formidare ejus inimicitias, qui sepius ab amnis Dei superatus occubunt.

F Enim est enim sanctitati, dum metuit, ne, unde ille perfida viles corruit, genus humanum fide nobilitatum ascendat. At illi compuncti corde, et seorsum discreti a muliere, dixerunt: Vix nobis, quia peccavimus in Deum, dimittendo propositum nostrum. Ecce nunc a muliere arguimus pro ignavia. Et qualis nolis in posterum erit vita, si ea, unde b. aeg. ini-
mici expulsi fuimus, non repetamus! Tunc armati vexillo Crucis, sumptis in manu bacillis, regressi sunt ad erenum. Quibus videntibus, iterum eos insidias daemoni lapidibus cooperant urgere: sed persistentes

moribundus
eve^crai sororem
ex monasterio,
tum monachos
subditos,
quos s. Lapi-
cino comen-
dat:

moritur,

sepelitur,
clariscit
intraculus.

Institutiones
Patrum

Romanus et
Lupicinus
nuptias
responsum,

^a erenum petunt.

imbre lapidum
a d^rmontus
iv peluntur:

eremo rapessi
a muliere
admonit

^b e in repetant
encant
daemones.

A persistentes in oratione, obtinuerunt a Domini misericordia, ut remota tentatione, liberi in illodivini cultus famulatu, expeditu perseverarent.

4 His denique in oratione persistentibus, coepi-
runt ad eos turbæ Fratrum hinc et inde confluere,
et audire verbum prædicationis ab eis. Cumque jam
beati eremitiæ populis, ut diximus, publicati fuissent,
fecerunt sibi monasterium, quod Condatiscone voca-
tari voluerunt : in quo successi silvis, et in plana
redactis, de laboribus manuum propriarum victimi
quærebat. Tantusque fervor de Dei amore proximos
locornim accenderat, ut congregata ad officium Dei
multitudo, simul habitare non posset : fecerunt itaque
aliud monasterium, in quo felicis alvearis examen
instituerunt. Sed et hoc deinceps cum Dei adjutorio
m̄pliato, tertium intra Alemanicæ terminum mona-
sterium locaverunt. Ibantque vicissim hi duo Patres
visitantes filios, quos diuinis imbuerant disciplinis,
prædicantes in singulis monasteriis ea, que ad in-
stitutionem animæ pertinebant.

5 Lupicius tamen Abbatis super eos obtinuit
monachiam. Erat autem valde sobrius, et cibo po-
tuque abstiens, ita ut plerumque tertia tantum die
reficeretur. Cum vero eum, sicut corporis humani
deposit necessitas, sitis arriperet, vas cum aqua
exhiberi faciebat, in qua manus immersas diutius re-
tinebat. Mirum dicto : ita absorbebat caro ejus
aqua appositam, ut putares eam per os ejus assu-
mi : et sic ardor siti extinguebatur. Erat autem
severus valde in distinctione Fratrum, nec quem-
quam non modo perverse non agere, verum etiam
nec logii sinebat. Mulierum quoque vel colloquia,
vel occursus valde vitabat. Romanus ita erat sim-
plex, ut nihil de his penitus ad amnum diceret :
sed omnibus tam viris, quam mulieribus æqualiter
flagitata hedonicionem, Divinitatis nomine invoca-
to, tribueret.

6 Lupicius igitur Abbas cum minus haberet,
unde tantam sustineret congregacionem, revelavit ei
Deus locum in eremo, in quo antiquitus thesauri re-
conditi fuerant. Ad quem locum accedens solus, au-
rum argenteoque, quantum levare poterat, mona-
sterio inferebat : et exinde coempto cibo reficerbat
Fratrum multitudines, quos ad Dei officium congre-
gaverat : sieque faciebat per singulos annos. Nulli
tamen Fratrum patet locum, quem ei Dominus
dignatus est revelare.

7 Factum est autem, ut quodam tempore visitaret
Fratres, quos in illis Alemanicæ regionibus diximus
congregatos : et accedens meridie, cum adhuc Fra-
tres in agro essent, ingressus est domum, in qua
cibi coquebantur ad reficiendum : viditque diversorum
fæculorum apparatum magnum, ac piscium multitudinem aggregatam, dixitque in corde suo : Non est dignum, ut monachi, quorum vita solitaria
est, tam ineptis utantur sumptuas. Et statim jussit
preparari æneum magnum : cumque locatus super
igneum forvere ceperisset, posuit in eo cunetus simul,
quos paraverant cibos, tam pisces, quam olera, sive
legumina, vel quidquid ad comedendum destinatum
fuerat, dixitque De his pluribus annis reficiantur Fra-
tres : non debens vacant, quæ eos a divino impediunt
opere. Quod illi cognosentes, valde moleste tulerunt.

8 Tunc duodecim viri, habito consilio, traenidia
inflammati reliquerunt locum, et aberunt per de-
serta vagantes, et ea, que erant scœli delectabila,
inquirentes. Reuelatumque est statim per viam Ro-
manum, nec ei volunt Divina miseratione rem actam oc-
cultare. Regresso igitur Abbatu ad monasterium di-
cit : Si sic futurum erat, ut ad dispersionem Fra-
trum aliæ, utinam nec accessisses ad eos. Cui ille : Noli, inquit, moleste ferre, frater dilectissime
qua ea acta sunt. Nam scias purgatam esse aream

DE Domini, et triticum tantum in horreo positum, pa-
reas autem esse rejectas foras. Et ille : Utinam nullus abscessisset ex eis : sed nunc indica mihi, quæso,
quot exinde abierunt. Qui respondit : Duodecim viri
cotlournosi, atque elati, in quibus Deus non habitat.
Tunc Romanus cum lacrymis ait : Credo in illo Di-
vine miserationis respectu, quia nec illos separabit
a thesauro suo, sed congregabit, et lucri eos faciet,
pro quibus pati dignatus est. Et facta pro his ora-
tione, obtinuit, ut revertentesur ad gratiam omni-
potentis Dei. Dominus enim compungi fecit corda
eorum, et agentes pœnitentiam pro excessu suo,
congregaverunt singuli congregations suas, et fe-
cerunt sibi monasteria, que usque hodie in Dei lau-
dibus perseverant.

9 Romanus autem persistebat in simplicitate et
operibus bonis, visitans infirmos, et salvans eos ora-
tione sua. Factum est autem quodam tempore, dum
iter ageret ad visitandos Fratres, ut occupante noctis
crepusculo, ad hospitium diverteret leproso-
rum. Erant autem novem viri. Suscepimusque ab eis,
statim plenus caritate Dei, jussit aquam calidam
feri, atque omnium pedes manu propria lavit, lectu-
rumque spatiisum fieri preecepit, ut omnes in uno
strato reüsserent, non abhorrens horridæ maculam
lepræ. Quod cum factum fuisset, obdormientibus le-
prosis, hic inter decantationes psalmorum vigilans,
extendit manum suam, et tetigit latus unus infirmi,
qui statim mundatus est. Tactuque salubri iterum
tetigit alium, et ipse protinus est mundatus. Cum
que se sensisse redditos sanitati, tetigit uniusquisque
proximum suum, ut scilicet expurgefacti, roga-
rent Sanctum pro emundatione sua. Sed cum tacti
ad invicem fuissent, et ipsi mundati sunt. Mane autem
facto, iuspiciens omnes nitente eute effulgere,
gratus agens Deum, et vale dicens, ac singularem os-
culi labans abscessit, mandans eis, ut semper ea,
que Dei erant, et retinerent pectore, et operibus
exerceant.

10 Lupicius autem jam senex factus, accessit ad
Chilpericum Regem, qui tunc Burgundie præcerat :
audierat enim eum habitare apud urbem Janubam. Cujus cum ingressus est portam, tremuit cathedra
Regis, qui ex hora ad convivium residuebat, exterritus
tusque ait suis : Terramotus factus est. Responde-
runt qui aderant, nihil se sensisse commotionis. Et ille : Occurrите quantoceum ad portam, ne forte ali-
quis adversari rupiens regno nostro, adsit quasi no-
ceturus nobis. Non enim sine causa haec sella con-
tremuit. Qui protinus concurrentes, offendenter se-
m in ueste pellicea, et dixerunt Regi de eo. Qui
ait : Ite, adnecete eum in conspectu meo, ut intelligam
cujus ordinis homo sit. Et statim adductus,
stetit coram Rege, sicut quandam Jacob coram
Pharaone. Cui ille ait : Quis es, vel unde venisti,
aut quod est opus tuum, vel quid necessitatibus
ut venias ad nos ? Cui ille : Pater sun dominicarum
omnium, quas cum Dominus spiritualibus ciliis iugis ad-
ministratio reficit, corporalia eis interdum ali-
menta deficiunt. Ideo petimus potentiam vestram,
ut ad virtus vestitusque necessaria aliquid tribuatis.
Rex vero haec audiens, ait : Accipite agros, vinen-
tumque de quibus possitis vivere, ac necessitates ves-
tras explere. Qui respondit : Agros et vineas non
accipiemus, sed placet potestate vestre aliquid de
fructibus delegare, quia non decet monachos facultatibus mundans extollit, sed in humilitate cordis
Dei regnum justitiamque ejus exquirere. At Rex
cum audisset haec verba, dedit eis præceptionem, ut
annis singulis trecentos modis tritici, eademque nu-
mero mensuras viii accipiant, et centum aureos ad
comparanda Fratrum indumenta. Quod usque nunc
a fisci ditionibus capere reseruntur.

DE Auctores s. GRE-
GORIO TURON.

DE precibus redu-
cti desertores e-

DE singuli mo-
na-terium
exituant,

**Romanus le-
prosis lavat
pedes, attac-
tum.**

E

**Lupicio
audiam ingre-
diente sella
Regis irruat :**

F **L**ezpetta
alimenta de
poco liberali-
ter præferti
jaret.

*extruant triu-
monasteria :*

monachos :
*S. Lupicius
abstinentia et
severus,*

*Romanus
comes et
benevolus*

*Lupicius
obtemperat
thesauris
abuconditios*

G
*duces ferri-
ta cuorem offri-
mpet.*

*Incedit
offensio
monasterium
derunt.*

*Romanus
dipicunt
reverentiam
reprehendunt :*

AUCTORE S. GAL-
BONIO TURON.

Romanus
extra monas-
terium sepeli-
tur proprii
manicula.

A 11 Post hæc autem cum jam senes proiectaque essent ratatis, Lupicinus Abbas scilicet et Romanus frater ejus, ait Lupicinus germano suo: Dic milii, frater, in quoniam monasterio vis tibi parari sepulchrum, ut simul quiescamus? Qui ait: Non possem fieri, ut ego in monasterio sepulchrum habeam, a quo mulierum accessus arceretur. Nostri enim, quod mihi indigno et non merenti Dominus Deus mens gratiam tribuit curationum, multique per impositionem manus meæ, ac virtutem Crucis dominicae a diversis languoribus sunt erexit. Erit autem concursus ab tunnili meum, si ab haec luce migravero. Ideoque emimus a monasterio in monte parvulo sepultus est: super eujus deinceps sepulcrum, magnum templum redificatum est, in quod ingens fre-

quentia populi diebus singulis accurrit. Multæ enim D virtutes ibi in Dei nomine nunc ostenduntur. Nam et cœci ibi lumen, et surdi auditum, et paralyticæ gressum plenumque recipiunt. Lupicinus autem Abbas obiens, intra monasteri basilicæ est sepultus, reliquaque Domino pecunia credita multiplicata tanta, id est, beatas congregations, in ejus lande devotas.

B Auctore Ptolemeo lib. 2 cap. 1 Sequanorum civitas Avantum. Tacito lib. 1 hist. totius Helvetiorum gentis caput. Aventum Elvitorum civitas in Notitia Provinçiarum et Civilium Galliarum lib. 15 num. 17 Aventum descriptum quidem civilitem, sed non ignobiliter quoniam, ut videlicet semper nunc quoque demonstrat sub tempore Gratiani et Valentianorum ad restaurato utenique postea redetur. Territorum Ecclesia Episcopalis subscriptis Concedit Mataconensis Marcius an. Chr. 583, ac Sedem Languoram transiit. Arricicum Gallie Avantum, Germanus Wiltisbury dicitur. --- In Forte astu.

DE S. ROMANO

ARCHEPISCOPO REMENSI IN CAMPANIA,

Commentarius historicus.

G. II.

DOMINA
CONCEP-
TIONIS
ADVOCATI
PER FLABRE.

Elogium
S. Romani
ex Saussaio:

Andreas Saussaio in *Martyrologio Gallicano*, quo de S. Romano dicuntur, brevi hoc elogio comprehendit ad xxviii Februario: Remis depositio S. Romani Episcopi et Confessoris; hic Vigili Papæ consobrinus, monachus Jurensis, et primus Abbas canonicus Mentuniaci a se constructi in diocesi Trecensi, cum laude virtutum undique polliceret, ad Archiepiscopatum Remensem duce Christo proiectus, Ecclesiam sibi concredidit apostolico spiritu gubernavit. Postque faustum et celebrem Pontificatum, cum B. Leonem summum alumnum, et in regimine canonicus Mentuniaci successorem, sanctitatem sue conseruaret, ex quo Sanctus et ille evasit, illustrasset; B. Chlotildem Reginam in basilica S. Genovæ, et Childebertum Regem in aede S. Vincentii ad muros regie urbis tunnulasset; quietis exterioris cupidus, in ecclesiæ emigravit mansionem, *Hac Saussaio, que a nobis illustranda.*

2 Sancti titulum cum Saussaio eidem Romano trahunt Nicolaus Camuzatus Tricassius Ecclesiarum in eadem Campania Cononius in *Miscellaneæ historiæ*, cum *Promptuario Sacrarum Tricassiarum duces* edita, fol. 358 in *Notis ad Itin. S. Leonis Abbatis*, et Nicolaus Des-Guerrois Presbyter Tricassius de Sanctis Tricassianis ad an. 533 num. 8. In ipsa antiqua Vita S. Leonis danda xxiiii aut xxv Maii (de duis namque discrepantibus) tam ipse Leo, quam Romanus eodem modo Beati appellantur: quo solum titulo nititur *Mirax in Fastis Belgicis et Burgundicis* ad xxvii Februarii, quo cum celebratur, et Vigili Papæ consobrinum, ac monachum Jurensem ante Saussium statuerat secutus Joannem Cheni in *Archiepiscopis Remensis*, et Georgium Colverni in *Catalogo Archiepiscoporum Remensium* ad eadem Ptolemaei edito. Fuit Vigilius ex nobilissimo genere ortus, Joannis Consaloris viri filius, et Romano aliquanto junior, mortuus anno 545. De S. Romano fundatore primo monasteriorum Jurensium jam ante hoc dicitur, iugis institutum sub S. Enyendo Abate potuit hic Romanus complexus fuisse, iisque exemplo (quod quinque annos natos fecisse constat ex epis. Vita) condidisse conlocium in vicino, cui monachum Mentuniacum, duabus ab urbe Trecensi leucis semoto, ut liquido constare ex Vita S. Leonis posset Camuzatus, qui relata fabiō historiæ, hanc epiſtolum I'liam ex *Breviario Ecclesiæ Trecensis* erat: in qua ista leguntur: Hic Leo sedulus tradidit, muta celeritate psalmorum scientiam est adeptus: et in omnibus et per omnia regularibus est dogmatibus eruditus, igitur B. Romano Mentuniaci canonici Abate in Episcopum Remensem electo, B. Leo ejus monasteri factus est Abbas,

Iudit dein Camuzatus, ex alia Vite S. Leonis historia, præstatum S. Romanum a Rege Chlodoveo seniore confirmationem donationis quorundam praedictorum impetrasse, quæ Merobaudus Patricius eisdem cœnobio liberalissime impetraverat. Des-Guerrois cœnobium illud extrectum ait fuisse ad honorem SS. Gervasi et Protasi Martyrum. At nunc oppidum Mentuniacum, ob corpus S. Leonis, quod ibidem reverendissime custoditur, ejusdem D. Leonis nomen induisse et Gallico idiomate S. Lyo nomenpari, testatur jam sepius Camuzatus. Mortuus est Chlodorens i anno 595, ut jam ante illud a S. Romano extrectum fuisse monasterium necesse sit, et nulli Nuolam Des-Guerrois, dum confirmationem donationis a Chlodoveo factum tradit non S. Romano, sed ejus successor S. Leonii, qui post viginti annos ab obitu Chlodovi S. Romano successit.

3 De Episcopatu S. Romani hæc pauca memorat Flodoardus lib. 2 Historie Ecclesiæ Remensis cap. 1: pt. Archepisc. Remensis an. 580, B. Remigio successisse traditur Romanus, Romano Flavins, post eos Mappomus. De tempore Sedis horum quatuor Episcoporum egimus vi Februario ad Vitam S. Vedasti Episcopi Atrébatensis a S. Remigio ordinati, ostendimusque pag. 783 num. 13 S. Remigium obiisse anno 580, die xiiii Januarii: et que subrogatum fuisse S. Romanum, cuius Sedis assignavimus triennium aut summum quadriennium, obitumque retulimus ad F unum 588 aut sequentem. Nam ejus successor Flavins interfuit Arvernensi Synodo sub Theodeberto Rege v Idus Novemb, post Consultum Paulini Junioris habuisse anno 588. Ast u Flavii successore Mapponio missus Protodus Archidiœconus subscriptus Aurelianensi Concilio v anno Regis Childeberti xxxviii, Christi 586. Hinc corrigendus Joannes Cheni asserens Romanum Archiepiscopum creatum anno 586, sedisse annis xvii, mortuum anno 603. Quæ eadem ante scrupulit Georgius Colverni in Catalogo Archiepiscoporum Remensium, atque ista, que dissimile adiungunt: Hic sepelivit corpus B. Chlotildis Reginæ in ecclesia S. Genovæ Parisos anno 586, et corpus Childeberti Regis Francorum in aede sacra S. Germani ad muros urbis Parisiensis anno 586. Quæ Saussatus supra relatus nullo interposito evanescunt descriptis. Verum obiunt et tempora et regna distincta, et quæ a S. Germano Episcopo Parisensi actu sunt, S. Romano Remensi applicantur jam prudenti mortuo, Decessit Childebertus anno 587, atque, ut tradit Timofeus lib. 2 de Gestis Francorum cap. 29, a S. Germano in sede S. Vincentii, quam fabricarunt, sepultus, obiit vero S. Chlotildis apud urhem Thronicam, Parisiis a filiis Childeberto atque Chlothario Regibus non sepelit Childebertum Regem,

A bus sepulta. Ita Gregor. Turon. lib. 4 hist. Franc. neque S. Ch' o- cap. 1, cum outr egiisset de obitu Theodeberti Regis An- tiderem. Regnatum.

Fuit autem S. Romanus Episcopus factus cum Thode- rius Rer. Austrasiorum adhuc riceret, sub quo Remen- sis nro erat.

DE S. RUFINA VIRGINE

G. H.

XXXIII FEBR.

S. Rufina
Virgo aut sola
refertur.

Martyrologium MS. antiquum, quod Colonice in monasterio Patrum Carnelitarum adseratur inter paucos ac selectos Sanctos memoria- riā S. Rufinā consignat his verbis: Ipso die S. Rufinae Virginis. Quae eadem leguntur in Martyrologio anno 1490 Lubecce excuso, quod Doctrinale Clericorum inscribitur, atque a vigilia Nativitatis, seu ix Kalendis Januarii, recordatur. Alind eodem anno Colonice excusum, sed ab ipsis Kalendis Januarii initio sumpto, eisdem plane verbis celebrat S. Rufinam Virginem. Eam suo idem ut Usuirdum Auctario inscrip- sit Hermannus Greven. Quae vero ea fuerit quova loco aut tempore floruerit, hactenus usque non potuimus, nisi et de S. Onesima Virgine dictum, quam xxvii Fe-

aut S. Ones-
ima Virginis
juncta.

borarii retulimus ex eisdem quatuor Martyrologiis. Utramque Virginem xxviii Februarii conjungit Fran- ciscus Manrouyus Abbas Messenensis in suo Martyro- logio ante annos proprie centum edito. Eodem die, inquit, SS. Macarū, Rustini, Justi ac Theophilī. Item Oswaldī Mart. Atque Onesimā et Rustinā Virginē. Quae eadem leguntur in Calendario Italico Con- stantiū Felici. Meminerunt et alii jam indicata Martyrologia Rufini Martyris. De re sociisque supra regimus: inter quae in veteri MS. Philippī Labbi nostri, nomen est Rufina; hinc injecta dubitatio, nunc de hac Vir- gine agitur, num potius Rufinus sit substituendus, aut certe Rufinia, cognis inter illus Martyres nomen in MS. Martyrol. S. Hieronymi.

B

DE S. OSWALDO

G. H.

EPISCOPO WIGORNIENSI ARCHIEPISCOPO EBORACENSI,

Commentarius praevious.

E

Si Tempus Episcopatum S. Oswaltri. Annus et dies obitus, et Elevationis corporis. Cul- tus illis diebus: an etiam xv Octobris? Re- ges ab eo coronati.

pallium accepisse: deinde ipsius Regis Edgari do- natione, et Papa Formosi, qui Stephano successit, concesione, Episcopatum Wigornie, de quo trans- latus fuerat, in sua manu tenuisse. Successit Ste- phano vi Formosi anno 1000, mortuis anno 1006, id est, septuaginta sex annis, antequam ex lugus evendo Romam venit S. Oswaldus, Nicolaus Harpsfeldius seculo 10 Hist. Eccl. Anyl. cap. 12, omisso Formoso assert, S. Oswaldum a Pontifice Stephano, Romam prosecutum, pallium reportasse, nec Wigornieensem dimittere permisum. Verum nullus Papa, Stephanus datus sedis ab anno 1000 ad annum 973. Dunelmensis in citata epistola tradidit Romam venisse, et pallium a Benedicto Papa accepisse. Est Benedictus vi anno 1000 die xx De cembriis electus, anno 1000 ad Bonifaciu, dem Antipapa, in carcere strugulatus: cui Benedictus vi succedit. Wigorniensis, cuius errorum ali descrepe- rint, ad annum 973 ista habet: Stephanus Papa cxxiv, a quo S. Oswaldus pallium accepit. Quod aceruati scriptorū σεβήρας παραπομόνει.

pallium acce-
pit, non a
Stephano
Papa,

Inter eximios sanctitate et doctrina Episcopos, quise- cundo Christi decum illustrarunt Angliam, est S. Os- waldus, Episcopus primo Wigorniensis, postea su- mul Archiepiscopus Eboracensis. Urbs est intrae antiqua et celebris. Eboraci sancte mortuus est, Wigorniae sepultus, ac mirabilis a morte clarus. De hac urbe actum fuisse xi et xix Januarii ad Vitam S. Egwint, Sanctique Vulstani, qui et ipsi Wigorniensis Episcopi fuere.

sed a Benedicto
Papa, 973.

2 Consecratum fuisse Episcopum Wigorniensem S. Oswaldum a decessore suo S. Dunstano, anno 1000 ad Cantuarensem Metropolitum translato, cer- tum est: de anno consecratum aliquis scrupulus, quod infra in Actis dicatur obiisse anno mcccxxix, Episcopatus xxx, quasi ordinatus esset Episcopus anno mcccxxix. Sed forsitan culpa amanuensium intercedit unumq[ue] duorum nota, ut legendum sit, obiisse anno Episcopatus trigesimo secundo. Nam anno mcccxxix consecratum esse S. Oswaldum scribunt Flentius Wigorniensis, Dunelmensis, Hovedenus, Westmonasteriensis, atque alii quorum omnium auctoritas aetorum illorum scriptori praevalit. Focuum vero Eboracensem Archiepiscopum anno 1000 adxxxii idem scriptores una- nimi consensus testantur et successorem statuit Oschatelli proponunt sui, eodem anno vita functi: quibus et ipsa Acta adscripuntur. Thomas Stubbs Dominicanus, qui seculo xiv scriptis Actis Pontificum Eboracensem, inter Oschatellum et S. Oswaldum statuit Adelwoldum, qui tamen cum magis quietiorum vitam diligeret, Pontificatum denuis. Endem leguntur in epistola sub nomine Simeonis Dunelmensis edita, sed forsitan scriptus Turgoi Dunelmensis collecta, ad Hugoem Decau- num Eboracensem de Archiepiscopis Eboracensibus: ast Edwardum appellat, et S. Oswaldum statuit cum Thoma Stubbs ecclesiæ illius regimur suscepisse anno mcccxxxi. Verum Simeon Dunelmensis de Gestis Regum Anglorum omisso Edwardo, quem a S. Os- waldo alium non arbitramur, in Archiepiscopum electum cum aliis scriptoribus statuit anno sequenti mcccxxii.

F
consecrat et
tuniquem
S. Dunstano
tibi. Edgari
anno 973

3 In pluribus peccat Thomas Stubbs, dum anno se- quente assert Romam venientem, a Stephano Papa

Rex panem tum a morte Edwini fratris anno xv, atque ipso anno mcccxxv, vii Idus Julii defunctus est, filio suo Edwardo regni herede, designatus. Sed magna inter regni primores aborta est dissensio, quodnam Regis filium Edwardum, quidam vero fratrem illius elegenterunt Ethelredum. Quam ob causam Archipresules Dunstani et Oswaldus cum Corepiscopo, Abbatibus, Duciibusque quamplurimi, in unum convenerunt, et Edwardum, ut pater ejus precepit, elegenterunt, electum consecra- verunt, et in Regem inverunt. Ita Wigorniensis, aliisque ante citati. Iuno postea 978 ista adduntur:

S. Edwardum,
dein Morty-
rem, an. 978

Rex

ANNO 1000
1006 FEBRUA

S. Oswaldus
fuerit 10
seculo,

S. Dunstani in
Episcopatu
Wigorniensis
successor

anno 960,

C
Final Archi-
episcopus
Eboracensis
factus an. 972

AUCTORES &c.
Æthelredus
ann. 978

A Rex Anglorum Edowardus jussu noverce sua ocri-
ditur... Cujus frater Æthelredus Clito egregius, mor-
ibus elegans, pulcher vultu, decorus aspectu, Indict.
vi die Dominicæ xviii Kalend. Maii post Paschalem
festivitatem a sanctis Archipresulis Dunstano et
Oswaldo, et decem Episcopis, in Kyngestune ad
regni fastigium est consecratus. Coitur S. Edowar-
dus Rex et Martyr xviii Marti.

inoritur
an. 992

S Mortuus est S. Oswaldus annoccccxix. Ad
quem annum istu tradit Wigorniensis : S. Oswaldus
Archiepiscopus, Indict. v, n Kalend. Martii, feria
secunda transiens ex hac vita, regni coelestis ga-
dua concendit, et Wigorniæ in ecclesia S. Mariæ,
quam ipse a fundamento construxerat, conquiescit.
Wigoriensi consentiunt reliqui scriptores, cum ipsis
S. Oswaldi Actis. Quia autem annus hic bussitilis
erat, mortuus est xxix Februarii, qui dies tam incidebat
*in servum secundum post Dominicam tertiam Quadrage-
simæ, cyclo Solis xxi, Lunæ v.*

29 Febr.
feria 2.

inscriptus
Martyrologus

6 Inscriptus hoc die Florario MS. et Auctorio Gre-
veni ad Usuardum his verbis : In Britannia S. Os-
waldi Episcopi Wigorniensis et Confessoris. Eundem
referunt Hion, Doryanius, Menardus, Bucelinus in
Martyrologio monasticis, Wilsonus in Anglicano, Ca-
misius in Germanico, Ferrarius in Catalogo genealogi-
B In MS. Martgrol. Carmeli Coloneensis, et apud Mau-
rolycum ista leguntur : Item S. Oswaldi Martyris,
Fuit Rex Northumbræ Oswaldus a Penda Rege
Merciorum pagano occisus, qui passim Martyr habetur,
inscriptus etiam Martyrologio Romano v Augusti : cu-
jus Regis et S. Oswaldi Episcopi memoria videtur in ci-
tatis Martyrologio confusa.

perpetuam
Martyr
habitum.

Corpus ejus ab
Aldulpho
successore
elevatum
anno 1002,
15 Aprilis,

non Eboraci
sed Wigorniæ :

7 Successor S. Oswaldi in utroque Sede fuit Abbo-
fus ante Abbas Medeshamitensis, qui anno eion,
Regis Anglorum Æthelredi xxv, Indictione xv, xvii
Kalendas Maii, feria quarta, Coepiscopis, Aldulphis,
Prebbyteris, monachis, religiosis quoque viris ag-
gregatis, S. Oswaldi Archipresulis ossa e tumulo
levavit, et in serimo, quod paraverat, honorifice lo-
cavit : et non multo post, id est, n Nonis Maii, ipse
defunctus in ecclesia S. Marie Wigorniæ est sepul-
tus. Ita Wigorniensis, quem reliqui sequuntur. Confi-
git va Elevatio feria quarta post Dominicam in Iibis,
cyclo Solis iii, Lunæ xv, littera Dominicali D. Mem-
nerunt illius Wion, Menardus, Ferrarius his verbis :
Eboraci elevatio S. Oswaldi Episcopi et Confessoris.
At contigit ea elevatio non Eboraci, sed Wigorniæ, ubi
autra fuerat sepulta. Hinc iuseo in Vita nunc. **22**
Aldulphus Eboracensis Archiepiscopus Wigorniam
properans, ossa sancti Antistitus de terra levavit.

memoria ejus
8 Ianuarii

C Quibus consecatum cum aliis Westmonasteriensis, qui ei-
tatur a Hione, Ferrario, et Hilsao in priore editioне
Martyrologio Augheani, ubi etiam Eboraci facta ea
elevatio assertur : omittitur in posteriori editioне. Bu-
celinus etiam Eboraci facta tradit, citato praetor
Westmonasteriense Edwardo Mathew, qui solum de
S. Oswaldo agit xxviii Februarii, nulla factu mentione
dier xx Aprilis.

8 In Calendario MS. Benedictino monasterii
S. Salvatoris ista ad viii Junii traditur : S. Oswaldis
Episcopi Wigorniensis et monachii Floriacensis. Quia
vera de causa eo die referatur, non reperio. Person
qua auctoriter debeat alius Sanctus, quem eo die colendum
proponeret. Erant autem hoc die et Romanus Abbas,
sed quem discipulum S. Benedicti creditur, et S. Theo-
dulphus Abbas inventio, que circa au. cclx contigit.

9 Ita Major controversia est, quare xv Octobris refe-
reratur S. Oswaldis. Ita primus excedit Aldanus in
additionibus ad Usuardum Lovaniæ anno 1568 editum,
his verbis : Eodem die Oswaldis Episcopi et Confesso-
ris, approbante literam Q indicamus, ut prefatior cap.
2, se ejus Sancti memoriam addere ex quadam alio
Martyrologio : quod est MS. Usuardi, ultim Augustini

Hunniæ Doctoris Lorauensis, ac modo spectat ad Do-
mum Professam Antuerpiensem, Societatis Jesu : illic
ergo post commemorationum natalem quinquaginta Marty-
rum Coloniensem, ista subduntur : Eodem die S. Os-
waldi Episcopi et Confessoris. Exin cetera que alibi
apud Usuardum leguntur, ibidem subnexa. At circa eam
lectionem multum haveamus, cum vetera, quæ in eo MS.
Codice haec tenet, multum supererent ætatem
S. Oswaldii Wigorniensis. An alius ergo antiquior
S. Oswaldis Episcopus, aut certe errore unmannum
loco alterius Sancti intrusus? In antiquo codice MS. sub
nomine Dedæ ad eundem xx Octobris ista leguntur :
In Britanniæ S. Wilfranni Episcopi et Confessoris.
An loco hujus nominit aut alterius substitutus S. Os-
waldus existimari possit, quis definit? Episcopum Lin-
disfarnensem potius intelligi inferi dicimus.

10 Interim ad eum adiecere alii quedam : nom in
altera editione Usnaci anni 1373 ista scripsit Mola-
nus : Eodem die Osvaldi Episcopi Wigorniensis et
Confessoris. Et mox, quasi dilatatione omni subtula,
sequunt ulti, Canisius in Martgrol. Germanico edito
an. 1373 prius Martyrologium Molani descriptis, postea
secundum. Dein Surius in Octabri Utram S. Oswaldii
locavit, in editione anni 1574 cum hac ad marginem
notatim : Octobris xv juxta Martyrologia. Obiit
autem xxviii Februarii vel xxix. Inde alii co die fac-
tum translationem ex tenui conjectura asseruere. Ita
Wion : Wigornia in Anglia translatio S. Oswaldii
Episcopi et Confessoris, miraculis clari, additione de
ea Translatione agere Molanum et Galesinum hac
die. Molani verba utrinque editum dedimus. Gale-
sini ista sunt : Wigornia S. Oswaldii Episcopi et Con-
fessoris. Et in Notationibus Surum citat. Nulla illi
Translationis meutio. Wionem secuti Dorynaius et
Menardus, sed de qua Translatione fiat meutio silent.
Bucelinus in Menudacio Benedictino conjecturam illo-
rum ita adornat : Wigorniæ in Anglia translatio
S. Oswaldii Episcopi. Transtulit viri sanctissimi
corpus, revelatione divina admonitus Adolphus Ebo-
racensis Archiepiscopus etc. Ast Elevatio potius cor-
poris directa est, que contigit xv Aprilis, quo die eam
Eboraci factam dixerat. Fortassis xv Octobris Wigor-
niæ corpus translatum fuisse arbitratius est : sed con-
tra non constat ex Vita, quam citat. In Martgrol. An-
gleham priori editione xxviii Februarii tradit Wilsonus,
præcipuum ejus solennitatem haberi xv Octobris : que
inde dixerat Edowardus Maior, dum promittit ideo se
de eo præcipue xv Octobris tractaturum : quo postea
die de illo penitus silet. In secunda etiam editione
Martyrol. Angleham ea de præcipua solennitate verba
omissa a Wilsono. At xv Octobris ejus Translatio re-
fectio in eo Martyrologio citato Surio, et Molano, tum
Polydoro Virgilio lib. 7 hist. et Westmonasterensi ad
annum 939, et 960, ubi de ejus Episcopatu Wigor-
niæ et monasterio Ramesiensi agitur. In priore edi-
tione die xxviii Februarii citato Surin in 13 Octobris et
Calendarium secundum usum Sarum, quod habemus
Parisus circa annum 1533 excusum in Encyriodo Ec-
clesiae Savilianiæ : in quo S. Oswaldis nomen bis
repressioni, scilicet xxviii Februarii et xv Aprilis, At
xv Octobris memoratur S. Wilfrannus Episcopus, de
que supra egit.

11 In Florario MS. jungitur Oswaldis quidam cum
sociis xv Octobris his verbis : Item sanctorum Confes-
sorum Oswaldis Episcopi, Martiani et Satyri, et Can-
didi Martyris. Ex his Martians et Saturianus colun-
tur postulare, sed Martyres, in Africa occisi. Num ergo
legendum. Item sanctorum Martyrum Oswaldis Re-
gis, Martiani etc. In supra citato Calendario MS.
Benedictio xii Junii ista halentur : S. Oswaldis Epis-
copi Landisfarnensis et Abbatis Mailrosensis. Hic
est S. Ethelwoldus, alius Æthelwaldus et Edulwar-
dos, cuius Vitam ex variis collectana dedimus xii Fe-
bruarii

D

qui conjectura
credimus
Wigorniensis,

quasi ob
Translationem
eo die colatur,

præcipue
solennitate.

An ipsius
et S. Oswaldis
Martyr?

ab S. Ethelwoldus Episcop. Endisformensis etiam Oswaldus dictus.

Abrunarii, quo die inscriptus est *Martyrologio Anglicano*, et *Catologo Ferrari Mortuorum* est anno 1000: at quo die, haec nunc non reperimus. Putat de eo egisse qui *Usuardum MS.*, nostrum auxit, et cum aliis Oswaldum appellasse. Ita S. Oswaldus, de quo hic agitur, ab aliis est *Edwaldus* et *Adelwaldus* dictus, et postea ab eo diversus a nominis habitus: que supra reperiuntur.

§ II. Illustria ex aliorum Suctorum Actis testimonia de S. Oswaldo: hujus Vita scripta, Reliquiae.

Inter illustris scriptores vero S. Oswaldi propinquiores *Ammonius* est, monachus *Floriensis* in *Gallia*, qui sub annum Christi 1100 floruit, et suam de rebus *Francorum* historiam inscriptum S. Abboti Abbati suo, anno 1100 interempto, cuius et *Vitum* scriptis, xiii Novembris dandum: in ea cap. 4, 5 et 6 ista leguntur: *Legatio Gentium Anglorum ad Floriacensem venit cenobium, postulans aliquem sibi sapientum concedi virorum... eo quod vir quidam magna apud eos nobilitatis, Oswaldus vocabulo, spreto seculo, ad serviendum Christo, in memorato Floriaco conversus est canobio: ex quo ob honesta vita meritum a Rege ipsis provincie ad Archiepiscopatus assumptus gradum, Deo ac Patrono suo S. Benedicto in regione Anglicae construxit monasterium...* Praecepit per idem tempus sanete *Floriensem* congregacioni reverendus Pater Oylboldus..., qui ab hoc beato exegit viro Abbone, quatenus ad instruendas ejusdem nationis hominum mentes, divina atque humana sapientia, qua ipse insigniter pollebat, ire non recusaret... Post longos terrae et maris excursus, Anglorum intravit fines. Primum itaque omnium *Ramosense* S. Benedicti adiit cenobium. Sic enim appellabatur ille locus, qui a venerabili Oswaldo illis in partibus est fundatus: in quo, qui Abbatis fungebatur officio, Germanus dicebatur vocabulo, et ipse ad tanti gradus honorem ex hoc sacro Floriaciensi assumptus monasterio. Ubi dum *Sanctus Dominii Abbo* per duorum ferme annorum moratur spatium, aliquos monachorum scientia imbut litterarum.

B 13 Intra eorumdem sane spatium annorum Regem adiit Anglorum ac ejus Duxem *Hebelguinnum*. Sed a Rege verba tantum, a Duce vero condigna sua sanctitatem suscepit munera, atque in magna apud eum, quandomcum ipso fuit, est habitus reverentia. Pontificum quoque venerabilium, sepe nominati Oswaldi ac beatae memorie Dunstani, amica sibi familiaritate usus est. Ilorum prior *Eboracensem*, sequens *Cantuariorum* Archiepiscopus fuit. In quorum vita moribus sibi bene complacuisse Christi ostendit gratia, eorum tumulos nunc usque miraculorum illustrando gloria. Hi in tanto admiratione hunc beatum habuere virum, ut in eo retinendo caritativa et (ut ita dicitur sit) discordi inter se dissidenter concordia.... Tandem ipse vir Domini, Abbo juxta communitionem honorabilitate Patris sui Oylboldi, nativae faciem statuens revisere telluris, a memoratis Pontificibus, optimis honoratus munieribus: et a venerabili quidem Dunstano magnifica exceptit munia in argento, sancto Patri preferenda. Benedicto: a Domino vero Oswaldo eum gratia presbyteratus etiam cuncta eidem gradu congrua ministeria est adeptus. Rediens igitur multiplicem secum advexit gazzam, in suis speciebus dignam vitae ejus continentem significacionem. Nam armilla torque que aurea congruam benefactorum dictorumque ejus significavere remuneracionem: vestes vero sacerdotales praesentis futurave glorie portendebant nitorem. At aureus calix, et numerosum argenti numisma innocentis puritatem vitae ac rutilantis præsigebant eloquii jubar. Hac *Ammonius*, quorum non-

Ab S. Oswaldis Floriensi institutis monachis imbutis.

evoculus S. Abbo in Angham,

douci biennio in Romenensi monasterio:

familiaris SS. Oswaldo et Dunstano

miseriarum gloria clarus

ab eius parte donatus.

Prediger a S. O waldo consecratus.

nulla infra in Actis attinguntur: in us Ailwinus Comes dictatur, qui hic Hebelguinus Dux, Ramescensis monasterii fundator, cuius Abbas ibidem Edwoldus appellatur, qui hic Germanus, sed forsitan bonomus fuit, aut certe unus alterius successor.

14 Colitur jam sepe memoratus *Dunstanus xix Maii*, ex cuius *Vita* hue spectant sequentia: Episcopus Wigorniensis in honorem gloriosi Apostoli Petri fundatus habebatur. Sed Oswaldus vir sanctus et religiosus, quem in regimen ipsius Ecclesie B. Dunstanus Antistes Cantuariensis effectus sibi succedere fecit; quia Clericos ibi degentes nec a pravitate sua convertere, nec inde, eo quod nobilis iuxta seculum atque potentes erant, quibat eliminare: construxit pene contiguam ipsi ecclesiae ecclesiam beatarum Genitricis Mariae: in qua ipse cum monachis, quos se proposuerat admaturum, Christo serviret. Quod et factum est. Religio itaque monachorum contemptum Clericos peperit, et vulgi conventum ab eis alienatum sibi assiduum fecit. Quid plura? Numerus Clericorum passim minuitur, monachorum conventus indies angetur. Quidam insuper ex ipsis Clericis conversi, numero illorum additi sunt. Hoc modo Sedes Pontificalis mutata est in Ecclesiam B. Mariae semper Virginis. Hoc Ancor inque Catheterum erigitur. *Vita S. Dunstani, quibus consentunt infra in Actis B. num. 11 relata.*

15 In S. Wulstani Episcopum Wigorniensis, anno 1100 ad eam Cathedram ereti, *Vita*, quia et *Malmesburiensi* xix Januaria dicitur, de hac S. Mariae ecclesia diruta ista pag. 244 num. 9 leguntur: Cum ecclesiæ majoris opus, quid ipse a fundamentis incepit, ad hoc incrementi processisset, ut iam migrarent in illam, jussum est veterem ecclesiam, quam et B. Oswaldus fecerat, detegi et subrui. Ad hoc spectaculum stans sub diu Wulstani, lacrymas tenere nequivit. Super quo modeste a fundatibus redargotus, qui gaudere potius deberet, quod se superstitio tantus Ecclesie honor accessit, ut amplius monachorum numerus amphora exigere habitacula, respondit: Ego longe aliter intelligo, quod nos miseri Sanctorum opera destinamus, ut nobis laudem comparemus. Deinde num. 11 hoc referuntur: Sub quod Sancto opus eius: Seniore Wilhelmo in clamatum est in Wulstani a Lanfranco de litterarum inseitia; a Thoina Eboracensi Archiepiscopo, quod subiici debet et ex antiquo iure. Utrisque objectionibus cum in concilio responderet debet, egressus est ut strictiore consilio responsum conserret summ. Tum monachorum, qui cum eo erant, animis ad summum negotium attinatis, illa subtilitudo: Credo mihi, adhuc non cantavimus Nonam: cantemus ergo. Sociis referentibus, ut prius propter quae reverent expedire, quod satis superque sufficeret cantibus tempus; Regem et Proceres, si hoc audierint, risu se haberet non immerito credituros. Primi, erede mihi, inquit, faciemus Dei servitum, et post agitabimus hominum hincum. Hora igitur cantata, nulla exigitata falsi tergiversatione, nullo commentato veri splendore, aulam concilii pergebat ingredi: suis eum retrahere tentantibus, persuaderi non potuit. Quin potius timentibus caussæ. Pro certo, ait, noventis, visibiliter me hic videre beatos Archiepiscopos Dunstanum et Oswaldum, qui hodie me suis precibus tuentes, falsiloquorum acumen helvitant. Ita data benedictione monacho minime facundia viro, sed Normannice lingue sciolo, rem obtinuit, ut qui diocesis ante putabatur indignus regime, ab Archiepiscopo Eboraci suppliciter rogaretur ut suas signaretur illustrare, quo ipse pro timore hostium vel sermonis ignorantia cavebat accedere.

16 Reliquia, quae ex aliorum Annalibus et monumentis antiquis addi possent, ad Vitam S. Oswaldi annotamus

11
secundum v. 6.

S. O waldo eccl. eorum S. Marie Wigornie extitit,

inque Catheterum erigitur. B.

comitatu deinceps lucy mutar. S. Wulstani,

in Couellio patens eus non propriam meri.

Facta oratione

ab SS. Dunstano et Oswaldo sibi apparetibus doceatur filium regestum.

SECTORI G. II
Vice S. tit. il-
di mude hic
edito?

Auctori G. B.
Vita S. Oswaldi
di modo hoc
edito?

anno 1546 editum. Aliam Vitam habemus MS. sed
plurimum contractam. Henricus Spelmanus in Conci-
lis Anglicanis ad eum, 969 pag. 479 nonnulla ex cap.
2. ut infra obseruantur deservit, cum haec preface:
De ipso autem Concilio sic Osbernus Praeceptor
Cantuariorum, qui floruit anno Domini ccccxxiv, et
hunc secutus Joannes Capgraveus. Asserunt alii cum
scripsisse Vitam SS. Odilias patrem S. Oswaldum, Hu-
stantum, Elphegi et aliorum, quod suo tempore diceret: et
hi tradidunt Vitam SS. Oswaldii et Walstani eravatas
a Senato vel Serrato Bravorum, quem Wigorniensium
monachorum praefectura volunt floscisse circa annum
cccclxx. Verum quicunque Vitam S. Oswaldii ultius
scripserit, arbitramur in epitomen redactam, atque ita
in Capgraveum editum, quod etiam vel Vitam S. Hulstani
obseruavimus, et clare ad Vitam S. Odonis demonstrari
poterit, cuius Vitam MS. nocti sunnis umptioreum, quam
ali apud Capgraveum exstabat, Baroniis ad u. 992
num. 62 auctorem hujus Vita fidelissimum scriptorem
appellat.

17. S. Oswaldi insulam purpuream et auro gemmam
B misque ornatum, et prisca palechristudine fulgidam,
ad sua usque tempora in Beveracensem ecclesia reservata
vatisse testatur Thomas Stubbe in Pontificibus
Eboracenibus. Ab hor S. Oswaldus in Comitatu Wigornien-
te est Centuria Oswalldslaw dicta, quam asserit
Cambdenius in Cornario cum ab Edgardo Rege impre-
trusse, usque immunitatem, dum Anglorum hostium
Guillelmo Lanquistur conderet, his verbis in acta pu-
blica esse relatae: Ecclesia S. Marie de Worcester
habet Hundredam, quae vocatur Oswalldslaw, in qua
jacent trecenta Hidie, de quibus Episcopus ipsius
